IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Insignium Medicorum,
IOAN. SERAPIONIS ARABIS DE
Simplicibus Medicinis opus præclarum & ingens.

AVERROIS ARABIS, DE EISDEM
Liber eximius.

RASIS FILII ZACHARIAE,
De eisdem Opusculum perutile.

INCERTI ITEM AVTORIS DE CENtaureo Libellus hactenus Galeno
inscriptus. (fol. 308)

DICTIONVM ARABICARVM IVXTA
atq; Latinarum Index ualde
necessarius.



IN QVORVM EMENDATA EXCVSIONE,
ne quid omnino desyderaretur, Othonis Brunfelsij
singulari fide & diligentia
cautum est.

Argentorati 1531

GENEROSISSIMO

DOMINO D. BERNARDO CO-

mitì à Solms, & Domino in Mintzenberg. D.

& Mecenati suo clementissimo, Otho

Brunfelsius S. D.

SI mihi pudor perijsset, Comes Inclyte atque Generosissime, aut psomocolax essem, uel κατ᾽ ἐξοχὴν φορός. Sic enim Græcorum scriptores appellant, qui abiecta fronte, principum conspectibus & aulis, importune ingerunt se, facile rimam aliquam inuenissem, qua & mihi iamdudum ad Celsi. T. adytus patuisset, gratiamq; mihi & beneuolentiam conciliassem. Nec dubito, quin ut mihi gratiosissimus patronus es, ita ego uicissim, gratissimus cliens, futurus fuissem Celsi. T. Verũ cum cane peius, & angue semper huiusmodi perosas offucias habuerim, dedi quidem operam, ut in summo semper honore haberem magistratus, cæterum congressum & consuetudinem fugerem, non quod ueluti Lucianicus Timon, tam efferus aut tã inhumanus sim, sed quia etiã Solomone teste, impudentis est audaciæ, & hominis plusquam desperati, temere obstrepere magnatibus, si nullo munere sis accersitus. Valeatq; plurimum apud me id quod uulgo dicitur: Quid Romæ faciam, mentiri nescio. Non id dico in contumeliam Celsitud. T. Noui enim qua integritate, quaq; religione & animi candore domui præsit suæ, ut Thurinos illos fumorum uenditores prorsus nõ ferat, sed quia fere ita fieri uidemus, quemadmodũ uultures cadauera, ita hoc quoq; hominum genus, passim Regum aulas occupare ac defedare, nec alios præterea regnare esseq; in precio. Habẽt quoque hoc natura blandiciæ, ut cum reijciantur, etiam placeant. Ego autem nullius artis tam imperitus sum, quam τῆς κολακείας. Id in caussa fuit, quo minus, aut certe tardius Celsi. T. fauorem mihi parauerim, cum id tamen multis nominibus, iureq; optimo debuissem. Mam

manuſculum literarium amplitudini tuę, ſyncere oblatum. Et quemadmodum ad iuuandos mortales, natus es, atq; præpoſitus, reipublicę, ita ut ſub tuo tuoq; nomine, tam utiles autores legantur, patere. Quod ſi gratum fuiſſe cognouero, animum mihi eriges, ad maiora officia capeſſenda atq; meditanda. Optime ualeat Celſ. T. Argentorati. Quarto Calend. Septembris, Anno à redemptione hominis per Seruatorem noſtrum CHRISTVM, Milleſimo quingenteſimo, tti geſimo primo.

LECTORI OTHO
BRVNFELSIVS.

IN Herbarij noſtri Tomo Primo, ratione reddidimus, cur abolitis quorundam Arabicorũ, & male Latinorum ſcriptorum ineptis commentarijs, ueterem potius illam, & à multis receptam ſeculis ſimpliciũ Medicinam, reflorere cuperemus, idq; tali quoq; cum modeſtia diximus. Non ut prorſus exturbatos uellemus Arabes, etſi quid aliud eſſet Barbarorũ huiuſmodi ſcriptorum, ſed ut legẽdi potius ordine & delectu, ſinguli probarentur, neq; alij eſſemus in literis & Autoribus perlegẽdis, quam in nummis & rebus alijs pręcioſis æſtimãdis ſumus. Atq; in Medicinis tanto magis, quanto mortis diſcrimen per eam nobis imminet, ſi præpoſtere adgrediamur. Igitur qui hoc conſilium noſtrum, non omnino ſiniſtro oculo ſpectauerit, facile iudicabit, nunquã nos improbaſſe Arabes, ſed magis ſtatuiſſe, & utriſq; ſuum habere honorẽ, & Græcis, & Barbaris, ſi pro tempore, & modulo ſuo legãtur. Teſtantur idem & herbarum noſtri commẽtarij, in quibus ſubinde hos citamus. Nam ab Græcis Latinisq; mutuaſſe ſua Arabes (tanquã ex Copiæ quodam Cornu) tam incomperto eſt, ut teſtimonio nõ egeat, ut qui relictis Hippocrate, Theophraſto, Plinio, Dioſcoride, Galenoq; & Paulo, aliunde cenſuerit rerũ peritiã conſequendã. Hic mihi uideatur τοῦ Αἰσώπου κῆπον ὀρυγᾶμ. Cõtra in Arabicis, in primis uero in Serapione ἀμαθηρίαι tã multæ, quæ poſteriorib. obſeruate ſunt ſcriptoribus, ut qui illas propter linguę balbutiẽ poſthabuerit, hic quoq; uideatur cũ Aeſopico Gallo delytare, qui te pertũ in ſterquilinio Iaſpidẽ, neglexerit. Videtur idem conſiliũ quondã placuiſſe & Plinio, qui ſcribitur ſemper illud in ore habuiſſe dum lucubraret, nullũ librum tam malũ eſſe quin frugi aliquid habeat. Et Galenus pro inſigni laude ſibi ducit, quod omniũ ante ueterũ libros pſtrinxerit, inter quos tamẽ cõſtat, ueluti Teſſali & Quinti, amethodos multos, & ineptiſſimos fuiſſe, lõge alio atq; ciuiliori ingenio pręditi uterq;, quá hodie ſcioli quidã, qui ſpreta in uniuerſum omni turba Barbarorũ, in ſolo Celſo & Plinio contendũt philoſophandũ. Qui tamen dũ toti ſtudent eloquentiæ, fit ut rerũ atq; experientiæ fiant prorſus expertes. Recte igitur fecerit, mea ſententia, qui utroſq; cõiunxerit, iuxtaq; habuerit, ut initia quidẽ & fundaméta ſint à Græcis, Secundus locus neotericis ac Barbaris ſit, quos ſubinde, ubi per otiũ uacauerit, conferendi tantũ gratia ſalutabit. Legimus enim pleraq;, nõ ut doctiores tantũ effi ciamur, ſed ut arbitremur. Et ut ſemel dicam quod ſentio, quoniam Græcos & Latinos ſimplicium ſcriptores omnes nunc in manibus haberi uidemus, ne quid huic Cyclopediæ deeſſet, atq; cuncti publici fierent ſimplicium hiſtoriographi. Subijt in animum quicquid præcipuorũ eſſet huiuſmodi Arabum, in unam quoq; fatraginẽ cogere, ut qui hactenus ſparſim & apud pauciſſimos tantum proſtiterũt, nunc ſinguli in uno uolumine legerẽtur. Ex quibus nunc Serapionem, Auerroim & Razim damus. Daturi & Meſuen, & Iſaac, & Conſtantinum, ſi frugi hanc nos collocaſſe operã cognouerimus. Quæ tamen quomodo diſplicere poſſit nõ uideo, cum nec hactenus in Germania, ſimili ordine et cõmodo editos eſſe conſtet. Præterea quod non eſt minor hodie autoritas Serapionis, Auerrois & Raſis apud Scholas, quàm apud Leonicẽſtas & recentiores Galeni, aut cuiuſq; ueterum Græcorum uel Latinorum. Accedit Typographi ſedulitas atq; diligentia, qui conquiſitis undiq; è bibliothecis, tum ſcriptis, tum impreſſis exemplaribus, innumeros pene locos reſtitui curauit. Subijt eam prouintiam Doctiſs. Vir Gerhardus Nouiomagus. Deuorauimus & nos nonnihil eius tedij atq; moleſtiæ, ut longe alios nunc habeas quàm in prioribus exemplaribus ſunt lecti. Stylus quoq; orationis non uideo cur deterrere quemquam debeat, cum nõ hic de eloquentia Cothurnata, ſed de rerum cognitione ſermo ſit. Fruere ergo hoc labore noſtro lector, & bene Vale.

SIMVLET

INDEX, ET VOCA= bulorum Arabicorum, inter= pretatio quæ sunt apud Serapionem.

Trog, id est, citrum 28. d
Adaches, cortex muscatæ mucis 29. b
Abiraxe hulcerum genus 31. b
Alkenebi scabies hulcerata 32. d
Ababamsa, id est, arbor proferens sebesten. 14. d
Arz, id est, Risi 37. a
Asynthium, id est, absinthium 37. b
Aresen ueneni species
Ansarot, id est, sarcocolla 39. a
Asfengi albahiri, id est, spongia Marina 40. c
Alchilel melich, corona Regia 40 d
Adcher squinantum 41. a
Athel, tamarascus 41. b
Alkesines uua passa festive sentanim uitis nigra 54. c
Aron Iacus. 57. b
Adlen, id est, Indicus 81. a
Aitmad antimonium 252. c
Afrengi minium ibidem. d
Assidegi, id est, Ceruse ibidem. d
Aphronitum baurach 269. b
Aryneberri lepus syluestris 280. c
Anphea coagulum 287. a
Alchison, id est, Bethonica 338. d
Altith 339. a
Alcamena 341. b
Asara bachara 342. c
Altanti ibidem. d
Albahach 344. c
Alusne 144. d
Alphoteng, id est, Mentastrum ibidem, d
Aegarelchaar, id est, lignum lauri 345. a
Almostramesia ibidem. a
Achathemi, id est altea ibidem. b
Alsabit, id est, oleum quod trahitur ex oliuis maturis ibidem. b
Alsaran, id est, Enula 146. d
Alasce 347. b
Alcharf, id est, Nasturtium 348. d
Almuz, id est, cera citrina 349. b
Alteradit, id est, barbara hircina 350. c
Alibleb, id est, Merculiaris ibidem. c
Alcostan, id est, Ilium album 350. d
Alzuraz 351. b
Alcheiri, id est, uiola de Romania ibidem. b
Albeczi 252. c
Alchelulamelec, id est, mollilorum ibidem. c
Alces, id est, Mel ibidem. c
Alcarphar, id est, Tamariscus ibidem. d
Alphagel, id est, Raphanus 353. b
Alcarphas, id est, apium Montanum 354. c
Andraton, id est, Herbatura ibidem. c
Alpelep, id est, Castanea ibidem. d
Anzarat ibidem. d
Alcarsphas, id est, apium 355. a
Alsciteltos, id est, fiselios ibidem. a
Alchace, id est, lactuca 356. c
Algetin, id est, gypsum 357. b
Almura, id est, calx uiua ibidem. b
Albuphat, id est, sulphur 358. c
Alceg, id est, Vitriolum 358. c
Alpheep, id est, Alumen 358. d
Anahadha 379. b
Aniuden 382. c
Andococa ibidem. d
Albetarogi, id est, basilicon 383. a
Arseph ibidem. a
Alcorsoph ibidem. d
Asanetu 384. d
Aiuden ibidem. d
Abel, semen iuniperi 391. a
Azedarach ibidem. a
Azegi draganthum 393. b
Alchanna 394. c
Asarai 397. a
Assium ibidem. a
Achaie acatia 81. b
Astaruicon, centum capita 82. d
Anas, id est, pruna 10. b
Athsar atheb, ungula aromatica, & est blasta bizantia 109. b
Abanus Hebenus ibidem. b
Abrong 110. c
Amirberis berberi 148. c
Aniuden, folium arboris asse 160 c d
Aneisum anisum 162. c
Achuen Matricia ibidem. d
Asaron, Asarum 163, a
Abel sauina ibidem. b
Alberas staphysagria 176. d

B

Bisbese, id est, macis 29. b a
Berscegnascen, coriandrum putei ibidem. b
Bachilem hulcerum genus 33. a
Bazarichichen, semen lini 42. c
Bederangic uel bedarungi, mellissa 43. b
Bat, id est, anas 280. d

Busach, id est, sputum 289. b
Baul, id est, urina 280. c
Bebib, id est, hepar 295. b
Bhule, id est, ren 296. d c
Babalbeli chiemson 343. a
Barbacus, id est, elleborus 346. d
Besbese, id est, macis 331. b
Besbeg, id est, polipodium 353. b
Bescarcoton, id est, psilium 356. d
Balador, id est, amicordi 361. b
Behenlum, id est, behen ibidem
Benlenzam, id est, belenzam, uel petrosam 362. d
Berberis 391. a
Baurach ibidem. b
Bedegurt ibidem
Beem 392. c
Borongi 392. c
Bruculi 285. a
Buni 388. c
Blacle Bizanciæ ibidem
Bedeguard, id est, spina alba 84. d
Bassad, corallus 85. a
Burdi 85. B
Buleich, rubus 96. c
Buleph, id est, salix. 102. c
Berendarog 111. a
Berengemisch ibidem
Bihar, id est, cotula 112. c
Baron, terebinthus ibidem
Belesem, balsamus 113. a
Bararachatona 148. d
Bachala gemina, holus Iamenum 155. b
Bathecha, chathe, kura, id est, melo, citrullus, cucumer. 156. c
Buchormarien, id est, ciclamen 165. a
Buzeiden, species satyrionis 166. d
Bel, & sel, & phel ibidem
Bengi, tusquiamus 225. a
Bakle, hancha, herba stulta 130. d
Belabalalem 231. a
Basilrahagi ibidem. b
Basil, cœpe 233. b
Basaralzir, bulbus 234. d
Balad.r, amarcus 235. a

C

Capillus alzol, id est, capillus porcinus 29. b
Cait, oleum 30. c
Chasubth, cuscute 54. d
Chate Indicus 61. a
Cardel, sinapis 249. a
Cribrit, sulphur 266. c
Climia 273. b
Chazeph, tegula 279. b
Ceusid 283. b
Charatin, lubrici terreni 284. d
Cantharides 285. a
Camech, id est, piscis 305. b
Custaralber, id est, capillus Veneris 340. c
Caylem, id est, semper uiua ibidem
Carinch, id est, urtica ibidem
Cauar, id est, aloës ibidem
Cenapalcail, id est, cauda equina 347. b
Clalicha, id est, cassia lignea 348. d
Castoron, id est, bethonica 349. b
Cusbera, id est, coriandrum 330. d
Casesasi, id est, papauer 332. d
Cathira, id est, tragaganthum 356. c
Carnid, id est, arsenicum 358. c
Cheiphir, id est, absinthium 361. b
Chiarzabar, id est, cassia fistula 362. c
Canabar 362. d
Cauffer 363. a
Caubem 379. a
Cataiph ibidem
Carobon, id est, satureia 382. c
Cautar 383. b
Condisi Charabe Cubebe 395. a
Camphora 387. b
Curcuma 397. a
Cordumeni ibidem. b
Curth 398. c
Cambil Catule ibidem
Cheruba 399. a
Chakile salobar 69. b
Coton, id est, bombax 70. c
Chandaros, candarusium 72. d
Chitini, maluauiscus. 73. a
Casat, eupatorium ibidem. b
Chemps, cicer 75. b
Chasi alkeb, testiculus canis 79. b
Churtal, id est, cartamum 97. a
Chal, id est, acetum 101. a
Charnub xilocaracta 102. c
Chubeze, malua 108. c
Cahade, polium montanum 115. b
Cheunce, aphodillus 145. a
Cyse, hyssopus sicca 173. a
Camum, cyminum 184. d
Catapucia maior 146. c
Culcul ibidem. d
Cherbas, lactuca 158. d
Caruia, carui 185. b
Capar, capparus 188. c
Catsum, abrothanum 208. c
Cardameni, carui 208. c
Chenechalbebi, galbanum 210. c

Charmen, grana 110. d
Chaom, allium 218. c
Cherbachen, hellebori 219. b
Curat, porrum 239. b
Condes, condisi 240. d

D

Debonigi, cacomilla 42. d
Dadi, granū quoddā, habens similitudinē hordei 43. b
Dausir, auena 44. c
Darsisaban, id est, ayrach ibidem.
Dilli, Indicus 61. a
Disrigis, lapis 273. a
Digedi, gallina 280. d
Dalzum, limacia 28. b
Dhetariæ 285. a
Diphada, rana 280. c
Dem, id est, sanguis 291. b
Dimag, id est, cerebrum 292. d
Darseni, id est, canella subtilis 350. c
Dulb 392. d
Deiudar 393. a
Dochon, milium 86. d
Didar 86. d
Dundebe, endiuia 105. a
Dheneb alchail, cauda equina 102. d
Dulb suffeire sustet stoianum 104. d
Decka, bleta 107. b
Dababch, uiscus 116. d
Damederios, id est, kamedreos 124. c. d
Desbers, polypodium. 169. d
Dochan, fumus 169. a. b
Darseni, cinnamomum 169.
Dend, Hayse 235. b

E

Elarxamber, cassia fistula 36. d
Eluegat, id est, pes columbinus. 339. a
Elbadudarmel elsaray 340. d
Eluoxat 341. a
Ebdarsian . i . cortex malegranati syluestris 342. c
Elcratis, id est, cartamum 342. d
Elzunecat, id est, balaustia 343. a
Elgarzaria, id est, secacul, iringi 343. b
Eua, id est, rubea tinctorum 346. d
Elmaar 355. b
Ebus, id est, ebulus 391. b
Emleg, emblici 82. c
Eerf, pix 173. b

F

Felzalcarag, arbor licij 33. b
Felseches, hulcerum genus. 35. b
Fesire sentamin, uitis nigra 54. c
Fedhe, argentum 273. a
Fereng. Fanech 273. b
Fesich. Fungi. 383. b
Firfir ibidem
Fangenkest 392. c
Fisticī 386. d
Faffasa ibidem.
Felengemisk 387. b
Flos lules ibidem b
Fu. Fesire. Fesarastim. 397. a b
Fulsel. Felluca, haragi. ibidem.
Faffasa 398.
Fœnia, id est, pæonia 67. a b
Fu fistra ibidem. b
Fustet scotamum 104. d
Farasio, prasium 135. b
Feleng 136. c
Fagre ibidem. d
Fugel 201. a
Famancheſt, agnus castus 202
Fandenigi, origanum 203. a
Fausel, auellana Indica 229. d

G

Geguerſ, id est, panicum, uel scariola 53. a
Granum tabaleb, id est, lenticulæ aquæ 50. c
Geguers, id est, scariola 51. b
Guasima, basilicon dæmonis 393. a
Grana zclem 386. d
Gobora ibidem
Geussinim 387. b
Gar. Gasit. 399. b
Garicum, id est, agaricum 74. c
Gentiana 168. d
Gaur, laurus. 251. a

H

Hdion, sparagus 30. c
Hadhadh, id est, kilulem, uel licium 33. b
Hanaachocha, trifolium ibidem. a
Harahanen, hulcera quæ sunt in oculo 35. a
Hades, lens 35. a
Hamaha, id est, cæra ibidem. b
Haermia, piperella 44. a
Henta, frumentum 45. a
Haur, id est, populus 46. c
Heisene, orobus 48. d
Harin, uitis 49. b
Haineb, id est, uua ibidem.
Hageral, Marchasita 261. a
Hager albezahar, lapis liberans à uenenis. 161. b
Hager almagritos, id est, magnes 160. d
Hager albato, id est, margaritæ 262. c
Hager iacot, lapis hyacinthus. 262. d
Hager albuzedi, lapis rubeus 263. a
Hager salachil, lapis corneolus 263. a
Hager aliazaha. 263. a

Hager achtamach 263. b
Horach, calx 271. a
Huxader, sal Armoniacus ibidem. b
Hohas, æs 272. a
Harna 281. a
Harbe 282. c
Harrab, scorpion 283. a
Hanabroch 284. c
Hebel, id est, stercus 293. b
Haidham mabaricheb, id est, ossa combusta 306. c
Hamdebut, id est, tela aranea ibidem. d
Harach, sidor ibidem.
Hele, id est, uiscus 347. b
Haphas, id est, galla 349. b
Halherea, id est, catapucia ibidem
Haanthal, id est, colloquintida 350. d
Halsemec ibidem
Halbasal, id est, cœpe 351. a
Halcedeph ibidem
Halausaz, id est, licium 351. b
Halcasmeg, id est, fœniculum 352. c
Heltrog, id est, pomum citrinum ibidem. d
Hes, id est, mirtilla ibidem
Halmu ibidem
Harlarmel, id est, cicuta ibidem
Halcal, id est, acetum 353. a
Halcarsena, id est, orobus ibidem
Halacarta, id est, piretrum ibidem. b
Halsedep, id est, ruta syluestris 354. c
Halscia, id est, abrotanum 355. a
Halanchat, id est, squilla ibidem
Halgasar, id est, pastinaca ibidem
Harcaph, id est, cardus ibidem
Halcuba, id est, fœnugræcum 356. c
Hupuephatahalep, id est, uua uulpis 356. c
Halteuelep, id est, mulsa ibidem. b
Haldudhal, id est, dactylarium ibidem
Heusericon, id est, ypericon ibidem
Halcusa, id est, Hyssopus ibidem
Halcherina, id est, galbanum ibidem
Halmogra, id est, bolus 357. b
Harsiregalroscar, id est, calx plumbi 357. b
Horph, nasturcium 394. c
Hasse, hesopus ibidem
Harmel ibidem
Haseph ibidem
Habemil ibidem
Humen, iuiube ibidem
Hachille, faba 78. d
Hallig, mirabolani 83. a b
Henne, alcanna 87. b
Humadh, acetosa 90. c
Hasach, tribulus. ibidem. d
91. b

Hazez olsacher, epatica 52. c
Humechle, pira ibidem
Hatil adib 97. a
Hispenach, id est, pinachia 104. c
Huniure, urtica 108. d
Hamehim 120. d
Hasri al ieudi, asphaltum Iudaicum rubeum. ibidem
Hamephitheos kamepitheos 123. b
Hael, mel 133. b
Hambra, ambra 134. d
Hoad, lignum aloês ibidem
Habel culcul 146. d
Hameb athahaleb 152. d
Hass, galla ibidem. c
Hausig, ramnus ibidem
Haraba, cucurbita 158. c
Halben 177. a
Hamenis, pes columbinus ibidem. b
Habbagar, granum iuniperi 178. c.
Hasce thymus ibidem. d
Haber nil 181. b
Harmel pigamus 183. a
Harbatum peucedanum ibidem. b
Hasbel, squilla 198. d
Hacub 200. c
Hundim 201. b
Habzelim 223. a
Hatar, fungi 232. c
Huderegi 155. a

I

Icum methel 251. b
Inchiam algindi beduster, testiculi castorei 288. c
Iudemem 385. b
Iuiube 386. d
Iuiube 397. a
Iachaik, papauer rubeum 71. a
Isaac eben amram 72. c
Ieum henden, nux henden 75. a
Iaum, amygdala 76. d
Icuers 84. c
Ieumbaue, nux muscata 114. c
Iezar, id est, baucia 116. c
Iesemin 120. d
Ienden, behen 146. d
Iergir, eruca ibidem
Iulinar, balaustia 149. a
Iengibel, zinziber 222. a
Iasim enula 223. b
Iabora, mandragora 226. a

K

Kilulem, id est, licium 33. b
Kusbor, coriandrum 49. a
Kesci, orobus. 48. d

Kadi 55. b
Kitran 245. a
Kamad 246. d
Kaphit, id est, pes 295. b
Karen, id est, cornu 307. b
Kamisa, id est, uentriculus 508. c
Kich, id est, pulmo. ibidem
Keisim 382. c
Keneiuri 384. c
Kesile 395. a
Keste ibidem
Kebikengi ibidem. b
Kildaru, felix ibidem.
Kamepuheos ibidem. a
Keiri 387. b
Kerphe 398. c
Kana ibidem.
Kitram, id est, pix ibidem.
Kulb, miltum solis. 70. c
Kanabel ibidem. d
Kodhab humida 78. d
Kullot, castal, glans & castanea 84. c
Kasab, canna 97. a
Kuman ibidem. b
Konder, olibanum 122. c
Kartam, cartamus 138. d
Kulcas, kulcasia. 139. a
Kephe ibidem. b
Keiri 144. d
Kerua, pentadactylus, uel catapucia 146. c
Kitira, dragagantum 149. a. b
Kamelion, cameleonta 175. b
Kemeleon, cameleonta alba ibidem. a
Kandel 179. a
Karphs 186. c
Kauroch, curcuma 200. d
Kanturion 206. 207. c
Kostos, costus 209. a
Kastara, betonica 211. a
Kaphor, camphora. 228. c

L

Luff, id est, dragagontea 57. a
Lebem, id est, lac 296. d
Lubon, id est, caseus 296. d
Labame alphahay, id est, caro Tyri 299. b
Leugbi, id est, phaseoli 337. a
Ligos, id est, accorus 340. d
Lausemacanium 351. b
Lephaa, id est, mandragora 352. c
Lazacalaa, id est, consolidatura auri 358. d
Luzebalaphor, id est, lingua auis 363. b
Leozinegi 380. c
Larghia 395. b
Lubia faseoli 75. c
Lisen althaur, lingua bouis 77. b
Leum, nux auellana 114. d
Leum alkey, nux uomica 115. a
Leum alrachaa, nux mechil ibidem. b
Lisen halasir 147. a
Lisen alhamel, lingua arietis, uel plantago. 149. b
Ler myrrha 189. a

M

Machir, idem quod adaches 29. b
Mahaleb, carpobalsamum 58. d
Motheica, arboris nomen proferens febesten 34. d
Mugali, draco marinus 38. c
Men, manna 59. a b
Miha, storax 59. b
Macharcaraha, pyretrum 244. c
Mogar, sinopida 266. d
Meleh sal ibidem
Martech, lytbargyrium 268. d
Mochial halhadam, id est, medulla ossium 301. b
Menum uxaham, id est, pinguedo & adeps 302. c
Magdeene, id est, catapucia 351. b
Moripsia 382. d
Maharot ibidem
Mu 395. b
Mumia ibidem
Meizabara ibidem
Memithe 396. c
Mcubedhema ibidem
Mugat Merdasengi ibidem
Mescathramesir ibidem
Musa 385. b
Mantidobon myrti 81. a
Mergen, corallus 83. d
Mes, robilie 93. d
Molechil de Machi, bdellium de Mecha 93. b
Machla, palma ibidem
Mu, id est, meu 125. d
Mestech, mastix 125. b
Muri Misch, muscus 126. d
Mumeiz, sicomorus 144 c
Mihad 147. d
Memithe 151. d
Mermex, chrysomilla 157. a
Mumie, mumia 190. d
Molochil, bdellium 191. b
Marua, iantusa 192. c
Merzenus, maiorana ibidem d
Mezerion 141. a

N

Nabach 127. b
Nabath 356. c
Nadid, id est, ferrum 264. c

Nahanaha 193. b
Nucharey ucasab, caries ligni corrosi 61. b
Naramusch, id est, mussii maiorũ granatorũ. ibidem
Narneth, auripigmentum 253. b
Naid, oua 288. d
Neb, molares dentes 295. b
Nauoca, id est, carui 341. a
Nil 396. c
Neheremish, rosa asinina ibidem. d
Naphara ibidem
Naragil 386. d
Nemen 387. a
Nenuphar ibidem. b
Nesrum ibidem
Negil, gramen 94. d
Nilloser, id est, nenusar 106. c
Nersin 128. c
Narcos, narciscus ibidem
Neregil, nux Indica 147. b
Nanochach 193. a
Nemen, serpillum 194. c
Norph, nasturcium 236. d

O

Olba, fœnugræcum 120. d

P

Pentasiler, agnus castus 339. a
Pheludem 379. b
Pustech, id est, fistici 66. d
Paue, id est, rubea tinctorum ibidem

R

Rasas, plumbum 275. d
Ras, id est, caput 308. c
Raued, id est, reubarbarum 353. b
Ribes 380. c
Raued, reu 142. c
Ramich, galia, seu materia ex qua fit galia 154. d
Ribes 155. a
Rameeh 157. b
Reiosricon hypericon 170. d
Raxach, ammoniacum 171. a
Raxos, species cardi 175. a
Roreathalmi, apium aquæ 212. c
Ratenigi ibidem. d
Ratin, id est, resina 213. a
Rhulungen, galanga. 219. b

S

Sauff. id est, lana 307. a
Sararac, id est, fel 300. d
Sebesten 34. d
Sceha, species cuscuce 37. b
Sumbel, spica 62. d
Sedig, malabatrum 64. c
Such, gallia ibidem. d
Saro, galla cypressi 64. d
Sarax, filix 65. b
Sabon, sapo 245. a
Scobram, esula 247. a
Scitaragi 248. d
Scch, alumen 276. d
Scedenigi, lapis ematites 277. a
Sedeph, conchylium 283. b
Senferatab, id est, hyssopus humida 292. d
Stes, id est, ungulæ 295. b
Salchalhaieth, spolium serpentis 305. b
Scahar, id est, lana 307. a
Scahar, id est, capilli 308. d
Schaachileelneemaz, id est, rosa regis 341. b
Syaachiliæ 343. a
Scoadi, id est, ciperi 351. a
Scedes, id est, polium 352. c
Scaunix, id est, nigella ibidem
Sobol, id ust. spica 355. a
Scenstani, id est, sisamum 355. a
Scedeneg, id est, lapis emathytis 357. a
Sarudotes 362. d
Sceahmese, id est, gallia muscata ibidem
Sesemini, id est, uiola ultra marina 379. b
Sosia Shabar 383. b
Sumekit 384. d
Secacul 390. d
Salegha, cassia lignea 396. d
Sandaros Sel ibidem
Sumach Sidere ibidem
Sceduram Subedigi ibidem
Seeancur, stincus Seuesten ibidem
Stirgar 385. d
Scrabram 387. a
Schea ibidem. b
Sandali Sigia 388. c
Sekebinegi Saculuphundurion 397. a
Seilen Sertaragi 398. d
Sencar Scebram ibidem
Steregi Sedine ibidem
Scbenic Sacabic ibidem
Snchaha Summ ibidem
Sepum Scordion ibidem
Sene 66. c
Sandarax, uermix ibidem
Sonabar, id est, pinus 68. c
Sacolla, cardamomum 69. a
Sceilen, lolium 70. d
Scehuterigi, fumus terræ 71. a
Scexabram, ozimum carmentum 72. c
Sadar, nabach 95. a
Sadeyuam ibidem. b
Sarasie, id est, cerasa 106. d

Sus, liquiritia 107. d
Sac, lacca 124. d
Susen, lilium 128. d
Sisalios, siscleos 131. a
Selicm, rapa ibidem
Saherade, ciperus 132. c
Scolophendrion, scolopendria ibidem. d
Surugen, Hermodactylus 133. a
Saber, aloës 136. d
Scehedenegi, canabs 142. c
Sin, ficus ibidem. d
Sanig Arabicum, gummi Arabicum 154. c
Shauch Persicum 160. c
Steusir, oppoponax 167. a
Sadeb, ruta 194. d
Selycha, cassia lignea 195. b
Sachabenigi, serapium ibidem. d
Schea, sandonicum 217. a
Sataiscir, spondium 226. c
Sandal, sandalum 229. d
Sucaram, cicuta 229. b

T

Talisfar 29. b
Thuff, trifolium 33. a
Tereniabin, melroris 36. d
Tarfa, tamariscus 46. d
Thaxthax, papauer 249. d
Teri Armeni, lutum Armenum 264. c d
Teri machtim, terra sigillata ibidem. d
Ten, chimolea 265. b
Tuthia 277. b
Tincar, borax 279. b
Thead, torpedo 284. c
Thaleb, uulpes ibidem
Thartaph, hyrundo 285 a
Thitinacrum, id est, terra sigillata 357. a
Thitarmin, id est, bolus Armenus ibidem
Tubel, id est, lamen æris 358. d
Terregebum, id est, manna 361. b
Tabaisis, id est, spodium 363. b
Talea, id est, caput palmæ 383. b
Thubab 394. d
Tarathit ibidem
Taliphaphat, macis ibidem
Teroniabin ibidem
Tuderi 387. a
Tamarindi 399. a
Teneriabin ibidem
Tuthia ibidem
Tiregi ibidem
Turbit ibidem
Thephisiæ ibidem
Thil ibidem
Tharo ibidem
Tarinus, id est, lupinus 72. c
Tatarich, testiculus uulpis 79. b
Thel, gramen 94. d
Tut, mora celsi 99. a
Tuffa, & Taffargel 100. c
Thahaleb, lenticula aquæ 157. b

V

Vaeg 172. d
Vatiramech 393. a
Vchuen 387. a
Veffaff, id est, ferrum 358. c
Vegem, gramen 94. d
Vel, petrozam 362. d
Vesme, Indicus 61. a
Vsnen, herba kali 164. c

X

Xaher, hordeum 98 d
Xaieralmerien, arbor Mariæ 215. b
Xamm, nigella 216. d
Xauset 237. b
Xebeth, anethum 214. d

Y

Yasch, sordicies 117. d
Yasach alcur, sordicies semicupij balnei 117. b
Ylboë, catella maior 393. a

Z

Abarged 255. a
Zahafaran, crocus 119. a
Zaibar, argentum uiuum 255. b
Zaiton, oliua 30. d
Zaraund, aristologia 118. c
Ze 257. b
Zebd, id est, butyrum 299. b
Zeg, uitriolum 256. c
Zeide, id est, augmentationes, quæ fiunt in cruribus animalium maiorum 295. b
Zibib, id est, passulæ 49. b
Ziniar 254. d
Zire, gluten 103, a
Zuchar, zucharum 62. c
Zugege, uitrum 254. d
Zulenig 380. c
Zurumbeth 173. b
Zurumbeth, zedoarici 119. a

VOCABVLORVM ARABICORVM INDICIS FINIS.

LATINARVM DICTIONVM

Index admodum necessarius.

A

Absynthium 15. b 342. d 37. b (36. 7 b 391. b
Abrotanum 208. c 355. a
Acacia 81. b 340. c 391. a
Acetosa 90. d 331. b 384. c
Acetum 101. a 353. a 382. c
Acorus 172. d 340. d 393. a
Adeps Gallinarum 14. c
Aes 272. c
Aes iustum 398. c
Aër 389. b
Agaricum 23. a 339. b 74. c 399. b
Agnus castus 202. d 339. a
Aloe 23. b 136. d 340. d 397. b
Altea 73. a 345. b
Alkanna 90. c 331. a
Allium 218. c 355. b 383. a
Alumen 277. d 358. d 398. d
Alchanna 394. c
Amilum 45. a b
Amigdala 76. d 341. a 337. b 386. d 395. b
Ambra 134. d 363. a 387. b
Ammoniacum 271. a 341. a 391. b
Ameos 193. a 396. c
Amomum 394. c
Anagallis 110. d
Anisum 162. c 341. b
Anethum 214. d 341. b 384. c d
Anacardus 235. a 361. b
Antimonium 252. c 357. b 391. a
Anas 280. d
Antiperfica 337. b
Anisum 391. b
Anacardi 391. b
Apostemata Cancrenosa 13. b
Aphodillus 145. a
Apium 180. c 355. a 383. a
Apium aquæ 212. c
Aphornitum 269. b
Apium Montanum 354. c 383. a
Aqua Casei 23. b
Aqua 336. c 375. a
Aqua ferrata 394. d
Aqua rosata 388. c
Aristologia 118. c 342. c 393. b
Arbor mariæ 215. b
Argentum 397. b
Argentum uiuum 255. b 393. b
Argentum 273. a
Arbor nucum 348. d
Arsenicum citrinum 358. d
Arsenicum 393. b
Asphaltum Iudaicum 120. d 354. d
Asarum 163. a 342. c 391. a
Asparagi 383. b
Atriplex 23. b 338. d 384. c 107. a
Auena 44. c
Auellana Indica 229, a
Auripigmentum 253. b
Auelana 337. b 386. d
Aurum 279. b 399. b

B

Atrachium 25. a
Basilicum Garyophyllatum 72. c 363. b
Barba Hircina 92. d 350. c
Balsamus. 113. a 343. b
Baucia 116. c 383. b
Balaustia 149. a 343. a 349. b
Baurach 269. b 391. b
Balsamum 389. a
Balsami semen 391. b
Balaustie 392. d
Bacce lauri 389. c
Bdellum de mecha 93. b 343. b
Bdellium Iudaicum 191. b 395 b
Belltrici 82. c d 392. c
Beben 146. d 361. b 392. c
Berberis 148. c 353. a 391. b
Betonica 211. a 338. d
Bleta 107. c 338. d 356. c
Blatta bizantia 109. a b 287. a 388. c
Bombax 70. c
Borax 279. b
Bolus armenus 357. a
Bolus 357. b
Brodium galli 361. a
Bruculi 385. a
Bulbus 234. d 392. c
Butyrum 359. b 299. b 388. d
Bugloss̃a 395. b

C

Causse diminutionis & superfluitatis lactis 25. a b
Capillus porcinus 29. b
Capillus algol 29. b
Cassia fistulæ 36. c 397. a

Camomilla 42. d 341. b
Caulis 47. d 338. c 383. a
Carpobalsamum 58. d
Caries ligni corrosi 81 b
Cardomomum 69. d 348. d 303. b
Candarusium 72. d
Castanea 84. c 354. d 386. d
Cartamus 97. d 342. d 138. d 342. c 398. c
Canna 97. a
Canna mellis 385. b
Cauda equina 102. d 347. b 397. b
Calamus aromaticus 141. b 398. c
Canabs 142. c d
Canabis semen 386. d
Catapucia maior 148. c 349. b 351. b
Cameleon albus 175. a b
Cameleon niger 175. a b
Carui 185. b 348, d 341. a 382. c
Capparis 188; c 348. d 384. d
Cassia lignea 195. b 348. d
Calamentum 205. a
Carui agrestæ 208. c
Caryophylus 209. b
Camphora 228. c 363. b 387. b
Cataputia minor 242. d
Calx 271. a b 396. c
Cancer 282. d
Caro cancri 396. d
Cantharides 285. a 397. a
Castorium 288. c
Castratus 347. b
Canella 348. c id est, Cinamomum 350. c
Camedrios 356. d
Calcucecaumenon, id est, æs ustum 358, d
Caseus 359. b 335. b 296. d
Caro Tyri 360. d 299. b
Caro 334. d 378. d
Caro hortulana 386. d
Caput 308 c
Capilli 308. d
Capillus ueneris 340. c 392. c
Cardus 355. a
Calx plumbi 357. b
Calx uiua 357. b
Cancri usti 361. a
Caro passerum 361. a
Canphora Indica 302. d
Carnium diuersarum uirtutes 377. a b
Cachimia auri & argenti 398. c
Cæra 35. b
Centum Capita 82. d 83. a
Cerasa. 106. d
Centaurea maior 206. d 349. a 398. c
Centaurea minor 207. a 349. a 398. c
Cepe 233. b 351. a 383. a 384. d
Cepe sine tunicis 234. d
Ceruſa 252. d
Cerebrum 292, d
Cera Citrina 349. b
Cerussia 370. c
Chamæphitheos 123. b 356. d 395. a
Chamædreos 124. c d 395. a
Chrisomelia 157. b 386. c
Chamæacte 182. c
Chamælea 241. a
Chimolea 265. b
Chamedrijs 296. c
Chelidonia 296. c
Chamæpitihijs 395. a
Charabe 395. a
Cibi augmentantes lac 25. a
Citrum 28. d
Cypressus 64. d 396. d
Nuces Cypressi ibidem.
Cicer 75. b 330. d 374. c
Citonia 100. c 385. b
Ciperus 132. c 351. a 388. c 396. d
Citrulli 156. c 384. d
Ciclanie 165. a
Cinamomum 169. b 382. d
Cyminum 184. d 382. c
Cicuta 229. b 352. d
Cinis 246. d 357. d 398. d
Cinamum 382. d
Citroli 384. d
Cyperi 396. c
Ciuitates 390. c
Climia 273. b 358. c
Contraria contrarijs curantur 22. d
Coriandrum putei 29. b
Corona Regia 40. d
Coriandrum 49. a 350 d 382. c d
Coralli 85. b 391. b
Cotula 112. c
Coloquintis 179. a 350. c 394. c
Cosius 209. a 350. d 388. c
Condisi 240. d 355. b 395. a
Conchylium 283. d
Coagules 287. b
Coagulum 319. b 391. b
Cornu 307. b
Cortex mali granati syluestris 342. c
Consolidatura auri 358. d
Corigiola 384. c
Cocleæ 397. b

Cordumeni 397. b
Crocus 119. a 330. d
Cutis quid 17. b
Cusura 54. d 383. b
Cussus quid 55. b
Cucumer 150. c 338. c 386. d
Cucurbita 158. c 338. c 384. c
Cubebe 185. b 349. a 395. a
Cutis Arietis 291. a
Cupressi nuces 396. d
Curcuma 197. a

D

Dactyli 70. d 385. a
Dactylarium 350. d
Dentes molares 295. b
Differentia inter cibum & medicinam 7. a
Differentia inter simplicem & compositam medicinam 7. a
Dipsacos 87. a
Dora 374. d
Dragontea & Dracontion 57. b 395. b
Dragagantum 149. a 395. b

E

Elleborvm 346. d 399. a
Emplastrum maturatiuum 13. a
Emplastra maturatiua multa 13. a
Emplastra expinguedinibus 13. a
Empatorium 73. b
Emblici 82. c d 391. a
Enula 322. b 340. a 384. c
Enphorbium 233. a 397. b
Endiuia 355, a 382. d
Eupatorium 346. d
Epatica 91. b
Epar 395. b
Epithymum 103. b 347. a 391. a
Eruca 140. d 382. d
Erysimon 235. a
Ericius 283. b
Esula 247. a
Ebulus 391. b

F

Faseoli 70. c
Faba 83. a b 330. d 374. c
Fex aceti 393. a
Feces uini 50. d 53. b 393. a
Fermentum 45. a b 46. c 399. a
Fœnum græcum 120. c 382. d
Feniculum 212. d 352. c 398. d
Ferrum 264. c 358. c
Ferri squama 394. c
Fel 360. c 300. c 397. a 390. c
Filix 65. b
Fistici 60. d 338. c 386. d 397. a
Fistra 67. b Ficus lupi 97. a
Ficus 142. d 355. b 330. c 385. b
Folium 396. d
Folium arboris assæ 160. c d
Furfur 45. a b 46. c
Fumus terræ 71. a
Fumus 169. a 357. a
Fungi 232. c 383. b

G

Galla cypressi 64. d
Gallia 64. c
Galla 152. c 349. b
Galia 154. d
Galbanum 110. c 350. d
Galamga 319. a 382. d
Gallina 280. d Garus 384. d
Garioffoli 303. a 388. c
Gentiana 108. d 344. d 392. d
Gypsum 253. a 357. b 392. d
Glans 84. c 345. b 386. d
Gluten 103. a 399. b
Goscia 383. b
Gramen 94. d
Granum culcul 146. d
Granum Ben 177. a
Granum capitis 170. d
Granum Indicum 181. a
Granum iuniperi 178. c
Grana cum quibus tinguntur panni 210. d
Granum zelim 223. a 380. d
Gummi maturatiua 13. b
Gummi oliuarum 32. d
Gummi Arabicum 154. c 397. b
Gummi Cerasorum 349. b
Gummi pini 398. c

H

Hebenvs 109. b
Hermodactyli 133. a 390. d
Helleborus uterq; 319. b Herba stulta 230. d
Herbatura 354. c
Hypericon 170. d 350. d Hiacinthus 202. d
Hyrundo 285. a Hysopus herba 393. b
Hysopus humida 292. d 393. b
Hydromel 376. d
Hypocistides 393. a
Hordeum 98. c 373. b
Holus Iamenum 155. b Humida. 78 d

I

Indicvs 81, a 348. c
Iringus fecacul 343. b
Iuuube 98. d 303. a 386. d 397. a
Iuncus 86. c

Iuniperi 178. c 343. c
Iusquiamus 225. a 351. b 392. c
Iulep 376. d

K

KARABE 176. c 395. a
Keiri 144. d 387. b
Keysim, id est, Leuisticus 382. c
Kulkasia 139. a

L

LAC augmentant 25. a b
Lac destruunt 25. a b
Laudanum 57. a 350. c
Lacca 124. d 363. b 395. b
Lactuca 158. d 347. b 356. c 382. d
Laurus 221. a 343. a 345. a
Lapis Phrygius 253. a
Lapis liberans à uenenis 261. b
Lapis Magnes 260. d
Lapis Aquilæ 263. b
Lapis aliaza 263. a
Lapis Rubeus 263. a
Lapis hiacinthus 262. d
Lapis barchen 273. b
Lapis Ematites 277. b 357. a
Lac arborum eltif, id est, Asa fœtida 353. a
Lapis Lazuli 357. b
Lapis spongiæ 357. b
Lac 359. a 335. b 296. d 380. d
Lana 307. a
Lamen æris 358. d
Lapis debecahant 361. b
Lapis zadiargar 362. c
Lapis Batthic, id est, Carneolus 362. c
Lens 35. a 356. d 337. a 374. c
Lenticula aquæ 157. b
Lepus syluestris 280. c
Licium quid 31. b 351. b 394. c
Lingua bouis 77. b
Licinium 79. a
Liquiritia 107. d 344. d 396. d
Lilium 128. d 350. d
Lignum aloës 134. d 363. a
Lingua auis 147. d 363. b 395. b
Lingua arietis 249. b
Limatia 28. b
Lingua agni 342. c
Litargyrium 378. c
Litri siue blitri 384. c
Lolium 70. b
Lupinus 72. c 337. a 347. a
Lutum Armenum 264. c d
Lumbrici terreni 284. d
Lutum comedendum 387. a
Lutum lene ibidem

M

MATVRATIVA QVAE 12. d
Macis 29. b 351. b
Manna 59. a b 361. b
Malabatrum 64. c
Mastix 352. c 125. b 395. b
Maluauiscus 73. a 399. a
Malum granatum 97. b 337. b 385. b
Malua 106. c 384. c
Matricaria 162. d
Marubium 397. b
Marubij altera species 192. c
Maiorana 192. d 387. a
Mandragora 226. d 352. c 387. b 394. d
Marchesita 26. a 398. c
Magnes 260. d Margaritæ 362. c
Medicinæ subtilis substantiæ 2. c
Medicinæ crassæ substantiæ 2. c
Medicinæ mediæ 2. d
Medicinarum distinctio secundum sapores 2. d
Medicina simplex quæ 7. a
Medicina composita quid 7. a
Medicina quando est cibus 7. a
Medicinæ temperamentorum ratio 7. b
Medicinarum diuisio secundũ uirtutes primas 8. c
Medicinæ calidæ & siccæ 8. c
Medicinæ calidæ & humidæ 8. d
Medicinæ frigidæ & siccæ 8. d
Medicinæ frigidæ & humidæ 9. a
Medicinæ calidæ & humidæ in secundo 9. b
Medicinæ frigidæ & siccæ in secundo 10. c
Medicinæ frigidæ & humidæ in secundo 10. c
Medicinæ calidæ & humidæ in tertio 11. a
Medicinæ frigidæ & humidæ in tertio 11. a
Medicinæ frigidæ & siccæ in quarto 11. b
Medicinæ ex animalibus 11. b
Medicinæ maturatiuæ 12. c d
Medicina mellificatiua 13. b
Medicina indurativa 14. c
Medicina glutinatiua & opilatiua 14. d
Medicina mundificatiua & aperitiua pororũ 15. a
Medicina resolutiua seu rarificatiua 15. b
Medicina inspissatiua 16. c
Medicina aperitiua orificiorum uenarum 16. c
Medicina adustiua 17. a
Medicina putrefactiua 17. a
Medicina diminutiua carnis 17. b
Medicina cicatrizatiua 17. b
Medicinæ repellentes hulcera à carne 18. c
Medicinæ impulsiuæ, siue repercussiuæ 18. c
Medicina attractiua 18. d
Medicina custoditiua & liberatiua 18. d
Medicinæ repugnantes uenenis 19. a

Medicina sedatiua doloris 20. c
Medicina narcotica ibidem. d
Medicina subtiliatiua ibidem
Medicinarum uirtutes multæ ibidem
Medicina solutiua & mundificatiua 21. a
Medicinæ laxatiuæ ratio. 21. a b 22. c d 23. a b
Medicinarum solutiuarum catalogus & differentia 24. c d
Medicinæ augentes lac 25. a
Medicinæ abscindentes lac ibidem. b
Menstruorum Medicinæ, & de his, quæ prouocant menstrua 25. b 26. c
Medicinæ spermatis 26. d
Medicinæ, quæ prouocant urinam. 27. a
Medicinæ tussis 27. b
Medicinæ mundificatiuæ renum 28. c
Medicinæ frangentes lapidem 21. c
Melroris 36. d
Melliſſe 43. b 382. d
Memithe 344. d
Menta 347. a 193. b 347. a
Meu 125. a Mel 133. b 387. a
Memithe 151. a 396. c
Melo 156. d 338. c 386. c
Mezerion 241. a 396. c
Melongiæ 338. d 383. a
Mentastrum 344. d 397. b
Mercurialis 350. c
Melilotum. 352. c 391. b
Medulla ossium 301. b. 361. b
Mes 374. c
Malium solis. 70. c 398. c
Milium 337. a 86. d
Myrtus 80. d 387. a
Mirabolani 87. b 361. a 393. a
Myrrha 198. a 396. c
Minium 252. d
Mirtilli 352. d
Moripsia 382. c
Mora celsi 99. a 386. c
Mundificatiua pectoris 27. b
Mustum malorum granatorum 61. b
Musa 77. b 385. b
Mustus quercinus 81. a b
Muria 126. c
Mustus 120. d 363. b 387. b
Mumia 190. d 395. b
Mulsa 344. d 356. d

N

NArcissus 128. c 387. b
Nasturcium 236. d 348. d 382. d
Napi 383. b 385. a
Nenufar 106. c 387. b
Nigella 216. c Nil 396. c
Nurum 269. b 396. c
Nux henden 75. a
Nux muscata 114. c 361. b 392. d
Nux auellana 114. c d
Nux uomica 115. a
Nux mechil. ibidem. b
Nux Indica 147. b
Nux Methel. 251. b 392. d
Nuces 337. b 386. d

O

OLeander 393. a
Oleum 30. d 31. a b
Olei amurca 31. b
Oleum oluarum syluestrium 32. c
Oleum quod trahitur ex oliuis immaturis 348. b
Oleorum diuersa genera, & eorum uirtutes. 388. d
Oliua 30. d 385. a (389. a
Oliuarum gummi 32. d
Oliuæ salmuria conditæ 385. a
Olibanum 122. c
Orobus 48. d 353. d
Origanum 203. a 382. c
Oppoponax 353. a 167. a 392 d
Ostraca marina 286. c
Ossa uuarum passarum 344. d
Ossa combusta 306. c
Oua 288. d 335. b 360. c 380. c
Oximel 376. d
Ozimum carmenum 72. c
Ozimum gariophilatum 111. a
Ozimum non gariophilatum 111. d b
Ozimum domesticum. 120. d

P

PAnis 45. a b
Papauer rubeum 71. a
Palma 93. b
Panax 202. c
Parpitella 230. c d
Papauer 249. b 352. d 386. d
Pastinaca 345. a 355. a
Panicum 374. d
Panis hordeaceus 374. d
Panis tritici 374. d
Partium animalium uirtutes 378. c
Penidie 62. d 387. a
Pæonia 67. a 345. a 397. b
Pentadactylus 146. c
Persicum 160. c d 337. b 386. c
Pes columbinus 177. b 339. a
Pencedanum 183. a
Pes 295. b
Phaseoli 337. a 374. c

Pinguedines maturatiuæ, & de earum ratione multa. 13. a
Pinguedines mollificatiuæ 14. c
Pinguedinum qualitas 14. d
Piperella 44. d
Piper 244. c 353. d 382. c
Pineæ 349. d 338. c 386. d
Pisces 335. b 305. b 381. b
Pinguedo, adeps 302. c
Plantago 149. b
Populus 46. c
Poma 100. c 337. d 386. c
Polium montanum 115. b 342. d 352. c
Polypodium 164. d 353. b 392. c
Portulaca 230. c 338. c 384. c
Porrum 239. b 382. d
Pomum citrinum 352. d 387. a
Pruna 103. b 337. b 386. c
Præsium 135. b 353. b
Psilum 148. d 356. d 392. c
Pulegium 203. d 348. c
Pumex 273. b 398. c
Pulmo 308. c

R

Rapa 131. b 338. d
Ramnus 152. c
Radix piperis 206. c
Rana 286. c
Raphanus 353. b 384. c
Reu 142. c
Resina 213. d
Ren 296. c
Reubarbarū 353. b 398. d
Rizi 37. d 373. b
Ribes 158. d 386. c
Rosa 89. d 354. d 387. a
Robilie 93. d 374. d
Rosmarinus 215. d
Rosa regis 341. b
Rob uiolarum & aliorum 376. d
Ruta siccat sperma 26. d 194. d 382. d
Rubea tinctorum 66. d 346. d
Rubus canis 96. d
Rubus ibidem. c
Rubus tabens 148. c
Ruta syluestris 354. c

S

Saporum ratio 2. d 373. d
Sapor duplex 2. d
Saporum iudicium 3. a
Sapor insipidus 3. a
Sapor unctuosus ibidem b
Sapor dulcis 4. c
Sapor terrenus 4. c
Sapor amarus 4. c 5. a
Salsugo 5. b
Sapor acutus 5. b
Sapor stipticus. 6. c
Sapor ponticus ibidem. d
Sapor acetosus 12. d
Saniei generatio ibidem
Sanies quomodo maturanda ibidem
Salobar 69. b
Sarcocolla 39. d 391. a
Sandara 66. c
Salix 102. c
Saluia 110. c
Sauina 163. d b
Satyrionis species alia 166. d
Satureia 206. c
Sandonicum. 217. a
Sanguis draconis 225. b 357. b
Sandalum 229. b d 363. d 388. c
Sapo 245. d 397. b
Sal 266. d 358. c 382. c
Sal Armoniacus 271. b 396. d
Salsa 385. a
Satyrion 354. d 392. c
Sanguis 291. b
Salmuria 384. d
Scientia nominum quantum ualet 18. d
Scotanum 104. d
Scolopendria 132. d 342. d
Scamonea 197. d 397. a
Scorpius 283. a
Scordion 398. d
Sepum omne 398. d
Sepum caprinum 14. c
Semen lini 42. c
Sene 66. c 362. d 235. b
Serpillum 194. c
Scrapinum 196. c
Semperuiua 231. d 340. c 394. d
Semen rosæ 354. d
Secarculyringi 343. b 362. d
Sebesten 362. d 396. d
sisamus 78. c 355. d 380. d
Siseleos 131. d b 355. d 397. d
Sycomorus 144. c
Sinapis 249. d 385. d 399. d
Sinopida 266. d
Simila 374. d
Siclæ 383. b
Siliqua Hierosolymitana 386. d
Sigia 388. c
Smaragdus 362. c
Solutiuæ Medicinæ ratio, differentia, catalogus, enarratio. 21. 22. 23. 24. per totum.
Sorba 90. c 386. c
Sordicies 117. d
Sordicies semicupij balnei ibidem. b
Solatrum 152. d 397. d
Sperma quid
Spermatis generatiua. 26. d
Sperma extinguentia ibidem
Sperma augmentantia lac ibidem
Sparagus 30. d 342. d
Spongia marina 40. c 362. d
Spica 62. c
Spica nardi 63. d
Spica Romana
Spica celtica 63. d b

Spica Indica 396. d
Spina alba 84. d
Spelta 96. c
Spina Arabica 98. d
Spinachia 104. c 338. d 384. c
Spodium 226. c 363. d 394. d
Spuma nitri 269. b
Sputum 289. b
Spolium serpentis 305. b
Spuma maris 261. d 393. b
Squilla 198. d 355. d 391. b
Squinantum 41. d
Stupefactiua 20. c d
Stercorum differentiæ 18. d 360. d
Sticados 40. d 355. b 391. b
Storax 59. b 355. b
Staphysagria 176. d 396. c
Stannum 273. b
Stercus 293. b
Sumach 151. b 354. d 396. d
Sulphur 266. c 358. c 395. d
Sudor 306. d

T

Tamariscus 41. b 352. d 394. d
Tamariscus uerus 46. d
Tapsia 224. c 347. d
Tamarindi 230. c 361. b 399. d
Testiculi uulpis 79. b
Testiculi canis ibidem. c
Terebinthus 112. c
Terra sigillata 264. d 357. d 394. d
Tegula 279. b
Teste conchylium. 286. c
Testiculi castorei 288. c
Terra stellæ 357. d
Testa 358. d
Tela aranee 306. d
Thymus 178. d
Thymbra 206. c
Thus 331. b
Tuhymallus 237. b 356. c 395. d
Torpedo 284. c
Trifolium 33. d b
Tribulus 91. b
Tragagantum 356. c
Triticum 373. b
Turbuh 23. b 217. d b 399. d
Tussis, & quæ liberant à tussi 27. d b
Tubera 157. b 383. b
Tuthia 277. b 358. c 399. d

V

Valeriana 356. d
Venenorum ratio & cura 19. d b
Ventriculus 308. c
Ventus 389. b
Vestimentum ibidem. d
Virtutes simplicium secundæ 12. c
Virtutum diuisio 9. d
Virtutes simplicium multæ 20. d
Vitis 49. b 395. d
Vitis syluestris 50. c
Vitis flos ibidem
Vitis domestica ibidem. d
Vinacia 50. d 53. b 375. b
Vinum ibidem
Vini feces ibidem
Vitis alba 53. b
Vini iuuamenta 52. c 375. b
Vitis nigra 54. d
Viola 104. c 347. b 387. d
Viscus 116. d 347. b 392. d
Virga pastoris 231. b 354. d
Vitrum 254. d 393. b
Viola de Romania 351. b
Vitriolum 358. c
Viride æris 359. d
Viola ultra marina 363. b
Vngula aromatica 109. d b
Vngulæ 295. b
Volubilis 55. b
Vrtica 108. d 340. c 391. b
Vrin 360. d 290. c
Vuæ 385. d
Vua acerba 51. d
Vua passa 51. b 336. c 385. b
Vuæ grana 52. c
Vua uulpis 152. d 356. c
Vulpes 284. c

X

Xiloaloes 388. c
Xilocaracta 102. c

Y

Yringi 343. b

Z

Zafaram 388. c
Zedoaria 119. d
Zinziber 222. d 346. d 390. d 393. d
Ziniar 254. d 393. b
Zucharum 62. c 387. d
Zucharum rosatum. 390. d
Zucharum uiolarum ibidem

LATINARVM DICTIONVM INDICIS FINIS.

AVTORVM CATALO

GVS, QVI A SERAPIONE CITANTVR.

A Bugerig.
Abix, uel Habix.
Alkanzi.
Amram, filius Bihaumet.
Aben Meſuai.
Abengerig Hæremita.
Atabari.
Abohanifa.
Albaſari.
Alexander.
Aabrianifa.
Archigenes.
Abraham filius Solomonis Iſraelitæ.
Almanſor.
Armaſios, uel Armaſius.
Adamaſtus.
Archis.
Albatarjſch.
Alfereſi.
Attram in libro de cibis.
Alchalahamen.
Abenguefit.
Aieyſe.
Ahamet Eben Dauid iumar.
Almaiemit.
Alkalamen.
Annibeten.
Alferes.
Azaraui.
Aloeſine.
Alphenſi.
Ayſe.
Andreatos.
Alchalaimen.
Bebigoras.
Barbios, in libro de agricultura.
Choci.
Conſtantinus.
Dioſcorides.
Demaſcenus
Damaſchut.
Eben meſuai.
Galenus.
Haieſe Eben meſuai.
Hunaim.
Hachim Eben hunai
Habohanifa.
Hachele.
Iſaac Eben amram.
Iſaac ben Sulaimen.
Ihaie.
Iudæus.
Ignotus quidam.
Kacebras.
Liber cõtinẽs totũ, uel liber aggregatus.
Liber de Medicina antiqua.
Liber uenenorum.
Liber de quæſtionibus naturalibus
Liber quæſtionum.
Liber uenenorum.
Meſeah, Meſeahen.
Meſarugie.
Medici Perſidæ.
Meheris.
Medicina antiqua.
Mahazer.
Omeis bentanim halachadite.
Onaſim.
Paulus.
Phulami.
Raſis.
Ruffus.
Sindaraxar.
Salamaue.
Scindaxar.
Sulahin ebenhahaſen
Salemnia.
Tabari.
Xarcha Indus.

CATALOGI
FINIS.

SERAPIONIS AGGRE

GATORIS DE SIMPLICIBVS COMMENTARII, ABRAHAMO IVDAEO, ET SYMONE IANVENSI INTERPRETIBVS.

POSTQVAM VIDI LIBRVM DIOSCORIDIS, ET LIbrum Galeni in Medicinis Simplicibus, aggregatos ſuper hoc quod neceſſarium eſt de ſcientia earum. Et uidi eos ſuffi cientes in hoc, niſi quia ipſi erant ſeparati, quare oportebat quod aggregaretur inter eos. Quod eſt, quia in unoquoq; eo rum eſt pars ſcientię, quæ non eſt in alio, quoniam Dioſcori des rememorauit unamquamq; Medicinam cum circumſcri ptione & figura ſua, & iuuamento ipſius, & Galenus memo rauit eam cum ſubſtantia, & ſapore ſuo, & qualitate, & uirtu te ſua, & iuuamento eius. Alleuiaui laborem meum, & ſuſtuli ſolicitudinem in ag gregatione utilitatum amborum librorum, & ordinatione iuuamentorum ipſo rum. Quare aggregaui ſermones ipſorum ſuper unamquamq; Medicinam ſingula riter, & accepi id quod eſt aſſuetum apud nos, & quod currit in plurimis aliorum librorum, & confirmaui in libro meo hoc, & premiſi ut in pluribus in principio cu iuſq; ſermonis ſuper qualibet Medicina expoſitionem occulti ex ea per nomen ma gis notum & diuulgatum. Et poſt hoc proſecutus ſum addens huic illud quod nar rauit Dioſcorides de habitu & figura eius, & poſt hoc feci ſequi illud quod rememo
B rauit Galenus de qualitate ſubſtantiæ & eſſentiæ, & uirtutis & ſaporis, & iuuamen ti eius. Deinde redij addens illud quod narrauit Dioſcorides in iuuamento ipſius, & in modo operationis circa ipſam.

Et ſcripſi in principio cuiuſcũq; ſermonis Dioſcoridis literam D, & in principio cuiuſq; ſermonis Galeni literam G, & cum hoc confirmaui ſermonem eorum in ex poſitione ipſius Medicinæ, in principio cuiuſq; capituli, cum literis duabus uulgari bus notis, ſcilicet ſignificantibus numerum, ita quod per primam literam ſignifica retur, in quo libro, uel tractatu memorauit eam Dioſcorides, per ſecundam uero, in quo memorauit Galenus, & cum toto hoc compleui ſermonem cuiuſq; Medicinæ, cum hoc quod inueni memoratum ab alijs Medicis, & addidi ex ſermonibus eo rum uerbis, Dioſcoridis & Galeni, illud quod ipſi non rememorauerunt, & propa raui ſermonem cuiuslibet dicentis cum nomine ſui dictoris, & abſolui me ſuper no men ipſius. Et diuiſi librum hunc meum in duas partes. In prima quidem narra ui plures ex ſubſtantijs Medicinarum, & ſaporibus, & uirtutibus primis, & ſecun dis, & tertijs, ſecundum quod memorauit Galenus. In ſecunda uero poſui diuiſio nem modorũ Medicinarum trium generum, uidelicet Plantarum, Mineralium, & Animalium. Et diuiſi Medicinas, quæ ſunt ex plantis, in quatuor gradus, & po ſui in unoquoq; gradu illud quod eſt calidum uel frigidum in illo. Et diuiſi quem libet gradum caliditatis & frigiditatis, in hoc quod eſt humidum & ſiccum, in eis. Sed ante hoc præmiſi ſermonem in Medicinis, quæ ſunt æqualis complexionis. Ex hoc ergo deuenit, quod unaquæq; Medicina ſit nota & ſeparata ab alijs, & ſecun dum hanc eandem formam proceſſi in Medicinis, quæ ſunt ex Mineris. Et ſimiliter in Medicinis, quæ ſunt ex animalibus, & ordinaui capitula ipſarum Medicinarum, ſecundum alphabetum Arabicum, quod eſt abuget. A Deo ergo imploro auxilium ſuper laudem eius, & uigorem in exaltatione ipſius.

PARS PRIMA.

De ſubſtantijs Medicinarum, & primo de Medi cinis ſubtilis ſubſtantiæ. Sermo I.

C MEdicinæ ſubtilis ſubſtantiæ, habent naturam ſimplicem per ſe. Et ipſa quidem non eſt Medicinarum calidæ complexionis ſolum, ſed etiam frigidæ. Et Medicina ſubtilis eſt illa, quæ cito diſſoluitur, & diuiditur in partes minutas per calorem, cui obuiat in corpore. Verum quæ ex illis eſt calida, eſt mordens, & quæ frigida ex eis eſt, non eſt mordicans, & maxime illa, quæ habet coniunctam cum ſua ſubtilitate, contrarietatem ſuæ complexionis, & exempla Medicinarum ſubtilis ſubſtantiæ ſunt hæc.

Camomilla.	Nux.	Laudanum.	Keiri.
Dragontea.	Iuniperus.	Fiſtici.	Cinamomum.
Peonia.	Ipericon.	Fermentum.	Yſopus herba.
Caſith.	Menta.	Amigdalæ amaræ.	Ruta.
Roſa.	Caſſia lignea.	Sordicies balnei.	Agnus caſtus.
Gramen.	Pulegium.	Acetum.	Nigella.
Ireos.	Kitran, & omnia	Vrtica.	Arbot nabach.
Ebanus.	his ſimilia.	Balſamus.	

DE MEDICINIS GROSSAE SVBSTANTIAE.

NAtura Medicinarum, quæ ſunt groſſæ ſubſtantiæ, non ineſt Medicinis frigidis ſolum, ſed & calidis ſimiliter, & Medicina groſſa eſt illa, quæ non cito diſſoluitur, nec diuiditur in partes minimas, de natura ſui per calorem, quem inuenit in corpore, ſed illa quæ ex eis eſt calida, eſt adurens faciens eſcaram, aut putrificans, aut aperiens ora uenarum, & exempla harum uenient poſtea, quãdo loquemur de uirturibus ſecundis Medicinarum, & quod eſt frigidum, non habet poſſe quod mordicet, quia calor, qui eſt in corpore, non uincit illud, quando obuiat cuti, & exempla earum ſunt hæc.

Myrtus	Galla.	Sumach.
Poma.	Acacia.	Ronæ, uel kane,
D Cidonia.	Rubus.	id eſt, ſpecies fungi, & ſimilia.
Balauſtiæ.	Xilocaractę.	
Memithę.	Plantago.	

DE MEDICINIS MEDIIS INTER groſſiciem & ſubtilitatem.

QVia ſubtilius corporum eſt aer, & groſſius eorum eſt terra, & medium horum eſt aqua. Accidit, quod quæ ſunt ex aere magis ſunt ſubtilia, & quę ex terra magis groſſa, ſicut oſtendimus in noſtris exemplis, & quorum ſubſtantia eſt aquea, ſunt media inter groſſiciem & ſubtilitatem, & exempla horum ſunt, poma dulcia, uiolæ dulb, arriplex, uirga paſtoris, portulaca, ſemperuiua, & ſimilia.

DIVISIO GENERALIS MEDICINARVM ſecundum ſapores. Sermo II.

OMne cui lingua obuiat, aut agit in guſtum, aut guſtus agit in ipſum, & id quod non agit in guſtum, nominatur ſine ſapore, & Galenus nominauit ipſum inſipidum, & eſt quod ſaporem non habet. Et quod ſaporem non habet, diuiditur in duo, unum eorum eſt corpus ſimplex, & ſecundum eſt corpus compoſitum, & ſimplex eſt ſicut aqua, & alia elementa, quia non habent ſaporem. Et compoſitum diuiditur in tria, unum eorũ eſt, cuius ſubſtantia eſt aquoſa, ſicut canna tenera, & gramen. Et ſecundum eſt, cuius ſubſtantia eſt terrea, ſicca tactu, ſicut amilum, tutia, ceruſa, & alię ſpecies luti, & ſimilia horum. Et tertium eſt, cuius ſubſtantia eſt uiſcoſa, humida tactu, ſicut oleum, albumen oui, ſepum, & pinguedo, & hæc duo ultima conuenitant in nomine ſcilicet infrigidatiuum, & glutinatiuum. Et ego complebo ſermonem in eis, in loco ſuo, ſi Deus uoluerit. Et illud quod agit in ſenſu guſtus, diuiditur in duo, unum eorum eſt delectabilis, & aliud contriſtans. Sed delectabilis eſt omne quod

A quod eſt tale comparatum guſtui guſtantis. Et illud quod operatur guſtui humano eſt illud quod eſt ſimile complexioni corporis hominis, & eſt calidum & humidũ, cum temperamento, & ideo facit delectabile linguæ, ex delectatione ſui, id quod facit aqua tepida corporibus, quando obuiat eis. Et quod eſt in hac complexione, ſicut in cuius ſubſtantia uincit aqua, lenit & præparat, & ęquat partes linguæ eminentes cum depreſſis, cum delectatione manifeſta, & hoc nominatur dulce. Et ſi uincit ſubſtantia aerea in eo, operabitur illud quod diximus ſine delectatione apparente, & nominatur unctuoſum. Et ideo omne delectabile guſtui, aut erit dulce, aut unctuoſum, aut compoſitum ex his duobus. Sed ſi alicui horum admiſcebitur aliquis ex ex ſaporibus, alijs erit ſecundum ſaporem illum, qui ei admiſcebitur & operabitur, non ſicut cibus, ſed ſicut cibus & Medicina. Sed contriſtans facit contriſtationem in ſenſu guſtus, cum punctione uel mordicatione. Et illa mordicatio eſt faciens ſolutionem in continuo, & quod ſoluit cõtinuitatem, aut facit illam operationem cum ſuperflua diſgregatione, & illud eſt calidum, aut facit illud cum ſuperflua congregatione, & illud eſt frigidum. Et calidum quidem diuiditur in duo, ſcilicet in terreum & igneum, ſed terreum diuiditur in duo, unum quod lauat & abſtergit omne quod adhęret linguæ, & ſeparat illud, & nominatur ſalſum, & ſecundum quod eſt magis abſterſiuum, adeo, donec adhęreat linguæ ex eo, & groſſicies nocens, & ſeparat ſeparatione forti, & illud nominatur amarum, ſed ignei mordicatio eſt cum caliditate & acuitate, & iſtud nominatur acutum. Et frigidum diuiditur in duo, unum terreum, & aliud aqueum. Sed terreum, quando inuenit linguam, aut congregabit, & exiccabit, & exaſperabit cum uirtute & fortitudine, quouſq; perueniat ad centrum operatio eius, ſicut pirum immaturum, & illud appellatur ſtipticum ponticum, aut erit minus eó, & nominabitur ſtipticum. Et diuerſitas inter ſtipticum & ponticum in hoc eſt, quia ponticum habet in ſe omnia iſta, ſtipticum autem non. Et aquoſum

B eſt illud quod facit ebulitionem, & illud eſt acetoſum. Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc quod narrauimus, quod ſapores ſunt octo, & quod non habet ſaporem, eſt unum, quare ſunt omnes nouem. Et ſunt, inſipidus, unctuoſus, dulcis, amarus, ſalſus, acutus, ſtipticus, ponticus, & acetoſus.

SERMO DE VNOQVOQVE SAPORE. Et primo de inſipido ſapore.

INſipidi ſubſtantia eſt aquoſa multa, & eſt de ſpecie dulcis, niſi quia quando miſcetur cum eo humiditas aquoſa multa, minuitur dulcedo eius. Et ideo fructus in alta arbore eſt dulcis, & qui eſt prope terram, eſt inſipidus, propter dominium ſubſtantiæ aquoſæ in eo, ut in pluribus, propterea quia aduenit ei multum de humiditate, & ex his eſt granum frumenti, & ordei, & faba, & cicer. Omnia iſta in principio natiuitatis eorum ſunt propinqua illis, quæ non habent ſaporem omnino, quouſq; maturantur & exiccantur, & fiunt dulciora quam prius.

SERMO DE VNCTVOSO.

VNctuoſum delectabile eſt dulce, & ſubſtantia eius eſt aquea & aerea. Et uirtus eius prima eſt humectatiua, ſine calefactione apparente. Et uirtus eius ſecũda eſt mollificatiua, lubricatiua, & exemplum eius eſt pinguedo, & oleum oliuarum, & aliorum, à quibus ſumitur oleum.

SERMO DE DVLCI.

DVlcis ſubſtantia eſt æqualis, & uirtus omnium dulcium eſt calida, niſi quia calor diuerſificatur in eis, ſecundum paucum & multum. Ideoq; ſunt diuerſitates in dulcibus, quia quod eſt dulcius, eſt calidius, & non aduenit ex dulcis calidate nocumentum calori innato, ſed eſt caliditas eius proxima corporibus, quibus apparet dulce, & terminus dulcis eſt, qui extenditur, donec fit cibus, niſi quia abſtergit, & hoc duobus modis, unus cum calore proprio & naturali, ſicut mel. Et ſecundus cum calore acquiſito, ſicut omnia quæ coquuntur ſuper ignem, & propter hãc

C cauſſam inuenimus omnia iſta dum ſunt calida actuali calore eſſe delectabiliora, quando ſumuntur in cibis, & rob non acquiſiuit dulcedinem, quæ eſt in eo à calore naturali ſolum, immo partem à calore extrinſeco, & hoc eſt in uuis, & in alijs fructibus omnibus, quia cũ hoc calore actuali coquuntur omnes fructus aquoſi, qui ſunt mediocris maturationis, & perueniunt ad complementũ maturationis, & iſta quidem aſſimilantur rebus, quas permutauit ignis, niſi quia quando ſuperfluit calor dulcedini, ſuperfluitate multa, accidit ei illud, quod accidit melli, quando uetera-ſcit, aut quando coquitur nimis, & ita eſt de omnibus dulcibus, & ſecundum hanc formam operatur calor in rebus amaris duobus modis, ſicut agit in dulcibus.
Et uirtus eius ſecunda eſt uirtus quæ lubrificat & maturat & mollificat & conden-ſat. Et dulcia quidem ſunt omnes arbores, quarum fructus comeduntur ab homi nibus, & carnes animalium, & plures herbarum, & radicum, & florum, & ramulo-rum, & foliorum herbarum.

SERMO DE AMARO SAPORE.

ET amari ſubſtantia eſt terrea ſubtilis, & oportet quod intelligas ex dicto meo ter reum ſubtile, hæc duo uerba iuncta ſimul unũ, ſcilicet alteri, & non legas unum quodq; ſeparatum, quia ſi ſic legeres, appareret ex dicto meo contrarium, per hoc quod dico ſubtile, quia non dicimus res amari ſaporis, ſubtilis ſubſtantiæ abſolute, ſed dicimus, quod ſunt ex ſubſtantia terrea ſubtili, ſicut eſt cinis & calx, & omnia quæ ſunt aduſta aduſtione completa, & ſunt conuerſa in cinerem, & forſitan ſi ali-quis aſſimilaret ſubſtantiam amari alicui ex ſpeciebus fumorum ſubtilium, qui ge-nerantur ex inflammatione ignis, eſſet in aſſimilatione ſua apparens uerax, quia iſte fumus ſimiliter eſt amari ſaporis. Et corpora quidem terrea groſſa ſunt, ferrum & lapis, & corpora terrea ſubtilia ſunt, fumus & cinis, ſed & lapis & ferrum calefacta in igne, ſunt groſſiora quam calx & cinis, maxime quam cinis & calidiora eis, & ſi-milia lapidi calefacto in igne, uel ferro, ſunt Medicinæ interficientes, in hoc quod fa-ciunt de corroſione, quando calor corporis obuiat eis, ſicut ſunt colcothar & zegu-iride, & rubeum, & arſenicum, & argentum uiuum, & alia multa, quoniam illa cu-ius uia eſt hæc, uia ſunt Medicinæ groſſæ ſubſtantiæ, & uirtus earum eſt calida, & non poſſunt penetrare propter ſuam grauedinem cito & ſine nocumẽto, ſicut tran-ſeunt partes ſubſtantiarum ſubtilium, & propter earum prohibitionem & tardita-tem continuam, & longitudinem morę, in una parte corporis eſt uerum, quod de-bent nocere, ſicut nocet acus infixa carni, & ſubtiliora horum, quorum ſubſtantia eſt terrea, ſunt calx, & arſenicum, & lepus marinus. Et iſtarum quidem Medici-narum aliquæ ſunt quæ accedunt ad epar, & aliquæ quæ tranſeunt uſq; ad ueſicam, & acquirunt in longitudine uię, qua tranſeunt calorem igneum, & ariſtologia qui-dem, & radix lilij ſunt ſubtiliores iſtis, & ſignum ſuper hoc eſt, quod non ſunt ſicut illa in ſiccitate & ariditate, & in grauitate, & ideo ſunt extra naturam Medicinarum interficientium. Et uirtus prima amari eſt calida, niſi quia caliditas ſua habet mul tas diuerſitates, quia illud quod eſt amarum, multa amaritudine eſt calidius, abſq; quod ſit in termino quod comburat. Et illud quod habet paucam amaritudinem, habet paucũ calorem, & calor horum eſt quod abſtergit, & ideo poſſibile eſt quod dicatur quod ſapor amarus ſit in corporibus ſiccæ complexionis, & res amaræ ſunt longinquiores ad recipiendam putrefactionem alijs corporibus, & non generan-tur in eis uermes, & alia ex animalibus quæ generantur ex putrefactione, ſicut illa quæ generantur in radicibus arborum, & herbarũ quæ ueteraſcunt. Et uirtus eius ſecunda eſt, quæ abſtergit & incidit humores groſſos, ſicut facit baurach, & ſal ni-trum, & natura eius non eſt aerea, nec ſubtilis aquea, ſed ſubſtantia eius eſt terrea, quam fecit in ea calor, qui permutauit eam permutatione cõpleta, donec ferè com-buſſit. Et quando tu comparas Medicinas amaras, Medicinis ſtipticis non erit ma-gnus exceſſus ſubtilitatis in amaris ſuper eas. Et quando comparaueris eas Medici-nis calidis acutis, ſunt calidiores eis & groſſiores, ideo non penetrant ita cito in hu-

D mores

A mores uiſcoſos groſſos, ſicut penetrant Medicinæ, quarum ſubſtantia eſt magnæ ſubtilitatis, uerum non deeſt eis ſuper hoc inciſio humorum groſſorum, ſicut deeſt Medicinis groſſæ ſubſtantiæ. Quare oportet quod Medicinæ quæ incidunt, ponan tur in medio duarum extremitatum, quia non penetrãt ita cito, ſicut flamma ignis, & ſplendor, & non differunt multum, nam propter ſuam dilatationem iam non poſſent diuidere, & incidere illos humores. Et uirtus tertia eſt, quod res amaræ omnes habent in ſe naturam faciendi in corpore, quando ingrediuntur illud ſimile eius, quod ipſæ faciunt in ulceribus extrinſecis, uidelicet quod lauant & abſtergunt & mundificant & incidunt, quod eſt in uenis ex humoribus groſſis, & propter hoc prouocant menſtrua, & conferunt excretioni ſanieià pectore & pulmone. Et gene raliter ſi eſt flegma groſſum induratum alicubi, aut ſanies, aut aliud ſimile mundifi-cant, & ideo contingit ex eis, quod illud quod eſt niſi in natura ſua mortiferũ, uel oc cidens confert Epilepſiæ, ſed interficientes ex eis, egrediuntur naturam ſuæ ſpeciei, & ſicut prædictæ conferunt Epilepſię, ita ſunt cauſſę nocẽdi Emoptoicis, quoniam ſputum ſanguinis eget rebus ſtipticis, & habentibus uiſcoſitatem, & non rebus inci-dentibus uiſcoſitatem, & diuidentibus. Præterea ſicut amarum lauat & abſtergit id quod eſt in ulceribus de ſanie, & mundificat illa, ſicut facit dora, id eſt mellica, & res radicis lilij, & arbor oppoponacis, ita res calidæ, acutæ, non mundificant, quod eſt in ulceribus ſolum, uerum etiam habent naturam corrodendi carnem ulcerum, & exiccandi, ſicut ſtaphiſagria, quia ipſa ſi non eſſet amarior rebus, quæ ſupradictæ ſunt, non eſſet contra naturam earum, ſed ipſa eſt calida, pungens, fortis acuitatis, & Medicinæ amariſſimæ ſunt mirra, baurach. Et omnia uina, poſtquam nimis uetera-ſcunt, ſunt ex amaris. Et multa ex ſeminibus, ſicut ſemen rutæ & orobi; proprie ſyl ueſtrium, & ſemen quod nominatur fauſi, quod inuenitur in tritico, & amigdalæ amaræ, & quædam ex ſeminibus cucumeris, & ſemen citri, & ſimilia eius.

DE SAPORE SALSO.

B SAlſus ſapor eſt proprie amarum, quia ſunt ambo terrei calidi, ſed differt inter eos differentia manifeſta, quia rem amari ſaporis iam ſubtiliauit calor ſiccus, & plu-rimum ſubſtantiæ ſalſi, eſt terreum groſſum. Et uirtus eius prima eſt calida deſicca-tiua, ſed non eſt ignea, & uirtus ſecunda, eſt uirtus quæ congregat & ſtringit, & ex-iccat humiditates.

DE SAPORE ACVTO.

SVbſtantia acuti eſt ignea, & modus acuti ſaporis eſt, quod quando guſtatur, ca-lefacit calore forti, & mordicat comedendo linguam, & quod inuenit ex carne. Et uirtus eius prima, eſt uirtus calidior omnibus alijs ſaporibus, niſi quia calor eius habet diuerſitates multas, nam id in quo eſt de acuitate & punctione, plus eſt maio tis caliditatis, & terminus in hoc eſt quod comburit, & illud in quo eſt punctio & acuitas minor, eſt minus calidum, & quando componuntur ſapor acutus & ama-rus in aliqua Medicina, erit illa Medicina ſicca penitus, ſine dubio, ſed res acutiſſime pungentes, quæ non ſunt amaræ, inueniuntur multories multæ humiditatis, quare ueniunt ad uſum cibi & comeduntur, & ideo deuenimus ad comedendum multas ex eis, ſicut illas, in quibus admiſcetur ſapor dulcis ex cibis, & utimur eis in modum ſpecierum condientium ſolum, uice uero cibi non utimur una ſolum ex eis, propter fortitudinem ſuæ uirtutis. Et uirtus acuti ſecunda eſt, quod quando ponitur ſuper cutem, comedit eam comeſtione aſſociata, ardori faciendo eſcaram, & diſſoluit cu tem, ſi applicauerit corpori, & quæ ex eis eſt, in ſubſtantia ſua plurimæ contrarieta-tis naturæ alicuius animalis eſt, ex toto putrificans corpus eius & occidens, ſicut ſcentum & cicada, & cantarides, & illa quæ eſt contraria corpori, ſuperfluitate con-trarietatis ſuæ, caliditatis ſolum, ſicut ex rebus groſſis terreis, facit in membris interi-oribus ulcera, & ſi eſt ſubtilium partium, eſt uirtus eius incidens reſoluens, & pro-pter hoc prouocat urinam & ſudorem, & ex eis etiam ſunt multa, quæ iuuant ad

C mundificandum pectus per ſcreatum, & ad prouocandum menſtrua, uerum cauendum eſt, quantum & quomodo, & quando uſus eſt in eis, ſed quod oportet, inuenitur in omnibus iſtis amaritudo manifeſte, ſicut ſapor dulcis reperitur in plurimo eorum quæ comeduntur, ſicut diximus, ueruntamen non debent appellari amara, quia amaritudo quæ eſt in eis, eſt multum debilis, & acuitas & punctio fortis ualde. Et exempla calidorum pungentium acutorum, ſunt Piper, Pirethrum, Sinapis, Allium, Cepe, & alia huiuſmodi.

DE STIPTICO ET PONTICO ſapore.

SApor ſtipticus eſt ſapor ponticus debilis. Et hi duo, ſcilicet ponticus & ſtipticus, non differunt, niſi multa & pauca ſtipticitate, & omne corpus ſtipticum, expoliatum omnibus aliis ſaporibus, quando aplicatur guſtui, infrigidat, & ſimiliter res quarum ſapor eſt mixtus, compoſitus ex aliis ſaporibus, in quibus dulcedinis eſt parum & amaritudinis & acredinis, infrigidant infrigidatione apparente, & hoc eſt, quia uirtus ſtiptica & frigida, uincunt ſuper eas, uictoria debilitante uirtutes alias, quæ ſunt in eis, & ita omnia quæ habent ſtipticitatem & acerositatem, infrigidant infrigidatione manifeſta. Et quoniam ponticum eſt frigidum, terreum, oportet quod uirtus eius frangatur, & reprimatur cum una ex tribus rebus, quæ ſunt, quia aut calefiet, aut humectabitur, aut fiet utrunq; ſimul, ſi ergo calefiet ſolum, non fiet humidius, aut mollius quàm primo, ſed remanet in ſua groſſicie, & acquirit dulcedinem cum augmento in ſapore ſuo, quemadmodũ contingit in glandibus quando coquuntur, & proprie illis, quæ dicuntur caſtaneæ, & ſi humectatur ſolum, & illa humiditas fuerit groſſa aquoſa, fit ſtipticum, quia humiditas illa aquea comminuit de uirtute omnis ſaporis. Sed ſi humiditas illa fuerit ſubtilis aquea, etiam fit acetoſum, & ſi humectatur, & calefit ſimul, tunc ſi humiditas illa eſt aquoſa, conuertitur in dulcedinem, & ſi eſt aerea, conuertitur ad unctuoſitatem. Et fructus quidem
D ponticí, qui remanent in ſua diſpoſitione, in ponticitate, ſunt ſicut aliquæ ſpecies glandium, & fructus qui dicitur katilebi, id eſt, interimens patrem, & xilocaracte, & fructus pontici dulces ſunt, grana mirti, & ſuccus ſumach, & ſimilia, & pira ſyluestria, & caſtaneæ propriæ, quia dulcedo eorum eſt maior ponticitate ſua, ſed quod eſt ſtipticum ſolum, eſt fructus uitis, quæ Græce dicitur minaus, & eius uinum, & quod appropinquat illi, ſed ſtipticum dulce eſt, ſicut fructus palmarum, & quędam uina, ſicut uinum quod dicitur ſumuritis, & emptos & ſimilia. Et ſtiptici quidem ſubſtantia eſt terrea groſſa, & uirtus eius prima, eſt frigida & exiccatiua, & ſecunda, eſt uirtus quæ congregat, & aſperat, & ingroſſat, & inſpiſſat, & prohibet, ſicut galla, & balauſtia, & cortex granati, & ſuccus ſumach, & alia.

DE ACETOSO SAPORE.

SVbſtantia acetoſi eſt aquoſa, & uirtus quidem rerum acetoſarum, acetoſitatis abſolutę, ſicut eſt herba acetoſa, & herba quæ Græce dicitur hucſanis, & alia huiuſmodi inueniuntur infrigidatiua, & ſimiliter omnia, in quorum acetoſitate admiſcentur ſapores alij, ſicut dulcedo, uel amaritudo, uel acredo, ſicut granata, & poma, & citronia, & pruna, & uua, & mora celſi, & ceraſa, & acetum ſimiliter, niſi quod acetoſitati eius miſcetur acuitas & punctio, & acetoſitati fructuum miſcetur ponticitas, & dulcedo, & quibuſdam ipſorum amaritudo occulta. Et quoniam fructus ſunt in principio ortus eorum ſicci pontici, & poſtea fiunt acetoſi propter humiditatem nimiam, quæ aduenit eis, manifeſtum eſt, quod ſapor ponticus eſt magis terreus, & acetoſus eſt magis humidus. Acetoſi ergo ſubſtantia eſt ſubtilis pungens. Et uirtus eius prima eſt frigida, ſed nõ accidit ex frigiditate ſua, quod poſſit interficere, & hoc quia res acetoſæ, ſi eſſent in ultimo frigiditatis, non eſſent cum hoc ſubtiles. Et uirtus eius ſecunda eſt quod incidit & ſubtiliat, & ſeparat, & aperit, & prohibet.

Et poſtquam compleuimus ſermonem in ſaporibus, incipiemus in ſermone noſtro loqui de uirtutibus, & dicemus quod quia Medicinarum uirtutes quędam ſunt primæ, & quædam ſecundæ, & quædam tertiæ. Oportet quod dicamus unumquemq;

A quenq; modum ipſarum. Incipiamus ergo & dicemus primo in uirtutibus ſermonem uniuerſalẽ, & poſtea diuidemus Medicinas per illas uirtutes ſi Deus uoluerit.

DE DIVISIONE VIRTVTVM PRIMARVM

Quæ ſit differentia inter Medicinam & cibum, & inter Medicinam ſimplicem & compoſitam. Sermo III.

SErmo noſter, Medicina ſimplex eſt contradictionis eius quod dicemus Medicina compoſita, quia Medicina ſimplex eſt illa quæ eſt infirma cuſtodia in natura ſua, cui nihil adiunctum eſt. Et Medicina quidem & cibus compoſita ſunt admixta alicui rei. Et Medicina eſt id quod propter ſuam completionem immutat naturam noſtri corporis: & cibus eſt quod propter ſui naturam augmentat ſubſtantiam noſtri corporis, & addit in ipſam. Igitur cibus eſt uictus & permutatus à cibalitate ſua, ſed Medicina eſt contra hoc, quia ipſa eſt uincens naturam corporis noſtri, cuius eſt Medicina immutando ipſum, & immutatio Medicinæ erit aut ſecundum unam qualitatum quæ ſunt caliditas, frigiditas, ſiccitas, & humiditas, quæcunq; ſit exiſtis, quare alterabit corpus, & calefaciet ipſum, aut infrigidabit, aut deſiccabit, aut humectabit, aut immutatio eius erit ſecundum duas qualitates compoſitas ex iſtis, quare calefaciet aut deſiccabit ſimul, & ſimiliter de alijs, aut cũ tota ſui ſubſtantia, ſicut multæ Medicinæ interficientes, aut ſicut bezahard & omnes laxatiuę & attractiuę. Et uirtutes iſtarum qualitatum quæ ſunt cauſſæ operationum, aut inueniuntur per iſtam operationem ſuam actualem, ſicut uirtus ignis quando calefacit, aut uirtus glaciei quando infrigidat, aut inueniuntur per operationem potentialẽ, ſicut uirtus eorum calefacientium, ſicut eſt piper, pirethrum, & caſtoreum, & ſimilia. Et quia Medicinæ quæ calefaciunt, aut infrigidant actualiter aliquando habent facere alias operationes potentialiter, oportet quod manifeſtetur earum natura, & rememorentur uirtutes earum, quia Medicinæ quæ operantur iſtas operationes diuerſas, ſcilicet, calefacere, infrigidare, & deſiccare, & humectare, operantur eas cum
B uirtute quæ non apparet ſenſui, oportet quod exponam & dicam, quod Medicina quando obuiat corpori, ſi eſt ſimilis complexioni corporis cui obuiat & non calefacit ipſum, neq; infrigidat, neq; deſiccat, neq; humectat, non oportet quod nominetur calida uel frigida, ſicca uel humida, ſed æqualis temperata: ſed ſi nõ fuerit ſimilis ei, ſed erit frigidior, aut calidior, ſiccior, aut humidior, eo appellabitur habens uirtutem uincentem. Oportet ergo quod dicamus in Medicinis iſtis, quod illud quod uincitur in eis ex uirtutibus eſt ſecundum quantitatem uel diuerſitatem quatuor graduum, & in unoquoq; iſtorum graduum ſunt tres manſiones, ſcilicet prima, ſecunda, & tertia ſiue poſtrema. Dico ergo, quod Medicina quæ permutauerit corpus ab æqualitate in qua erat, permutatione non apparente manifeſte, aut apparente aliqua æſtimatione & ratiocinatione rationabili, ſi operatio eius non eſt cum appatitione, talis dicetur in primo gradu: & ſi permutauerit permutatione apparente manifeſte, tamen non forti permutatione, dicetur in ſecundo gradu. Sed ſi permutauerit permutatione forti cum exceſſu, ſed non in ultimo, ita quod deſtruat & corrumpat, dicetur in tertio. Et ſi permutauerit permutatione forti cum exceſſu, ſed nõ in deſtruente, ſcilicet aut calefactione qua comburat, aut in frigidatione qua mortifiet, erit in quarto gradu. De ſiccis autem Medicinis nullam inueni in quarto gradu, niſi illas quæ comburunt, quia omnia ſicca in ultimo ſunt comburentia ſine dubio, ſed illæ quæ ſunt in tertio gradu, in ſiccitate erunt non comburentes, ſicut Medicinæ ſtipticæ ſtipticitate forti, ſicut ſunt ſuccus aggreſtæ, & balauſtia, & alumen, & gallæ uirides, quamuis huiuſmodi Medicinarum quædam ſunt prope terminum quo comburant, ſicut æs uſtum, ſed ipſæ erunt in fine tertij gradus uſq; ad principiũ quarti: & quædam ex eis ſunt in medio tertij, ſicut æs uſtum lotum: & quædam in principio tertij, ſicut ypoquiſtidos. Et in iſta quidem diuiſione iam poſitæ ſunt tres manſiones in unoquoq; gradu, poſtq; ſiccitas ſinapis non eſt tanta, quanta eſt ſiccitas capparis, quamq; ambę ſint in tertio. Ex his ergo Medicinis ſimplicibus quæ dictę ſunt, quędã ſunt ex plantis, de quibus ſermo primus erit, & primo de temperatis æqualibus.

C Diuiſio Medicinarum ſecundũ uirtutes primas, & numeratio ipſarũ per gradus.
Numeratio Medicinarum æqualium temperatę complexionis.
Nomina Medicinarum æqualium ſecundum Cap. earum.
Nomina Medicinarum, quæ ſub his Cap. reperiuntur.

Citrum. Oleum. rum ſilueſtrium, Teraniabin.
Folia & ſemen. Amurca olei. quã domeſticarũ. Caſſia fiſtula.
Macis. Folia oliuarum do- Haudacoca. Et ſunt 12. Me-
Talisfar. meſticarum. Licium. dicinæ.
Capillus Veneris. Lignum oliuæ. Sebeſten. Primus gradus
Sparagus. Gummi oliuæ. Lentes. Medicinarum.
Oliuæ. Fex olei tam oliua- Cera.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ ſunt calidæ & ſiccæ in ipſo.

Rici. Haur, arbor populi. Mana. Folia.
Abſinthium. Tamariſcus. Storax. Fumus.
Sarica uel erifion. Caulis. Indicum. Cardamomum.
Sandonicum. Canabit. Caries ligni corroſi. Heil.
Sceha. Orobus. Neramuſch. Cachille.
Sarcocolla. Coriandrum. Zucharum. Bombax.
Spongia maris. Vitis. Hahoçer. Semen eius.
Lapis ſpongiæ. Vitis domeſtica. Thabarçet. Folia arboris eius.
Sticados. Vitis agreſtis. Penidĩ. Milium ſolis.
Mellilotum. Vua. Spica nardi. kanabel.
Squinantum. Paſſulæ. Spica Celtica. Dactilus.
Athel. Vinum. Celtica montanea. Rotab.
Semen lini. Fex uini. Folium Indum. Zinçania.
D Camomilla. Vitis alba. Gallia. Fumus terræ.
Meliſſa. Vitis nigra. Cipreſſus. Papa. rubeum.
Dadi. Cuſcute. Filix. Sexabram, id eſt,
Auena Cadi. Alia ſpecies eius. oçimum.
Darſeſahan. Lebleb. Vernix. Lupinus.
Haermia. Volubilis. Sene. Silueſtris ex eo.
Sera. Hedera. Fiſtici. Candaruxium.
Frumentum. Acſin. Rubea tinctorum. Altea.
Farina frumenti. Athin. Peonia. Eupatorium.
Furfur. Laudanum. Fu. Agaricum.
Amilum. Dragontea. Meu. Et ſunt 72. Me-
Panis. Iarus. Pinus. dicinæ.
Fermentum. Mahaleb. Cortex & lignum.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ ſunt calidæ & humidæ in primo gradu.

Nux henden. Arbor amigd. Molochia. Teſticulus uulpis.
Cicer. Gummi amigd. Siſamus. Alia ſpecies eius.
Faxeolus. Oleum amigd. Iuiube. Teſticulus canis.
Amigdala. Lingua bouis. Rodahb. Archis.
Amigdala amara. Mauç. Secacul. Et ſunt 13. Medicinę.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ ſunt frigidæ & ſiccæ in primo gradu.

Mirtus. Vſnee. Faba. Corallus.
Granum mirti. Acathia. Glans. Burdi.
Folium mirti. Emblici. Caſtanea. Ieuers.
Rob mirti. Bellirici. Bedeguard. Iuncus.
Mantidabon. Aſtaraticon iringi. Spina alba. Millium.

A Didar. Tribulus. Saderua. Mora celſi.
Cardo. Epatica. Sult, id eſt, ſpelta. Arbor eius.
Mirabolani. Pira. Hais. Mala eius.
Citrini. Barba hircina. Rubus. Citonia.
Indi. Ipoquiſtidos. Mora rubi. Licinia.
kebuli. Tarathith. Cartamus. Satromon.
Roſa. Robiliæ. Haril adib, ficus Melomella.
Senĩ. Mechil de mecha, lupi. Atirotipa.
Oleum roſatum. & eſt cyffilio. Canna. Silueſtria.
Semẽ & capita et ro. Palma. Mala granata. Acetum.
Aqua roſacea. Dactili. Balauſtia. Xilocaracta.
Sorba. Cyffilio. Succahaba. Salix.
Alkana. Garmen. Spina Arabica. Cauda equina.
Acetoſa, & eſt la- Sadar. Ordeum. Colla & gluten.
pacium. Nabach. Chiſch ordei. Et ſunt 46. Medicinę.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ ſunt frigidæ & humidæ in primo gradu.

Pruna. Endiuia. Ceraſa. Sicia.
Damaſcena. Taraxacon. Gummi eius. Malua.
Spinachia. Scariola. Atriplex. Et ſunt 11. Medi-
Viola. Roſtrum porci. Liquiritia. cinæ.
Dulb. Nenufar, Succus eius. Secundus gradus.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ ſunt calidæ & ſiccæ in ipſo.

Vrtica. Polium montanũ. Meu. cus ortulanus.
B Semen urticæ & Baucia. Maſtix & arbor eius. Chartamus agreſtis.
oleum eius. Paſtinacha. Muri uel almuti. Chulcaſſia.
Blacta Biçantia. Viſcus. Muſcus. Cucumer aſininus.
Ebanus. Sordicies. Nabach. Elacterium.
Abrong. Sordicies ſemicupĩ Neſrim. Calamus aromat.
Saluia. balnei. Narciſcus. Reubarbarum.
Anagalis. Vrç. Lilium. Canapis.
Oçimum gariofi- Ariſtologia longa Yreos. Canaps agreſtis.
latum. & rotunda. Chimaç uel yris. domeſticus.
Oçimum non ga- Zurumbet. Caſoras. Ficus.
riofilatum. Crocus. Xifion. Caricę.
Cotula. Crocomagnia. Safarethamon. Folia ficus.
Boton. Fenum græcum. Siſeleos. Ficus agreſtis.
Lentiſcus. Amehim, id eſt, Rapa. Lac ficus.
Terebinthus. oçimum. Silueſtris napa. Succus ramorum
Terbentina. Ieſemin. Ciperus. ficus.
Balſamus. Aſpaltum Iudai- Scolopendria. Cinis ligni ficus.
Barſaton. cum. Hermodactilus. Ficus immaturæ.
Xilobalſamum. Napta. Mel. Sicomorus.
Carpobalſamum. Olibanum. Ambra. Cheiri.
Opobalſamum. Cortex thuris. Lignum aloes. Affodillus.
Nux muſcata. Minutum thuris. Paraſſium. Cherũa uel penta-
Nux. Fumus thuris. Feleng. dactilus oleum
Auellana. Camepitheos. Fagre. eius.
Nux uomica. Chamedreos. Aloes. Et ſunt 63. Medicinę.
Nux mechil. Lacca. Chartamus uel cro-

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ ſunt calidæ & humidæ in 2. gradu.

C Behen. Eruca. Granũ culcul. lingua auis. Michad. Nux Indica. Et sunt 6. Med.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt frigidæ & siccæ in 2. gradu.

Berberis. Plantago minor. Solatrum. Gummi Arabicum.
Psillium. Memithe. Alkekengi. Ramich.
Balaustia. Sumach. Solatrum somnife- Ribes.
Dragagantum. Ramnus. rum. Et sunt quatuordeci
Plantago. Galla. Solatrum manicũ. Medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt frigidæ & humidæ in 2. gradu.

Holus iamenum, Citrullus. Tubera. Lactuca agrestis.
& est blitus. Melo magnus Crisomila. Persica.
Melo. uiridis. Cucurbita. Et sunt 8. Medicinę.
Cucumer. Lenticula aquę. Lactuca domestica. Tertius gradus. Med.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt calidæ & siccæ in ipso.

Aniuden. Cardus. Maiorana. Cardameni.
Anisum. Cameleonta alba. Ameos. Carui agreste.
Achuen. Cameleonta nigra. Menta. Abrotanum.
Assarum. Haur romi. Serpillium. Costus.
Sauina. karabe. Alia species eius. Gariofilus.
Epithimum. Stafisagria. Ruta. Galbanum.
Vsnen. Granum ben. Cassia lignea. Grana tinctorum.
Alumen affor. Amomum. Serapinum. Betonica.
Alkalli. Iuniperus. Scamonea. Senacion.
Pollipodium. Sauina. Squilla. Fenisculus.
Ciclamen. Serbin. Hacub. Resina.
D Buçeiden. Gar. Alcardeg. Mastix.
Bel, & sel, & phel. Thimus. Celidonia, & est Terbentina.
Oppoponax. Colloquintida. curcuma. Gluten cophi.
Gentiana. Granum. Curcuma, & est Resina cipressi.
Fumus. Indicum, & est nil. memithe. Resina pini.
Daucus. Sambucus. Raphanus. Colophonia.
Cinamomum. Et ebulus. Armorachion. Fumus resinæ.
Masolites. Harmel. Panax Asclepij. Anetum.
Montanũ asperum. Peucedanum. Panax cironion. Arbor Mariæ.
Maselem. Ciminum. Agnus castus. Rosmarinus.
Vasor et cinamum. Ciminum agreste. Origanum. Nigella.
kerfe. kubebe. Eradioticha. Sceha.
Bramonium. karui. Onithis. Turbith.
Ipericon. Apium. Agatha. Allium.
Asirach uel asquirõ. Salis. Tragoriganũ prassiũ Scordeon.
Androsemon. Olixatrum. Pulegiũ alnam uel Allium porrinum.
Coras. Acraselinum. alnege. Galanga.
Amoniacum. Iposellinum. Mescatremasir di- Helleborus al. et ni.
Acorus. Petroselinum. ptamũ et dictamũ. Laurus et species eius.
Hysopus herba. Sinirium. Calamentum. Daphnides.
Zurumbet. kapparus. Nepita & species Laurus Alexandrina.
Pix humida. Mirrha. tertia eius. Camedaphnis.
kepsen. Mumia. Radix piperis. Laurola.
Pix sicca. Bedellium Iudaicũ Timbra uel satureia. Oleum laurinum.
Pix quæ abraditur Marua. Centaurea maior. Doronicum.
à nauibus. Iantusa. Centaurea minor. Et sunt 84. Medicinę.

NVME

A

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt calidæ & humidæ in 3. gradu.

Zinçiber. Granum çelim. Enula. Tapsia. Et sunt 4. medicinę.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt frigidæ & siccæ in 3. gradu.

Iusquiamus. Mandragora. Faufel, & est auel- Cicuta.
Sanguis draconis. Marbus. lana indica. Thamarindi.
Spodium Canfora. Sandalum. Et sunt 9. Medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt frigidæ & humidæ in tertio gradu.

Portulaca. Vermicularis. Fungi. Quartus gradus Me-
Semperuiua. Virga pastoris. Et sunt 4. Medicinę. dicinarum.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt calidæ & siccæ in ipso.

Euforbium. Nastur. tecto. Elioscopos. Meçereon. kitram scerbin.
Cepe Nastur. orietale. Ciparisias. Carapucia mi- Cinis.
Bulbus. Titimalli. Dendrodes. nor. Scebran.
Anacardus. Carsitias, & est Piatofilos. Mehiçaaragi. Seitaragi.
Budheregi. masculus. Pthias. Pirethrum. Sinapis.
Dend. Carsitis. Porrum. Piper. Et sunt 21. me-
Nasturtium. Paralios. Condisi. Sabo. dicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM
quæ sunt frigidæ & siccæ in quarto gradu.

Papauer. Opium. Papa. cornutũ. Dabre. Nux methel. Et sunt 2. Medicinę.

MEDICINAE QVAE SVNT EX MINERIS
ut sunt lapides, & luta, & metalla.

B Antimonium. Calcanthum. Lapis magnetis. Sinopida. Stannum.
Minium. Vitriolum. Marchasitha. Sal. Pumex.
Ceruса. Bityrias. Lapis beçaar. Flos salis. Climia.
Gipsum. Psiri. Margaritæ. Latargirium. Plumbum.
Difrigis, uel la- Mettina. Lapis iacintus. Nitrum. Plumbũ ustũ.
pis frigius. Surienſis. Lapis albuçedi. Baurach. Scoria plumbi.
Auripigmentũ. Spuma maris. Lapis corneolus Calx. Alumen.
Nitrum. Adarte. Lapis alliaça. Sal armoniacus. Emathites.
Ziniar. Lapis laçuli. Lapis aquilæ. Aes. Turia.
Lapis smarag- Lapis Iudaicus. Ferrum. Aes ustum. Tinchar.
dus. Lapis adamas. Lutũ Armenũ. Squama æris. Borax.
Argentũ uiuũ. Cos in q̃ acui- Terra sigillata. Flos æris. Tegula.
Zeg. tur ferrum. Chimolea. Argentum. Aurum.
Colcothar. Lapis assius. Sulphur. Scoria argenti. Et sunt 49. Medi.

MEDICINAE QVAE SVMVNTVR EX ANIMA-
libus uiuentibus, & ex membris eorum, & superfluitatibus.
Et primo de his quæ sumuntur ex animalibus.

Lepus siluestris. Scorpio. lũbrici terreni. Blactę biçantię. Isopus humida.
Anas. Conculæ ma- Yrundo. Coagulum. Stercus.
Gallus & galli- rinæ. Lapis yrũdinis. Castoreum. Extremitates a-
na et pulli eo- Ericius marinus Cantarides. Oua. nimalium.
Vermiculus ua & terreus. Rana. Sputum. Vngulę et dẽtes.
sorum aquæ. kanabrachauis. Membra & su- Vrina. Epar.
Limacia. Piscis stupefa- perfluitates ani Pellis uel cutis Renes stinci.
Harbe. ciens. malium. arietis. Lac.
Cácer marinus Vulpes. Ostraca marina. Sanguis. Aqua casei.
& fluuialis. Yseuli, & sunt Testę cõchiliũ. Cerebrum. Caseus. butyrũ.

Recocta.

C

Recocta.	Adeps & pinguedo.	Sudor.	Caput.
Fumus butyri.	Spolium serpentis.	Lana.	Capilli.
Caro Tyri.	Pisces.	Cornu.	Et sunt de superfluitatibus, et de animalibus ipsis Cap. 48.
Fel.	Ossa combusta.	Ventriculus.	
Medulla ossium.	Tela aranea.	Pulmo.	

DE SECVNDIS VIRTVTIBVS.

Sermo uniuersalis. IIII.

QVoniam quelibet Medicinarum singularium, non habet propriam complexionem in radice suæ complexionis qualitatum primarum, quæ sunt uirtutes primę secundum similitudinem unam, contingit, quod quælibet ipsarum facit operationem diuersam ab alia. Et propter istas operationes, quæ proueniũt ab eis, dicunt quod in eis sunt uirtutes, & nominant eas uirtutes secundas, & unaquęq; istarum uirtutum est denominata à nomine suæ operationis, & dicitur uirtus maturatiua, & mollificatiua, & induratiua, opilatiua, aperitiua, lauatiua, mundificatiua, rarificatiua, condensatiua, aperitiua orificiorum uenarum, constrictiua eorundem, adustiua, putrificatiua, diminutiua carnis, augmentatiua carnis, attractiua, custoditiua, liberatiua, & sedatiua doloris, & sic de alijs. Et dicemus super unamquamq; uirtutum istarum, & ante hoc dicemus, quod quædam istarum uirtutum contrariantur alijs, quia uirtus conglutinatiua, est contraria mundificationi, & uirtus cicatrizatiua est contraria uirtuti absterſiuæ: & uirtus opilatiua, est contraria uirtuti aperitiuæ: & uirtus mollificatiua est contraria uirtuti indurativæ: & uirtus relaxatiua est contraria uirtuti erigitiuæ, & sic de alijs.

SERMO DE MATVRATIVA

Medicina.

OPortet quod Medicina maturatiua sit proportionalis calori naturali corporis, ita ꝙ si calor corporis naturalis est amplior Medicina quæ debetur illi, oportet quod sit calidior in illo, quàm in alio corpore. Et oportet quod sit quantitas additionis caliditatis suæ super æqualitatem, secundum quantitatem additionis caliditatis illius corporis, super corpus æquale, & secundum hanc formam, est necessaria Medicina cuilibet corpori conueniens, qua operetur in eo. Et complexio Medicinarum quæ iuuant ad generandam saniem & pus, est complexio æqualis, similis in natura sua corpori hominis: & natura quidem corporis hominis est calida & humida, & ideo natura Medicinę, quę generat saniem, est calida & humida, & ipsa non habet facere istam operationem cum qualitate sui corporis, sed potius cũ quantitate eius: ita quod si possibile esset, ꝙ manus non separetur ab applicatione continua membri in quo necessaria est generatio saniei, uel aliquod aliud membrum applicaretur ei, citius generaretur sanies in eo, quàm alio modo: igitur talis Medicina erit in ultimo assimilatiõis, complexioni corporis hominis illius, scilicet in quo necessaria est generatio saniei cito, & illud quidem quod est necessarium in saniem conuerti, est aliquando caro contusa, aliquando uero humor qui fecit apostema.

D

Et oportet quod Medicina huiusmodi sit glutinosa, donec sit in fine conuenientiæ faciendi saniem, uidelicet faciendo appositionem & additionem substantiæ caloris innati, claudendo poros corporis, & includendo uapores interius, quia conuersio quæ fit ad saniem, est una ex operationibus naturalibus, quia est conuersio & alteratio cum qua est etiam parum digestionis: & necesse est quando uolumus quod aliquid digeratur, quod custodiamus interius multitudinem spirituum. Et glutinatio quidem, est magis contingens rebus uiscosis, sicut sunt axungia porci & oliba num, & emplastrum quod accipitur ex frumento, quia ista sunt temperata in caliditate & humiditate uiscosa, & candarusium est siccius quàm farina frumenti, & non est in uiscositate minus eo multum, & propter hanc causſam conuenientius est ad generandum saniem in apostematibus humidioribus. Et ex rebus conuenientibus ad generandum saniem, est ex embrocationibus, embroca cum aqua calida tepida, & aqua cui admixtum est oleum, & ex linimentis est oleum quod est temperatum in caliditate.

A in caliditate. Et ex emplastris est illud quod fit ex farina frumenti, cum aqua, & oleo, & pane, & oportet quod istud emplastrum decoquatur decoctione temperata, quia si coqueretur multum, esset siccius, & tunc esset conuenientius apostematibus frigidis, quorum maturatio est difficilis, & emplastrum decoctum decoctione pauca, conuenit apostematibus magnæ caliditatis, & per hoc quod dico pauca decoctione, intelligo quod bulierit solum. Et emplastrum, in quo est de oleo, satis conuenit in apostematibus, quorum maturatio est tarda, & in quo est oleum paucum, conuenit apostematibus ebulientibus. Et emplastrum quod sumitur ex pane, conuenit apostematibus, quæ non maturantur, nisi in tempore longo, quia in pane est sal & fermentum. Et emplastrum quod accipitur ex farina frumenti, conuenit calidioribus apostematibus, & frumentum similiter, quod est magis purgatum, est melius multum ad generandũ saniem, & similiter panis, qui ex eo fit, & hoc est, quoniam furfur est maioris caliditatis & siccitatis, & farina est illa, quæ dat nutrimentum corpori, & est calida & humida, & res, quarum hæc est uia, sunt illæ, quæ conueniunt ad generandam saniem. Et similiter Medicinæ, quæ ponuntur super ulcera, cum quibus adest apostema, non iuuant ad generandam saniem, nisi ex parte eius, quod est in eis de caliditate & humiditate, sicut & pinguedo porci & uitulorum, sed pinguedo boum & caprarum, sunt maioris acuitatis, & propter hoc conueniunt apostematibus, quæ declinant ad frigiditatem & duritiem, sed pinguedo porcorum iuuenum, conuenit apostematibus, quæ uere dicuntur flegmones, & est propriæ Medicinæ eis, sed pinguedo gallorum, est magis resolutiua, & pinguedo anatum, est subtilioris substantiæ, sicut adeps caprarum & uaccarum, sunt grossiores & propinquiores naturæ terreæ, & pinguedines animalium syluestriũ sunt acutiores, & magis desiccatiuę, quam pinguedines animalium domesticorum, & proprie pinguedo leonis & leopardi, & ideo non sunt conuenientes ad generandã saniem, sed quæ solum sunt ad hoc conuenientes, sunt pinguedo animalium domesticorum, porcorum & uitulorum.

B

Et ex illis etiam, quæ conueniunt ad generationem saniei, sunt pix, & resina pini, dissoluta in oleo communi, uel oleo rosaceo, ui delicet, si declinat apostema ad caliditatem multam & ebulitionem, sed si declinat ad frigiditatem, oportet quod dissoluatur cum aliquo oleo calido, sicut cum oleo de kerua, & oleo raphani, & oleo ueteri, & si uolueris uti in generatione saniei cera, tunc dissolue eam cum oleis, quæ habent caliditatem multam, quia cera sola est minus calida, quam oportet in generatiõe saniei, sed ipsa habet de glutinositate quantitatem magnam, & ideo fit conueniens apostematibus calidis ebulientibus, quando dissoluitur cum aliquo, ex oleis uel unguẽtis calidis, & quemadmodum cęra est deficiens à temperamento, comparata apostematibus, quorum complexio est media, & naturæ corporum & membrorum, quæ sunt mediocris naturæ, ita resina pini, & pix, pertranseunt aliquantulum temperamentum, & ideo, quando miscentur simul, faciunt generationem saniei, putrefactione temperata.

DE MEDICINA MOLLIFICATIVA.

DIco quod Medici appropriant dicto eorum, in Medicina mollificatiua, Medicinas quæ operantur in una hora duas operationes, una earum est, quod dissoluunt illud quod est innodatum, & alia, quod resoluunt primo. Deinde curant apostemata dura, quæ sunt ex flegmate indurato, ingrossato, quod est condensatũ in poris, & illud, in quod magis accidunt ista apostemata, sunt nerui & chordæ. Et omnia apostemata dura, grossa melancolica sunt de genere cancri, & Medicinæ mollificatiuæ stimulant & commouent ea, & curatio ipsorum est in libro de ingenio sanitatis. Apostemata autem dura, quæ generantur ex flegmate grosso & indurato, & ingrossato, quod est cõdensatum in poris, & uiscoso, & glutinato egent Medicinis calidis deiccatiuis, sed non oportet quod sint fortes laboriosæ, sed oportet quod dissoluant solum, igitur erunt in caliditate secundi gradus, uel tertij, & in siccitate primi gradus, & oportet cum hoc quod sint glutinatiuæ, & inquantũ oportet quod sint pluris euacuatiõis eius, quod est in membro, in tantum oportet quod

C minus ſint glutinatiuæ & opilatiuæ pororum. Et quoniam ſuperfluitas & dimi-
nutio inuentæ in corporibus, quæ ſunt indurata iſta duritie, ſunt multæ diuerſitatis,
oportet quod Medicinæ, quæ curant eas, ſint diuerſæ, & ideo inuenimus aliquan-
do, quod ſepum caprinum, & adeps gallinarum, non conueniunt membris ingroſ
ſatis, uel induratis iſta duricie, niſi quia iſtæ duæ pinguedines ſunt debiliores, quare
non mollificant, niſi duriciem paruam, ſed fortior pinguedine gallinæ & galli, eſt
pinguedo anatis, & fortior pinguedine caprarum, eſt pinguedo hircorum, & pin-
guedo bouina eſt fortis ſimiliter, ueruntamen minus eſt fortis pinguedine caprarũ,
& hircorum, & medulla cerui ſimiliter mollificat mollificatiõe multa, & poſt eam
medulla uituli, & omnes iſtæ Medicinæ ſunt calidæ, temperatæ in ſiccitate, & earũ
caliditas fortior eſt ſiccitate earum, & propter hanc cauſſam dicitur, quod ſunt cali-
dæ & humidæ, & nos quidem conceſſimus eis hoc nomen, quoniam parum elon
gantur à Medicinis, quæ non deſiccant, nec humectant. Et de illis quæ ingrediun
tur in hanc ſummam, eſt armoniacum, niſi quia eſt fortius. Et horum meliora in
mollificatione ſunt maxime quando ſunt recentia, quia quando ueteraſcunt, fiunt
magis deſiccatiua, quàm oportet quod quidem ſimiliter contingit medullis, & adi
pibus omnibus, quod ſcilicet, quando ueteraſcunt, fiunt calidiora & ſicciora quàm
prius, & oleum de lilio, & radix alteæ, & radix cucumeris aſinini, quando coquun-
tur cum oleo & aqua, fiunt uirtutis mollificatiuæ, & ſimiliter folia maluæ cocta &
cruda, & axungia porci, ſine ſale, & ſimiliter oportet, quod non miſceatur ſal cum
alijs Medicinis mollificatiuis, quia ſal deſiccat deſiccatione forti, & ex mollificatiuis
ſimiliter eſt bdellium, & mel ficuum & ſtorax.

DE MEDICINA INDVRATIVA.

REs quæ fiunt duræ, propterea, quia non cuſtodiunt humiditatem ſuam natura
lem, oportet quod nominentur à nobis ſiccæ potius quam duræ, & propter
hanc cauſſam non dicemus de eo quod infrigidat & deſiccat induratiuum, quia nõ
eſt de proprietate eius indurare, & propterea cura illorum quæ ſic indurantur, erit
D cum reſolutione & humectatione, non cum mollificatiuis, ſed res quæ indurantur
per uiam congelationis dicuntur, duræ ſermone abſoluto, quia corpora fiunt dura
per congelationem, non per euacuationem. Et cura horum eſt cum mollificatiuis,
& iſtud inuenitur manifeſte in cure, ſicut dixit Hippocrates, quia cutis dura extẽſa cu
ratur cum mollificatione, & ideo dicuntur Medicinæ frigidę, humidæ, induratiuæ,
ſicut ſunt ſemperuiua, & portulaca, & pſilium, & lenticula aquæ, & ſolatrum.

DE GLVTINATIVA ET OPI-
latiua Medicina.

SVnt Medicinæ, quæ non habent ſaporem, & illæ, quarum ſapor abhorretur, &
complexio earum, aut eſt complexio media, aut declinat ad frigiditatem, & eſt
Medicina quæ inuiſcatur in poris & foraminibus, inuiſcatione difficilis diſſoluti-
onis, & ſunt ſine mordicatione. Et ſunt duarum ſpecierum, una earum eſt, cuius
ſubſtantia eſt terrea ſicca actualiter, ſicut ſunt Medicinæ, quæ ſunt ablutæ ablutione
ſuperflua, ſicut amilum, & tucia, & ceruſa, & calx, & climia, & bolus, qui aſportatur
de Creta, & chimolea, & ſimiliter candaruſium, & eſt ordeũ Romanũ, & terra ſtel-
læ, & cinis eorum qui lauant pannos. Et ſecunda eſt cõpoſita ex ſubſtantia aquo-
ſa, & terrea, & aerea, ſimiliter & uiſcoſa, ſine dubio, ſicut oleum dulce, uel delectabi
le, & albumen oui, uerum ipſum eſt magis terreum, & pars caſeata lactis, & pingue-
do porci, quia in adipibus boum & hircorum eſt acuitas multa, & igneitas. Sed
pinguedo caprarum & uaccarum, ſunt minus calidæ, quàm piuguedines boum
& hircorum, ſed in iſtis pinguedinibus cum hoc eſt acuitas, & nominantur pingue-
dines propter ſuam groſſitiem, quia non eſt ſua caliditas, ſuperfluens ſolum ſuper
pinguedines porci, ſed eſt magis terrea quàm ipſa, ſed pinguedines gallorum & gal
linarum, & anatum, ſunt calidiores & ſicciores, quàm pinguedo porci, & ipſæ cum
hoc ſunt ſubtiles, & non terreæ, & ſimiliter pinguedines omnium uolatilium, quia
in ſubſtantia corporum eorum eſt quantitas aeris, multa & uniuerſaliter pinguedi-
nes, quæ

A nes, quæ non habent acuitatem, ſunt opilatiuę pororum & foraminum, & maxime
quæcũq; fuerit pinguior, & ſiccior, & terreſtrior, & cęra colata, eſt ſimiliter iſtius-
modi, & proprie cęſa ex melle, in quo eſt ſuperfluitas aqueitatis, non eſt calida neq;
acuta, quoniam in cęra, quæ eſt ex melle, quod eſt ex abſinthio, & haſe, eſt de amari
tudine & acuitate, quæ non recedit per ablutionem.

DE MEDICINA MVNDIFICATIVA
& aperitiua pororum, & foraminum, & abſterſiua.

NAtura ſubſtantiæ iſtarum Medicinarũ eſt, quod non ſit uiſcoſa, & non denuda
ta à mordicatione, immo ſunt Medicinę nitroſæ amaræ ſubtiles, & eſt differen
tia inter Medicinas, quæ aperiunt poros, & Medicinas quæ abſtergunt, non in di-
uerſitate in genere ſubſtantiæ, ſed in additione & diminutione ſolũ, & hoc, quia
Medicinæ quæ auferunt ſordiciem à ſuperficie corporis, egredientem à poris, ſiue
faciant hoc in ulcere, ſiue in cute, nominantur abſterſiuæ, ſicut ſunt res dulces, ſubti-
les, ſicut mel, & orobus, & fabæ, & ordeum, & lupini, & farina fabarum & ordei ab
ſtergunt ſolum, & farina orobi & lupinorum, & proprie amarorũ ſunt ex illis, quæ
aperiunt & abſtergunt, & amigdalæ abſtergunt & aperiunt uias etiam. Medicinę
uero, quæ mundificant poros & foramina, ſunt illæ, quæ iuuant ad excreandam ſa-
niem, & ſunt ſubtiliores iſtis, & ſunt contrariæ Medicinis conglutinatiuis, quemad
modum Medicinæ quæ abſtergunt, ſunt contrariæ Medicinis quæ ſordidant. Et iſtę
Medicinæ nominantur aperitiuæ & mundificatiuæ pororũ & foraminum. Et quan
do egemus eis in cute exteriori, ſufficit quod habẽt qualitatem nitroſam, puram ſo-
lum, donec poſſint operari, quod diximus, ſicut ſunt orobus & lupini, & amigda-
læ, & ſemen urticæ. Et quæ intrant in hoc genere, ſunt radix lilij, & ſquilla, & alia ſu
per quæ uincit amaritudo, ſicut baurach & nitrum, & ſpuma, baurach, & ſceha, id
eſt, centonicum, & abrotanum. Et iſtæ Medicinæ, cum hoc quod diximus, ſubti-
B liant etiam humores groſſos uiſcoſos, ſicut Medicinę glutinatiuę omnes ingroſſant
& inuiſcant, quod eſt in corpore ex humoribus, & ideo non inuenimus Medicinas
alias, quæ ſint magis inciſiuę & ſubtiliatiuę humorum groſſorum uiſcoſorum, qui
ſunt in pectore & pulmone, & ſaniei, quæ eſt in pectore, neq; conuenientiores & ap
tiores ad educendum ſcreatum, & ad facilitatem expuendi ipſum, quam iſtę ſint, &
cum hoc toto aperiunt opilationes epatis, & mundificant uenas, & conferunt eodẽ
modo ſpleni, quando non aderit opilatio fortis, quia opilationibus quę ſunt in ſple
ne, ſunt neceſſarię Medicinę fortiores, ſicut cortex, capparis, & radix tamariſci, & ſco
lopendria, & ſquilla, & herba quæ Græce dicitur aſplenon, cuius expoſitio eſt mun-
dificans ſplenem. Et oportet quod ſit opus tuum in iſtis Medicinis, in curatione
cuiuſcũq; membrorum diuerſum, quia tu uteris in Medicatione epatis ipſis ſimplici-
bus, & in Medicatione ſplenis, poſtquam miſcueris eas cum aceto, & bulierint cum
eo, & in Medicatione pectoris & pulmonis, cum Mellicrate & kiſch ordei & ſquin-
gibin, & ſirupo acetoſo, & uino dulci. Et ſcias quod quando egemus iſtis Medi-
cinis in curationibus intrinſecis, ſi eſt in eis ſtipticitas pauca, poſſunt aperire uias ma
gnas, ſed quando applicantur corpori exterius, ſtipticitas earum operatur in forami
nibus minutis, quæ dicuntur pori, & ideo opilant eos propter paruitatem eorum,
antequam mundificent, ſicut oportet, ergo propter operationẽ ſtipticitatis, & con-
cluſionem pororum, non recipit corpus poſt hoc penetrationem ſubſtantię, Medi-
cinę abſterſiuæ, quare non peruenit ad profundum, & non mundificat, ſed quia ſto
machi, & epatis, & ſplenis, & aliorum interiorum uię ſunt amplę ſatis, contingit
quod ſtipticitas confert eis, quia confortat uenas, pluſquam noceat eis in reſtringen
do orificia uenarum, & ideo abſinthium, quando exhibetur interius, poteſt mun-
dificare & aperire, & quando applicatur exterius, non poteſt operari illud, quia uir-
tus eius eſt compoſita ex uirtute amara & pontica.

DE RESOLVTIVA SEV RARI-
ficatiua Medicina.

C HAe Medicinę ſine dubio calefaciunt, quia non poſſet eſſe quod reſoluerent & mollificarent ſubſtantiam corporis, niſi haberent proprietatem aperiẽdi uias, & hoc cum caliditate earum, & cum hoc oportet quod non ſit in complexione earum multa caliditas, & hoc, quia Medicinę quæ faciunt hoc, ſunt calidæ, & accidit ex eis horripilatio, & oportet etiã, quod non ſint exiccatiuæ, quia iſtæ ſimiliter irritant, uel ſtimulant membra ſenſibilia, & faciũt ea dolere. Accidit ergo ex hoc, quod Medicinę rarificatiuę ſunt Medicinę, quæ abſtergunt, & incidunt, & aperiunt opilationes, & frangunt lapidem, ſed non aſſimilantur in omnibus, quia illæ quæ aperiunt id quod eſt in cute ex poris, nominantur Medicinę calefactiuæ, & illę quę aperiunt orificia uenarum, appellantur Medicinę aperitiuæ, & Medicinę dilatatiuę & rarificatiuę, habent naturas temperatas in caliditate, & earum exiccatio non eſt multa, & groſſicies modica, ſicut camomilla, & altea, & oleum earum, & oleum cucumeris aſinini ſimiliter, & ſimiliter uetus oleũ, & oleũ de kerua, & oleũ raphani &c.

DE INSPISSATIVA MEDICINA.

SVnt Medicinę, quę ſunt cõtrarię rarificatiuis, & ſunt illę quę aggregant & reſtringunt uias & poros minutos, qui ſunt in toto corpore, & in quolibet corpore, uerum totũ corpus non poſſunt coartare, uel coadunare undiq;, ſicut ſtipticę poſſunt, quia non habent terreitatem & aereitatem, ſed nominantur aquee, ſicut aqua frigida, & ſemperuiua, & portulaca, & haſech humida, id eſt, tribulus, ſicut dixit Iudęus, & pſilium, & auricula muris, & lenticula aquæ, & uniuerſaliter omnia quæ infrigidant ſine ſtipticitate.

DE MEDICINA APERITIVA orificiorum uenarum.

D NAtura eius eſt calida, terrea, groſſa, ſicut Medicina quę dicitur in Greco ciclamen, Arabice faculeſus, & eſt buchor marien, & allium & cepe, & fel bouis uel thauri, & leonis, & fex omnium oleorum aromaticorum, quę habent groſſitiem & caliditatem ſimul, ſicut oleum de lilio, & oleum de achauen, uel alchanna, quia iſta aperiunt ora uenarum inferiorum, quando ſunt clauſa.

DE MEDICINA CONSTRICTIua orificiorum uenarum.

SVbſtantia eius eſt terrea, groſſa, & uirtus eius eſt frigida, & ſapor eius eſt ſtipticus, ſine admixtione mordicationis. Et uirtus eius ſecunda eſt, quæ coadunat & reſtringit orificia uenarum, quę ſunt aperta apertione extra uiam naturalem, & hoc eſt propter hoc, quod groſſities ſuę ſubſtantię, adhęret ei exterius, quod non poteſt penetrare in meatus ſubtiles ſtrictos. Et propter ſuam frigiditatem coadunat & condenſat corpora, quibus obuiat undiq;, & contrahit uerſus centrum, & in ſeipſa, & propter ſuam ſiccitatem ſimiliter, & iam propalauimus, quod non omne conſtrictiuum eſt exiccatiuum, ergo exiccat humiditates, & confortat membrum.

Et quando conueniunt omnia iſta in Medicina una, coadunat orificia uenarum cum ſubſtantia ſtiptica, ſicut coniunguntur res exteriores cum digitis, & ſunt ſicut balauſtia, & galla, & pſidia, & ypoquiſtidos, & ſolatrum, & acacia, & caſſia lignea, & acetoſa, & ſuccus ſumach. Similiter Medicinæ, quæ ſunt frigidę frigiditate iſtarũ, uel ampliori, ſed ſubſtantia earum eſt aquoſa coadunatio, et coartatio earum eſt debilis, propter earum liquiditatem. Et res quas uolumus coadunare et coartare forti coniunctione, indigent Medicinis, quæ habeant maiorem fortitudinem et duriciem, ſi hoc debent operati, et non eſt ita de Medicinis, in quarum ſubſtantia uincit ſubſtantia aquea, & ideo ipſę coadunant & coartant uias ſubtiles, ſtrictas, quæ ſunt in quolibet corpore, ſed totum membrum non poſſunt coadunare undiq;, & cum res eſt ita, conueniens eſt quod nominemus iſtas Medicinas, quę hoc operantur, ſtipticas, & non adhęrentes.

De Medi

A

DE MEDICINA ADVSTIVA & faciente eſcaram.

MEdicinę quando ſunt groſſę ſubſtantię, & fortis caloris adurentis, ſcindunt corpus, & liquefaciunt, & deſtruunt quod inueniunt, ſicut facit ignis, & inducunt ſępe eſcaram ſimilem eſcarę, quæ fit à cauterio, ſed ſi caliditas earum eſt minor quantitate, qua poſſit adurere, uirtus earum eſt aperitiua. Et poſtq; res eſt, ita omnis Medicina aperitiua eſt in ſua ſubſtantia terrea & ignea ſimul, ſed quãtitas ſui caloris eſt quantitas, quæ non habet poſſe adurendi, & ſi adurit, non adurit uſtione forti, & ſi eſt cum hoc ſubtilium partium, non mordicabit omnino, ſed liquefaciet & deſtruet parum ex carne, cum pauco dolore, quem inducit propter ſuam acuitatem. Et ideo, quoniam non alterat ſubito, ſicut Medicinæ quæ calefaciunt calefactione forti, & non tardat in penetratione, ſicut Medicinæ groſſæ, acutę, ex ſua operatione, quod minus ſentitur, quia alterationes ſentiuntur plus, quæ fiunt ſubito, & penetrationes illæ apprehenduntur ſenſu, quæ non uelociter penetrant.

DE MEDICINA PVTREFACTIVA.

QVando Medicina eſt calida fortiter & groſſa, facit in membro, cui obuiat, & ſuper quod immoratur, illud, quod faciũt acus ſeu ſtipes, quãdo infiguntur corpori. Et quando adurit, dicitur aduſtiua, & ſi non adurit, dicitur putrefactiua, niſi quia iſtud nomen non eſt ſibi proprium, quia illa, quæ uere eſt putrefactiua, ex ſua complexione calefacit & humectat, ſed ipſa dicitur putrefactiua, propter ſimilitudinem eius, quia cum hoc facit, quod faciunt putrefactiuę, ſcilicet, quod ambæ duę ſpecies, faciunt deſtructionem carnis, ſine dolore, quia modi huius deſtructionis ſunt multi, ſecundum qualitatis ſuperfluitatem, quæ egreditur modum ſuę caliditatis, uel frigiditatis, aut ſiccitatis, aut humiditatis. Et Medicinę putrefactiuæ ſunt, auripigmentum rubeum, & citrinum, & gluten auri, & herba, quę Grece dicitur uaricaris, & eſt res quæ naſcitur ſuper arborem glandium, & uermis pini, & herba quę dicitur Grece aconitum, & eius expoſitio eſt ſtrangulator lupi, omnia deſtruunt carnem teneram, abſq; quod faciant, ſcilicet, accidere dolorem.

B

DE MEDICINA DIMINVTIVA CARNIS.

VIrtus iſtius eſt ſicut uirtus Medicinę, quæ putrefacit, niſi quia eſt debilior ea, & accidit ex debilitate ſua, quod deſtruit & liquefacit ſolum, id quod eſt exterius in ſuperficie, & non poteſt deuenire ad profundum, & ideo nominatur minuens carnem, quia uſus eius eſt ad dilatandum ulcera, ſicut flos lapidis, qui aſportatur de Aſſur. Et iſta quidem, ſi dilatat, nominamus eam dilatatiuam, dilatatione ſecunda, & dilatatione ſecundum accidens, igitur uirtus eius non eſt uere uirtus Medicinarum, quæ dilatant dilatatione prima, ſed Medicinę quæ minutione minuunt carnẽ, quando teruntur tritura ſubtili, donec fiant puluis, & ponuntur in locis ulcerum, dilatant ea, ſed quando ponimus ex eis quantitatem ampliorem, mordicant & diſſoluunt carnem, & deſtruunt, & concauant ulcera, & faciunt ea profunda.

DE MEDICINA CICATRIzatiua ſeu conſolidatiua.

ESt Medicina, quę ſua uirtute aggregat carnem, & reſtringit, & auget, & ſiccat in ulceribus, quę ſunt in corporibus, quouſq; facit eam mutari in cutem, quia cutis eſt caro indurata, & ſunt ſicut alumen, & gallę uirides, & ęs uſtum, & maxime ablutum ex eo, quia in eo quod eſt non ablutum, eſt uirtus diminuẽdi carnem, & ita eſt etiam de cortice æris, ſed æs uſtum eſt melius Medicinarum conſolidantium omnium, quoniam oportet, quod Medicina, quàm uolumus eſſe cicatrizatiuam fortiter, ſtringat fortiter, & deſiccet temperate, & ideo contingit, quod balauſtia, & cortex granati ſiccus, & ſimilia, horum amborum ingrediuntur in Medicinis conſolidatiuis ulcerum, conſolidatione prima, & conſolidatione uera. Et Medicinę quidem quę deſiccant, deſiccatione ſine mordicatione, & ſine ſtipticitate, dicuntur conſolidatiuæ, conſolidatione ſecunda, & per uiam acuitatis, ſicut mirra, & litargyrium, & limacię combuſtæ, & cornua cõbuſta, quia iſta, quando puluerizantur ſuper ulcera,

C sępe consolidant,uel cicatrizant, & per sermonem meum, cum dico sępe in hoc loco,& alibi uolo dicere, quod Medicinę in hoc quod dico de eis, fortasse errant, & non consequuntur semper,quod speramus de ipsis,& hoc contingit, quia non operantur illud,quod operantur operatione prima, neq; per suam uirtutem, quia Medicinæ uerę consolidatiuę, & per seipsas consolidant, uel cicatrizant omnia ulcera, quæ sunt exterius in superficie corporis.

DE MEDICINIS QVAE REPLENT ulcera profunda carne.

SVnt illæ, quæ abstergunt temperate, abstersione temperata, sine mordicatione aliqua.

DE MEDICINA IMPVLSIVA, quæ repercussiua dicitur.

SVbstantia eius est grossa,& complexio est frigida,& ipsa impellit humores,quibus obuiat ad interiora corporis, & quando res frigidæ habent in se superfluam grossitiem, sicut res stipticæ sunt fortioris impulsionis, & substantia Medicinarum stipticarum est sicca.

DE MEDICINA attractiua.

ESt illa quæ attrahit à toto corpore,attractione forti, & substantia eius est subtilis calida,& est trium specierum,una est,quæ est ita ex natura sui. Secunda,propter putrefactionem,quæ est in ea. Et tertia,quæ attrahit à proprietate sua,non à qualitate aliqua,& istud non est aliud, nisi quod ipsa attrahit à similitudine totius substantię suę,cum illo quod attrahitur, sed attractiua ex natura sua est sicut mentastrum uel pulegium,quod Arabice dicitur meschatrameśir,& sordes aluei uel balnei,& serapinum,& assa fetida,& similia istis. Et attractiua per putrefactionē est sicut fermentum.Et Medicina quæ est propter attractionem,quæ dicitur bassadinon. Et eius expositio est Medicina attractiua. Et omnium stercorum uirtus est attractiua, postę dispositio eorum est talis per putrefactionem, uerum ex speciebus stercorum est diuisio longa,& differentia multa. Et hoc est,quia stercus columbarum est attractiuū, attractione forti. Et duæ species sunt longinquę, huic longinquitate æque distante, uidelicet stercus anatis, & stercus gallorum. Sed stercus anatum declinat ad caliditatem,& stercus gallorum declinat ad frigiditatem. Et stercus hominis, uel porcorum sunt sine hoc, sed stercus canum est ex illis quæ abstergunt, & proprie canum comedentium ossa. Sed stercus lacertorū, est in hoc melius. Et attractiua sua proprietate & substantia, est sicut omnes Medicinæ laxatiuæ, & plurimæ ex Medicinis custoditiuis & liberatiuis,nisi quia oportet quod illę Medicinę, quæ custodiunt uel liberant,sint calidę acutæ. Et ex Medicinis,quæ hoc faciunt à similitudine substantię quæ ex ipsis est calidior, est magis attractiua. Ideo quia caliditas adiuuat operationem,quæ est à similitudine,& quàm attrahit propter duas causas, separat in attrahendo illam Medicinam,quæ attrahit propter unam causam tantum.

D

DE MEDICINA CVSTODITIVA & liberatiua.

SI uis tu potes eas nominare Medicinas liberatiuas, uel custoditiuas, uel Medicinas,quæ dant uitam, & non est differentia in his nominibus, quomodocúnq; uelis eas nominare. Et si diligimus magis nominare Medicinas, quæ liberant à uenenis animalium Medicinas custoditiuas, & nominare Medicinas, quæ liberant à uenenis ebibitis liberatiuas. Possumus quidem hoc facere, postquam nihil proficimus ex scientia nominum,nisi in eo quod scimus,quæ sunt istæ Medicinæ.

Et omnes istæ Medicinæ sunt duarum specierum, una earum est, quæ immutat uenenum corrumpens, & Medicinam mortiferam, & alterat ipsam à natura sua, aut in

A aut in una qualitate, aut in duabus, aut in tota sui substantia, secundum iuuamentum, quod est per qualitatem oppositam uel contrariam rei quæ alteratur, est res manifesta, & scita. Quia si uenenum est frigidum, iuuamentum est per Medicinam calidam: si calidum, per Medicinam frigidam: & si siccum, per humidam: & si humidum, per siccam. Et similiter si est frigidum & humidum, per Medicinam calidam & siccam: & si calidum & siccum, per Medicinam frigidam & humidam: & ita in alijs duabus distemperantijs. Sed mutatio & alteratio quæ est in uirtute,quæ est inuenta in tota substantia, erit à uirtute,quæ immutat uirtutes Medicinarum interficientium,& est in natura sua media inter corpus cui aduenit nocumentum,& inter Medicinas quæ faciunt nocumentum. Erit igitur proportio corporis ad uirtutem Medicinæ liberantis ipsamet proportio uirtutis Medicinæ liberantis ad Medicinam mortiferam,& secundum hoc exemplum est Medicinæ proportio euentus Medicinæ mortiferæ ad Medicinam liberantem ipsamet proportio uirtutis euentus Medicinæ liberantis ad corpus,& propter hoc contingit de omnibus Medicinis quæ sunt contrariæ Medicinis mortiferis,quādo sumitur ex eis quantitas magna,scilicet plus multum quàm oporteat,quod nocent corpori nocumento magno. Oportet ergo propter hanc causam, quod quantitas quæ exhibetur ex istis Medicinis quæ faciunt hoc,sit quantitas quæ non noceat corpori propter suam superfluitatem,& quantitas quæ non sit deficiens à Medicina mortifera sua paucitate,& uincatur ab ea. Et secunda species istarum Medicinarum, est quæ euacuat ipsum uenenum, & expellit ipsum à membro infirmo, & quæ expellit & euacuat ipsum à membro infirmo,aut facit hoc propter similitudinem suæ substantiæ ad id quod euacuat,aut propter caliditatem subtilem quam habet, & hoc uenenum occidens euacuatur per Medicinam quam apponimus extra, & istæ Medicinæ trahunt uenenum,aut propter caliditatem earum,aut propter similitudinem suæ substantię

B ad id quod euacuat. Et oportet etiam cum hoc,quod Medicina liberatiua sit media ex sui natura,quam maxime potest inter corpus cuius est liberatiua,& rem nocitiuā corpori,& hoc ideo,quod si ipsa est in fine contrarietatis corpori, non euacuabitur propter hoc uenenū à corpore,sed erit sicut Medicina mortifera in operatione sua, quoniā omnis Medicinæ mortiferæ uirtus est in fine contrarietatis corporibus,quibus aduenit nocumentum ex ea. Oportet igitur,si medicinæ mortiferæ non euacuantur,nisi à medicinis quæ ipsis sunt similes in complexione, quod medicinæ quæ ipsas euacuant,sint etiam contrariæ naturæ corporis secundum aliquem modum: ueruntamen perueniunt cum earum contrarietate ad hoc, quod uincant corpus & occidant,sed participant duabus uijs,quia ipsæ sunt mediæ inter illas quæ nocent corpori sine dubio,& illas quæ iuuant ei. Contingit igitur ex hoc, quod species iuuamentorum quæ acquiruntur ex istis medicinis,sunt quatuor modorum. Duę earum sunt propter immutationem & alterationem,& duæ cū euacuatione. Et si istæ Medicinæ nominentur Medicinæ mortiferę,aut uincentes usq; ad mortem, aut destruentes corpus,aut inducentes corruptionem corpori,aut interimentes, aut nominentur aliquo alio nomine simili,non est differentia. Et iterum ex Medicinis sunt quædam contrariantes naturæ hominis cum tota sui substantia. Et ideo quando sumitur aliquid ex eis,quamuis fuerit ualde modicum,nocet sine dubio, quia sunt totaliter interficientes in tota sua specie,non per suam qualitatem, sicut Medicina quę dicitur liuartis. Et uermis pomi,& liuantum,& species quædam solatri quę facit stuporem,& argentum uiuum,& multi ex fungis, & saliua uenenosorū, & fella eorū, & propter hoc nō ingreditur ex mirrha,opio,& storace liquida, & croco, quamuis si de istis Medicinis multum sumatur,faciunt stuporem,& occidunt quędam ex eis. Et si misceantur cum alijs Medicinis,secundum quantitatem quam oportet, iuuāt. Sed ex uenenosis quæ ex eis nocent per linitionem,plurima eorum faciunt grauedinem capitis,& accidentia similia ebrietati,& hoc ideo,quia replēt caput uaporibus multis nociuis. Et quædam ex eis nocent ori stomachi,quia naturaliter caput comparitur ori stomachi: & omnes nocent cerebro duobus modis: aut quia sunt con-

C trariæ ſibi cum tota ſui ſubſtantia, aut quia immutãt complexionem eius cum una qualitate, aut cum duabus.

DE MEDICINA SEDATIVA DOLORIS, aut ablatiua eius, aut deſtructiua doloris, aut quocunq; nomine uelis nominare ipſam.

ET dicemus, quod Medicinæ ſedantes dolorem, diuiduntur in duos modos, quia una earum eſt quæ ſedat uere, alia quæ dicitur ſedatiua ſecundũ dictum, ſicut ſi diceretur de homine mortuo, quod dolor eius ſedatus eſt, propterea quia non ſentit dolorem. Sed illa quæ uere ſedat, diuiditur in duas ſpecies. Vna eſt, cuius complexio eſt ſicut complexio corporis, ſicut Medicina quæ aperit, cuius ſubſtantiam ſuperius nominamus. Alia uero eſt calida in primo gradu, ſubtilis ſubſtantiæ, ſicut oleum anetinum. Et Medicina uere ſedatiua doloris, debet eſſe ſubtilis ſubſtantiæ, & non debet habere de calore, niſi quantum expediat, & propter hoc euacuat & reſoluit, & rarefacit, et ſubtiliat, et maturat, et facit euaporare et egredi totum quod eſt incluſum in membro dolenti ex humoribus calidis, aut uiſcoſis, aut groſſis, aut multis, aut opilantibus uias ſtrictas et poros, aut ex uẽtoſitate frigida, aut ex uapore groſſo non inueniente uiam unde exeat ab ipſo membro. Et poſtquam ita eſt de Medicinis iſtis illud quod diximus, non oportet quod habeant uirtutem ſtiptică, cuius locus infirmus aut egritudo ipſa indigeat hoc. Et in hoc eſt ſignificatio, quod Medicina hæc non iuuat ad auferendam egritudinem, ſed ſedat dolorem eorum ſolum in illa, quare non dicitur ſedans dolorem uere. Et ſi fortaſſis conferret egritudini, cum hoc etiam habebit tunc duas uirtutes, uolo dicere uirtutem Medicinarum quæ ſedant dolorem, et uirtutem curantium egritudines. Sed illa quæ dicitur ſedans dolorem, et non eſt, ita eſt illa quę habet uirtutem multum infrigidatiuam, quouſq; ſtupefaciat membrum, et ſtupefactio eſt diminutio ſenſus. Et ita eſt de Medicinis quæ quando bibuntur, faciunt accidere ſubeth, et nominant eas propter iſtam cauſam plures hominum ſedantes dolorem, et facientes dormire. Et complexio earum
D eſt multum contraria Medicinis, quæ ſunt ſedantes dolorem uere, quoniam infrigidant corpus totum, et acquiritur propter hoc ſuper corpus, quod ipſæ ſtuporem inducunt ſenſibus. Et ſi acciderit, quod aliquis ſumat ex eis quantitatem ſuperfluam, interficiunt homines. Et melior iſtarum Medicinarum, & quę plus ualet in opere in hunc modum, eſt illa, quæ eſt deſiccatiua, non habens multam humiditatem & frigiditatem, ſicut eſt ſucharan, id eſt, cicuta, & mandragora, & iuſquiamus. Nam non eſt bonitas aliqua in potatione earum, niſi in corticibus radicis mandragoræ quando exiccantur, & in ſemine iuſquiami albi, & non nigri. Et Medicinę quæ ſedant dolorem cum curatione egritudinis, non oportet quod nominentur ſedantes dolorẽ ſolum, quia hoc habent omnes Medicinæ quæ curant egritudines, ſicut dicemus, ſi Deus uoluerit.

DE MEDICINA NARCOTIZANTE id eſt, auferente ſenſum.

SVnt Medicinæ quæ infrigidant ſine ſtipticitate, & ad hoc deueniunt mandragora, & ſucharan, id eſt, cicura, et iuſquiamus, et papauer, uolo dicere de herbis ipſis quod quando adminiſtratur ex eis parum, non ſolum ſedant dolorem, ſed etiam narcotiçant. Et ſi adminiſtratur multum, inuenimus quod non narcotiçant ſolum, ſed occidunt etiam.

DE MEDICINA SVBTI liatiua & ingroſſatiua.

PONe ratiocinationem tuam in Medicina ſubtiliatiua caliditate & ſtipticitate. Et in ingroſſatiua, id quod eſt contrarium ſubtiliatiuæ ſubſtantiæ.

DIVISIO VIRTVTVM tertiarum. Sermo V.

QVia unaquæq; operationum particularium nominatur nomine uirtutis, & dicitur uirtus quæ multiplicat urinam, & menſtrua, & lac, & ſperma, & abſcin-
dit lac

A dit lac, & exiccat ſperma, & uirtus quæ prouocat quodlibet iſtorum aut retinet, & eſt uirtus quæ confert epati & ſpleni, & oculo, & dentibus, & ſcię, & renibus, & podagræ, & doloribus iuncturarum, & pleureſi nõ uerę, aut tuſſi, aut frangit lapidem. Et uniuerſaliter ſi elaborauerimus nominare uirtutes particulares ſecundum nomẽ ſuæ operationis quam operantur, uidetur nobis ſuperfluum eas nominare, & fortaſſis cum toto hoc non poſſemus eas omnes nominare. Et breuius in hac uia, & rectius in hac arte eſt, ut uitemus prolixitatem & deuiationem ab ordine. Et ſufficit illud quod diximus, ad cõplendas determinationes uirtutũ compoſitarũ ex uirtutibus ſimplicibus Medicinarũ, & operationũ earũ, & ſaporũ per ſpecies ſufficiẽtes, ut pficiat nobis et illis q ſtudebunt in hoc noſtro libro. Et cũ hoc nos rememorabimus plurimũ iſtarũ uirtutũ particularium, quę nominãtur uirtutes tertię, ſi Deus uoluerit.

DE MEDICINA SOLVTIVA & mundificatiua.

DIcitur duobus modis, uno modo communiter, alio modo proprie. Sed cõmuniter dicitur de quacunq; Medicina quę mundificat & extrahit humores à corpore, quocunq; modo ſit, ſicut à capite per ſternutatorium, ſiue per nares, ſiue per os per gargariſma, & per maſticationem. Et de Medicina quæ prouocat menſtrua, & de illa quæ propter ſuam ſubtiliationem humorum groſſorũ poteſt prouocare uriam, aut adiuuat ad faciendum aſcendere ſcreatum à pectore & pulmone, & ideo nominantur aliquæ ex Medicinis, Medicinæ, quæ attrahunt phlegma. Et quędã Medicinæ quæ prouocant urinam: & quædam ex eis Medicinæ tuſſis: & quædam earum Medicinæ quæ prouocant menſtrua. Proprie autem dicitur de Medicinis quæ extrahunt, & mundificant ſuperfluitates per uomitum, & de illis quæ mundificant per fluxum uentris. Et ideo Alkindus in epiſtola quam ſcripſit in Medicinis laxatiuis, uiſum eſt mihi, quod narrem illud quod in ea ſcripſit: Dixit enim, quod Me
B dicinæ laxatiuæ ſunt illæ, quæ euacuant id quod eſt in corpore de humiditatibus & ſubſtantijs. Et iuuamentum earum eſt euacuatio ſuperfluitatum ſuperfluarũ à regula temperamenti elementorũ. Et illæ ſunt ſecundũ ueritatem nominatę Medicinę laxatiuę. Sed illę quę pertranſeũt in euacuando equalitatẽ elementorũ noſtri corporis cum ſua qualitate egrediuntur terminũ omnis Medicinæ laxatiuæ, & nominabũtur toxicum laxatiuum. Et ita contingit, quod quando de Medicinis laxatiuis nimiũ ſumitur, euacuantur elementa noſtri corporis. Et ita deueniunt ad contrarietatem ſui temporis, aut loci, aut ſuæ operationis, aut ſui propoſiti, aut ſuę utilitatis. Sed contrarietas ex parte temporis eſt, ſicut quando colloquintida ſumitur in tempore æſtatis, & in ætate iuuentutis, & ab homine cholerico. Sed ex parte loci, ſicut quando quis utitur ea in terris calidis et ſiccis, ſicut in Alkeien, et Elirach, et datur de ipſa quãtitas eadem quę datur in terris frigidis & humidis, ſicut in Senalach, & in ſimilibus. Quoniam quando doſis quę de ipſa potatur in terris calidis & ſiccis, eſt equalis doſi quę potatur in terris frigidis & humidis, in quibus purgat quantitatẽ æqualẽ uel conuenientem à corpore, pertranſierunt in purgatione ultra quantitatem equalitatis, quouſq; deuenit aliquando ad perditionem. Et contrarietas ex parte operationis eſt, ſicut colloquintida, quando datur illis in quibus eſt neceſſe purgare cholerã, aut dare Medicinas alicui animalium cui non conuenit, ſicut elleborus niger, quando datur canibus, aut pluribus luporum. Et contrarietas ex parte ſui propoſiti eſt, ſicut colloquintida quando ſubtiliatur in contritione eius adhæret inteſtinis, & uulnerat ea, aut quando pillula nimis magna datur ad purgandũ aliquẽ humorem, & moratur nimium in ſtomacho, & non poteſt diſſolui, neq; deſcendere à ſtomacho, quare attrahit humorem qui non eſt neceſſarius: aut quando eſt nimis parua, quare eſt impotens ad extrahendum humores à membris longinquis, ſicut illos qui ſunt in cerebro, & in extremitatibus, & non attrahit quod oportet. Et contrarietas ex parte ſuę utilitatis eſt quãdo amittit uirtutẽ ſuã, ſicut elleborus albus & turbith quando putreſcunt, quia unũ ipſorũ purgat propter ſuã putrefactionẽ purgatione ſuperflua. Et ex alio cõtingit laxitudo & diſſolutio multa, & ſimilia horũ, quia omnia iſta

egrediuntur

C egrediuntur à nomine Medicinæ laxatiuæ per accidens ad nomen operationis eius malæ. Et iterum Medicina laxatiua diuiditur in duos modos, quia in una earum est purgatio per naturam, & in alia per accidens. Et purgatio per naturam diuiditur in duo, quia una earum facit hoc cum medio, & alia sine medio. Et laxatiua cũ medio diuiditur primo in duo, quia una facit hoc per similitudinem, & alia per cõtrarietatem, & ista ambo cũ attractione. Et quæ purgat per accidens, diuiditur in duo. Nam una mollificat uirtutem retentiuam, & alia resoluit humores. Et mollificatio retentiuæ diuiditur in duo, una quidem minuendo calorem naturalem, & alia inferendo nocumẽtum membris interioribus, sicut uentri, & epati, intestinis, & stomacho. Et illa quæ purgat sine medio, diuiditur in duo, una earum est cum liquefactione, & humectatione, & mollificatione, & alia sine mollificatione & liquefactione. Et illa quę est sine mollificatione & liquefactione, diuiditur in duo, una earum cum dissolutione, & alia sine dissolutione. Et illa quæ est sine dissolutione, diuiditur in duo, una earum est quæ abstergit, & alia quæ incidit. Isti sunt modi qualitatum laxationis. Et iam quidem aggregantur in una Medicina simplici, secundum quod apparent plures istorum modorum: & aliqua est quę non habet nisi unum modũ, & aggregatur in ea euacuatio multorum membrorum. Et apparet euacuatio alicuius earum per uomitum, & alicuius per fluxum uentris, & alicuius per urinam, & alicuius per sudorem, & per alios modos euacuationum. Et apparet iterum ex euacuatione alicuius earum euacuatio unius speciei humorum, & alicuius euacuatio plurium. Et ut fiat quod diximus manifestum, præmittemus narrationem, per quam fiat facilitas ad declarationẽ eius. Dico ergo, quod in omnibus quæ sunt subiecta generationi & corruptioni, inuenitur similitudo & contrarietas, postq; caussa generationis est similitudo, & caussa corruptionis est contrarietas. Et caussa cessationis contrarietatis quousq; corrumpatur, est illud quod fortius super quodlibet contrarium. Et transitus eius in eo est propter similitudinem, uolo dicere per similitudinem conuenientium in qualitate, sicut conuenientia ignis cum aere per similitudinem quam habent in caliditate, quæ est una ex qualitatibus primis. Sed contraria quæ non communicant in aliqua qualitate, sed contrariantur in qualitatibus omnibus, & in nullo tempore conueniunt, sicut aqua & ignis, quę contrariantur in omnibus qualitatibus, non conueniunt conuenientia naturali. Et est illa qua una applicatur alteri sine corruptione. Postquam igitur caussa corruptionis est contrarietas qualitatum, igitur conuenientiæ operatio est approximatio, & applicatio unius ad aliud, & est contraria operationi contrarietatis, postquam est operatio cõtrarietatis, uolo dicere cum contrariantium est fugere unum ab alio, uel unum uincere aliud. Igitur illud quod est æquale complexioni animalium, non inferens ei nocumentum cum contrario, est illud approximans sua similitudine. Sic inuenitur in cibo, quia quodlibet membrum attrahit sibi illud, quod est sibi simile, & illud quod est magis paratum conuerti ad suam speciem. Et attrahit caro illud quod est magis paratum fieri caro: & os illud quod est magis paratum fieri os. Et ita nerui, & uenæ, & ligamenta, & medullæ, & alia ex membris corporis. Et ideo quando accidit nocumentum alicui membrorum per aliquam qualitatum, & remouentur à suo temperamento, acquirit nocumentum cõtrarium à suo nocente, quemadmodum reperitur in nostro corpore. Quia quando egredimur à temperamento ad laborem, dicimur errantes. Et quando sumus in errore, sumus in labore. Et secundum eundem modum accidit nobis in caliditate & frigiditate, & humiditate & siccitate, & ita in omni sensu sui contrarij. Ergo nostra quies à quolibet contrario est ipsius cura, quia cura cuiuscũq; contrarij est ablatio eius. Et ablatio contrarij est cum contrario, & contrarij cum medio, & contrarij sine medio.

D Igitur natura uoluntate sui creatoris ingeniatur circa corpora animalium in hoc, quod magis competit eis, & conatur temperare corpus, & expellere nocumenta à se. Ergo desyderat quodlibet membrum contrarium sui nocumenti ad curationem ipsius nocumenti, ne uincant eam superflua accidentia. Et similiter operatur in omni

A in omni uirtute cum qualitatibus quas posuit ministrans compositionum naturalium, sicut attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua, cum qualitatibus primis, id quod magis iuuat ad eorum complementum, & adiuuat uirtutem attractiuam cum caliditate & siccitate, quia cum eis exiccat. Et adiuuat uirtutem retentiuam cum frigiditate & siccitate, quia cum eis fit contractio & coartatio, & adiuuat uirtutem digestiuam cum caliditate & humiditate, quia cum eis fit digestio & putrefactio, & fit iuuamentum uirtuti expulsiuæ per frigidum & humidum, quia humiditas facit lubricum, & frigiditas exprimit & expellit, & ita operatur ad eundum ad inferiora iuamentum ponderositatis: uolo dicere aquositatis & terreitatis, sicut ad eundum ad superiora iuuant aereitas & igneitas. Et secundum hunc modum operatur quod est magis iuuatiuum in omni suo opere. Et postquam oportet quod Medicinę laxatiuæ ingrediantur humana corpora ad seruitium & adiutorium naturæ, scilicet ad euacuãdum humores, qui sunt extra temperamentum, quia est debilitata ad expellendum illos, nisi cum adiutorio extrinseco, quando ipsa Medicina ingreditur corpus, erit secundum aliquem istorum sex modorum. Quia aut erit habens proprietatem in eo sine operatione propter sui subtilitatem, & propter multiplicitatem suæ compositionis, quæ cum ipsa compleuit attractionem illius humoris, quẽ purgat cum adiutorio naturæ iuuantis ipsam per suam operationem in hoc: & ista est illa quam memorauimus in diuisione laxatiuarum Medicinarum, quam diximus per naturam facere hoc sine medio, sicut agaricum, quia parum ex eo laxat, & non apparet in eo qualitas, qua significetur superfluitas suæ operationis in purgatione, quia in sapore eius est amaritudo debilis, & dulcedo, quæ non sunt signum super operationem suæ uirtutis. Aut erit caussa suæ operationis apparens in eo, & erit sub una specierum operationis naturæ, uolo dicere, quia est sine nocumento membri cui adheret, & natura differt ad ipsam suam similitudinem, sicut aloes, quia est

B amarum, & calidum, & siccum, simile in uirtute colore, & in suo sapore, & calore, & subtilitate, & ipsum expellit choleram, & nõ est sicut putant stolidi Medici, q; ipsum expellit stercus solum, quoniam eorũ extimatio non est uera, nam ipsi uident quod ipsum euacuat humorem citrinum calidum, & putant quod sit tinctum ex aloe, & quod sit stercus quo curantur egritudines cholericæ, eo q; minuatur igneitas & acuitas cholerę propter illud. Et illud quod est laxatiuum, quod laxat per suam naturã, mediante sua similitudine, aut erit sub specie alterius operationis naturæ, uolo dicere, quod nocet membro cui adheret propter suam qualitatem, & natura defert eum ad suum contrarium, ad expellendum à membro suum nocumentum, sicut apparet in aqua casei, quia est frigida & humida, & substantia eius est aquosa, & ipsa purgat cholerã calidam & puram ab omni alio humore, & sic curat accidentia cholerę, & mundat epar à suis superfluitatibus adustis existentibus extra naturam quantitate & qualitate, & atriplex similiter, quia ipsum expellit choleram à corporibus ictericorum, & est frigidum & humidum, & eius aqua proprie mundat croceitatem oculorum, quando sunt tincti colore simili croco, quando fit ex eo caput purgium: & hæc Medicina est illa quæ purgat ex sui natura mediante contrarietate sui. Aut est apparens caussa suæ operationis cum medio, & erit sub una specierum mollificationis uirtutis retentiuæ, uolo dicere, quod iuuat calorem naturalem per resolutionem & extinctionẽ, quare relaxatur uirtus retentiua quæ est in uasis chimorũ, quare currunt & fluunt sicut facit bacca lauri, & turbit putridum, quia nos uidemus, quod hoc faciunt nimia uirtute, & expellunt humores diuersos, & propter hoc fit pulsus paruus multum, & fit syncopis multa. Verum quando opilatur corpus cum aqua frigida, & densantur pori, nõ pertransit per eos illud quod resoluitur de calore naturali, & includitur in corde, restringitur fluxus & laxatio. Et Medicinarum laxatiuarũ quædam purgant attrahendo à longinquis partibus corporis, quædam leniunt naturã, & expellunt stercus solum: & Medicinarum quæ purgant cum attractione, quædã purgant choleram, & quędam aquam, & quędam phlegma, & quędam melancholiam, & hæc sunt illæ.

Alias laureola

NVME-

C

NVMERATIO MEDICINARVM LAXATIVARVM.

Medicinæ purgantes Choleram, sunt illæ.

Scamonea.	Violæ.	Cachille.	Capillus Veneris.
Aloes.	Psillium.	Cucumer.	Buglossa.
Absinthium.	Granata.	Cassia fistula.	Flos salis.
Lebleb.	Sebesten.	Tereniabin.	Sal nitrum.
Fumus terræ.	Iuiube.	Tamarindi.	Aqua piscium
Mirabolani citrini.	Liquiritia.	Pruna.	salsorum.

MEDICINAE PVRGANTES aquam.

Zucharum.	Radix cucumeris agrestis.	Bucor marien.	kamepiteos.
Serum.		Radix lilij.	Baritura æris.
Nasturtium Babilonicum.	Meçerion.	kerua.	Lac lactucæ agrestis.
	Scebram.	Vitis agrestis.	

MEDICINAE PVRGANTES PHLEGMA.

Mendenę.	Hasce.	Squilla.	Affodillum.
Coloquintida.	Satureia.	Amoniacum.	Zinçiber.
Turbith.	Assarum.	Opoponax.	Capparis.
Euforbium.	Tapsia.	Serapinum.	Condisi.
Agaricus.	Titimalli.	Sarcocolla.	Orobus.
Granum nil.	Arbor cimicum.	Bdellium.	Polium montanum.
Vrtica.	Fesire.	Assa fetida.	
Centaurea.	kameactis.	Sales.	Papauer angelosum
kartamus.	Papauer agreste.	Flos æris.	Filix.

MEDICINAE PVRGANTES Melancholiam.

D Elleborus niger.	Mirabolani	Pulegium.	Ius galli ueteris.
Epithimum.	Indi.	Achauen.	Lapis laçuli.
Polipodium.	kebuli.	Vischus.	

MEDICINAE MOLLIFICATIVAE Ventris.

EX HIS QVAE MOLLIFICANT VENtrem & educunt, sunt, cuius quædam sunt cibi, & quædam sunt Medicinę, sed Medicinę sunt.

Betonica.	Duę species storacis.	Radix ficulneæ.	Semen citri.
Sceha.	Resina pini.	Lac arboris fici.	Fella.

SED CIBI SVNT.

Caules.	Mes, id est, robilia.	Cerasa.	Semen cucumeris.
Atriplex.	Cicer.	Vinum uuę.	Porrum.
Portulaca.	Cepe.	Vinum ficuum.	Lac.
Lapacium.	Allium.	Secaniabin.	Magra.
Malua.	Raphanus.	Fenu Græcum.	Caseus.
Cucurbita.	Ficus.	Nasturcium.	Mel.
Sparagi.	Vuæ.	Sinapis.	Aqua mellis.
Buberegi,	Mora celsi.	Semen papaueris.	Pisces salsi.
Ordeum.	Xilocaracte.	Semen cucurbitæ.	Aqua piscium recentium.
Lens.	Dactili.	Semen melonis.	

MEDICINAE VOMITIVAE.

Ellebotus albus.	kist ordei.	Pulegiũ montanũ.	Mandragora.
Granum ben.	Limaciæ.	Tapsia.	Aes ustum.
Bulbus.	Papauer çebeolij.	Succus elacterij.	Affodilli.
Nasturtiũ Babilon.	Radix cucumeris.	Stafisagria.	Canna çuchari.
Cepe narcisci.	Radix melonis.	kerua.	Oleum.

SERMO

A

SERMO DE MEDICINIS AVgentibus lac, uel minorantibus ipsum.

SVnt autem Medicinę augmentantes lac, aut generantes, aut abscindentes, uel minuentes, aut destruentes. Sed illæ, quæ multiplicant & generant, sunt, quia sanguis, quando uenit ad mammillas, & conuertitur duobus modis, unus eorum est, quia ipse uenit ad mammillas, & secundus est, quia ipsę mammillę attrahunt. Si ergo contingit, quod sanguis qui uenit ad mammillas, tardetur in aduentu eius, necesse est quod iuuemus eum cum Medicinis, adiutorio aliquo, & istud adiutorium fit per Medicinas, quę generant lac, & per uirtutes operantes generationem lactis, & de generantibus lac, sunt quędam res Medicinales tantum, & quędam sunt cibi.

Sed illę quæ sunt Medicinales tantũ, sunt uirtutes quæ calefaciunt humores phlegmaticos, & alterant eos, & conuertunt eos in sanguinem, & oportet quando uolumus generare lac ex sanguine, quod Medicina sit calida temperate, & non sit grossa omnino, & istę Medicinę sunt calidę in primo gradu, aut in secundo, & non habent exiccare aliquod, quod sit manifestũ omnino, & sunt paucæ quantitatis. Quia ista temperies compositionis, non est propositio facilis, nec minima, & meliores ex istis, sunt illæ, quæ non sunt Medicinę solum, sed sunt cum hoc cibi, sicut eruca, & feniculus, & anetum, uolo dicere herbas ipsas, dum sunt recentes. Quæ quando sunt siccatę, desiccant, & calefaciunt satis, & ex illis quæ ingrediuntur, in hoc genere sunt apium botarchion, & apium aquaticum, uolo dicere herbas ipsas recentes, antequã desiccentur. Sed uirtutes quę sunt in cibis, sunt uirtutes quæ operantur per similitudinem, cum tota substantia, quæ est in cibis, qui generant bonum sanguinẽ, quando sunt temperati in humiditate, & est eorum caliditas tepida, sicut caliditas lactis, & hoc, quia sanguinis boni caliditas est tẽperata in animalibus, & calor cholerę præterijt temperamentum, quemadmodum frigiditas phlegmatis pertransit temperamentum, & lac quidem est in sua caliditate, inter phlegma & sanguinem, sed non

B longe ab utriusq; distantia æquali, immo est longinquius phlegmati, & propinquius sanguini. Quando ergo generatio lactis in mammillis est pauca, & tu uis quod augeatur, perquire sanguinem, nam impossibile est, quin aut sit paucus in quantitate, aut sit inconueniens in sua qualitate. Si ergo inueneris eum paucę quantitatis, sciias quod eget adiutorio in calefactione, & humectatione, & si tu inueneris eum inconuenientis qualitatis consydera, nam si uincit super eum cholera, tunc oportet quod euacues eam, & post hoc oportet quod adhibeatur regimen quod diximus, & si uincit super eum phlegma, eget Medicinis calidis, secundum quod diximus in diuisione Medicinarum, in principio huius capituli.

DE MEDICINIS QVAE ABSCINdunt & destruunt lac.

MEdicinę uero, quæ abscindunt & destruunt ipsum, sunt multæ, & quasi infinitæ, & sunt sicut Medicinæ quæ calefaciunt ultra quàm oportet, & exiccãt, quia ipsę consumunt humiditatem sanguinis, & ingrossant eum, & propter hanc causam minuunt ipsum, & res quidem frigidæ prohibent generationem sanguinis, & sunt quædam quæ corrumpunt qualitatem sanguinis, & quædam ex eis sunt, quæ faciunt illud, minuendo totam eius substantiam.

DE MEDICINIS MENSTRVORVM.

QVędam ex eis prouocant menstrua, & sunt quæ abscindunt ea. Sed illæ quæ prouocant, faciunt uno duorum modorũ, uno modo, quando bibuntur, alio modo, quando subijciuntur. Sed illæ quæ bibuntur, prouocant & aperiunt uias, & mundificant eas, sed non euacuant cum uirtute attractiua, sed illæ quæ subijciuntur, & prouocant menstrua, & mundificant corpus ab eis, faciunt illud duobus modis, uno modo, quia calefaciunt solum, alio modo, quia attrahunt unum humorem, aut duos, aut plures, sicut faciunt Medicinę laxatiuæ, & quia matrix ipsa non habet uirtutem attrahendi sanguinem, qui uenit ad ipsam, quia sanguis, qui uenit ad eam, expellitur ad ipsam, cum expulsione, ita quod non attrahit ad se, fiunt

C Medicinæ

C Medicinæ quæ prouocant menstrua, aut abscindunt ea, in uirtute similes Medicinis quæ prouocant lac, quas diximus. Et hoc ideo, quia sanguis qui est in uenis, est materia communis, tam istis quam illis. Et hoc ideo, quando sanguis, qui est abilis cutsui, æqualis quantitatis, contingit quod ista ambo sunt abundantis quantitatis, & mammillę quidem communicant cum matrice in uenis pluribus, quæ sunt communes utrisq;, & ideo quando separatur sanguis, & recedit ab uno istorũ membrorum, & uadit ad alterum, exiccatur illud, unde separatur. Igitur mulieres menstruatę, quando habent menstrua temperate, non aduenit eis lac in mammillis, & quando aduenit multum lac mammillis, abscinduntur menstrua omnino, & ideo contingit, quod Medicinę quæ prouocant, aut abscindunt sanguinem, à quo mundificantur mulieres per matrices quolibet mense, sunt similes illis, quæ augent aut minuunt lac in mammillis, & non differunt, nisi in eo, quod matrix eget multotiens Medicinis amplioris caliditatis, & maioris incisionis, quia uenę matricis egent magis Medicinis aperitiuis, & egẽt cum hoc sanguine fluxibiliori, & magis abili ad prouocandum propter causſam supradictam de matrice, quia non habet uirtutem attrahendi ad se. Sanguis uero, qui uenit ad mammillas, expellitur ad ipsas, & ipsæ cũ hoc attrahunt ipsum ad se, quare contentæ sunt facilioribus Medicinis, ad prouocandum uel attrahendum ad eas sanguinem, & ideo contingit, quando menstruæ diminuta sunt diminutione parua, quod Medicinæ quæ conueniunt ad attrahendum sanguinem, ad mammillas sunt conuenientes, & sufficientes ad prouocandũ menstrua. Sed quando menstrua diminuuntur, diminutione multa, aut abscinduntur omnino, non conferunt eis hæ Medicinæ. Sed egemus tunc sauina, mirra calamento, & pulegio montano, & mentastro, & costo, & cassia lignea, & cinamomo, & amomo, aristologia, hasce, & thimo, & alijs quæ procedunt hac uia, quæ prouocant menstrua, ablata omnino.

DE MEDICINIS SPERMATIS.

D Sunt ex eis quæ nominantur generatiuę spermatis, & quæ sunt contrariæ istis, & nominantur extinguentes sperma, & abscindentes ipsum, & ex eis sunt, quæ nominantur prouocantes sperma, & ex eis sunt contrarię his, & dicuntur prohibentes sperma, sed Medicinę generantes sperma, sunt illæ quæ generãt illud quod non est.

Et dicemus. quoniam substantia spermatis generatur à superfluitate bona, & iuuatiua, & est in seipso, cum hoc spirituale, uolo dicere, multorum spirituum. Oportet ergo quod sint illę, à quibus generatur sperma, & prouocantur res uaporosæ spirituales, uolo dicere multi spiritus uel uentositatis. Et rerum quidem, quæ generant sperma, quædam sunt cibi, & quædam Medicinę, & quędam Medicinę simul & cibi, sed illę quę sunt cibi, & augent sperma, sunt res quæ nutriunt & inflant simul, & sunt illę, quarum tota substantia est similis sicut bulbus, & cicer, & fabæ, & pisces qui nominantur multorum pedum, & grana pini. Et Medicinę quæ augent spermã, sunt illę quæ sunt calidę, & generant uentositatem sicut stincus, & testiculus uulpis. Sed illæ quę faciũt hęc, & sunt cibi & Medicinę simul, sunt sicut semen lini, & eruca.

Sed illę quę extinguunt & abscindunt sperma, sunt res quę destruunt ipsum, sicut res quę infrigidant & desiccant, & sunt in substantia sua contrarię illis, quę generant ipsum in substantia sua, & Medicinę quę desiccant, non permittũt generari sperma, nedum quod generent ipsum. Esto quod sint in natura sua calidæ, sicut ruta. Et si sunt ex illis quę non calefaciunt, & prohibent generationẽ eius, sicut Medicina quæ nominatur nicati, & est nenufar, quia ipsa uidetur contraria spermati, in proprietate suæ substantiæ. Etiam inueniuntur Medicinę consimiles istis, in Medicinis menstrui, & in Medicinis lactis. Et per aliam uiam ingrediuntur in genere istarum Medicinarum, Medicinæ quę prohibent ascensum screatus à membris spiritualibus, & Medicinę quæ prouocant urinam etiam, quia omnium istorum est uirtus subtiliatiua. Sed illę quę retinent sperma, sunt contrarię istis, & ipsę sunt cibi & Medicinæ quę infrigidant & ingrossant sperma, & congelant, & faciunt ipsum quietum, & non fluxibile. Et ideo sunt causſa retentionis eius & prohibitionis, nõ tamen causſa eorũ

A ruptionis & destructionis perpetuæ, sicut lactuca, portulaca, atriplex, cucurbita, mo ta celsi, melones, cucumeres, & citrulli.

DE MEDICINIS QVAE PROuocant urinam.

CAlefactio est illa, quę est principalis in Medicinis, quę iuuant ad prouocandum menstrua, & ad prouocandum urinam, uerumtamen differunt abinuicem in quantitate caliditatis, & in hoc quod aliquę ex eis desiccãt, & aliquę quę non desiccant. Medicinę igitur quæ calefaciunt calefactione temperata, & non desiccant, iuuant ad generandum lac. Sed illę quę calefaciunt, plus istis, sed non desiccant desiccatione forti, iuuant ad prouocandum menstrua, sed urinam prouocat quęlibet ista tum duarum specierum, quas diximus, & prouocant eam etiam cum hoc quæ calefaciunt & exiccant, & propter hãc causſam nominantur proprie prouocatiuę urinę.

Et sunt singulares in hoc nomine, scilicet quod prouocant urinam solum, absq; eo quod prouocent menstrua & lac, & non iuuant similiter ad educendũ screatum à pectore & pulmone, & istę sunt Medicinę calidę, acutę, quę de natura sui iuuant & faciunt sanguinem subtilem, & discernunt, & separant grossum à subtili, sicut separatur lac & conuertitur, quod est in sanguine subtile aquosum, ut sit separatum, diuisum à se, & quod est in eo spissum, coadunatur & condensatur in se, & continuantur partes eius simul. Et istę duę proprietates iuuant renes ad extrahendum totum illud quod est in sanguine de substantia subtili aquosa, prima est dissolutio sanguinis, & liquefactio eius. Et secunda est discretio & separatio eius. Et non est istis duobus modis possibile, esse sine caliditate acquisita, & sunt sicut apium montanum, & semen apij, & semen feniculi, & daucus, & semen sinon, & siseleos, & ameos, & fu, & meu. & assarum, & acorus.

DE MEDICINIS TVSSIS.

B Istæ Medicinę comparantur ad tussim duobus modis. Nam quędam eorum dicuntur Medicinę tussis, & quia faciunt uenire tussim, & quędam dicuntur Medicinæ, quia sedant tussim, & uirtus quidem istarum est contraria uirtuti illarum, & hoc est, quia uirtus earum quæ faciunt uenire tussim, est subtiliatiua, & earum quæ sedãt tussim, est ingrossatiua, & uirtus subtiliatiua inuenitur in substantijs calidis subtilibus, & uirtus ingrossatiua inuenitur in substantijs grossis frigidis, sicut in glutinatiuis, & opilatiuis. Sed illę quę faciunt tussim, habent uirtutem subtiliatiuam, & inuenitur in rebus calidis subtilibus, quia humiditates, quibus necesse est quod incidantur, egent Medicinis quę incidant, & non quæ desiccant. Et ideo Galenus dixit, quod Medicinæ mundificatiuę, aperitiuę pororum sunt. orobus, lupini, amigdalæ amarę, semen urticæ, liquiritia, squilla, & alia, super quorum saporem uincit amaritudo. Et dixit, quod ex eis sunt baurach, & sal nitrum, & spuma baurach, & sceha, & alię Medicinę similes istis, quando accipiuntur cum cibo, aut cum potu, faciũt idem opus. Et omnes istæ Medicinæ, cum hoc, quod diximus, subtiliãt humores grossos uiscosos, quemadmodum Medicinę glutinatiuę ingrossant id, quod est in corpore, ex humoribus. Et ideo non inuenimus alias Medicinas, quæ sint fortius incisiuæ & subtiliatiuæ humorum grossorum uiscosorum, qui sunt in pectore & pulmone, & saniei quę est in pectore, & conuenientiores ad educẽdum, & plus adiuuantes ad excreandum istis, & de natura ipsarum, cum toto hoc est quod aperiũt opilationes epatis, & mundificant uenas eius, & faciunt idem in splene, quando opilatio non est fortis, quia tunc eget Medicinis fortioribus, sicut sunt cortex capparis, & radix tamariſci, & scolopendria, & squilla. Et oportet quod sit operatio tua cum istis Medicinis, in quolibet corpore diuersa, & est quod debes uti eis in curationibus epatis solis, & in curis splenis, postquam posueris cum eis acetum, & ebulierit cum eis, & mundificatione pectoris & pulmonis cum mellicrato, & cum aqua kist ordei, & cũ sirupo acetoso, & uino dulci. Et ideo quando dixit prouocantia urinam, multa prouocatione, dixit quod sunt calidę acutę, sicut semen apij montani, & semen apij domestici, & semen feniculi, & daucus, & siseleos, & ameos, & fu, & meu, & assarum,

C & acotus. Et dixit quod Medicinę quę faciunt hoc, non iuuant ad educendam fani-
em à pectore, quia natura earum, ſicut diximus, eſt calida & ſicca, & cum hoc quod
ipſę congregant & coadunant, diuidunt & ſeparant, uidelicet quod ipſę congregát
groſſitiem in ſeipſam. Et ſeparant cum iſta congregatione illud quod eſt in ſangui-
ne de aquoſo ſubtili, & hęc erit cauſſa quare renes attrahunt iſtam partem aquoſam
ſubtilem in breui tempore, & mundificant illud quod congregant & ingroſſant, ita
quod poſſit excreari facile, & propter hanc cauſſam, oportet quod Medicinæ quæ
habent hoc, ſint inciſiuę, & non ſit de calore in eis quantitas apparens, ne deſiccent
deſiccatione forti, & oportet quod ille qui uult eas accipere, accipiat eas in ſorbitio-
nibus & potibus humectis, propter illud iuuamentũ quod diximũs. Et dixit, quan-
do memorauit Medicinas, quę generát urinam, quod ſunt illę quę deſiccát, & dixit
quod quæ deſiccant, cum alijs proprietatibus non iuuant ad educendum ſcreatum
à pectore & pulmone, eo quod iſtæ humiditates egent rebus, quæ incidant eas, &
non deſiccent.

DE MEDICINIS MVNDIFICANTIBVS RENES.

MEdicinę quæ mundificant renes, ſunt Medicinę inciſiuę, ſecundum multitudi-
nem Medicinarum tuſſis. Sed non oportet quod ipſæ ſint humidæ multum.

DE MEDICINIS QVAE IVVANT ad lapidem frangendum in renibus & ueſica.

MEdicinę quæ conferunt ad frangendum lapidem, qui generatur in renibus &
ueſica, ſunt Medicinę quę non deſiccant, ſed ſunt fortiter inciſiuę, & ipſarum ca-
liditas eſt minima. Quoniam caliditas coagulat lapidem, propterea, quia deſiccat,
& non incidit eum, nec frangit. Sed Medicinę quæ ſunt paucę caliditatis, ſunt cum
hoc, quod ipſę poſſunt incidere bonæ, ſicut ſunt. Radix ſparagi, & radix rubi, & her-
ba quę Greçe dicitur caſtaran, & eſt beronica, & polium montanum, & lapis iudai-
cus, & nitrum aduſtum, & acetum ſquilliticum, & ſimilia iſtis ex Medicinis.

D ET poſtq̃ compleuimus primam partem huius operis, cum cõplemento ſermo-
nis, ſuper omnes ſubſtantias Medicinarum, cum ſaporibus earum & uirtutibus,
primis, & ſecundis, & tertijs, cum adiutorio Dei. Incipiemus partem ſecundam,
in diuiſione Medicinarum trium generum, ſcilicet, quæ ſunt ex plantis, & ex mine-
ralibus, & ex animalibus, cum auxilio Dei.

PARS SECVNDA, LIBRI SERA-
pionis, aggregata in Medicinis Simplicibus.

SERMO SECVNDAE PARTIS, IN unaquãq; Medicina. De diuiſione materierũ, tri-
um generum, quæ ſunt ex plantis, & mine-
ris, & animalibus.

QVoniam Medicinæ diuiduntur in tres ſpecies. Quarum prima eſt Medi-
cinarum, quæ ſumuntur ex mineralibus, & lapidibus, & glebis, & alijs
terreis. Et ſecunda eſt earum, quæ ſumuntur ex plantis & arboribus, &
terræ naſcentibus, & eorum partibus. Et tertia eſt earum, quę ſumuntur
ex animalibus, ex membris, ſcilicet eorum, & ſuperfluitatibus, oportet
quod proſequamur de unaquaq; ſpecie, per ſe ſingulariter in ſuo loco, & incipiens à
Medicinis quæ ſunt ex plantis, quoniam ipſæ ſunt quæ ueniunt magis in conſuetu-
dinem. Et loquemur primo de his, quæ ſunt æqualis complexionis, ex eis cum auxi-
lio Dei.

MEDICINAE AEQVALIS COM-
plexionis. Tractatus primus.

DE CITRO. Simplex I.

ATrog, id eſt, citrũ. Galenus.) Fructus huius arboris nominatur in Greço pomũ
aquæ, & cortex eius non eſt frigidus, immo eſt æqualis complexionis, aut mi-
nus æqualis parum, & exiccat quantum eſt de uirtute & complexione ſua, exiccatiõ-
one habente

A one habente acuitatem non paucam. Et ideo exiccatio eius deuenit ad ſecundũ gra-
dum, ſed caro eius, & eſt illud, quod eſt in medio corticis, & acetoſitatis eius, gene-
rat humores groſſos frigidos, quia comeditur ſicut cortex eius, ſed cor eius, & eſt ace-
toſitas eius, ſcilicet in qua eſt ſemen, eſt acetoſi ſaporis. Et uirtus eius prima, eſt uirtus
quæ infrigidat & deſiccat in ſecundo gradu. Et ſemen eius, quando guſtatur, inue-
nitur amari ſaporis, & eſt exiccatiuum, in ſecũdo gradu, longe à rebus æqualis com-
plexionis. Sed folium huius arboris eſt uirtutis exiccatiuæ & reſolutiuæ. Dioſco-
rides.) Habet ſemen ſimile ſemini pirorum. Sed quando bibitur cũ uino, habet po-
teſtatem contra Medicinas mortiferas, & laxat uentrem. Et quando ex decoctione
eius, aut ſucco eius fit collutio oris, facit odorem oris bonum. Et conuenit pregnan-
tibus, quando habent deſyderium præter naturam, quod contingit eis propter im-
pregnationem. Et dicitur, quando ponitur cortex in pannis, præſeruat eos à corroſi
one. Aben meſui.) Proprietas corticis eius eſt, quod facit bonũ oris odorem. Et
proprietas carnis eius eſt, quod extinguit calorem ſtomachi ſuperfluum. Et acetoſi-
tas, quando linitio fit ex ea, confert impetigini, & aufert eam. Et decoctio eius con-
fert cardiacę, & facit appetitũ cibi, & incidit choleram, & abſcindit fluxum uentris,
& uomitum. Et extinguit calorem epatis. Et de proprietate eius, & decoctionis eius
eſt auferre triſtitiam, & hæc eſt proprietas ſui rob. Sed ipſum nocet pulmoni & ner-
uis, ſua acetoſitate. Et grana eius ſunt de numero Medicinarum conferentium uene-
nis, quando ex eis ſumitur aut. id eſt, cum aqua tepida, & ponitur ſuper locum mor-
ſus, & mollit uentrem.

DE MACIS. II.

BIsbeſe, id eſt, macis. Yſaac eben amram.) Eſt cortex nucis muſcatę, qui eſt ſuper
corticem groſſum, & melior ex eo eſt ille, qui eſt coloris fuſci, & deterior ex eo
B eſt niger, & in cortice groſſo duro nucis muſcatę, non eſt aliquod iuuamentum, ſed
fructus eius eſt utilis Medicinæ, & nominatur in oriente adaches. Et dicunt aliqui,
quod eſt macis, & eſt cortex qui aſportatur de regione, quæ non eſt Græcorum, &
color eius eſt flauus, & eſt groſſus & ſtipticus multum. Galenus.) Talisfar eſt cor-
tex qui defertur ab India, & ſubſtantia eius eſt compoſita ex diuerſis ſubſtantijs con-
trarijs. Et plurimum quod eſt in ea, eſt ſubſtantia terrea. Et minus quod eſt in ea, eſt
ſubſtantia ſubtilis calida, & odor eius eſt bonus, ſicut odor ſpecierum aromatica-
rum, quæ aſportantur ab India. Sapor eius eſt ſtipticus, ſtipticitate multa, cum ali-
quantulo aromaticitatis. Aliter nominat eam Dioſcorides, machir dicens, quod
eſt cortex ſigni, ſiue corium uenens de Barbarico coloris ſubruffi, cum rubore ſoli-
do, cuius uirtus eſt ſtiptica, & remordens quàmmaxime in guſtu, cętera uero quæ di
cit, ſunt ſupradicta. Virtus eius prima eſt, quæ deſiccat in tertio gradu, ſed caliditatis
& frigiditatis operatio non ineſt ei manifeſta. Et uirtus eius ſecunda eſt, quæ reſtrin-
git & congregat. Et uirtus eius tertia eſt, quæ confert fluxui uentris, & ulceribus inte-
ſtinorum. Dioſcorides, bibitur in emoptoica, & in ulceribus inteſtinorum, & in
fluxibus humorum ad uentrem.

DE CAPILLIS VENERIS. III

BEtſcegnaſcen nominatur coriandrum putei. Et capillus algol, & capillus porci-
nus. Dioſcorides.) Eſt herba, cuius folia ſunt ſimilia foliis coriandri, ſciſſa in
ſummitate. Et habet ſtipites duros, ſubtiles, longitudinis palmi unius. Et non habet
crus, nec florem, nec fructum, ſiue ſemen. Et habet radicem, in qua non eſt utilitas,
naſcitur in locis umbroſis, & in parietibus ſpeluncarum humidarum, & iuxta aquas
coadunatas, & decurſus fontium. Galenus.) Virtus eius prima, eſt uirtus deſiccati
ua, & non eſt in eo caliditas apparens. Sed eſt in cõplexione media, inter duas qua-
litates oppoſitas, exiſtens in gradu medio inter eas. Et uirtus eius ſecunda, eſt uirtus
quæ ſubtiliat & diſſoluit. Et uirtus eius tertia eſt, quæ facit oriri capillos in alopicia.
Et diſſoluit ſcrophulas. Et quando bibitur, frangit lapidem, & iuuat ad educẽdum

C screatum humorum grossorum uiscosorũ, qui sunt in pectore & pulmone, & stringit uentrem. Dioscorides.) Elixatura huius, quando bibitur, confert disnoicis, & ictericis, & dolori splenis, & stranguriæ, & frangit lapidem, & stringit uentrem, quando bibitur cum uino, & confert morsibus uenenosorum, & fluxui superfluitatum ad stomachum, & prouocat menstrua, & mundificat puerperas, & abscindit fluxum sanguinis, & fit emplastrum ex eo, ulceribus fraudulentis pessimis, & facit oriri pilos in alopicia, & dissoluit scrophulas, & quando miscetur cum aqua cineris, mũdificat furfures capitis, & eradicat ulcera humida, quæ sunt in capite. Et quando miscetur cum laudano, & oleo mirtino, & oleo lilij, & hysopo, & uino, retinet capillos fluentes, & elixatura eius mixta cum uino & lixiuio, si abluitur cum ea caput, idem facit, & quando miscetur cum cibo gallorum, & sumenuet, id est, coturnicum, & cibantur eo, facit eos audaces ad dimicandum, & iam propinatur pectoribus, propter iuuamen, quia præbet eis sanitatem. Abenmesuai.) Proprietas eius est ad mundificandam choleram, quæ est in intestinis, & stomacho, & dosis, est à ʒ.iij. usq; ad ʒ.vij.

DE SPARAGO. IIII

HAlion est sparagus lapidis. Galenus.) Virtus eius prima, est quæ desiccat, sed non habet calefactionem, neq; infrigidationem, & uirtus eius secunda, est uirtus quæ abstergit. Et uirtus eius tertia, est quæ aperit opilationes epatis & renum, & proprie semen. & radix eius, & curat dolorem dentium, quia desiccat sine calefactione & infrigidatione, & istud est, cui proprie conuenit sedatio uere. Dioscorides.) Quando elixatur una ebulitione, & comeditur, mollit uentrem, & prouocat urinã, & quando coquitur radix eius, & bibitur decoctio ipsius, confert stranguriæ, & ictetitię & sciaticę, & quando coquitur in uino, confert decoctio eius morsui rutellæ, & quando ex decoctione eius fit collutio oris, confert dolori dentium, & semen eius, quando bibitur, facit operationes radicis, & dicitur, quod elixatura eius occidit canes, & dicunt aliqui, quod quando cornua arietum sepeliuntur in terra, nascuntur inde sparagi. Abenmesuai.) Proprietas eius est iuuare in dolore lumborum, qui fit à phlegmate & uentositate, & dolore colicæ, quia mollit uentrem, & si homo utitur eo multum, facit nauseam.

DE OLEO ET OLIVA. V

CAit, id est oleum, zaiton, id est oliua. Galenus.) Oliuæ quædam sunt domesticæ, quædam siluestres. Domesticarum folia, & lignum, quando sunt humida, habent saporem stipticum, & uirtus eorum prima est, quæ infrigidat ea quantitate qua sunt stiptica. Dioscorides.) Virtus foliorum domesticæ, assimilatur uirtuti foliorum agrestis, nisi quia uirtus foliorum domesticæ est debilior, & sunt conuenientiora oculo, quàm agrestis, quia sunt securiora & leuiora ei, quàm agrestis, & humiditas quæ currit ex ligno uiridi, quando ipsum incenditur in igne, facto linimento cum ea, confert furfuribus capitis, & impetigini & scabiei. Galenus.) Arboris oliuarum fructus, quando est maturus, complete est calidus caliditate temperata, & qui ex eo est immaturus, est frigidior & stipticior. Dioscorides.) Quando fit ex fructu eius emplastrum, curat furfures capitis, & ulcera fraudulenta. Sed oliuæ aquaticæ, quando pistantur & emplastrantur, non permittunt in combustione ignis fieri pustulas, & mundificant ulcera sordida. Et oliuæ nouæ, quarum color est smaragdinus, stringunt uentrem, & sunt bonæ stomacho. Sed oliuæ nigræ maturæ sunt paratæ corruptioni, & sunt malæ stomacho, & inconuenientes oculo. Et quando fit ex eis emplastrum, prohibent ulcera fraudulenta, ne augmententur, & eradicant ulcera, quorum nomen est antrax, & medulla quæ est intra ipsam, quando miscetur cum sepo & farina, eradicat albaras unguium, uel leprosos ungues. Et aqua salsa, in qua condiuntur oliuæ, quando fit ex ea collutio oris, restringit gingiuas & dentes commotos.

De oleo

A

DE OLEO.

GAlenus. Oleum quod sumitur ex oliuis maturis, quoddam est nouũ, & quoddam est uetus. Eius uero quod est nouum, uirtus prima est, quæ calefacit calefactione temperata, & humectat. Sed uetus ex eo est calidius, & magis resoluriuũ. Sed illud quod accipitur ex oliuis recentibus immaturis, dicitur oleum expensarum, & in nouo ex eo est de frigiditate quantitas quæ est in eo de stipticitate: & uetus ex eo dum in ipso perseuerat stipticitas est uirtutis desiccatiuæ, donec stipticitas recedit ab eo, quia tunc fit simile oleo quod accipitur ab oliuis dulcibus. Et oleum quod accipitur ex oliuis & summitatibus simul est propinquum in uirtute oleo expensarum, & uniuersaliter pone consyderationem tuam in omni oleo quod gustabis, quia eadem quantitas quam inuenies de stipticitate, eandem inuenies ibi de frigiditate: & si non inuenies in eo stipticitatem omnino, sed inuenis ipsum delectabile ueræ delectationis, dic eum cum temperamento calido: & si tu inuenis ipsum cũ hoc subtile, & est illud quod est clarum: de quo si accipis parum, & ponis super corpus, extenditur super corpus, & dilatatur multum, absq; eo quod imbibatur in eo, & abscindatur, scias quod illud est bonum ualde, & bonitas quæ conuenit oleo, est in ipso, & quando abluitur oleum, non mordicat. Dioscorides. Oleum quod fit ex oliuis nouis non bene maturis, est oleum expensarum, & est conueniens sanis, & proprie illud quod ex eo est nouum sine punctione boni odoris, & ex illo quod est istiusmodi, fiunt olea aromatica, & est bonum stomacho propter stipticitatem quę est in eo, & restringit gingiuas, & confortat dentes quando tenetur in ore, & prohibet sudorem. Et oleum uetus oliuarum maturarum conuenit in Medicinis. Et omnes species olei sunt calidæ lenientes corpus, & prohibent frigoris aduentum corpori, & faciũt ipsum abile ad motum, & molliunt uentrem, & debilitant uirtutem Medicinarum uulnerantium, & dantur in potum contra Medicinas mortiferas, ut euomantur cũ eis, & fit hoc assidue, & quando bibuntur ex eo. ʒ.ix. cum tantundem aquæ hordei uel aquæ calidæ, laxat uentrem: & quando coquitur cum ruta, & bibuntur ex eo cũ lido. ʒ.viij. confert tortionibus uentris, & expellit lumbricos. Et quando fit cũ eo clistere, confert colicæ, quę fit ab apostemate intestini, & opilationi quę fit à stercore duro, & antiquum ex eo est calidius & plus resolutiuum, & fit cum eo cohol ad acuendum uisum: & si non habes oleum uetus, & indiges eo, coque ipsum donec fiat sicut mel, & utere, quia uirtus eius est sicut uirtus ueteris. Galenus. Sed sediminis seu fecis olei substantia est terrea, & uirtus eius prima est quæ calefacit, & desiccat in secundo gradu expanso: & uirtus secunda est quæ resoluit: & uirtus eius tertia est, quæ curat hulcera quæ sunt in corporibus siccis, & hulcera humida facit furere, & quando coquitur, est grossius & magis exiccatiuum.

B

DE AMVRCA OLEI.

GAlenus. Amurca olei quando coquitur in uase ęris cabrusei quousq; ingrossetur & fiat sicut mel, est stipticum medicamen, & confert ad ea, ad quę confert liciũ, & superat licium in bonitate, quod quando miscetur cum aceto aut uino simplici, aut cum ouo, aut melle, & linitur cũ ea, confert doloribus dentiũ, & apostematibus, & miscetur in Medicinis oculorũ in unguẽtis, & quãdo ueterascit fit melior, & fit ex eo clistere, & confert ano apostemato, collo matricis, & apostematibus matricis: & quando coquitur cum aqua agrestę, donec fit sicut mel, & liniuntur dentes corrosi cum ea, eradicat eos: & miscetur cum cameleonta & aqua in qua lupini steterũt ad dulcorandum, & liniuntur cum eo animalia, aufert scabiem eorum: & illa quæ est noua absq; decoctione, quando calefit, & proijcitur super podagram & doloré iunturarũ, confert, & quando extenditur super corium, & ponitur super uentré hydropicorum, minuit tumorem ipsorum.

DE OLIVIS AGRESTIBVS.

DIoscorides. Sed agrestium oliuarum folia sunt stiptica, quæ quando pistantur, & fit inde emplastrum super erisipilam, confert, nec sinit eam augere, & cõfert formicæ, & hulceribus quæ nominantur abiraxæ, & hulceribus fraudulentis, & pa-

naricio,& quando fit ex eis emplaſtrum cum melle,occidit aſcarides,& confert hul
ceribus ſordidis: & quando miſcetur cum melle, & fit ex eis emplaſtrum, confert
apoſtemati,quod nominatur duo hulcera,& apoſtematibus calidis,& facit adhæ
rere curem capitis quando ſeparatur ab oſſe,& quando maſticantur,conferunt hul
ceribus oris,& ad alcola: & quando fit ex eis emplaſtrum cum farina hordei, con
fert fluxui uentris antiquo,& ſuccus earum & elixatura operatur hoc: & quando ex
ſucco earum fit naſtale ſeu peſſarium, confert fluxui humiditatum antiquo à ma
trice,& fluxui ſanguinis,& ſanat eminentiam oculi,& confert hulceribus oculi quæ
nominantur calcatia, & alijs hulceribus, & confert curſui humiditatum antiqua
rum ad oculum, & ideo ponitur in ſief, quæ adminiſtrantur coroſioni palpebra
rum,& ſulach: & auribus confert, ex quibus fluit ſanies, & auribus hulceratis. Et
quando uolueris extrahere ſuccum ipſarum, tere eas, & in piſtatione earum aſper
ge ſuper ea uinum uel aquam, & poſtea exprime, & deſicca expreſſuram in ſole,
& fac trociſcos. Et quando fit cum uino, eſt fortior quàm cum aqua, & melior
ad reponendum, & confert ſaniei aurium. Et iam quidem comburuntur fo
lia ipſa cum flore, & ponitur cinis eorum loco tuciæ, & fit in hunc modum, Po
nuntur in olla terrea cruda, & obturatur os eius, & dimittitur in fornace, donec
olla coquatur, deinde proijce ſuper ea uinum, quouſq; infrigidentur, & confice
ſimul & iterum combure,ſicut prius,& poſtea laua,ſicut lauatur ceruſa, & fac troci
ſcos: & creditur quod quando comburuntur in hunc modum, non eſt uirtus hu
ius cineris minor uirtute tuciæ in iuuamentis oculi,& ideo creditur quod uirtus hu
ius ſit ſicut uirtus illius.

DE OLEO OLIVARVM ſilueſtrium.

ET oleum oliuarum ſilueſtrium recentium eſt ſtipticum, & iuuamentum eius in
Medicina eſt minus iuuamento oculi ſupradicti: & iuuamentum eius in ſoda
eſt ſicut iuuamentum olei roſacei, & ſtringit ſudorem, & prohibet caſum capillo
rum,& purgat furfures capitis,& confert ſcabiei,& poris, & prohibet canos,quan
do ex eo fit inunctio aſſidua,& quando ex eo fit colluſio oris,ualet apoſtemati gin
giuarum,& confert dentibus commotis,& iam præparatur ex eo epithima ad gin
giuas, quando humores currunt ad eas: & oportet quod accipiatur lana, & in
uoluatur ſuper ſtilum, & madefiat in oleo feruenti, & ponatur ſuper gingiuam
ſæpe, donec albeſcat.

DE GVMMI OLIVARVM.

ET gummi oliuarum agreſtium aſſimilatur ſcamoneæ, & in colore ſuo aſſimi
latur hiacinto rubeo, & eſt compoſitum ex lachrymis minutis, & pungit lin
guam: ſed illud quod aſſimilatur gummi in magnitudine lachrymę lanæ ſine pun
ctione,eſt malum ſine iuuamento ullo. Et oliuæ domeſticæ & ſilueſtres quæ ſunt
in terra noſtra,ſunt ex quibus colligitur gummi in ſupradictum modum. Et gum
mi oliuarum agreſtium confert obſcuritati uiſus, quando fit ex eo cohol, & abſter
git ſordes hulcerum, quæ ſordes nominantur lacoma, id eſt, lippitudo quæ eſt in
oculis, & prouocat menſtrua & utinam. Et quando ponitur in locis coroſis den
tium,ſedat dolorem,& excludit embrionem,& curat alkenebi,& ſcabiem hulcera
tam, & nominatur inter Medicinas mortiferas. Paulus.) Gummi oliuarum
ponitur ad cicatrices hulcerum corneæ,& delet eas,& delet albedinem oculi, & te
lam, & ualet dolori dentium coroſiuorum, quando ponitur in coroſione.

Aben meſuai.) Virides ex oliuis ſunt frigidæ & ſiccæ, ſtringunt uentrem,& præ
parant ſtomachum. Et oliuæ aquaticæ incoriant ſtomachum propter earum pon
ticitatem. Et quando ponuntur in aceto,ſunt plus incoriatiuæ ſtomachi, & nigræ
ex eis ſunt calidæ cum pauca ſiccitate, & ſunt magis digeſtibiles alijs. Et humor qui
generatur ex oliuis,uituperatur parum. Et quando comeduntur in medio prandij,
acuunt appetitum,& magnæ ex eis ſunt maioris operationis.

DE HAN

DE HANDACHOCHA. VI.

HAndachocha nominat eam Dioſcorides lythos,& eſt garch,id eſt,thuſſ,in Ara
bico,& in Latino trifolium. Dioſcorides.)Eſt duarum ſpecierum,ſcilicet do
meſtica,& ſilueſtris.Et ſilueſtris quæ habet ſtipitem longitudinis duorum brachio
rum,et plus parum,et naſcuntur ab eo ramuli multi,et habet folium quod aſſimila
tur folio handachochæ,quę oritur in paludibus,et dicitur trifolium,et habet ſemen
ſimile fenu græco,niſi quia eſt minus ſatis. Et domeſtica eſt, quæ naſcitur in hortis,
et eſt quædam quæ naſcitur ſuper aquas,et maxime in Babilonia,quando fluuius ir
rigat terram: et eſt herba habens crus ſimile cruribus fabarum, et ſemen album ſimi
le ſagir uel capillis. Et dicunt, quod extenditur quando oritur ſol, et apparet ſuper
aquam,et quando occidit,reſtringitur,et ſubmergitur in aqua:et capita eius ſimilan
tur capitibus papauerum magnorum,et in capitibus eſt ſemen ſimile geguerſ,id eſt,
panicum uel ſcariola, et exiccant ipſum in Babilonia, et faciunt inde panem: et ha
bet radicem ſimilem cironio,quæ comeditur cocta et cruda, et ſapor decoctæ aſſi
milatur ſapori uitelli ouorum. Galenus.) Domeſticæ uirtus prima eſt inter
ealidam et frigidam, cum complexione æquali, et exiccat exiccatione tempera
ta. Et ſecunda uirtus eſt, quæ abſtergit abſterſione temperata. Sed ſilueſtris uir
tus prima eſt, quæ calefacit in ſecundo gradu. Et ſecunda eſt uirtus quæ abſter
git. Sed Babilonicum eſt, ex cuius ſemine fit panis. Dioſcorides.) Dome
ſtica quando ex ſucco eius miſcetur cum melle, mundificat hulcera quæ ſunt in
oculis, quæ nominantur harahamen, et quæ dicuntur bachilez, et maculam quæ
eſt in oculo, quæ dicitur loconia, et confert obſcuritati uiſus. Et dicitur de ſilue
ſtri, quod habet uirtutem qua calefacit, et eſt ſtiptica ſtipticitate pauca, & mun
dificat ſordes quæ ſunt in facie. Et pannum quod miſcetur cum melle, & lini
tur cum ea, & quando teritur fortiter, & bibitur cum rob, aut cum uino, aut ſo
la, aut cum ſemine maluæ, confert doloribus ueſicæ.

Abugerig.) Handachocha confert frigido ſtomacho, & groſſæ uentoſitati,&
proprietas aquæ eius eſt, quod ſtringit uentrem, & ualet colicæ paſſioni. Et ſi
ponitur ſuper morſum ſcorpionis, ſedat dolorem ex eo. Et ſi ponitur ſuper mem
brum in quo non eſt mordicatio animalis, inducit dolorem: & ſemen eius for
tius eſt folio arabari. Et iam curauit alius abſq; me quendam, cui faciebat inun
gi pedes cum oleo handachochæ, & diſſolutæ ſunt enodationes pedum eius.

Meſarugie.) Handachocha eſt bona dolori teſticulorum, & in principio hi
dropiſis, & dolori matricis.

Alkanzi.) Ipſa & ſemen eius mouent ſperma.

Amram filius Bihaumet.) Ex ea fit uſnen in Aphrica.

DE LICIO VII.

HAdhadh,id eſt,kilulem,id eſt,licium. Meſarugie.) Felçakarag tres habet ſpe
cies,una earum eſt Indica,& alia fit ex herba quę dicitur çerxah, & tertia eſt Ara
bica,& illa eſt quam nominamus hadhadh,id eſt,licium. Dioſcorides.) Accipi
tur ex arbore ſpinoſa,quæ habet ramos longitudinis duorum brachiorum,aut am
plius,& folia eius ſunt ſimilia folijs arboris buxi rara, & habet fructum ſimilem pi
peri,& eſt niger,rarus,ſaporis amari,lenis tactu,& cortex ligni eius eſt glaucus ſimi
lis licio diſſoluto, & habet radices multas procedentes à latere ligni eius,naſcitur in
locis agreſtibus,& extrahitur ſuccus eius in hunc modum. Teruntur folia ſicut ſunt
cum tota arbore,aut ponuntur in aqua,& dimittuntur pluribus diebus,& coquun
tur, & exprimuntur, & ſuccus ponitur ad coquendum ſecundo ſuper ignem, do
nec ingroſſetur ſicut mel, & adulteratur cum amurca olei, quando admiſcetur in
coctura eius, & cum ſucco abſinthij, aut cum felle bouino. Et oportet quod col
ligatur quod natat ex eo ſimile ſpongiæ, & reponatur ad opus Medicinarum ocu
li, & reſiduum eius ponitur in alijs Medicinis, & fit ſimiliter licium ex ſucco fru
ctus eius, quando exprimitur, & ponitur in ſole. Et melius ex eo eſt illud quod ac
cenditur

C cenditur igni. Et quando extinguitur, facit ſpumam, cuius color eſt ſicut color ſanguinis, & exterius eſt nigrum, & interius eſt ſicut hiacintus lapis, ſcilicet, ſicut crocus, & non eſt pingue, & eſt in eo ſtipticitas cum amaritudine, & eſt ſpecies indi, & eſt melius, & fortioris operationis, & dicitur, quod indum ſit ex arbore quæ dicitur lithios. Et hæc arbor eſt de ſpeciebus ſpinæ, habens ramos erectos longitudine trium brachiorum aut amplius procedẽtes ex radice, & ſunt groſſiores ramis rubi, & euellitur ab eis cortex facile, & color eius apparet ſicut color ſanguinis, & folia eius ſunt ſimilia foliis oliuæ. Galenus.) Ex iſta arbore accipitur licium, ſcilicet ab illa quę eſt ſpinoſa ex ea. Et eſt apud nos Medicina quaſi humida uel liquida, & ſubſtantia eius eſt compoſita ex uirtute ſubtili calida, & terrea frigida, & in ſapore eius eſt ſtipticitas niſi quia eſt pauca multum, & uirtus eius prima, eſt quæ deſiccat in 2. gradu. Sed in frigiditate & caliditate eſt quaſi in complexione media æquali. Et uirtus eius ſecunda, eſt quæ reſoluit & abſtergit reſolutione & abſterſione curatiua, & congregat & reſtringit. Et uirtus eius tertia, eſt uirtus, quæ remouet quod eſt in pupilla ex eo quod obſcurat uiſum, & confert fluxui uentris, & habentibus hulcera in inteſtinis, & mulieribus habentibus profluuium menſtruorum, & ponitur in Medicinis pani qui fit in facie, & in Medicinis apoſtematum & hulcerum quæ ſunt in ore, & in ano & formicę, & confert hulceribus fraudulentis, & putredinibus hulcerum, & putredini aurium, & tenaſmoni, & panaricio. Et hæc ſpecies licij inuenitur in terris Lochiæ Capadociæ multum.

Sed eſt alia eius ſpecies, & eſt inda quæ eſt fortior iſta, & melior in omnibus iſtis operationibus. Dioſcorides.) Virtus licij eſt ſtiptica, & abſtergit, & curat obſcuritatem uiſus, & curat ſcabiem, & pruritum oculorum, & abſcindit curſum humiditatum ad oculum uenientium, & confert curſui antiquo ſanioſitatum auriũ, & quando linitur cum eo palatum, confert apoſtematibus gutturis, & quando linitur cum eo, confert gingiuis, & hulceribus putridis, & ragadijs ani, & tenaſmoni: & quando bibitur, & fit cum eo cliſtere, ſanat fluxum uentris antiquum, & hulcera inteſtinorum & bibitur de ipſo cum aqua ad ſputum ſanguinis cum tuſſi, & datur in potu morſui canis rabioſi, quando fiunt ex eo pillulæ, & dãtur, & rubificat capillos, & curat panaricium, & formicam, & hulcera fraudulenta: & quando fit cum eo naſtale, confert fluxui antiquo humiditatum à matrice. Et dicit Ingeneites, quando coquitur cum ramis eius in aceto, confert apoſtematibus ſplenis & ictericiæ, & prouocat menſtrua. Et dicitur, quod facit hoc crudum ſine decoctione, quando bibitur tritũ. Et quando bibitur ex fructu eius pondus ſacros, laxat phlegma, et confert contra Medicinas uenenoſas. Raſis.) Felçakarag eſt compoſitum ex contrarijs ſubſtantijs, & eſt proprie licium, confert hulceribus oris, & ani, & apoſtematibus eorum, & auribus à quibus emanat pus, & fortificat capillos, ſi Deus uoluerit.

DE SEBESTEN. VIII.

SEbeſten. Abahamfa uel motheica fructificat fructus dulces, & nominãt eos gentes pharas ſebeſten. Yſaac Ebem amram.) Mokaita eſt rech in Arabia, & eſt arbuſtum altum ſuper terram, ſicut haſta habens corticem, cuius color uergit ad albedinem, et ramos quorum cortex uergit ad uiriditatem, et habet folia rotunda magna, et habet racemos, quorũ ſapor eſt dulcis, et qua eius eſt magnitudinis nucis, quæ poſtea glauceſcit cum maturatur, et habet interius uiſcoſitatem albam, et granum, quod eſt ſicut granum oliuæ. Hic fructus colligitur et exiccatur, donec fit paſſus, et eſt illud quo utuntur in Medicina, et eſt Medicamen medium in complexione ſua, in caliditate et frigiditate, laxat uentrem febricitantium, confert tuſſi quæ eſt à caliditate et ſiccitate, et lenit pectus, et ſedat catharrum calidum et ſtipticũ propter ipſius humiditatem; et confert ardori urinæ, qui fit propter mordicationem choleræ in ueſica, et in renibus, et expellit uermes inteſtinorum, quia adhærent ei propter dulcedinem ſuam. Meſehah, & Tabari, & Raſis, ſicut hoc quod dictum eſt, uel fere.

DE LENTE

A

DE LENTE. IX.

HAdes, id eſt lens. Dioſcorides. Meliores ex lentibus ſunt illę, quæ uelocius maturantur, & quando infunduntur in aqua ad mollificandum, non nigreſcunt. Galenus. Sapor earũ eſt ſtipticus ſtipticitate pauca. Et uirtus lentis prima eſt media inter caliditatem & frigiditatem, et exiccat in ſecũdo gradu. Et lens ipſa ſtringit uentrem quando coquitur bis et proĳcitur aqua prima, et aqua in qua decoquuntur lentes, laxat uentrem. Et dixit Hippocrates in .6. Epidimiarũ, quod lens aut erit temperata in caliditate et frigiditate, aut declinat à calore parumper, et ſignum in hoc eſt, quod non apparet per eam quando comeditur, aut quando moratur in ſtomacho, aut quando deſcendit à uentre infrigidatio corpori, et eſt compoſita ex ſubſtantia quæ frangit uentrem, et ſubſtantia quæ laxat: et laxatiuum quod eſt in ea, eſt caldum ſine dubio, et reſtringens frigidum terreum: et quando emplaſtrantur cum ea hulcera apoſtemata cum toto hoc quod prohibet et impellit ſua ſtipticitate, aggregat ſaniem parumper, et res frigidæ non faciunt hæc. Dioſcorides.) Habet uirtutem ſtipticam, et quando comeditur aſſidue, accidit ex ea obſcuritas uiſus, et eſt duræ digeſtionis, mala ſtomacho quando coquitur cum cortice ſuo, et quando excoriatur, et coquitur bene, proiecta prima aqua, ſtringit uentrem. Sed aqua eius prima laxat, et accidunt ex eſu eius ſomnia mala, et eſt mala neruis, et pulmoni. Et endiuia quando coquitur cum lentibus, fortificat ſtomachum conſtrictione, quam faciunt in uentre, aut molochil de Mecha, aut plantago, aut portulaca, aut ſicla nigra, aut grana mirti, aut cortex granati, aut roſa ſicca, aut ſorba, aut citonia, aut pira, aut galæ integræ. Et cum fuerint coctæ, ſeparentur, et proĳciantur ab eis, ſed ex eis quæ cibi ſunt, relinquere poteris unumquodq; ſecundum conuenientiam ſtomachi. Nam alia ex eis ſunt nociua ſtomacho, et oportet quod coquantur in aceto, quia ſi non coquuntur ſic mouent, et quando excorticantur ex eis triginta grana, et tranſ-
B glutiuntur, conferunt relaxationi ſtomachi, et ſtringunt. Et quando miſcentur cum melle, replent hulcera putrida, et auferunt fraudulentiam hulcerũ, et mundificant ſordes eorum. Et quando coquuntur in aceto, diſſoluunt ſcrophulas, et apoſtemata dura: et quando miſcentur cum melliloto, aut citonijs, aut cum oleo roſaceo, cutant apoſtemata calida oculorum, et apoſtemata ſtomachi. Sed in apoſtematibus magnis quæ accidunt ex eis, et in hulceribus eorum magnis, oportet quod ponatur cum eis cortex mali granati, aut roſa ſicca cum melle. Et quando coquuntur cum aqua marina, curant herpetem, et ereſipilam, et formicam, et hulcera cancroſa, et ſciſſuras quæ fiunt à frigore, et apoſtemata mammillarum: et quando fit emplaſtrum cum eis et ſauich, confert podagræ. Meſarugie.) Excorticatę ex ipſis, ſunt frigidæ, groſſæ, ſtringunt uentrem, & urinam, & ingroſſant ſanguinem in ueniis, & non ſinunt eum currere, & ſunt frigidiores quàm mes, id eſt, robiliæ. Abenmeſuai.) Lens ipſa eſt frigida & ſicca in primo gradu, & cortex eius eſt calidus & ſiccus in primo. Et de proprietate eius eſt minuere urinam & menſtrua, propter eius ingroſſationem ſanguinis.

DE CAERA ET MVM. X.

HAmaha, id eſt, cæra. Dioſcorides.) Melior ex ea eſt groſſa munda à ſorde, & in cuius odore eſt parum odoris mellis, & in colore cuius eſt parum rubedinis, & illa quæ eſt alba per coctũram, & pinguis eſt poſt ipſam. Galenus.) Virtus eius prima eſt, quod ipſa eſt quaſi media inter res calefacientes & infrigidantes, & deſiccantes, & humectantes, niſi quia eſt cum hoc res groſſa, et parum uiſcoſa, et ideo non ſolum deſiccat, uerumetiam ſecundum quod æſtimo de uirtute eius humectat per accidens, poſtquam propter ſuam uiſcoſitatem prohibet reſolutionem. Et uirtus eius ſecunda eſt, eſt uirtus, quæ maturat, et reſoluit, maturatione et reſolutione debili, et non eſt de Medicinis quæ ingrediuntur in corpus, ſed de illis quæ apponuntur extra. Et uirtus eius tertia, eſt maxima omnium emplaſtrorum, calefacientium, et infrigidantium.

Dioſcorides.) Virtus eius eſt mollificatiua, & replet hulcera repletione

mediocri

C mediocri & non forti. Et formantur ex ea grana in modum granorum geguers, id est, milij, & bibuntur de eis x. grana ad hulcera intestinorum, & prohibet coagulationem lactis in mammillis lactantium, & dealbatur cera in hunc modum. Accipiatur de ea illa quæ declinat albedine uiscosa, & frica eam, & purga à sordibus, & pone in uase nouo, & pone super eam de aqua marina quantum sufficit, & pulueriza desuper aliquantum nitri, & coque, et quando bulierit duabus ebulitionibus aut tribus, aufer ollam ab igne, & dimitte frigescere, deinde purga ipsam ceram à sorde si aderit, & iterum pone super eam de aqua marina, & coque secundo, et cum bulierit duabus uel tribus ebulitionibus, aufer ab igne, deinde accipe ollam paruã nouam, & madefac fundum eius exterius cum aqua frigida, & imprime fundum eius super ceram liquefactam, ut aliquid ex cera adhæreat fundo, & congeletur adhærens ei: deinde separa formam illam ceræ quæ adhæsit fundo ab ipso fundo ollę, & iterum imprime, & facita sæpe, scilicet, donec nihil de cera remaneat. Et post insere formas illas in filo lineo distanter, ut non se contingant, & suspende eas de die in sole, & rora eas cum aqua frigida quotidie, & sæpe de nocte suspende eas ad radios lunæ, & tam diu facias hoc, donec sit alba multum. Et sunt quidam, qui loco aquæ marinæ ponunt aquam salsam, & ponunt formulas ipsas super herbam densam, & dimittunt sic in sole, donec albescit. Et oportet ꝙ hoc fiat in Vere, ne si fiat in æstate, liquefiat à calore solis. Abugerig. Mollificat grossicies apostematum, & confert asperitati pectoris, quando ponitur super ipsum, uel quando sit cum ea loch cum aliquo oleo, sicut est oleum uiolaceũ, & mollificat neruos & hulcera quæ habent escaram, & cum ipsa quidem conficiuntur plurima ex unguentis. Et quando ponitur super neruorum asperitatem, mollificat & lenit ipsam. Sed mum. Dioscorides. est superfluitas & sordes, quam apes proȝciunt extra domicilia sua, & reperitur in alueatȝis, & melius ex mum est illud; quod est rubei coloris, odoris boni, simile storaci, non duræ substantiæ, sed potest malaxari sicut storax: uirtus eius est similis uirtuti eę
D rę, nisi quia est fortioris operationis, & est calidius satis, & est subtilius, & resoluit, & mollificat, & attrahit, & propter hoc quando fit emplastrũ ex eo, attrahit infixa corpori: & quando fit fumigium cum eo, & attrahitur fumus eius per os, confert tussi antiquæ, & quando attrahitur per nares, prouocat sternutationem, & si linitur cum eo impetigo, confert.

DE TERENIABIN. XI.

TEreniabin & expositio eius est mel roris. Ysaac eben amraz.) Tereniabin est ros cadens de cœlo, assimilatur melli granuloso aggregato, & est nominatum mel roris, & plurimum quod de ipso cadit, est super arbores quæ sunt in terra Coraseni in Oriente, quæ arbores habent folia similia, & spinas uirides, & flores rubeos, & non faciunt fructum, & cadit in castella super summitates palmarũ. Et uirtus eius est ęqualis mollitiua uentris, & humectatiua pectoris, confert calidis natura, & proprie quando resoluitur in aqua iuiubarum & prunorum. Abenmesuai.) Proprietas eius est quod mollit uentrem & pectus mollitione pauca, & melius ex eo est album nouũ, & dosis eius est a.x. usq; ad.xx. aur. Mesaa, & Albasari, & Abenguefid, & Attabari, & Rasis, omnes sicut dictum est, uel proprie id. Abix.) Tereniabin est plus ȝucharo, & sedat inflammationes febrium calidarum, & aufert sitim, & mollit uentrem mollitione mediocri, & est manna quæ cadit ex aere sicut cadit manna, & lenit pectus ex tussi. Et plurimum quod de ipso cadit, est super spinas supradictas.

DE CASSIA FISTVLA. XII.

EIarxamber, id est, cassia fistula, sunt cannæ concauæ, quarum color est rubeus ad nigredinem decliuis, & intra ipsas sunt laminę ex carne nigra, & parietes diuidentes inter eas: & inter laminam & laminam sunt grana, sicut grana xilocaracte, et eiusdem magnitudinis, quorum color est inter glaucedinem & ruborem, & cassia quidem affertur ab India & Babilonia, & terra Aliemem. Et electa ex ea est illa, quæ est in canna sua interius nigra, grauis, & lucida, & quod de ipsa utimur, est cor uel ca
to eius interior. Abenmesuai.) Sapor eius est dulcis, & uirtus eius prima est, quod ipsa est

A ipsa est æqualis cõplexionis. Et uirtus secunda, est uirtus quæ resoluit. Et uirtus eius tertia, est uirtus quæ extinguit acuitatem sanguinis, & sedat apostemata, quæ fiũt ex eo, & resoluit apostemata dura, quæ fiunt in gingiuis & gutture, quãdo fit ex ea gargarisma, cum aqua arboris uulpis, & cum passulis, & confert icteritię, & dolori epatis. Et proprietas eius est purgare choleram adustam, & mollificare uentrem mediocri mollificatione, & dosis eius est à ȝ. iij. usq; ad x. Abenguefit.) Mundificat neruos. Rasis.) Melior ex ea est, quando extrahitur à canna, & est æqualis inter calidi tatem & frigiditatem, & laxat uentrem cum temperamento, confert apostematibus calidis, & maxime gutturis, & declinat ad caliditatem, plusq; ad frigiditatem, adeo ut ferè perueniat ad principium primi gradus, & defertur de Babilonia, & Albasra.

Completus est tractatus illius secundæ partis de
Medicinis temperatæ complexionis.

INCIPIT SECVNDVS TRACTATVS
Medicinarum, calidæ & siccæ cõplexionis, in primo gradu.

DE RIZI. XIII

ARz, id est rizi. Galenus.) In sapore eius est stipticitas, & ideo retinet uentrem retentione temperata, & dixit in cibis quod stipticitas eius est pauca, & est in cortice eius rubedo magis manifesta quàm in ipso met, & ipsum est minoris nutrimenti quàm frumentum, & quando sani egent pultibus eius propter punctiones, quas habent in uentre, aut propter fluxum multorum humorum, super quos uincit cholera, aut alia aliqua de causa simili, huic coque rizi, quousq; dissoluatur, & fiat sicut aqua chisch, & da in potu, & hora conuenientior usus eius est tempus humidum, & quando stomachus est fortis uirtutis ad cibos. Dioscorides.) Est pauci nutrimenti, & stringit uentrem. Sindaraxar.) Auget sperma, & quando comeditur,
B minorat feces & urinam, & uentositates. Mesarugie.) Est completum in siccitate, & est bonum ulceribus intestinorum, & punctionibus eorum, quando bibitur, aut fit cum eo clistere. & rubeum est magis constrictiuum.

DE ABSINTHIO ERIFION, & sandonicon. XIIII.

AFfinthium, id est absinthium. Abugerig & Abix.) Est cuscute Romanum. Et dicunt alij quod est sceha Romanum, & sunt species eius tres, una est quæ nominatur nomine generali, sui generis, & est absinthium in ueritate, & est Romanũ, & est Cretense, & est melius. Galenus in undecimo, de ingenio sanitatis.) Species absinthij omnes, non sunt ex duabus qualitatibus, & duabus uirtutibus, secundum eundem modũ, quia in absinthio, quod defertur de Indos, qualitas stiptica est plus quàm in alijs speciebus, eius uirtus amaritudinis est plus satis. Nam si trieris unum ex eis, aut senties in odore eius stipticitatem debilem, occultã multum, aut non senties stipticitatem aliquam. Et ideo oportet quod tu eligas in apostematibus epatis & stomachi absinthium, quod asportatur de Indos, quia ipsum habet de bonitate super alias species, & de significationibus huius absinthij est, quod foliũ & flos eius sunt minora quàm folia & flores aliarum specierum, & odor eius cum hoc non est abhominabilis, sed inest ei aromaticitas, & odor aliarum specierum est feridus. Et dixit in 6. epidimiarum. Sapor absinthij est stipticus, amarus, acutus, sed stipticitas eius est fortior sua amaritudine. Et uirtus eius prima est calida in primo gradu, sicca in tertio, & uirtus eius secunda, est uirtus quę abstergit & fortificat. Et uirtus tertia est uirtus quæ facit descẽdere quod est in stomacho de humoribus cholericis, & expellit eos per secessum, & prouocat urinam, & mundificat proprie quod aggregatur in uenis ex humore cholerico, & expellit ipsum per urinam. Et quando in stomacho, aut in pectore, siue pulmone est phlegma inclusum, non iuuat in hoc propter uictoriam suæ stipticitatis. Et succus eius est calidior satis quã herba ipsa. Dioscorides.) Virtus eius est stiptica, calida & mundificatiua, superfluitatum cholericarum, quæ

C sunt in stomacho & in uentre, & quando bibitur, prouocat urinã, & prohibet ebrietatem, & quando bibitur cum siseleos, aut bodasclici, aut ex laticis, id est celtica, confert inflationi & dolori stomachi & uentris. Et quando bibitur ex aqua eius, uel ex decoctione eius qualibet die, quantitas trium canos, curat illos, qui habent fastidiũ cibi, & ictericos, & quando miscetur cum melle, & fiunt ex eo nasalia, prouocat menstrua, & quando bibitur cum aceto, confert suffocationi, quæ contingit ex fungis, & quando bibitur cum uino, confert ueneno, quod uocatur aresen, & dicitur aris, & illi quod dicitur conion, & dicitur succaram, & morsui animalis quod dicitur mugali, & est draco marinus, & quando conficitur cum melle & sale nitro, & linitur cum eo palatum, confert apostematibus oris, & quãdo miscetur cum aqua, confert sarrę, & quãdo miscetur cum melle, confert liuoribus, qui fiunt sub oculo, & obscuritati uisus, & auribus, à quibus egrediuntur humiditates. Et uaporatio decoctionis eius confert doloribus aurium, & quando fit suffumigatio cum eo, mixto cum rob, aut fit ex eo emplastrum oculo, in quo est dolor cum pulsatione, confert multũ, & fit cum eo emplastrũ hypocundrijs, & epati & stomacho, in quibus sunt dolores antiqui, quãdo ipsum teritur, & emplastratur cum eo, & cum fit emplastrum hypocundrijs, & epati debet confici cum mum mixto, cum oleo de alcanna, & quando fit emplastrum stomacho, debet mum misceri cum oleo rosaceo, & fit ex eo emplastrum cũ ficubus & nitro, & farina lolij, & confert spleneticis & hydropicis. Et fit ex eo sirupus absinthinus, & proprie in terris, quæ dicuntur Dictis & Stapen, & dicuntur Castina, & in terra quę dicit Thracia, & utimur eo in egritudinib⁹, quas diximus quando non est febris. Et bibunt ipsum similiter alio modo, quia bibũt eum in æstate, confidentes quod iuuet eos ad custodiam sanitatis, & dicunt, quod quando pulueriçatur in scrineis, custodit pannos à tineis, & cõficitur cum oleo, & ungitur ex eo corpus, & prohibet cimices ab approximatione ad ipsum, & quando aqua eius miscetur cum encausto scriptorum, quo libri scribuntur, prohibet libros à corrosione murium. Et uirtus succi absinthij est sicut uirtus ipsius absinthij, nisi quia non conuenit usus eius in potationibus, quia est malus stomacho, & facit dolorem capitis. Et

D succus absinthij adulteratur cum amurca olei, quando cum eo miscetur & coquuntur cum aqua. Et sunt ex hominibus, qui nominant eam saricham, uel erision absinthium, & nascitur in montibus regionis quæ dicitur Chirochia, & in locis qui dicuntur Bosir, & in regione Babyloniç, & utuntur eo homines de partibus illis, loco ramorum oliuarum. Et est herba subtilis, & fructus similis herbæ, quæ dicitur abrotanum plena semine, sapor eius uergit ad amaritudinem nociuam stomacho, grauis odoris, stipticus cum caliditate pauca, quando coquitur sola, aut cum riçi, & potatur cum melle, occidit uermes uentris, qui dicuntur ascarides cum laxatione, & quando coquitur cum lentibus, & sumitur in potu, facit hoc, & quando animalia comedunt ipsum, maxime in Chirochia, impinguat ea. Galenus.) Sapor eius est salsus cum amaritudine & stipticitate pauca, & est debilior abrotano, & est mala stomacho malitia forti, propter suam salsedinem & amaritudinem, & paucitatem stipticitatis. Et dixit in octauo, quod sceha assimilatur absinthio in figura & sapore. Sed differentia inter ea est quod non est stipticum sicut absinthiũ, & quod calefacit plus eo, & amaritudo eius plus est cum pauca salsedine. Sed & uirtus eius est diuersa à uirtute ipsius, nam nocet stomacho, & occidit uermes, plusquã absinthiũ, quando apponitur exterius, uel sumitur interius, & calefacit in secundo gradu, & desiccat in tertio. Dioscorides.) Est species absinthij tertia, quæ nascitur in regione dicta Galicia, quæ est coram loco, qui dicitur salis, & nominant ipsum incolæ illius loci Saudonicon, & traxit nomen à loco dicto Sidonis, & est simile absinthio, & non habet multum semen, & uergitur sapor eius ad amaritudinem, & uirtus eius est sicut uirtus saricam. Galenus.) Virtus eius est sicut uirtus saricam, sed est minus ea in caliditate & subtilitate. Rasis & alij dixerunt, quod nabathi ex absinthio est fortiter amarum, & est bonum morsui scorpionis, & est mirabile in hoc. Aben mesuai.) Proprietas absinthij est quod laxat choleram cito, & lenit stomachũ & intestina, & dosis

A dosis eius est à ʒ.v. usq; ad vij. quando infunditur uel coquitur, & succi eius dosis est ab aur, id est, usq; ad ʒ.ij. Habix.) Absinthium est calidum & siccum, aperit opilationes, & curat icteritiam, & laxat uentrem, & potus infusionis eius, uel decoctionis curat melancholicos, & maxime quando miscetur cum eo epithimum.

DE SARCOCOLLA. XV.

ANsarot, id est sarcocolla. Dioscorides.) Est gummi arboris, quod uascitur in terra Pharas, quod assimilatur olibano, & parua habens frusta, color eius est subruffus amari saporis, & melior ex ea est, quæ cito frangitur, & adulteratur cum gummi, quãdo miscetur ei. Galenus.) In sapore eius est amaritudo, & uirtus eius prima est, quæ desiccat sine mordicatione, & uirtus secunda, est uirtus quæ conglutinat & abstergit, & dixit in almeiemir, quod maturat & resoluit, & uirtus tertia est, quæ incarnat & aperit apostemata, quæ fiunt à percussione. Dioscorides.) Habet uirtutem conglutinatiuam uulnerum, & abscindit humiditates quę ueniunt ad oculum, & ponitur in unguẽtis. Abengerig heremita.) Corrodit carnem corruptam quæ est in ulceribus, & habet uirtutem in optalmia cum potentia, & proprietas eius est expellere lippitudinem ab oculo plus alijs Medicinis, & maxime quando miscetur cum amilo & zucharo albo. Atabari.) Restaurat fracturas, & incarnat ulcera, & mundificat ea cum melle, & quando miscetur cum albugine ouj, aut cum lacte, & desiccatur, & post teritur & cribratur, & administratur in puluere, confert optalmiæ. Abenmesuai.) Proprietas eius purgat phlegma uiscosum, & dosis eius est, quando miscetur cum alijs Medicinis, postquam mollificata est in decoctione à ʒ. vi. usq; ad ʒ.i. & ipsa non potatur sola, propter maliciã eius magnam. Abix.) Sarcocolla est acuta, multum perforatiua, comedit carnes ulcerum, & habet in cura optalmiæ proprietatem magnam, & uirtutem potentem, & aufert lippitudinem oculorum, quando habent optalmiam, & quod non facit ita aliqua alia Medicina, & maxime quando miscetur cum amilo & zucharo albo, & potio eius ad laxandum

B uentrem, habet proprietatem iuuandi oculum, & proprie ad purgãdum phlegma grossum, quod est aggregatũ in iuncturis, & in scia, & in geniculis, & expellit ipsum cum fortitudine, cum aliquantulo calore, & iuuat Medicinas alias ad exeundum à corpore, & forte esse uulnerabit oculum & intestina, & excoriabit ea, & inducet tenasmon propter suã acuitatem, & ipsa quidem est gummi glutinosum, quæ quando teritur, & obuiat rei humidæ, adhęret ei, siue manui, siue uasi alicui, sed etiã cum ista glutinositate, quæ est in ipsa & acuitate sui, & forti adhęrentia, facit illud quod diximus de nocumento in intestinis, & si ipsa datur in potu alicui sola, aut cum aliqua Medicina etiam, & fuerit ille ætatis completæ, inducit ei caluicium, & facit cadere capillos omnes de capite suo, & si fuerit iuuenis, fit in hoc mora, & si fuerit senex, facit illud citius. Et melior ex ea est illa quæ conteritur facile, & quæ est albidior, & in maioribus frustis, & quando teritur cum oleo de nucibus, quia oleum nucum frangit acuitatem eius, & prohibet ipsam facere illud quod diximus de uulneratione intestinorum & corrosione, propterea quia oleum nucum prohibet eam ab adherentia, & caliditas nucum fugat plurimum frigiditatis, quæ est in ipsa, sed si pręparas eam cum oleo amigdalino, pone cum ea duplum uel triplum ponderis eius de ipso oleo, & si uis ipsum ponere in aliquibus pillulis, sed si uolueris exhibere solam, sine admixtione alterius Medicinę, pone decies ponderis eius de oleo. Et si pręparas ipsam cum oleo de kerua, erit senibus & senioribus conuenientior, & non esset iuuenibus conueniens, quia calor naturæ iuuentutis non ferret caliditatem olei de kerua, & pone de oleo de kerua quantitatem, qua possit dissolui solum, & postea misce eam cum alijs Medicinis. Et quantitas dosis eius simplicis, postquam præparatur, sicut diximus, est pondus aur, id est, usq; ad ʒ.ij. & quartam, & misceatur cum ea ponderis ʒ. mediæ, usq; ad ʒ.ij. de alijs Medicinis, & meliores ex Medicinis, quæ conueniunt admixtioni eius, sunt serapinum, mirabolani, turbit, & aloes, & amoniacum, & bdellium iudaicum, & semen apij, & ameos, & similia horum ex Medicinis.

DE SPONGIA MARINA & lapide eius. XVI.

ASfengi albahiri, id est, spongia marina. Dioscorides.) Est iam & gamen, & est quædam quæ dicitur masculus, habens minuta foramina spissa, & quędam est fœmina dicta, & figura eius est præter illam. Galenus.) Melior ex ea est illa quę est propinqua suæ acceptioni, & est adhuc reseruata in ea uirtus, quam acquisiuit ex mari, sed quando elongatur tempus suæ collectionis, euanescit uirtus eius, quare non est conueniens quod administretur in opere, nisi prius lauetur cum nitro, uel baurach, uel cum aqua cineris, quæ dicitur distillata. Et uirtus eius prima est, quæ desiccat desiccatione manifesta, & secunda est, quæ consolidat uulnera recentia cum suo sanguine, quando madefit cum aceto, mixto aqua uel uino, secundum diuersitatem corporum, & abscindit fluxum sanguinis, qui accidit ab incisione, uel combustione, quando accipitur sicca, non habens humiditatem in se, & imbibitur in asphalto iudaico, aut in pice liquida, et ponitur super locum fluxus sanguinis, & ignis in ea accenditur, nam ualet ut cauterium, & deuenit ex hoc simile coopertorium uulneri, sed spongiæ combustæ uirtus est resolutiua.

Et lapis inuentus in spongia, habet uirtutem quæ desiccat, & contingit ex uirtute eius quod frangit lapidem generatum in uesica, sicut dixerunt quidam, & ipsi erraueruntin dicto suo, quia ipse frangit lapidem, qui est in renibus tantum. Dioscorides.) Quæ ex spongia est noua sicca, cum sua pinguedine, confert uulneribus, & resoluit apostemata phlegmatica, & conglutinat ulcera phlegmatica, & conglutinat recentia uulnera, quando supponitur cum aceto & aqua, & incarnat ulcera antiqua quando apponitur eis cum melle cocto, & apponitur cum aqua sola etiam. Sed ex spongijs, illa quæ est subtilis, lenis, non habet iuuamentum, & utimur spongia noua, sicca, in lineo panno ligata, aut sola facta ex ea forma licinij & intromissa, nam aperit orificia uulnerum, quando sunt clausa, & quando ponitur sicca in ulceribus humidis antiquis, ad quæ fluunt humores ab alijs membris, exiccat ea, & minuit humiditates eorum, & apponitur cum aceto, & abstinet menstrua, & quando comburitur sicut spuma maris, confert ophthalmiæ, & abstergit oculũ, & quando lauatur post combustionem eius, est magis iuuatiua in Medicinis oculi, & quando comburitur cum pice, confert fluxui menstruorum. Et lapis inuentus in spongia, frangit lapidem uesicæ, quando bibitur cum uino.

DE STICADOS. XVII.

AStochodos, id est sticados. Dioscorides.) Nascitur in insulis quæ dicuntur Sahedis, in regione Galaciæ, & nominat ipsum nomine unius illarum insularum, quæ dicitur Sticados, & est herba subtilium ramorum, habens comã sicut coma saturegiæ, nisi quia folia eius sunt longiora foliȝ saturegiæ, & est acuti saporis cum pauca amaritudine. Galenus.) Substantia eius est composita ex substantia terrea, frigida & sicca pauca, & propter hoc est stiptica parum, & ex alia substantia ignea, subtili multa, & propter hoc est amari saporis, & est stiptica parum. Et uirtus eius secunda abstergit & fortificat, & apetit, & subtiliat. Et uirtus tertia fortificat corpus totum, & membra interiora omnia. Et dixit in Maiemir, quod prohibet putrefactionem omnem & subtiliat. Dioscorides.) Decoctio eius confert dolori pectoris sicut hyssopus, & ingreditur in confectionibus Medicinarum.

DE MELLILOTO. XVIII.

ALchilel melich, id est, corona regia. Ysaac eben amram.) Alkilel melich est herba quæ habet folia rotunda uiridia, & ramuli eius sunt subtiles multum, & folia rara, & fructus habens uaginas, subtiles, rotundas, sicut uirgæ puerorum parulorum, & sunt in eis grana pauca, glauci coloris, rotunda, minora granis sinapis. Et quod de ipsa administratur, sunt illæ uaginæ, cum eo quod est in eis ex granis.

Dioscorides.) Est ex melliloto, habens colorem croci, boni odoris, & est ex eo, quod

quod assimilatur fœnu græco. Galenus.) Substantia eius habet plus caliditatis quam frigiditatis, & sapori eius inest stipticitas, & uirtus secunda maturat, & tertia resoluit. Dioscorides.) Mellilotum est stipticum mollificatiuum, apostematum calidorum, & maxime apostematum oculorum & ani, & testiculorum, quando coquitur cum rob, & fit cum eo emplastrum, & forsitan miscetur cum uitello oui, aut farina fœnugręci, aut farina seminis lini, aut puluere molendini, aut papauere, & quando imponitur solum cum aqua, confert ulceribus quæ nominantur faul, & quando miscetur cum bolo, quod asportatur de terra quę dicitur Hocas, aut miscetur cum eo gallæ, & dissoluitur cum uino, & liniuntur cum eo ulcera humida, quæ fiunt in capite, curat ea omnia, & ponitur coctum & crudum cum uino, & cum aliquo illorum quæ diximus, super stomachum, & sedat dolorem eius, & quando exprimitur ab eo succus crudus, & miscetur cum rob, & distillatur in aurem, sedat dolorem eius, & quando funditur super caput cum aceto & oleo rosaceo, sedat dolorem capitis.

Bedigoras est temperatum, & proprietas
eius dissoluit superfluitates.

DE SQVINANTO. XIX.

ADcher, id est squinantum. Abohanifa.) Squinantum est herba, habens radices sub terra, & ramulos subtiles, & est sicut radix chulen, nisi quia est latior, & est minoris tuberositatis, & habet fructum similem ferè floribus cannarum, nisi quia est subtilior & minor. Et squinantum teritur, & ponitur in Medicinis odoriferis, & raro oritur solum, quia quando uides unam ex plantis eius, & aspicis circum, uides multas, & fortassis repletur ex eo tota terra, quæ est circa terram ubi nascitur, & nascitur in insulis & pratis, & quando desiccatur, fit album. Ysaac eben amram.) Squinantum est herba paleatis, & habet ramulos subtiles, duros multos, & capitibus ramulorum sunt spicæ pilosæ, & illi pili sunt flores eius, & habet bonum odorem, quando masticatur, & uenæ corticum eius sunt nigræ, & interius albæ, & sapor eius est amarus, & quod de ipso administratur, sunt flores & radices & folia. Dioscorides.) Melius ex eo est nouum, in quo est rubedo plurium florum, & quando scinditur, apparet in eo color purpureus, & est subtile, & in odore est simile rosæ quando fricatur manibus, habens odorem bonum, & quando masticatur, mordicat linguam, & pungit punctione pauca, & quod in usu uenit, ex eo est flos & canne radicis eius. Galenus.) Floris eius substantia non est longinqua à subtilitate, & in sapore eius est stipticitas pauca, minor caliditate ipsius. Et uirtus prima calefacit caliditate pauca. Et secunda est uirtus quæ subtiliat. Et tertia prouocat urinam & menstrua, quando bibitur, aut fit cum eo emplastrum, & confert apostematibus epatis, & orificio stomachi, & stomacho ipsi, sed radicis eius stipticitas est amplior stipticitate floris, & caliditas eius est minor caliditate ipsius, & propter eius stipticitatem accidit quod admiscetur Medicinis quæ administrantur ad sputum sanguinis. Dioscorides.) Flos eius est stipticus, stipticitate pauca calefactiuus & maturatiuus, mollificatiuus, & frangens lapidem, aperitiuus orificiorum uenarum, prouocatiuus urinæ & menstruorum, resoluit inflationes, inducit grauedinem capitis, confert sputo sanguinis, & dolori stomachi, & confert pulmoni, & epati, & renibus, & miscetur in confectionibus Medicinarum, & radix eius est stipticior, & propterea datur ex ea pondus aur, id est, cum tantundem piperis aliquot diebus habentibus nauseam, & hydropicis, & habentibus conquassationem in neruis, & decoctio eius confert apostematibus matricis, quando fit sessio in ea. Habix in libro quem composuit de tyriaca. Oleum squinanti confert omnibus speciebus pruritus, ita quod & ille qui est in animalibus, expellit laxitudinem, & est conueniens ad albaras.

DE ATHEL. XX

AThel, id est abohanifa. Athel est lõga usq; ad cœlum, dura, recti ligni, folia eius longa, subtilia, stricta, & non habet spinas, & ex ligno eius fiunt paralises, & in

C ciſoria,uel ſcutellæ & uaſa alia,& ipſa eſt nadhar, & omnes arbores ex quibus fiunt uaſa huiuſmodi,nominantur Nadhar.Sed Athel eſt arbor, quæ eſt aliquantulũ rubea,quaſi coloris ſcorpionis. Dioſcorides.) Eſt arbor parua, ſimilis tamariſco,& eſt in Babylonia, & aqua infuſionis eius ponitur in ſief, qui adminiſtratur habentibus debilitatem uiſus. Galenus.) Sicut ipſe. Yſaac eben amram.) Athel eſt ſpecies tamariſci, & eſt arbor quæ magis uento agitatur,quàm arbor tamariſci, & habet lignum & ramos uirides, maculatos rubore, & folia plurima,ſimilia foliis tamariſci,& in ſapore eius eſt ſtipticitas,& non habet florem, & habet fructum rotundum, ſicut cicer, habentem colorem cinerum, ad glaucedinem tendentem, intra quem ſunt grana pauca,inuicem conglobata & iuncta, quæ nominantur dulcia, & grana quidem athel colliguntur in menſe Februarij.

DE SEMINE LINI. XXI.

BAzarichichen,id eſt ſemen lini. Galenus.) Iſtud quando comeditur,inflat,& cum toto hoc aſſatur,etiam inflat,quia ipſum eſt plenum humiditate ſuperflua. Et uirtus eius eſt prima, quod eſt calidum,quaſi in primo gradu, & eſt medium in humiditate & ſiccitate. Et ſecunda eſt mollificatiua, & ſedatiua dolorum. Et tertia eſt uirtus quæ confert ægritudinibus interioribus, niſi quia eſt minus in hoc quàm camomilla, & eſt medium inter laxatiuum & ſtipticum, & miſcetur in eo parũ uirtus prouocatiuæ urinæ,& hoc quod apparet in eo manifeſte, quãdo comeditur aſſatum, & tunc eſt magis conueniens ad ſtringendum uentrem. Et dixit in libro de conſeruatione ſanitatis,quod ſemen lini, quãdo coquitur in aqua, decoctio eius eſt infrigidatiua. Dioſcorides.) Virtus ſeminis lini, eſt ſimilis uirtuti fœnugræci, & quando miſcetur cum melle,& oleo,& aqua,& conficitur, reſoluit apoſtemata calida,& mollificat ea,ſiue interius ſiue exterius, & quando fit ex eo emplaſtrum cum ficubus & nitro, delet pannum & puſtulas albas faciei, & quando conficitur cum aqua,reſoluit apoſtemata quæ ſunt in radice auris, & apoſtemata dura, & quando
D coquitur cum uino, eradicat formicam & puſtulas ulcerum, quæ dicuntur faui, & quando miſcetur cum naſturtio,quantitate æquali,confert ſciſſuris unguium,& earum excoriationi,& quando miſcetur cum melle,& fit inde loch,expellit ſuperfluitates quæ ſunt in pectore, & ſedat tuſſim, & quando miſcetur cum melle & pipere, & utitur quis eo, mouet coitum, & fit cum decoctione eius cliſtere, ad mordicationes inteſtinorum & matricis, & mollit uentrem, & quando mulieres ſedent in decoctione eius confert apoſtematibus matricum, ſicut fœnugręcum.

Abenmeſuia.) Proprietas eius eſt, quando fit emplaſtrum cũ eo mixta cæra & melle, confert alboribus unguium. Arabari.) Si ponitur ſuper ungues, æquat inæqualitates earum. Abugerig.) Confert ulceribus ueſicæ & renum, & maturat apoſtemata,quando fit cum eo emplaſtrum, & quando bibitur, torrefactum confert tuſſi frigidæ & humidæ. Meſarugie.) expellit fœtum cito, & aqua, & decoctio ſeminis lini miſcetur cum oleo, & fit inde cliſtere ulceribus inteſtinorum, & confert magnifice. Alcançi.) Non eſt ei par ad expellendũ fœtum, & expellendam aquam. Raſis.) Sedat dolores,& cõfert punctionibus inteſtinorum. Paulus.) Linum ipſum,quando comburitur,fumus eius eſt ſubtilis, confert coriçæ, & ſuffocationi matricis.

DE CAMOMILLA. XXII.

DEbonigi,id eſt camomilla. Dioſcorides.) Eius ſpecies ſunt tres,& diſcernuntur ſecundum colorem florum ſolum.Et ipſa eſt herba habens uirgas longitudinis circiter palmum unum, fruticoſas plurimos habẽtes ramulos, & folia parua, minuta,gracilia,& capitella rotunda parua in aliquibus,quorum ſunt flores albi,& in aliquibus aurei coloris, & flos qui apparet ſuper capitella, eſt rotundus, habens circumquaq; floſculos ſimiles in quantitate floribus rutæ, & color ipſorum eſt, aut citrinus

A citrinus,aut purpureus,& naſcitur in locis aſperis,& ſuper uias,et colligitur in Vere, Et oportet quod reponantur folia & flores, poſtquam teritur quodlibet ipſorũ per ſe,& fiunt inde trociſci: & radix eius poſtquam teritur,ſiccatur,& quęlibet pars eius ponitur in opere per ſe. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis. Et uirtus prima eſt, quæ calefacit & deſiccat in primo gradu. Et ſecunda reſoluit & fluxat membra. Et tertia cõfert laxitudini plus omni alia Medicina,et ſedat dolores,& mollificat membra dura,& lenit ſpiſſitudinem paucam, & expellit febres quæ fiunt ab humoribus cholericis,& quę fiunt propter ſpiſſitudiné curis, quando in uiſceribus non eſt apoſtema calidum,& iam facta eſt digeſtio. Sed febribus quæ fiunt à phlegmate & melancholia,aut propter apoſtemata,quæ ſunt in uiſceribus,quando exhibetur, iuuat maximo iuuamento,& ideo contingit,quod ipſa eſt una de fortioribus Medicinis, in ſedando dolores, & de melioribus mollificatiuis ex Medicinis conuenientibus membris exterioribus,quæ ſunt poſt mirach, & ipſa & oleum eius conferunt ſodæ frigidæ, nam euacuat humorem qui eſt in capite per reſolutionem ſine attractione. Et hæc operatio eſt ſibi magis propria,quàm alicui alteri Medicinæ. Et quando fit emplaſtrum cum ea,curat ſcabiem oculi & palpebrarum,& confortat cerebrum.

Dioſcorides.) Virtus radicis & floris eius & totius plantæ,eſt calefactiua ſubtiliatiua,& quando bibitur aut decoquitur,& ſedent mulieres in decoctione ipſius, prouocat menſtrua,& expellit fetum in hora partus,& prouocat urinam,& facit mingi lapidem: & bibitur in inflammationibus, & in colica, quæ dicitur ylios, & expellit icſtericiam,& curat dolorem epatis, & adminiſtratur decoctio eius in emplaſtris ueſicæ. Et illa quæ habet florem purpureum,eſt fortioris operationis in lapide quã aliæ duæ ſpecies,& maxima eius uirtus eſt in hoc præ aliis. Sed alba & citrina ſunt magis prouocatiuæ urinæ. Et de omnibus ſpeciebus quando fit emplaſtrum, eradicat ſcabiem hulceratam,& quando maſticatur,curat alcola: & teritur flos eius,& li
B nitur in febribus periodicis. Sed oportet quod radix eius poretur cum ſirupo qui dicitur omomel.

DE MELLISSA. XXIII.

BEderangie,uel bedarungi,id eſt,turungen, & dicitur marmachor,id eſt, melliſa. Dioſcorides.) Melliſophylos eſt herba ſuper quam apes delectantur ſtare,& uirgæ ipſius & folia ſimilantur uirgis & foliis marubij ſilueſtris,& ſtipites ipſius & uirgæ ſunt anguloſi,ſcilicet quadranguli,& folia eius ſunt maiora foliis marubij ſilueſtris,& non ſunt piloſa ſicut folia illius,& odor eius eſt ſicut odor citri.

Galenus.) Virtus eius eſt ſicut uirtus praſſij, niſi quia eſt minor uirtute eius ſatis. Dioſcorides.) Quando folia eius bibuntur cum uino, aut emplaſtrantur, conferunt puncturæ ſcorpionis,& morſui rutellæ,& morſui canis: & decoctio eius ſimiliter quando proijcitur ſuper locum morſus,facit illud. Et quando fit ſeſſio in decoctione eius,prouocat menſtrua. Et fit cum eo collutio oris,& confert dolori dentium. Et quando folia eius bibuntur cum nitro, conferunt doloribus inteſtinorũ, & ſuffocationi fungorum,& punctionibus inteſtinorum,& fit cum ea loch anheſos ſis,& ortomoicis qui non poſſunt iacere. Et quando fit emplaſtrum ex eis cum ſale, reſoluit ſcrophulas,& mundificat hulcera. Et quando fit cum ea emplaſtrum, ſedat dolorem iuncturarum. Aben meſuai.) Proprietas eius eſt lætificare animam. Yſaac eben amram.) Quando cõmeditur bedarungi in ieiunio,confert ſtomacho frigido & humido,& facit digeri cibum groſſum, et aperit opilationes cerebri. Et proprietas eius confert debilitati cordis,quæ non ſinit dormire, et aufert cardiacam,et remouet affectiones, et ſolicitudines,et timores,quæ accidunt à melancholia,et phlegmate adufto.

DE DADI. XXIIII.

DAdi eſt granum prope ſimilitudinem hordei, amari ſaporis, teritur et proijcitur in uineis fructuum in Baldach, et fortificat odores eorum, et corroborat ea ad inebriandum.

DE AVENA. XXV.

C DAusir,id est,auena. Dioscorides.) Est herba cuius folia sunt similia folijs frumenti,nisi quia sunt molliora, & in summitate calami eius est semen duabus uel tribus tunicis uestitum,à quibus exeunt aristæ similes capillis in subtilitate.

Galenus.) Sapor eius est acutus parum,& uirtus eius prima est,quod resoluit apostemata dura,& confert fistulis quæ fiunt iuxta oculum,& cognoscuntur per scabiē.

Dioscorides.)Quando fit cū ea emplastrū cū farina,curat scabiē,& resoluit apostemata dura,et exprimitur ex ea succus,qui miscetur cū farina, exiccatur, et reseruatur.

DE ARBORE GRANATI silvestris. XXVI.

DArsisahan,id est,ayrach. Dioscorides.) Est arbor cuius grossitudo est sicut aliorum lignorum,et habet spinas multas,et melius ex eo est ponderosum,et q̄n excoriatur,apparet in excoriatione sua coloris sanguinei, aut purpurei, & est solidū boni odoris,& in sapore suo est amaritudo,& de ea est species alia, cuius lignum est album grossum,& asperum non odoriferum, & est minus in uirtute q̄ superius, & sapor eius est stipticus acutus. Galenus.) Virtus eius prima est secundum q̄ tibi uidebitur ex sapore suo,scilicet composita ex partibus dissimilibus, quia à parte cuius est acuta,calefacit,& à parte stiptica infrigidat, & à totalitate desiccat. Et uirtus eius secunda prohibet. Et uirtus eius tertia, est uirtus quæ confert hulceribus putridis,& humoribus qui fluunt ad ea. Dioscorides.) Virtus eius est calida cum stipticitate, & p̄opter hoc confert ad alcola quando coquitur in uino, et fit cū eo collutio oris, & confert hulceribus sordidis,quæ fiūt in collo matricis,& hulceribus uentris quando fit ex eo clistere,& ad bothor nasi,et expellit fœtum quando fit cū eo nasale,et decoctio eius quādo bibitur,stringit uentrē,et abscindit sputū sanguinis,et confert difficultati urinæ et inflationibus. Omas bentamin.)Tarsisahan apud apothecarios de ayrach est arbor granati agrestis,et habet lignum citrinum grossum odoriferū, et dicitur,q̄ fructus eius est ille qui dicitur bel,& quod est intra ipsum et carnositatē,dicitur cohorhabet,et est Medicina quę stringit uentrem,& cōfert febribus. Sulahin epenhahasen.) Est planta spinosa ingrediens in speciebus Medicinarum odorifera D tum,& habet florem croceum,& cortex ligni eius tendit ad rubedinem, & est species lignorum,de quibus fiunt casulæ,scilicet ubi reponuntur lances, uel etiam pugillares,uel aliæ huiusmodi casulæ, & magis odoriferum est illud quod nascitur in ripārijs,& ingreditur in trocisis tyriacæ,& nominant eum in Barbaria asdany.

DE HAERMIA VEL PIPERELLA. XXVII.

HAermia,id est,piperella. Ysaac eben amram.) Haermia est piperella, & est in figura sua sicut figura piperis minoris, nisi quia est in colore suo quasi citrina, & sunt in ea duę uirtutes contrarię,scilicet,caliditatis et frigiditatis,& confert doloribus frigidis, gutturis,& siccitati uentris. Aben mesuai.) Haermia est granū parum minus pipere, & est in eo citrinitas pauca,& est odoriferū, cuius odor est sicut odor ligni aloes. Albasari.) Haermia est calidą et humida, et est in ea absterssio parua.

DE SETA. XXVIII.

HAeris,id est,seta. Haiese ebenmesuai.) Quando uermiculus texit setam super se,& finit cooperturam eius quando dimittitur donec p̄forat telam illam,et egreditur inde deuenit ex hoc habrisen & ken,& quando dimittitur in sole, donec moritur uermis,deuenit inde seta. Et dixerunt aliqui Medicorum, q̄ seta est calida & sicca cum temperamento,& est bona cordi, & confortat substantiam uel totalitatem eius,& clarificat sanguinē eius, & propter hoc ponitur in Medicinis cordis,& præcipue in diamusco. Et quidam comburunt eam, ut possit facilius teri, & melius puluerizari propter desiccationem. Et quibusdam non uidetur hoc, ne amittat uirtutem suam,sed faciunt eam incidi subtiliter,& terunt eam cum margaritis & karabe,& corallo proprie,& sic teritur facile. Et quidam sunt qui extrahunt uirtutem eius ab ea per decoctionē,& bibunt in decoctione illa postq̄ colauerint eam Mediçinas in mortario,aut in salaia in sole calido, donec bene infundatur, & imbibatur ex ea,& recipiant uirtutem eius,& postea desiccant & utuntur.

DE FRV

A

DE FRVMENTO FARINA, FVRFVRE, amilo,pane,& fermento. XXIX.

HEnta,id est,frumentum.Dekich,id est,farina.Nokale,id est,futfur. Nixe,id est, amilum.kobos,id est,panis.kamir,id est, fermentū. Dioscorides.)Melius ex frumēto ad sanitatē hominū est nouū maturū plenū,cuius color est aureus: & post hanc speciē est illud,quod est mediū inter tēpus suę collectionis,et tēpus seminationis,et est triū mensiū,quod sicaminū dicitur. Galenus.) Virtus eius secundū Medicinam quando ponitur extra,est calida in primo gradu,temperata in humiditate et siccitate. Et dicit in libro de cibis,quod quando equi comedunt ipsum, non effugiunt à nocumento quod infert eis. Dioscorides.) Quando comeditur crudum, generat lumbricos,et quando masticatur et emplastratur,confert morsui canis rabidi.

DE FARINA.

Dioscorides.)Fit emplastrū cū farina frumenti,et succo iusquiami,et cōfert fluxui humorū ad neruos,et tumoribus eorū,et q̄n miscetur cū squingibin et ponitur super cothor alba,cōfert eis. Et farina quę dicitur siccamina,quando fit ex ea emplastrum cū aceto uel uino,cōfert uenenis. Et q̄n coquitur donec fiat sicut gluten,cōfert sputo sanguinis à pectore:& q̄n coquitur cū menta et butiro,confert tussi et asperitati pectoris.Et puluis molendini qui est ex farina frumenti quando coquitur cum uino quod dicitur mellicratum, aut cum aqua & oleo,resoluit apostemata calida.

Huna.) Farina frumenti quando sumitur in pultibus,confert sputo sanguinis, & hulceribus pulmonis,et pectoris,et tussi,et asperitati.

DE FVRFVRE.

GAlenus in quinto.)Furfur est minus calidū,et plus tēperatū ad medullā frumēti. Et dixit in Timeo,q̄ uirtus furfuris est sicut uirtus orobi in absterssione, & farina orobi est plus in absterssiōe q̄ farina ordei et fabarū. Dioscorides.)Q̄n coquit̄ cū aceto forti,et fit inde emplastrū,aufert scabiē,et est emplastrū iuuatiuum in apostemati
B bus calidis in principio eorū,et q̄n coquitur cū ruta,& fit inde emplastrū, cōfert apostematibus mammillarū quę fiunt à coagulatione lactis,& cōfert scabiei similiter,& confert punctionibus intestinorū,& confert morsibus tyri. Aben mesuai.) Quando dimittitur una nocte in aqua,& in mane colatur, & coquitur cū oleo amigdalino,et bibitur cū çucharo,iuuat ad maturandum materias quæ sunt in pectore.

DE AMILO.

GAlenus.)Quod de amilo sumit̄,infrigidat et desiccat plus q̄ frumentū. Dioſc.) Melius ex eo est illud q̄d fit in estate ex frumēto q̄d dicit̄ sicaminū. Et modus operatiōis eius est,q̄ accipias de frumēto,et purges ipsum bñ,et infunde in aqua dulci,et laua ipsum cū ea,et,pijce aquā cū qua lauasti,& funde super ipsum aquā aliā, et facies ita q̄nquies in die,et si potes in nocte similiter,et q̄n mollificat̄ oportet q̄ efici as aquā eius cū facilitate et sine agitatiōe aliqua,ne cū aqua egrediat̄ aliquid de lacte eius: et postq̄ hoc feceris,calca cū pedibus,&,pijce super ipsam aquā,et q̄d natauerit super aquā ex furfure,collige cū cacia perforata et abijce,residuū uero postq̄ purgatū fuerit à furfure,et colatū pone super lateres nouos,et expone soli calido, et si remanserit in eo aliqua humiditas,pone super ignem. Et amilum quidē cōfert humoribus qui currūt ad oculū,et hulceribus quę dicūtur felfeches,et q̄n bibit̄, abscindit sanguinem qui uenit à pectore,et lenit asperitatē gutturis: & q̄n miscetur cū lacte in aliquo cibo,facit hocidē. Et fit amilum alio modo, quia apponitur frumentū ad infundendū,et lauatur uno uel duobus diebus,& colat̄,et fricatur cū manu,sicut fricat̄ pasta in sole calido,et ista species amili non cofert in medicina, sed iuuat in alijs rebus.

DE PANE.

GAlienus.) Emplastrum quod fit ex pane frumenti, attrahit & resoluit, quia in pane est sal & fermentum,quoniam in fermento est uirtus quę attrahit ab interioribus & resoluit. Dioscorides.) Panis frumenti quando decoquitur cum mellicrato,& cōficitur sine decoctione,& miscetur cū aliqua herba uel succo conuenienti & emplastratur,sedat apostemata calida sua mollificatione & infrigidatione. Et panis siccus

C nis siccus & uetus stringit uentrem quãdo sumitur solus, & quando miscetur aliquibus rebus ad hoc conuenientibus. Et panis leuis quando infunditur in aqua & sale, & fit ex eo emplastrum, curat impetiginem.

DE FERMENTO.

GAlenus.) Est subtilium partium, & sapor eius est acetosus. Et uirtus prima est paucæ caliditatis, sed est compositum ex uirtutibus contrarijs, quarũ una est frigida propter acetositatem quæ est in eo, & alia calida à calore eius naturali, qui est à sale & farina quæ sunt in eo, & à calore putrificante. Et uirtus eius secunda resoluit, & attrahit à profundo sine nocumento & mordicatione. Dioscorides.) Fermentum quod fit de farina frumenti, sedat, attrahit, & subtiliat proprie apostemata quæ sunt in inferioribus corporis, & maturat alia apostemata, & quando coquitur cum sale, maturat clauos & aperit eos. Aben mesuai.) Fermentum pistorum quod est temperatum, quando infunditur in aqua, & colatur post duas horas, & ponitur cũ scrupulo medio de spodio, & quarta scrupuli, unius de croco, & ℈.i. de çucharo tabarçet cum quantitate ʒ.iij. aquæ, & datur in potu infantibus febricitantibus cum siti, sedat febres eorum, & aufert sitim eorum.

DE POPVLO ARBORE. XXX.

HAur, id est, populus. Galenus.) Complexio eius est composita ex substantia aquea tepida, & terrea subtili, & propter hoc accidit, ꝙ uirtus eius est cõposita. Dioscorides.) Quando bibitur ex cortice eius aur.i. confert sciaticæ & distillationi urinæ, et dicitur ꝙ prohibet concœptum quando bibitur cũ rene muli. Et dicitur, ꝙ folium eius idem facit quando bibitur post mundificationem membrorũ, & succus foliorum eius quando distillatur tepidum in aure, confert doloribus eius, et qñ fructus eius accipitur & teritur, & miscetur cũ melle, & fit inde colliriũ, curat tenebrositatem uisus. Et dicunt aliqui, ꝙ qñ cortex haur Romanę et alterius haur etiã incidi tur minute, & seminatur in letamine, oriuntur ibi toto anno fungi ad comedendũ.

D DE TAMARISCO. XXXI.

TArfa, id est, tamariscus. Dioscorides.) Est arbor erecta quę nascitur in aquis, et habet fructum qui assimilatur floribus, & est similis in fluxibilitate sua usneę, & est in Babilonia, & in Scythi tamariscus domestica quæ nominatur carmeçir, & assimilatur agresti in omnibus, præter in fructu. quia fructus eius est similis gallis dentis, & est stipticus, & ponitur loco gallarum in Medicinis oculi & oris. Galenus.) In sapore suo est stipticitas. Et uirtus eius prima desiccat desiccatiõe pauca absq; aperti one. Et secunda eius uirtus incidit & abstergit. Et tertia confert spleni duro. Sed foliorum eius, & radicis, & ramorum subtiliatio est plus subtiliatione fructus eius. Et cortex eius quando coquitur cũ uino, confert spleni duro, & expellit dolorem dentium: sed in fructu eius & cortice est stipticitas non pauca, quoadusq; uirtus fructus eius est propinqua uirtuti gallarum uiridium, nisi quia in gallis uiridibus manifestatur stipticitas solum. Sed complexio fructus est inęqualis, quia admiscetur ei parum frigiditatis subtilis nõ pauca, quod quidẽ nõ est repertũ in gallis, & possumus eo uti pro gallis, et ita est de cortice tamarisci. Et cinis tamarisci qñ ipsa cõburitur, habet uirtutẽ desiccatiuã desiccatiõe forti, & minus quod est in eo est stipticitas, & plus quod est in eo, est abstersio et incisio. Et dixit in libro suo ad Glauconẽ, qñ scripsit ei figma apostematis duri in splene, ꝙ melior Medicina eius est cortex radicis capparis et scolopendria, & radix tamarisci, et summitates eius, et oportet ꝙ coquantur omnia ista in aceto et squingibin. Dioscorides.) Ponitur radix tamarisci pro gallis in Medicinis oculorũ et oris, & est conueniens sputo sanguinis, & potatur in fluxu antiquo, & cõuenit humiditatibus mulierũ longi temporis, et ictericis, et illos quos momordit rutella: & qñ fit emplastrũ cũ ea, diminuit apostemata phlegmatica: & cortex eius operatur sicut fructus eius, nec plus, nec minus: & quando coquuntur folia cũ aqua, & datur de ea in potu spleneticis, extenuat splenem: & qñ fit cum eã collurio oris, confert doloribus dentium, & est conueniens mulieribus habentibus fluxum antiquum humiditatum quando fit sessio in decoctione eius, & proijcitur decoctio eius super

A eius super illos in quibus generantur pediculi & lendes, & iuuat multum. Et cinis ligni tamarisci quando supponitur, confert habentibus humiditatem matricis, & fiunt ex stipite arboris tamarisci scyphi cum quibus bibunt splenetici, & est uinum iuuatiuum eius. Mesarugie.) Cinis tamarisci desiccat omnia hulcera, & proprie illa quæ fiunt ab adustione ignis. Alchanci.) Tamariscus confert apostematibus frigidis, quando suffumigatur cum eo. Dixit mihi homo fidelis, quod fuit quædam mulier super quam apparuit lepra, & datum fuit ei ex decoctione radicis tamarisci cum passulis sæpe, & curata est. Et nos quidem experti sumus hoc in muliere alia, & curata est. Et dico super hoc quod istud contingit, quia egritudo sua prima fuit apostema in splene, & propter opilationem eius quæ quidem fuit causa non attrahendi melancholiam, & non mundificandi uel clarificandi sanguinem, quæ fuit causa apparitionis lepræ super eam. Quando ergo resolutum fuit apostema, & aperta est opilatio propter operationem istius Medicinæ in eo, quod fuit de natura sua incidere & abstergere, reuersæ sunt ad earum sanitatem.

ED CAVLIBVS ET CANABIT. XXXII.

COrumb, id est, caulis & canabit. Galenus.) Caules ex eis sunt domestici, et ex eis sunt siluestres, & ex eis sunt marini. Sed domestici in suo sapore habent amaritudinem & acuitatem, & in semine ipsorum est hoc magis apparens, & manifestũ & maxime in Babilonicis. Et uirtus quidem caulis prima est, quæ desiccat quando comeditur, & quando apponitur extra, & non est manifesta in eo amaritudo et acuitas. Et uirtus secunda abstergit, & resoluit, & glutinat. Et tertia eius uirtus glutinat apostemata, & curat hulcera fraudulenta, & apostemata indurata, quę uenerunt ad hoc, quod non possunt resolui, & erisipilam quę est sicut ista apostemata, & curat syę formicam, & egritudinem cum qua excoriatur caro. Et semen cauliũ occidit uermes quando bibitur, & proprie caulium Babilonię secundum ipsum est sicciotis cõ
B plexionis, & ideo confert lentiginibus faciei et panno, & alijs egritudinibus in quibus necessaria est abstersio. Et tirsi caulium quando comburuntur, uirtus eorum prima est desiccatiua, adeo quod deuenit ad hoc, quod habent uirtutem comburendi. Et uirtus eorum secunda resoluit resolutione forti. Et tertia confert dolori laterũ antiquo, quando miscetur cum eis adeps antiquus, et administratur, et secundũ hunc modum conferunt alijs egritudinibus, quæ assimilãtur huic dolori. Et dixit in libro de dieta, quod Medici exhibent caules, quia sunt Medicina desiccatiua, et eorũ humiditas lenit uentrem aliqua lenitione, et eorũ substãtia desiccat et stringit: et quando uolumus quod leniant uentrem, ponimus eos in almuri et oleo post eorum elixationem. Et caules quidem desiccant sicut lentes, et propter hoc inducunt tenebrositatem uisus, præter quod oculi sint humidi ultra temperamentũ. Dioscorides.) Quando caules bulierint bulitione leui et comeduntur, laxant uẽtrem, et prouocãt urinam, et si bulierint bulitione multa, et maxime si bis elixentur cum aqua, retinent uentrem. Et caules qui oriũtur in estate, sunt mali stomacho, et sunt acutioris saporis ꝙ alij domestici. Et caules qui nascuntur in Babilonia, nõ comedũtur propter eorũ amaritudinem: et si comeduntur, conferunt obscuritati uisus, et tremori. Et si ebrius comederit eos, sedant ebrietatem. Et summitates cauliũ sunt meliores stomacho, et magis prouocatiuę urinę, ꝙ alię partes eius. Et si coquuntur cũ aqua et sale, sunt mali stomacho, et molliunt uentrẽ. Et succus cauliũ quando miscetur cũ radice lilij quod dicitur yreos, et nitro, et bibitur, soluit uentrẽ, et quando miscetur cũ uino et bibitur, confert morsui tyri: et quando miscetur cum farina fenugræci et aceto, et fit inde emplastrum, confert podagræ: et dolori iuncturarum, et hulceribus sordidis antiquis. Et quando fit ex succo eius caput purgium, purgat caput: et quãdo mulier fecerit nasale cum eo et farina lolij, prouocat menstrua. Et quando folia caulium pistantur bene, et fit ex eis solis emplastrum, aut cum sauich, confert apostematibus phlegmatis, & erisipilę, & curant scabiẽ hulcerosam, & syræ: & qñ miscentur cũ sale, ignem sacrũ curãt, et capillos cadentes retinent. Et quando comeduntur folia caulium cruda, conferunt spleneticis, & masticantur, & transglutitur succus eorum, & restaurat uocem

C uocem amissam,& quando bibitur decoctio caulium, laxat uentrem, & prouocat menstrua: & quando fit cũ semine eius nasale, & retinet eum mulier post impregnationem,interficit fetum. Et semen caulium maxime eorum qui oriuntur in Babilonia quando bibitur,occidit lumbricos,& ipsum quidem ingreditur in compositione tyriacæ,& mundificat faciem,& aufert bothor. Et summitates caulium recentium quando comburuntur cum radicibus suis, & miscetur cum cinere ipsarũ axungia porcina,confert dolori lateris antiquo. Dioscorides.) Sed caules agrestes plurimum nascuntur in locis maritimis,& in locis altis,& altissimis,& desertis, & sunt similes domesticis,nisi quia sunt albiores eis, & asperiores,& sunt amari saporis.

Galenus.) Sapor eorum est amarior sapore domesticorum, & sunt calidioris cõplexionis quàm ipsi,& siccioris,& non euacuatur qui comedit eos à malicia eorum, quia sunt longe à complexione hominis,& uirtus eorum est, quod abstergunt & resoluunt plus q̃ domestici. Dioscorides.) Quando summitates eorũ elixantur cũ aqua cineris,non erunt mali saporis. Quando fit emplastrũ cũ foliis eorum,consolidat apostemata rẽperata,et resoluit apostemata phlegmatica,& apostemata calida.

Sed marini. Dioscorides.) Marini caules sunt longinquiores à similitudine domesticorum,& folia eorum sunt longa similia foliis aristologiæ rotundæ, & crura quibus folia adhærent trunco uel tirso,sunt ruffa parua, & locus eorum in stipite est altior quàm locus herbæ quæ dicitur cussus,& habent lac, non multum tamen.

Galenus.) Sapor eius est declinans salsedini uel salmacitati, & amaritudini, & possumus administrare eos exterius ad id quod egemus in qualitatibus quas diximus,& mollit uentrem. Dioscorides.) Quando decoquitur laxat uentrẽ, & operatur in lumbricis & ascaridibus plus q̃ domesticus: & sunt qui coquũt eum cũ carne pingui et molli,& comedunt. Chistos caulis domestici conferunt tussi antiquæ, & podagræ,quando linitur succus eius super iuncturas ipsas. Et si caulis datur ad comedendum pueris assatus, facit eos citius ambulare: & quando succus eius coquitur cum uino,& administratur aliquot diebus, aufert dolorem splenis: & quando cinis eius miscetur cum albugine oui,curat cõbustionem ignis, & succus eius aufert scabiem & pruritum. Et quando miscetur cum uitriolo & aceto, & linitur super baras & scabiem,confert eis. Et quando caules comeduntur,clarificant uocem,& conferunt morsui canis rabiosi. Aben mesuai.) Caules desiccant linguam,& proprietas eorum est,quod expellunt humiditatem capitis,& alleuiant linguam grauatam à phlegmate,& ideo clarificant uocem,& semen eorum destruit sperma quando fit mulieri nastale,& occidit ascarides,& proprie cum succo schea & lupinorum.

Galenus in libro de dieta.) Canabith tirsus eius albus est plus desiccatiuus,quàm folia eius,& quàm folia caulium etiam. Aben mesuai.) Canabit qui eo utitur multum in cibo,obscurat uisum,& semen eius destruit sperma,quando mulier facit sibi suppositorium.

DE OROBO. XXXIII.

HEisene,id est,orobus. Galenus.) Nominatur kesen,sapor eius est amarus. Et uirtus eius prima est calida in primo gradu,& sicca in secũdo extenso. Et secunda abstergit & incidit. Et tertia aperit opilationes, & quãdo aliquis eo nimis utitur, facit urinari sanguinem. Dioscorides.) Ex eo fit farina,& ponitur in Medicinis,et quando boues eum comedunt, inpinguantur. Et farina fit ex eo in hunc modum: Accipe de orobo albo & pingui,& proijce super eum aquam & acetum,& agita,& dimitte sic multo tempore,quousq; uidelicet imbibatur aqua, deinde fac bulire,donec corium separatur ab eo,postea desicca,& mole,& cribra cum cribro spisso, & repone,& ista farina laxat uentrem,& prouocat urinam,& meliorat colorem corporis. Sed quando ex ea bibitur uel comeditur nimis, facit tortiones & urinari sanguinem. Et quando miscetur cum melle,mundificat hulcera, & borhor, & lentigines abstergit à uultu,& maculas,& liuores qui fiunt in corpore,& curat hulcera quæ dicuntur ancoria,& mollificat apostemata dura quæ sunt in mãmillis,& in alijs membris,& eradicat ignẽ Persicum,& hulcera quæ nominantur suhudę, id est, mellinæ; & quando

A & quando conficitur cum uino,& fit inde emplastrum, cõfert morsui canis,& morsibus tyri,& morsui hominis,& quando coquitur cum aceto,& ponitur super pectinem,confert strangurię,& sedat tenasmonem,& punctiones intestinorum. Et orobus torrefit,& teritur bene,& miscetur cum melle,& accipitur ex eo quantũ est nux, & confert macilentis, & aqua decoctionis eius quando ponitur super scissuras quæ fiunt ex frigore, & super pruritum qui fit in corpore,curatur. Ayse.) Qui ex eo comedit,nimis facit fluere sanguinem à naribus eius.

DE CORIANDRO. XXXIIII.

KVsbor,id est coriandrum. Galenus.) Substantia eius est terrea subtilis, & est cum hoc in eo aqueitas tepidæ uirtutis,non paucæ quantitatis, & in sapore ipsius secundum plurimum est amaritudo, cum stipticitate pauca. Et uirtus eius prima est calida. Et secunda abstergit & resoluit. Et tertia est, quod succus eius quando instillatur in oculum, cõfert dolori eius magno cum lacte mulieris, & fit emplastrum cum eo oculo,& abscindit humores descendentes ad oculũ, & habet uirtutem magnam in repercutiendo. Dioscorides.) Quando scripsit de coriandro,dixit quod est frigidum,& qui uult in hoc certificari,uideat in libro suo,& dixit quod habet uirtutem frigidam,& ideo quando fit emplastrum cum eo & pane,aut cum sauich curat erisipilam & formicam, & quando fit ex eo emplastrum cum melle & oleo, curat syre & apostemata testiculorum calida, & ignem persicum, & quando fit ex eo emplastrum cum farina fabarum, resoluit scrophulas & apostemata, quando bibitur de semine eius parum cum rob,expellit lumbricos longos, & augmentum facit in spermate,& quando de ipso bibitur multum,hebetat sensus,& interficit, & ideo oportet caueri à nimio potu eius, & usu nimio. Et coriandrũ quando miscetur cum ceruſa,& lithargyrio, & aceto, & oleo rosaceo, & ponit̃ super apostemata calida & acuta,quæ fiunt in corpore, confert multum. Abenmesuai.) Quando torrefit semen coriandri,stringit uentrem, & abscindit fluxum sanguinis, qui est ab interioribus,& bibitur de eo ij.aut.cum iij.dragmis succi plantaginis sine eo quod buliat,& si est fluxus ab exterioribus membris, teratur & ponatur super locum fluxus. Abu gerig.) Coriandrum est frigidum,narchoticum inducens stuporem,& est toxicum, & prohibet fumositates ascendere ad caput,& ideo confert sodę, & ebrietati,& abscindit fluxum sanguinis,& stringit uentrem. Alexander.) Coriandrum prohibet fumositatem ascendere ad caput, & propter hoc ponitur in cibis epilepticorũ,quando causſa epilepsiæ ipsorum sunt uapores ascendentes à stomacho. Alchançi.) Quando coriandrum siccum infunditur in aqua,& bibitur aqua eius cum çucharo, abscindit uirgæ erectionẽ,& desiccat sperma. Rasis.)Fit hoc quando bibitur sine çucharo. In libro uenenorũ.) Qũ bibitur de succo ipsius recẽtis dragmæ iij. occidit. Rasis.) Coriandrũ recens,prohibet fluxũ sanguinis à naribus, qñ imponit̃ naribus, & qñ odoratur aqua eius. Hunain.) In libro permutationũ dixit quod pillulę Galeni sunt ei contrariæ. Dioscorides uero contradixit ei, cum scilicet Galenus dixit, quod coriandrum declinat ad caliditatem, quoniam est manifestum, ipsum esse uirtutis frigidę ex dicto suo quando sumitur succus eius,& ipsum occidit. Habix.) Coriandrum recens est mortificatiuum congelatiuũ, & si homo utitur eo multum, uel potu aquæ eius est toxicũ, & si ponitur aqua eius cum aliqua ex alijs herbis, prohibet inflationes quæ fiunt ex herbis,& quando liniuntur cum aqua eius apostemata sanguinea aut cholerica, confert & extinguit inflationes eorum, & si bibitur de succo expressionis eius crudo uel cocto, inducit laxitudinem & coartationem in ore stomachi,& ipsum est herba cum herbis,& toxicum cum toxicis, & ita est etiam de folio psilij & grano eius, & de semine lini, & de semine maro, & semine exebram, sicut de coriandro recenti.

DE VITE. XXXV.

HArin,id est, uitis. Haineb,id est, uua çibib, id est, passulæ, nomen uitis est super̃ species eius, & est ex ea domestica & siluestris, & alba & nigra. Et domestica est uitis uini,& siluestris est butania uitis siluestris.

C

DE VITE SILVESTRI.

Dioscorides.) Est planta, cuius rami protenduntur longe, similes palmitibus uitis uiniferæ, cuius lignum est grossum, & cortex separabilis ab eo, folia similia habet solatro domestico, * nisi q̃ sunt minora eis, & flos eius assimilatur grano taleb, id est, lenticulæ aquæ. Et sunt eius duæ species, quarum una non habet uuas, sed facit flores, & est illa quæ dicitur fœmina, & alia profert grana parua, nigra, similia racemis uuæ paruis, & quando sunt matura, color eorum est rubeus, & figura grani est rotunda, & racemi ipsi, & summitates eius reseruantur. Galenus.) Racemi, & summitatum eius uirtus secũda, est uirtus quæ abstergit. Et tertia uirtus aufert impetiginem & lentigines, & omne quodcunq; huiusmodi, fit alicubi in tota cute, & est cum hoc in ea uirtus incoriatiua. Dioscorides.) Virtus foliorum huius uitis, & capreolorum, & palmitum assimilantur uirtuti foliorum & capreolorum & palmitum uitis uiniferæ. Radix huius uitis, quando coquitur in aqua, & bibitur cum duobus conos uini, quod fit cum aqua marina, laxat per uentrem humores aquosos, quare datur hydropicis. Sed racemi eius habẽt uirtutem quæ laxat & abstergit cum hoc impetiginem, & similia quæ ex uestigijs apparent in cute, & præparatur hæc herba cum sale in principio suæ natiuitatis, & est bona in usu cibi.

* Aliàs, nisi quòd sunt latiora & minora eis.

DE FLORE EIVS.

Et quando hæc uitis floruerit, colliguntur flores eius, & oportet quod reponantur in uase terreo, sine bituminatione aliqua, postquam collecti sunt & extensi in panno mundo, & desiccati in umbra, & nascitur multum ex ea in terra quæ dicitur morea, & kalikia, & chichi, & kanchia, & uirtus huius floris est stiptica, & ideo quãdo bibitur, est bona stomacho, & prouocat urinam, eo quod stringit uentrem, & abscindit fluxum sanguinis, & confert stomacho defecto, in quo acescit cibus, & miscetur cum aceto & oleo roseo, & linitur caput cum eo ad sodam, & fit emplastrũ ex eo humido & sicco conferens apostematibus, & quando miscetur cum melle & croco, & oleo roseo & mirra, & fit inde emplastrum, confert scabiei ulcerosæ in suo principio, & confert uulneribus neruorum & gingiuæ, & ulceribus quæ sunt in collo matricis, & ingreditur in confectionibus pessariorum, quæ administrantur ad fluxum sanguinis, & fit ex eo emplastrum cum sauich, & uino ad cursum humorũ, ad oculum & ad inflammationem stomachi, & quãdo comburitur in tegula super prunas, confert doloribus oculorum, & curat panaricium, quod fit in radice unguis cum melle, & cõfert gingiuis, à quibus fluit sanguis. Et uinum quod sumitur ex uuis uitis agrestis, est nigrum stipticum, & confert stomacho, ad quem fluunt humores, & intestinis, & uniuersaliter omnibus ægritudinibus, quibus necesse est stipticare & congregare.

D

DE VITE DOMESTICA, AGRESTA, passulis, uinacia, uino, & fece uini. XXXVI.

Galenus.) Vitis quæ non colitur, uirtus est sicut uirtus uitis agrestis, nisi quia est debilior ea. Dioscorides.) Folia eius & capreoli, quando conteruntur, & fit emplastrũ cum eis, cõfert sodę, & folia eius similiter sunt frigida & stiptica, & quando fit emplastrum cum eis solis, uel cum sauich, sedat apostemata calida, quæ sunt in stomacho, & inflammationem quæ est in eo, & succus foliorum eius confert habentibus ulcera in intestinis, & qui expuunt sanguinem, & qui conqueruntur de ardore stomachi, & pregnantibus, habentibus appetitũ corruptum. Et capreolus eius quãdo infunditur in aqua, & bibitur, facit hoc. Et lachryma uitis est similis gummi, quia coagulatur super palmites, qui potatur cum uino, & expellit lapidem, & linitur cum eo impetigo, & curat eam, & scabiem ulcerosam, similiter & non ulcerosam, & oportet quod antequam linias cum eo, quod laues membrum cum nitro & oleo assidue, & abradas pilos eius. Et lachryma quæ emanat à sarmentis uitis, quando recenter sunt collecta de uite. Nam quando ponitur in ignem, & comburuntur ab uno capite, & ex alio emanat lachryma, uelut sudor, & quando ex eo liniuntur uerrucę, quæ dicuntur mirmicia, eradicat eas. Et cinis sarmentorum uitis, & cinis

A cinis acinorũ uuæ, uel uinaciæ puluis, quando emplastratur cum aceto, curat anum, quando ab eo euulsæ sunt emorrhoides, & curat morũ, & curat contorsiones neruorum, & confert morsui tyri, & quando fit ex eis emplastrum cum oleo rosæ, & tuta & aceto, confert apostematibus calidis quæ fiunt in splene.

DE VVA ACERBA SIVE AGRESTA.

Succus eius quæ non est matura, oportet quod exprimatur, antequam ascendat stella canis, & ponatur in sole in uase ex ære rubeo cooperto cum panno, & dimittatur in sole, donec coaguletur totum, & misceatur illud quod de eo coagulatur cum eo quod non coagulatur, & de nocte ponatur uas sub tecto, quia ros prohibet coagulationem cuiusliber succi, & melior ex eo est ille, qui est citrinus, declinans ad rubedinem, & est fragilis, & stipticus forti stipticitate, & mordet linguam. Et sunt qui decoquunt succum istum, & conficiunt decoquendo, & iam conuenit coctus cum melle, uel uino dulci neruis qui sunt in lateribus gulę & palato, & uuluæ, & ad alcula & gingiuis fluxis, quibus humores abundant, & auribus à quibus egreditur sanies, & cum aceto confert fistulis & ulceribus antiquis, & fraudulentis, & fit clistere cum eo ad ulcera intestinorum, & ad cursum humiditatum antiquarum ex matrice, & quãdo collyriatur cum eo oculus, acuit uisum & confert asperitati oculi, & potatur in sputo sanguinis qui contingit à ruptura uenarum, & oportet quod administretur postquam temperatur cum aqua, quousq; subtilietur, & fiat liquidum, & administretur de eo parum, quoniam adurit adustione forti. Sed uinum ex uua acerba fit in hunc modum, accipitur de uuis quæ non sunt complete maturæ, sed sunt mũçæ, & ponuntur in sole tribus diebus aut quatuor, donec fiant extenuatæ, postea exprimatur ab eis uinum, & ponatur in sole. Et uirtus huius uini est stiptica, & corroborat stomachũ, & confert illi qui non potest digerere, & confert stomacho relaxato & pregnantibus, & habenti colicam, cum qua euomitur stercus, & dicitur quod ualet in ægritudinibus epidimialibus, & oportet quod istud uinum dimittatur ueterascere pluribus annis, quia nisi hoc fiat, non est aptum ad potandum. Abenmesuai.) Vinum uuæ acerbæ, est bonum stomacho calido, abscindit fluxum choleticum, & est bonum epidimiæ & pregnantibus, fortificat enim earum stomachum, & prohibet earum uomitum, & prohibet syncopim, si Deus uoluerit.

B

DE PASSVLIS.

Galenus.) Virtus passularum secunda, est quæ maturat, & resoluit resolutione temperata, & dixit in libro de cibis, quod passulæ stipticæ sunt frigidiores alijs passulis, & dulces sunt calidiores, & stipticæ fortificant stomachum, & retinent uentrem, & dulces sunt mediæ in hoc, & sedant mordicationem quæ contingit in ore stomachi. Sed quantitas nutrimenti in passulis dulcibus carnosis est amplior, & in extenuatis stipticis minor. Et passulæ dulces carnosæ, sunt maioris nutrimenti, quã uuæ, & minoris abstersionis quàm ficus siccæ. Lenitio uero uentris est in eis minor, uerum ipsæ sunt conuenientiores stomacho quã ficus. Et dixit in almeiemir, quod in passulis forsan est res quæ laxat propter suam aggregationem, & hoc est quare posuimus eas maioris iuuamenti epati, uolo dicere propter earum aggregationẽ, quoniam est in eis stipticitas, quanta necessaria est epati ægrotanti. Est & cum hoc in eis quod maturant humores crudos indigestos, & æquant humores malos, & temperant eorum complexionem, & sunt etiam in natura sua tarde ad recipiendam putrefactionem. Et in tota earum substantia sunt similes epati. Alius philosophus.) Alkesmes, ita nominantur in lingua ferisis, & sunt passulæ sine granis, ponuntur in sole uirides, & passescũt ibi sine grano, & sunt dulces. Habitantes quidem in Oriente, diligunt eas plus alijs, & miscent eas cum çucharo, & nucibus, & amigdalis, & auellanis Dioscorides.) Albæ passulæ sunt plus stipticæ. Et carnes passularum, quando extrahuntur ab eis grana, & comeduntur, conueniunt cannę pulmonis, & conferunt tussi, & renibus, & uesicæ. Et quando passulæ comeduntur folæ cum nucleis, conferunt ulceribus intestinorum. Quando caro passularum miscetur cum farina geguers, id est, scatiola & ouis, & modico melle, & comeditur, aut admixto pauco

C pipere, expellit phlegma per os, & quando miſcetur cum farina fabarum & cimino, & fit inde emplaſtrũ, confert apoſtematibus calidis * teſticulorum, & quando paſſulæ piſtatæ miſcentur cum ruta, & fit inde emplaſtrum, delet quod apparet in cute ex clauis, & nominantur in Græco aſcatris & iedhri, & ulceribus quæ nominantur faui, & putrefactionibus quæ fiunt in iuncturis, & ulceribus fraudulẽtis, quæ nominantur ancoria & cancro, & quando fit cum eis emplaſtrum cum opopona-
Alias inteſtinorum. ce, confert podagræ, & quando ponitur ſuper ungues, eradicat eas. Abenmeſuai, & Meſeha.) Meliores ex eis ſunt pingues, ſubtilis corticis, & parui grani, & quando comeduntur cum ſuis granis, conferũt dolori inteſtinorum, & dulces ex eis, & keſmes, id eſt, non habens grana, incidunt phlegma ſatis, & uuæ quidem impinguant macros.

DE GRANIS VVAE ET VINACIA.

GAlenus.) Subſtantia eius eſt groſſa terrea, & ſapor eius eſt ponticus. Et uirtus eius prima eſt frigida in primo gradu, ſicca in ſecundo. Et ſecunda ſtipticat, & ſtringit. Et tertia, confert fluxui uentris iuuamento magno. Dioſcorides.) Vinacia uarum reponitur & reſeruatur, & ex ea fit emplaſtrum cum ſale apoſtematibus calidis & duris, & apoſtematibus mammillarum, & quando fit cliſtere cum decoctione uinacię, confert ulceribus inteſtinorum, & fluxui antiquo, & fluxui humiditatum antiquarum à matrice, & ex ea fit ſeſſio mulieribus, & fiunt cliſteria matricum cum ea. Et grana uuæ quæ colliguntur in uinacia, ſunt ſtiptica ſtomacho, & aſſantur, & teruntur, & bibuntur ſicut ſauich. Et conferunt ulceribus inteſtinorum, & fluxui antiquo.

DE VINO.

GAlenus.) Eſt in ſecundo gradu in caliditate, & uetus ex eo eſt in tertio gradu, & muſtum in primo, & manifeſtatur unumquodq; uinum, in quo gradu eſt per æſtimationẽ caliditatis inuentę in eo. Dioſcorides.) Vinum nocet neruis & ſenſi-
D bus, ſed ipſum eſt delectabilis ſaporis, & ideo oportet cauere ab eo, ſi aliquod membrum eſt ægrum, ſed ſi parum de ipſo ſumatur in diſpoſitione ſanitatis, & tamen mixtum aqua non nocet, & quod de eo eſt uetus multum, album, ſubtile, prouocat urinam, niſi quia facit dolorem capitis, & qui bibit ex eo, ſatis nocet ſtomacho. Galenus.) Vinum nouum generat inflationem, & eſt difficilis digeſtiõis, inducit ſomnia mala, & prouocat urinam. Sed medium inter nouum & uetus, eſt ſine malicijs horum, quapropter oportet quod eligatur potus eius præ alijs ſanis & ægris. Sed uinum album, ſubtile, eſt bonum ſtomacho, & conuenit uſus eius magis in ſanitate & in ægritudine, & eſt propinquus ad molliendum uentrem quàm rubeum & nigrum. Et uinum nigrum eſt groſſum, & tardæ digeſtionis, & inebriat, & ingroſſat carnem, & confert fluxui uentris. Et uinum rubeum eſt medium inter album & nigrum, & ideo uirtus eius eſt media inter uirtutes illorũ, & uinum nigrum, groſſum, eſt malum ſtomacho inflatiuum, niſi quia auget carnem. Et uinũ ſubtile ſtipticum, eſt bonum ſtomacho, niſi quia non auget carnem ſicut groſſum. Dulce uero eſt groſſum, & eſt tardæ reſolutionis, inflat ſtomachum, laxat uentrem ſicut muſtum, niſi quia uirtus eius eſt debilior, & confert ueſicæ & renibus, & quando eſt uetus, confert apoſtematibus & uulneribus, quãdo infunditur lana non lota in ipſo, & ſuperponitur, & quando ponitur ſuper ulcera fraudulenta, & ſuper ulcera pruriginoſa, & ſuper ulcera, ad quæ currunt humores, confert eis. Vinum uero ſtipticum, eſt magis prouocatiuum urinæ, & facit ſoda & inebriat. Ponticum uero eſt magis conueniens cibo, & ſtringit uentrem, & abſcindit fluxum humorum. Et uinum leue confert uiſceribus, & ſtringit uentrem, & infert nocumentum neruis, & prouocatio urinæ eſt in eo minus. Et uinum quod fit cum aqua marina, eſt malum ſtomacho, ſitim inducit, nocet neruis, & laxat uentrem, & eſt malum conualeſcentibus ex ægritudine. Et uinum in quod proijcitur gipſum, eſt malum neruis, & facit ſoda, & accidit ex eo inflammatio in corpore. Et omne uinum quando eſt purum, ſine admixtione alicuius rei, & eſt in eo ſtipticitas, eſt calidum, uelociter penetrans in totum corpus, &

corroborat

A corroborat appetitum & ſtomachum, & nutrit corpus, & facit dormire, & auget in fortitudine corporis, & meliorat colorem. Et melius ex uinis in diſpoſitione ſanitatis eſt illud, cui non admiſcetur aqua marina, & eſt in eo ſtipticitas, & declinat albedini, & eſt mediũ inter nouum & uetus. Sed quantitas quæ de ipſo potari oportet quod ſit ſecundum tempus & ætatem, & cõſuetudinem & uirtutem. Et oportet quod non bibatur uinum uetus, quando multa eſt ſitis, ſed infundatur in eo cibus, ſecundum quantitatem neceſſariam. Et inebriatio omnis eſt mala & nociua, & maxime ſi ſæpe contingat, quoniam inebriatio aſſidua debilitat corpus, & mollificat neruos. Et quando uinum bibitur aſſidue, diſponit corpus ad acutas ægritudines, & quantitas melior, quæ de ipſo ſumi conuenit, eſt quantitas temperata, & certis diebus, & maxime ſi alijs diebus potatur aqua, & hoc eſt, quia ipſum reſoluit, & penetrat, & mundificat ſuperfluitates exteriores apparentes. Et quando potatur uinum, poſt ipſum debet potari aqua, ad ſedãdum fortitudinem eius, & abſcindendam uirtutem eius nociuam. Et quando uinum bibitur cum oleo, & prouocatur uomitus, confert lacti coagulato in ſtomacho, & ardori renum, & ueſicæ, & ulceribus quæ ſunt in eis. Et quando bibitur quantitas conueniens, iuuat illis quibus eſt datum in potu ſuccaran & coriandrum & opium, & omnes Medicinæ quæ interficiunt per frigiditatem earum, & confert morſibus uenenoſorum, ſcilicet illorum, quorſum morſus occidit propter frigiditatem ueneni eorum, & dimittunt uenenum in ſtomacho, & confert inflationibus ſtomachi antiquis, & mordicationibus quę fiũt in ilijs, & relaxationi ſtomachi, & eius debilitati, & humiditatibus quę currunt ad ipſum, & ad inteſtina, & ad uentrem, & confert illis qui ſudant multum, & maxime uinum album, uetus, boni odoris quando potatur.

DE FECE VINI.

B Dioſcorides.) Oportet quod adminiſtretur illa quæ eſt ex uino ueteri, & oportet quod comburatur ſicut comburitur ſpuma maris, poſtquam deſiccatur deſiccatione forti, & quidam ponunt eam in uaſe terreo nouo, & accendunt ſub ea ignem fortem, & dimittunt donec fiat ignita. Et quidam ſunt qui ingeniantur & ſepeliunt eam ſub prunis, & dimittunt donec inflammetur. Et oportet quod tu ſcias ſignum bonæ aduſtionis eius, & eſt quando mutatur color eius ad albedinem, & ad acuitatem, & quando applicatur linguę, inflammat eam fortiter, propter fortem aduſtionem. Eodem modo etiam comburitur fex aceti. Et fex quidem aduſta habet uirtutem adurentem multum, forti aduſtione, abſtergit & aufert carnem ſuperfluam ulcerum, & eſt ſtiptica, & putrificat putrefactione forti, & calefacit, & exiccat. Et oportet quod ipſa adminiſtretur, dum eſt noua, quia uirtus eius reſoluitur cito, & propter hoc oportet quod non dimittatur extra uas, & conſeruetur bene cooperta, & obturato uaſe, & ipſa quidem abluitur ſicut tutia. Et fex quidem non combuſta, & etiam quando aduritur ſola, uel cum mirto recenti, reſtringit apoſtemata phlegmatica, & quando fit emplaſtrum cum ea, & aqua mirti ſuper uentrem & ſtomachum, ſtringit ea ſub umbilico, & ſuper pectinem, abſcindit menſtrua, & reſoluit apoſtemata quæ non ſunt aperta, & apoſtemat nominatum cubilla, & ſedat apoſtemata mamillarum. Sed fex aduſta, quando miſcetur cum reſina pini, aufert albores unguium, & quando miſcetur cum oleo maſticino, & reſina pini, & liniuntur inde capilli, & dimittitur, ſic una nocte rubificat eos. Et ipſa quidem ponitur in Medicinis oculorum ſicut tucia, & abſtergit ſigna quæ fiunt in eis, & ueſtigia ulcerum, & ualet obſcuritati uiſus.

DE VITE ALBA. XXXVII.

VItis alba, & eſt feſire. Dioſcorides.) Habet ramos & folia, & capreolos in ſimilitudinem uitis communis, niſi quia ſunt omnia aſperiora, & rami & capreoli eius adhærent, implicantes ſe quibuſcunq; approximant, ex arboribus alijs, & ſuſpenduntur eis cum capreolis ſuis, & habet fructum ſimilem racemo rubeum. Ga-

C lenus.) In ſummitatibus eius eſt ſtipticitas & amaritudo pauca & acuitas, & ipſæ comeduntur in principio ſuæ natiuitatis, ſecundum cõſuetudinem in tempore ueris, quia ſunt iuuantes ſtomachum, propter earum ſtipticitatem. Et uirtus tertia prouocat urinam mediocriter. Et radicis eius uirtus prima calefacit mediocriter. Et ſecunda abſtergit & ſubtiliat. Et tertia diſſoluit duriciem ſplenis, quando ſuperponitur emplaſtrum ex ea cum ficubus, & curat ſcabiem & ægritudinem, cum qua eleuatur cutis, ſed fructu eius utuntur coriarij. Dioſcorides.) Cum ea abraduntur pili coriorum. Et ſummitas huius plantæ in principio ſuæ natiuitatis coquitur, & comeditur, & prouocat urinam, & laxat uentrem. Et uirtus foliorum, & fructus, & radicis eius eſt calida acuta, & ideo quando fit cum eis emplaſtrum cum ſale, confert ulceribus, quæ dicuntur granita, & illis qui dicuntur fagedemica, & quando fit emplaſtrum cum eis, & ſale, curat ſciſſuras * tibiarum. Radix eius mixta cũ orobo & fœnu græco, quando cum eis abluitur cutis, mundificat, & abſtergit eam, & aufert panum, & ueſtigia nigra, & bothor & cicatrices ulcerum, & conficitur cum oleo, donec fiat ſicut cæra, & ſedat dolores, & abſcindit haſaſ & fiſtulas ani, quando fit emplaſtrum cum ea, & cum rob, & reſoluit apoſtemata, & aperit ea, in quibus eſt aggregata ſanies, & reſtaurat oſſa fracta, & quando miſcetur cum oleo, donec diſſoluatur, conuenit ad hoc, & expellit liuorem qui fit ſub oculo, & quando fit ex eo emplaſtrum cum uino, ſedat panaricium, & iam reſoluit apoſtemata, & aperit ea, & emplaſtrum factum cum ea extrahit oſſa, & ingreditur in confectionibus unguentorum corrodentium carnem, & potatur de ea .3. una ad epilepſiam, & adminiſtratur ſic, & confert apoplexiæ & opilationi, & quando bibuntur ex ea .3. ij. confert morſibus tyri, & occidit fœtũ, & accidit ſi nimis ſumatur de eo, permixtio rationis, & quando mulier ſubijcit eam ſibi, expellit fœtum & ſecundinam, & quando bibitur, prouocat urinam, & fit cum ea mixto melle loch, coartationi anhelitus, & habentibus tuſſim, & dolorẽ lateris, & qñ bibitur de ipſa cum aceto .30. diebus põdus iij. anuloſat, reſoluit duriciem ſplenis, & fit cum ea emplaſtrum cum ficubus, ſuper duritiem ſplenis, & confert, & decoquitur, & fit feſſio in decoctione ipſius mulieribus, & mundificat matrices, & expellit fœtum. Succus radicis eius exprimitur in tempore ueris, & bibitur cum uino dicto mellicrato ad ea quæ diximus, & purgat phlegma, & fructus eius confert ſcabiei, quando fit inunctio cum eo, uel emplaſtrum, & quando extrahitur ſuccus à ſtipitibus eius, & bibitur cum frumento cocto, prouocat lac.

* Aliâs labiorum.

D

DE VITE NIGRA. XXXVIII.

ET nominatur feſire ſentanim. Dioſcorides.) Eſt planta quæ habet folia ſimilia folijs plantæ, quæ dicitur cuſſus uel ciſſus, id eſt hedera, niſi quia declinant plus ad ſimilitudinem foliorum herbæ, quæ dicitur ſenarus, & rami eius ſimiliter, niſi quia folia iſtius, & rami ſunt maiora, & ipſa circumuoluitur, amplectens plantas alias, quibus approximat, & ſuſpenditur eis cum ſuis capreolis, & habet fructum ſimilem racemis uuæ uiridem in ſui principio, & nigrum quando maturuerit, & radix eius eſt nigra de foris, & interius coloris buxei.

Galenus.) Virtus eius eſt ſicut uirtus uitis albæ, niſi quia eſt debilior ea.

Dioſcorides.) Capreoli iſtius plantæ, quando coquuntur & comeduntur, ſicut ſuperioris, prouocant urinam & menſtrua, & reſoluunt apoſtemata ſplenis, & conferunt epilepſiæ, & paraliſi, & ſtomacho debili, radix huius habet uirtutem ſimilem uirtuti radicis uitis albæ, & confert doloribus, ſicut illa, niſi quia uirtus huius eſt debilior uirtute illius, quando ex folijs eius fit emplaſtrum cum uino, cõfert ulceribus aſinorum, quando ſunt ulcerata, & adminiſtrantur torſionibus neruorum.

DE CVSCVTE. XXXIX.

CHaſuhth, id eſt, cuſcute, & in Latino dicitur tima. Habohanifa.) Eſt res quæ adhæret herbis, inuoluens eas ſicut fila, ſed in ſummitatibus habet fructum ſubtilem

A tilem, & ipſa creſcit in arboribus, & ſummitates eius inuoluuntur ſimul, & reperitur multum de eis in uineis, & deſtruit multum herbas, & multi utuntur ea ad uſum curatiõis, & in ipſa eſt amaritudo, & ponitur in uino, & fortificat ipſum, & facit ipſum inebriare. Aben meſuai.) Eſt herba quę reperitur inter linum, & ſuſpenditur ei, in ſapore eius eſt amaritudo, & ponticitas plus amaritudine. Et uirtus eius prima eſt calida in primo gradu, & ſicca in ſecundo. Et ſecunda uirtus eius abſtergit & fortificat. Et tertia aperit opilationes epatis, & renum, & fellis, & mundificat uenas ſubtiles & groſſas ab humoribus groſſis choleticis, & fortificat ſtomachum & epar. Et ſuccus eius recens quando bibitur cum ſquingibin, prouocat urinam, & confert ictericiæ, quæ fit ab opilatione epatis & febribus, & proprie febribus infantium. Sed illius qui utitur ea, multum grauatur ſtomachus, propter eius fortem ſtipticitatem, et proprietas eius eſt purgare choleram. Et uirtus quidem operationis eius fortior eſt fortitudine operationis abſinthij. Et doſis eius eſt libra media decoctionis eius aut infuſionis cum .3.x. ſuchari boni. Meſarugie.) Eſt frigida & humida, et eſt in ea ſtipticitas, & confert ictericiæ, & opilationi epatis & ſplenis. Albaſari.) Eſt compoſita ex uirtutibus contrarijs, & eſt in ea amaritudo & ſtipticitas, & eſt calida in primo gradu, ſicca in ſecundo, cõfert ſtomacho & epati, & eorum opilationibus. Et expellit ſuperfluitates uenarum, & mollit uentrem, confert febribus quando comeditur aut bibitur ex aqua eius, & de proprietate eius eſt expellere choleram, & ſuperfluitates antiquas à uenis. Saboreben.) Quantitas caliditatis eius, & frigiditas, eſt ſecundum complexionem arboris cui adhæret, quoniam ipſa fit calida per adhærentiam calidæ arboris, & frigida per adhærentiam frigidæ.

Albaſari.) Cuſcute eſt bona ſtomacho, & maxime quando miſcetur cum ea aniſum, & ſemen apij.

B

DE KADI. XL.

KAdi. Habuhanifa.) Eſt herba quæ naſcitur in terris Arabũ in partibus Hamen, & eſt illa cum qua aromatiçatur oleum, quod dicitur oleum kadi. Et narrauit mihi ille qui uidit, quod eſt una ex plantis habens altitudinem, & quando egrediuntur germina eius, abſciduntur illa germina antequam aperiãtur, & apparet in flore eius odor. Et artifices tornatilium lenificant colores ſuos, & clarificant, ut ſint lucidi cum capite kadi, & ipſum eſt groſſum, & habet ueſicam & molliciem.

DE VOLVBILI CVSSVS, ACSIN, athin, & lebleb. XLI.

LEbleb, id eſt, uolubilis minor. Dioſcorides.) Plures ſunt ſpecies, & una earum dicitur cuſſus, & dicitur ficus pauperum, & eſt maior, & agreſtis, & eſt herba ſimilis uolubili minori, niſi quia eſt durior ea. Et ſpecies eius ſunt tres, quarum una eſt alba, & dicitur alba propter albedinem ſui fructus. Et ſecunda eſt nigra, & nominatur ſic propter ſui nigredinem, & habet ſemen nigrum uel coloris croci. Et tertia dicitur cacus, & non habet fructum ſiue ſemen, & eſt illa quæ adhæret rebus, & habet ramos minutos, & folia minuta, uiridia, anguloſa, amara, & groſſa. Et eſt alia ſpecies ex ea, quæ dicitur acſin, & eſt minor, & eſt herba, cuius folia ſunt ſimilia folijs cuſſus, niſi quia ſunt minora eis, & habet ramos longos, qui adhærent omni cui appropinquant ex arboribus, & naſcitur in uineis, inter triticũ, & in campis. Et eſt ſpecies quę dicitur athin, et eſt uolubilis minor, et aſſimilatur in folijs uolubili, niſi quia ſunt minora eis, & magis rotunda, & ſuper ipſa ſunt pili, & habet ramos minutos, longitudine circa quinq; palmorum aut ſex, exeuntes ab una radice, & ſunt pleni foliorum, & folia eius ſunt pontica, naſcitur inter triticum, & in locis domeſticis.

Galenus.) Subſtantia cuſſus eſt compoſita ex duabus ſubſtantijs terreis, quarum una eſt frigida, & alia calida acuta, & eſt in ea, dum eſt recens, ſubſtãtia terrea, aquoſa, quæ

C sa, quæ quando desiccatur, resoluitur, & remanent duæ substantiæ terreæ. Et in sapore eius est stipticitas, & acuitas. Et uirtus secunda resoluit, & adunat. Et tertia eius uirtus est, dum folium eius est recens, si coquitur in uino, consolidat hulcera maligna, & curat hulcera fraudulenta, & consolidat ea quæ fiunt à combustione ignis. Et quando coquitur cum aceto, & emplastratur cum ea splen, resoluit apostemata eius, & aperit opilationē ipsius. Sed flos eius est fortior, & ideo quādo teritur & miscetur cum aceto, est plus omni re iuuatiuum combustioni ignis. Sed succus eius est Medicina, cum qua fit caputpurgium in dolore capitis antiquo, & quando distillatur in aurem, curat humores qui currunt ad eam quando sunt inueterati, & hulcera antiqua quæ sunt in ea, & in naso. Et si succus eius est aliquo tempore calidus, oportet admisceri cum eo oleum rosaceum, aut aliud oleum delectabile. Et gummi eius & proprie nigræ uirtus est quæ adurit, adustione occulta, & ideo occidit pediculos, & abradit pilos, & non oportet multum uti succo eius, & proprie nigræ, quia debilitat corpus, & conturbat sensus. Dioscorides.) Species cussus sunt acutæ stipticę, & nocent neruis: & quando sumitur de flore cussus tantum, quantum possumus tribus digitis capere, & poratur cum uino, confert hulceribus intestinorum, & oportet quod poterur bis in die. Et quando teritur & miscetur cum mum dissoluto cum oleo, confert hulceribus factis à combustione ignis. Et folia eius recentia quando coquuntur cum aceto, aut teruntur sicut sunt cruda, curant dolorem splenis, & teruntur folia eius & summitates eius, & exprimitur succus, & miscetur cum oleo de lilio, quod dicitur yreos, & melle, & nitro, & fit caputpurgium cum eis in dolore capitis antiquo, & miscetur cum aceto & oleo rosaceo, & linitur caput ad hoc: & quando miscetur cum oleo de yreos, curat dolores aurium, & saniem, quæ egreditur ab eis. Et quando exprimitur aqua ex nigra cussus, & similiter aqua summitatum eius, & bibitur de ipsa nimis, debilitat corpus, & turbat sensus. Et quando accipiuntur summitates eius, & teruntur bene, & calefiunt in cortice mali granati cum oleo rosaceo, & distillatur in aure contraria dentis dolentis, sedat dolorem eius, & denigrat pi-
D los. Et quando coquitur cum uino, & fit inde emplastrum, confert hulceribus asperis, quæ fiunt ab adustione ignis, & abstergit pannum, et summitates eius quando bibuntur, prouocant menstrua. Et quando accipiuntur ex eis .ʒ. ij. & suffumigatur cum eis post menstrua, prohibet impregnationem. Et quando accipitur ex summitatibus eius cum folijs, & fit nasale cum melle, prouocat menstrua, & facit properare partum. Et quando teruntur, & exprimitur succus eius, & ponitur in naso, purgat fetorem putridum qui est in eo. Et quando cum lachryma eius liniuntur capilli, euellit eos, & non sinit renasci, & occidit pediculos: & quando radices eius teruntur, et exprimitur aqua earum, & miscetur cum aceto, & bibitur, confert ueneno rutellæ.

Sed acsin uirtus, est resolutiua. Et dixit Dioscorides, quod quando bibitur ex succo eius, laxat uentrem.

Sed athin sapor, est stipticus. Galenus.) Sapor eius est stipticus, & uirtus eius abstergit absterſione temperata. Et dixit Dioscorides, Quando emplastratur cum sauich, & ponitur super oculum, confert apostemari calido, quod fit in eo, & prohibet cursum humorum ab eo. Et quando coquitur, & bibitur ex decoctione eius, abstinet fluxum uentris, qui fit ab hulceribus intestinorum.

Aben mesuai.) Lebleb est calida in medio primi gradus, sicca in principio eiusdem acuta, & est in ea ponticitas pauca, purgat choleram aduſtam. Et post hoc dixit uirtutes eius tertias, sicut dixerunt Dioscorides & Galenus de cussus, & dixit, quod est Medicina, & non cibus. Et dixit iu præparatione laxatiuorum de lebleb, quod de proprietate eius est purgare choleram, & dosis aquæ eius est à tertia librę, usq; ad duas partes libræ clarificatæ sine bulitione cum .ʒ. x. çuchari uel penidiorum. Isaac eben amram.) Quando succus eius coquitur, minuitur uirtus eius in laxando, sed aperit opilationes plus. Alkançi.) Lebleb est frigida & sicca, purgat & cōfert duriciebus. Abix.) Lebleb est frigida & humida, purgat cum

A gat cum uiscositate quæ est in ea, expellit choleram, & laxat uentrem laxatione bona, quando miscetur cum ea çucharum. Sed si uis addere, in uirtute eius, adde ei de cassia fistula dissoluta in aqua feruenti, & non oportet quod bibatur lebleb, nisi sine ebulitione, quia quādo bullitur, recedit ab eo illa uiscositas cum qua laxat uentrem, & expellit choleram. Et quando coquitur cum oleo amygdalino, & datur in cibo, confert hulceribus intestinorum, & habentibus tussim, & quātitas potionis eius est ab una libra ad duas.

DE LAVDANO. XLII.

Eden, id est, laudanum. Dioscorides.) Colligitur ex una specie cussus, & nominatur laudanum, & est arbustum quod assimilatur cussus, nisi quia folia eius sunt longiora, & nigriora, & habet humiditatem quæ adhæret manui tangenti eam in Vere, & est stiptica, & confert ad omnia, ad quæ confert cussus. Et ex hac quidem specie accipitur laudanum, quoniam quando capræ pascuntur ea, adhæret humiditas eius pilis earum, quia est sicut uiscus, quare apparet in coxis earum, & in barbis. Et ideo sunt homines qui colligunt illam humiditatem, & mundificant eam, & faciunt inde trociscos, & reponunt. Et sunt homines qui accipiunt funes, & trahunt ipsos super plantam istam, & quod adhæret eis de illa humiditate, emungunt à fune, & colligunt, & faciunt trociscos. Et fortius ex laudano est illud, quod est boni odoris, & coloris uergentis ad uirorem, submolle tactu, & quando mallaxatur, adhæret manibus, & non est in eo sabulum, & non assimilatur resinæ pini, & cyprense est huiusmodi, & quod fit in terris Arabum, & alibi, est grossius.

Galenus.) Substantia eius est subtilis multum, in sapore ipsius est stipticitas pauca. Et uirtus eius prima est calida in fine gradus primi prope secundum. Et secunda est, quæ mollificat, & resoluit, mollificatione & resolutione temperata, & maturat similiter, & aggregat, & fortificat. Et tertia confert egritudinibus matricis, &
B fortificat eam, & fortificat capillos qui cadunt, propterea quia destruit quod est in radicibus eorum ex humiditatibus malis, & aggregat & stringit sua stipticitate poros, per quos egrediuntur capilli. Et dixit in quarto katiginis, quod laudanum incarnat hulcera difficilis consolidationis. Dioscorides.) Virtus laudani est calida mollificatiua, aperitiua orificiorum uenarum, quando miscetur cum uino & mirtha, & cum oleo mirtino, retinet fluorem capillorum. Et quando linitur cum uino super cicatrices uulnerum, meliorat eas: & quando mittitur in aurem cum uino quod dicitur hydromel, aut cum oleo rosaceo, curat doloré earum, & fit inde suffumigium ad expellendam secundinam, & ponitur in confectione nasalium colliriorum matricum, & confert duriciebus earū, & miscetur in Medicinis sedantibus dolores, & Medicinis tussis, & in unguentis: & quando bibitur cum uino ueteri, stringit uentrem, & prouocat urinam.

DE DRAGONTEA ET aron. XLIII.

Luf, id est, dragontea, & est darcontion uel draction. Et aron, id est, iarus, & est sara, & darction est bleta in Hagen. Dioscorides.) Sunt eius duæ species, una earum dicitur in Græco aron, & secunda dragontea, sed aron habet folia similia folijs dragonteę, nisi quia sunt minora eis, sine macula, & habet crus longitudine quasi unius palmi. Color eius est purpureus, & in ea est similitudo pistilli cum mortatio, cuius color est citrinus uel croceus, & habet radicem albam similem radici dragonteæ, & coquitur, & comeditur, & est minus calida quàm radix dragonteæ, & præparantur folia eius pluribus modis, & exiccatur sola, & coquitur, & comeditur, & radix eius reponitur, sicut radix dragonteæ. Et plurimum quod de ipsa comeditur, est radix eius, propter paucitatem sui acuminis. Sed dragontea habet folia similia folijs cussus magna, & habet maculas albas minutas, & crus eius est æquale longitudine duorum brachiorum, simile corio serpentis, qui color eius est purpureus, maculatus diuersis coloribus: & est sicut uirga in sua grossitudine, & habet in summitate linguæ simile racemo uuæ, cuius color in primis quando apparet, est

similis

C similis colori papaueris,& quando maturatur,est similis colori citri,& pungit linguam,& radix eius est rotunda, similis radici bulbi, similis radici herbæ quæ dicitur luf,& super ipsam est cortex tenuis. Nascitur in locis umbrosis humidis,& in campis,& oportet colligi radices eius in tempore messis,& ablui eas,& incidi & desiccari in umbra. Galenus.) Substantia radicis eius est subtilior substantia radicis aron, & in sapore eius est acuitas,& amaritudo,et stipticitas pauca. Et uirtus eius prima calefacit & desiccat in primo gradu,& secunda abstergit & subtiliat, & tertia mundificat & aperit opilationes epatis,et splenis, et renum, quia subtiliat humores grossos & uiscosos, & confert multum uulneribus malis, quia abstergit ea, & mundificat mundificatione forti, & confert omnibus egritudinibus quæ indigent abstersione, quando linitur super eas cum aceto sicut sunt bohach. Et uirtus foliorum eius est eadem,& ideo conferunt uulneribus humidis recentibus & hulceribus. Et cuiuscunq; folia sunt minus exiccata, est incarnatio eorum in uulneribus plus secundum hoc, quod est,quia folia quando sunt nimis sicca, sunt calidioris uirtutis,quàm oporteat uulneribus recentibus factis à percussionibus. Et semen eius est fortius foliis,& radice. Et ideo curat cancros, et apostemata quæ fiunt in naribus, quæ nominantur multorum pedum, et est polipus: et succus luf mundificat maculã oculi quæ fit ab hulcere,et iam utuntur quidam ea, linientes cum ea caseum recentem exterius,quia custodit eum, et prohibet ab eo putrefactionem,propter complexionem eius frigidam. Dioscorides.) Semen eius siccum quando exprimitur aqua eius,et miscetur cum oleo,et distillatur in aurem,sedat dolorem eius: et quando imbibitur in eo lana, et miscetur bene, et imponitur in naribus, aufert carnem eius superfluam quæ dicitur polipus et cancrum: et quando bibuntur ex semine eius xxx.grana cũ uino aqua mixto,expellit fœtum. Et dicitur,quod quando mulier uult parere,odoret florem eius postq; est extenuatus,quoniam accelerat partum eius: et radix eius est calida,et confert asmati,quod non finit hominem iacere, et attritioni neruorũ, et tussi,
D et catarro: et quando elixatur aut assatur,et comeditur cum melle,facit egredi humiditates à pectore, et exiccatur et miscetur cum melle, et comeditur,et prouocat urinam: et quando bibitur cum uino,excitat coitum: et quando miscetur cum Medicina quæ dicitur faxar,aut cum melle,et fit sicut unguentum,purgat hulcera fraudulenta,& consolidat ea,& fit ex ea liciniũ fistulis, et ad fœtum expellendum. Et dicitur,quod quando aliquis inungit cum radice eius manum suam, non mordet eam tyrus: & teritur,et miscetur cum aceto,et linitur cum ea bohach,et eradicat eam. Folia eius quando teruntur et ponuntur in uulneribus loco licinij, confert: et quando coquuntur cum uino,et ponuntur super scissuras quę accidunt propter frigus, iuuãt, et quando caseus inuoluitur in eis,non nascuntur in eo uermes. Et aqua radicis eius confert hulceribus oculorum quæ dicuntur camelion, et hulceribus quæ dicuntur locoma,et hulceribus quæ dicuntur hahalos. Et comeditur radix eius in dispositione sanitatis cocta et cruda. Et homines insulæ quæ dicitur Aminidas,coquunt radicem et comedunt. Galenus.) Sed aron radix eius est illud,quod est magis iuuamentum in ea,et substantia eius est terrea,et sapor eius est amarus. Et uirtus eius prima calefacit et desiccat in primo gradu. Et secunda incidit et abstergit, ueruntamen uirtus abstergens non est fortis in ea. Et tertia incidit humores temperata incisione quando comeditur,et propterea iuuat ad excreandum humores pectoris.

Dioscorides.) Virtus foliorum et radicum eius, est sicut uirtus foliorum et radicũ dragonteæ,et quando folia eius emplastrantur cum radice ipsius, et stercore bouino,conferunt podagræ,si Deus uoluerit.

DE MAHALEB. XLIIII.

MAhaleb. Dioscorides.) Est arbustum quod assimilatur arbori alcannę in magnitudine sua,habens folia similia foliis oliuæ,nisi quia sunt fortiora et latiora eis,et habet fructum similem fructui masticis nigrum,in cuius sapore est dulcedo, et est fructus eius aliquando sicut in racemis,et nascitur in locis agrestibus, et folia eius sunt stiptica sicut folia oliuæ agrestis, et conferunt in omni eo in quo est necessaria stipticatio

A stipticario & proprie in hulceribus oris,quando masticantur,& fit cum eis collutio, & quando bibitur decoctio granorum eius,prouocat urinam,& dicunt alij,et menstrua. Et dixit Galenus,in tractatu nono.) Sunt quidam qui putant ipsum esse carpobalsamum,& iam diximus de eo in Capitulo Balsami. Aben mesuai.) Est calidum & mollificat,& confert dolori iliorum: & quando bibitur,confert nauseæ,& est una ex Medicinis, quæ excutiunt superfluitates à corpore quę impinguãt ipsum, & expellit lumbricos & ascarides,& confert podagrę. Adamasca.) Ipsum frangit lapidem. Mesarugie.) Est temperamentum,& in eo est resolutio,& dicunt,quod est frigidum & siccum. Albasarri.) Almahaleb est calidum in secundo gradu,siccũ in primo,frangit lapidem,qui est in renibus & uesica, defertur ab Andargen, & ab Nahund,& melius ex eo est illud,quod assimilatur margaritis minoribus, & habet bonum odorem. Atabari.) Mahaleb est temperatum resolutiuum,prouocat menstrua,sedat dolores. Rasis.) Mahaleb est calidum, mollificat membra indurata, & si est egritudo elõgata propter percussionem. Ysaac eben amram.) Almahaleb sunt species ex eo,& sunt album,& nigrum,& uiride: & album habet grana parua, ita quod maius ex eis est sicut cicerella,& est ex insula: & minus ex eo est illud de Hispania: melius uero ex eo est albius & mundius, & puriotis odoris: deterius uero ex eo est nigrius,& administratur medulla eius sine cortice, & cortex eius est niger, & interius est album,defertur à monte Sebuen,& de Deibegen,et de Nahand,et habet arbores grandes,& colligitur in septembri,& id quod de ipso utimur, est granũ & cortex eius,& est calidum in secundo gradu,siccum in primo,frangit lapidem uesicę,& renum,& medulla eius ponitur in unguentis,& cortex eius ponitur in abstergentibus,& in alaulem uel alausnem.

DE MANNA. XLV.

B MEn,id est,manna. Mesęha.) Manna est calida,& abstergit,& lauat, nisi quia uirtus eius augetur & diminuitur secundum diuersitatem arborum super quas cadit. Mesarugie.) Est calida in primo,temperata in humiditate & siccitate,bona pectori & pulmoni,& quod de ipsa cadit super arborem tamarisci,est bona tussi.

Aben mesuai.)Manna cadit super tamariscum,& quod de ipsa colligitur, confert tussi,& asperitati pectoris. Collegit Rasis,& dixit,quod manna cadit super arborem quæ dicitur maluauiscus sicut mel, & quando facit moram super plantam istã, albescit. Sed quando nõ diu ibi moratur, sed colligitur cito cũ folio eius, est uiridis.

Habix.) Est calida in fine secundi gradus,sicca appropinquans caliditati, & melior ex ea est,cuius color est clarus,appropinquans albedini, & habet parum roboris sine admixtione alicuius ligni,confert relaxationi stomachi, & stringit uentrem, & confert aquæ citrinæ quando bibitur de ea, & emplastratur uenter, & ingreditur in Medicinis apostematum, & exiccat catarrum quando fit caputpurgium cum.3.i.de ipsa,& mundificat cerebrum,& expellit ab eo uentositatẽ grossam,& fortificat Medicinas cum miscetur cũ eis in potionibus & caputpurgijs,& delet apostemata phlegmatica,& miscetur in confectionibus magnis propter excellens iuuamentũ quod est in ea.

DE STORACE. XLVI.

MIlha,id est,storax,cuius duæ sunt species,scilicet,liquida,& sicca. Ysaac eben amram.) Arbor storacis est magna,habet lignum quod assimilatur ligno saio, folia eius sunt similia foliis xeilen, id est, lolij, & habet fructum album maiorem q̃ auellana,similem prunis albis,duos habentem cortices, quorum exterior comeditur,& est in eo amaritudo,& interius est nucleus pinguis sicut nux, & exprimitur ab eo oleum,& cortex huius fructus est storax sicca, & gummi huius arboris est lubne, & est storax heremitarum,& est ambra & lubne heremitarum,& est gummi album fortis odoris & albedinis,& melior species trium est lubne, & melior ex storace est sicca tubea,quæ assimilatur maci,& est illa cum qua preparatur cost artificiale,& deterior ex ea est illa,quæ est arida nigra. Subst antia uero storacis liquidæ quæ non habet oleum,administratur in suffumigationibus costi amari, & illa in qua est oleũ

ingreditur

C ingreditur in unguentis balnei,& melior ex liquida eſt lubne muſcatum, & eſt ſicut gummi album albedine mixta rubedini,& poſt eam eſt liquida quæ clarificatur nõ habens oleum,& eſt ſpiſſa rubea,& deterior ex ea eſt leuis nigra,ſed ſubtilis,adulteratur cum oleo,& oleum inficit fumigationem. Et figura lubnę ambrę aſſimilatur gummi albo,& ſua nobilitas eſt ſicut fauum album cum rubedine. Et lubne quidẽ muſcatum eſt lubne heremitarum,et eſt notum apud Chriſtianos,et eſt ſtorax,et eſt rubea gummoſa ac ſi ſit gummi,ingreditur in limuta latha & barthamiat, & utũtur ea Chriſtiani in Eccleſijs eorum & ſuffumigationibus eorum, & deterior ex iſta eſt nigra,quæ aſſimilatur ſerraturæ ligni. Dioſcorides.) Storax liquida eſt pinguedo mirthæ recentis,& extrahitur à mirrha,quia terunt eam cum aqua pauca,& premũt cum torno,& eſt boni odoris,&ingreditur in confectionibus,& ſola etiam ſine aliqua admixtione eſt bona,& melior ex ea eſt quæ non habet admixtionem alicuius olei,& parum ex ea eſt multæ uirtutis,& calefacit,& eſt calefactio ſimilis calefactioni mirthę,& oleorum calidorum ſiccorum,& ſtorax,& eſt ſpecies mehã,eſt gummi arboris quæ aſſimilatur arboribus citoniorum, & melior ex ea eſt illa quæ nõ habet adminiſtrationem alicuius olei,& eſt pinguis rubea ſimilis reſinæ pini, & ſunt in ea fruſta alba,& remanet in ea odor bonus longo tempore, & quando frangitur, emanat ab ea humiditas quæ eſt ſicut mel. Sed illa quæ eſt nigra ſicut furfur, eſt mala,& iam inuenitur in ea gummi Arab,clari coloris,cuius odor eſt ſicut odor miare, & parum quidem inuenitur de hoc gummi, & adulteratur ſtorax cum ſerratura ligni pu trefacti comeſti,quando miſcetur cum melle & reſiduo mirrhæ,& ſubſtantia yreos, & alijs rebus: & ſunt quidem qui miſcent ſepum & cæram cum ſtorace in ſole calido,& colant cum colatorio amplorum foraminum ſuper aquam frigidam,& fit figura eius ſicut uermiculi,& eligunt illud ſtolidi putantes non adulteratam propter uirtutem ſui odoris,& illa quæ non eſt habet odorem acutum. Et fumus ſtoracis eſt fortior fumo mirrhæ & fumo olibani. Galenus.) Virtus eius prima eſt quæ calefa

D cit,& ſecunda eſt uirtus quæ mollificat & maturat, & tertia eſt uirtus quæ curat tuſſim coriçam & raucedinem,& prouocat menſtrua quando bibitur,& quando ſubijcitur matrici,& fumus eius eſt ſimilis fumo olibani. Et dixit in quinto epidimiarũ, & in undecimo de Ingenio ſanitatis,quod eſt una ex rebus mortiferis,ſicut iuſquiamus & mandragora. Dioſcorides.) Virtus eius eſt calida mollificatiua maturatiua confert tuſſi, & catarro, & coricæ,& raucedini. Et quando bibitur & fit ex ea naſale,confert coartationi matricis,& duriciei eius, & prouocat menſtrua, & quando deglutitur cum paucò gummi alborim,mollit uentrem mollitione leui,& miſcetur cum aliquibus ex unguentis reſolutiuis,& in oleis quę reſoluũt laxitudinem, & adminiſtratur aſſata,& torrefacta,& adufta,& colligitur fumus eius ſicut fumus olibani,& fumus eius confert in omnibus,in quibus confert fumus olibani,et fumus eius quo utuntur Syrij,calefacit & mollificat ſatis, & facit ſoda & ſubeth. Albugerig.) Gummi quod emanat ab arbore, eſt calidum & ſiccum, confert dolori pectoris & pulmonis,& delet coriçam,& retinet uentrem, & aromatiçat ſtomachum, & confert uentoſitatibus groſſis,& nodationibus membrorum, quando bibitur aut linitur exterius,& confert hulceribus,& ſcabiei humidæ et ſiccæ quando linitur cum ea cum aliquo unguento, et confert catarro quando fit fumigatio cũ ea. Raſis.) Dixit Galenus,quod ipſa eſt narcotica. Et dixerunt quidam Medicorum,quod eſt calida, et cum hoc eſt calida in ueritate,grauat caput ſicut facit mirrha et crocus,quæ ſunt calida etiam,et faciunt hoc. Attabari.) Fumus ſtoracis eſt bonus catarro multum

Ex libro qui dicitur Continens totum.) Storax eſt calida et ſicca,et ſtringit uentrẽ.

Abix.) Quod emanat ex arbore humea terrarum Chriſtianorum et inſularũ,egreditur à cortice arboris cum humiditate quæ emungitur ab eo, et coquitur cum igne, et poſtea exprimitur,et egreditur humiditas eius,et nominatur ſtorax liquida, et remanent cortices ſimiles uinaciæ,et nominatur ſtorax ſicca, et eſt calida et ſicca in prima manſione tertij gradus,ſed ſiccitas eius eſt minor ſua caliditate. Et liquida quidẽ confert dolori pectoris et pulmonis,et deſiccat catarrum,et retinet uentrem, et præparat

A parat ſtomachum,& corroborat partes eius,& confert uentoſitatibus groſſis,& anodationibus membrorum,quando bibitur,& linitur exterius,& confert ulceribus quæ ſunt extra corpus,& ſiccat ſcabiem, & bothor humidam & ſiccam, quando linitur ea cum aliquo unguento. Sed ſicca ex ea, facit deſcendere catarrum ex capite, quando fumigatur cum ea, & multi ſunt qui ponunt eam in confectionibus, uolo dicere, liquidam ex ea.

DE INDICO. XLVII.

Dlli,id eſt indicus,& ueſme & chate & adlen. Dioſcorides.) Eſt de ipſo domeſticus & ſilueſtris. Et domeſticus eſt ille,quo tinctores utuntur, cuius folium eſt ſimile folio plantaginis, niſi quia eſt magis uiſcoſum, & fortioris nigredinis,& habet ſtipitem,longitudinem brachij unius habentem. Sed agreſtis aſſimilatur domeſtico,niſi quia folium eius eſt maius,ſimile folio lactucæ, habet ramos longos, plures,graciles,cum multis ramulis,color quorum tendit ad rubedinem, & in ſummitatibus ramorum ſunt uaginulæ multæ ſimiles linguis, & eſt in eis ſemen, & habet florem paucum, ſubtilem. Galenus.) Domeſticus eſt ille, quo utuntur tinctores, ſapor eius eſt amarus,ſtipticus. Et uirtus eius prima deſiccat fortiter,ſine acumine. Et ſecunda incarnat & reſoluit. Et tertia conglutinat ulcera quæ ſunt in corporibus duris,etiam ſi fuerint in capitibus muſculorũ, & abſcindit fluxum ſanguinis,& diſſoluit & minuit apoſtemata mollia, diminutione multa, & conuenit ulceribus putridis,conuenientia multa & corroſiuis, & ſi apparet aliquando duricies in ægritudine,miſceatur cum folijs eius, quãdo teruntur panis & farina hordei, aut ſauich,aut farina frumenti. Dioſcorides.) Quando fit cum folijs eius emplaſtrũ, apoſtematibus confert & ulceribus, nam in principio ipſorum conglutinat ea ſua caliditate, & abſcindit fluxum ſanguinis, & curat formicam & eriſipilam. Galenus.) Agreſtis in ſapore eius eſt acuitas manifeſta. Et uirtus eius prima deſiccat pluſquàm do-

B meſticus. Et ſecunda diſſoluit & conglutinat pluſquàm domeſticus. Et uirtus eius tertia eſt ualde fortis in curatione putredinis humidæ, quæ fit in ulceribus, & in iuuamento ſplenis, propter fortitudinem ſuæ uirtutis. Dioſcorides.) Confert ſpleneticis quando bibitur,& fit emplaſtrum cum eo,& iuuat plus quàm primus.

Habohanifa Halahadme,& Aloeſine.) Et eſt arbuſtum puluerulentum, elenatur cum ſtipite ſuo longitudine unius brachij, & habet germina ramorum, & in ſummitate ſua eſt flos ſicut flos coriandri,& ſiccatur,& teritur, & ponitur cum alcanna, & dicunt quidam, quod adhlen eſt arbor, nil & chatis & ueſme ſunt idem. Iſaac ebenamram.) Veſme eſt alchat,& eſt planta, habens folium longum, coloris quaſi açutrini,plus quàm folium ſalicis,& aſſimilatur folio faſeoli,ſed eſt maius eo,afferatur ab Hegen & ab Aliemen,& declinat ad caliditatem,& eſt in eo ſtipticitas, denigrat capillos & pilos barbæ. Raſis.) Veſme eſt calidum & ſiccum & ſtipticum,& tingit capillos.

DE CARIE VEL PVLVERE ligni corroſi. XLVIII.

NVcharer ueaſab.) Id eſt,caries ligni corroſi. Dioſcorides.) Corroſio ligni ueteris,eſt ſicut farina,quæ quando fit cum ea emplaſtrum, mundificat ulcera,& quando miſcetur cum tandundem aniſi, & cõficitur cum uino, & ponitur in pecia, & comburitur,& teritur,& puluerizatur ſuper ulcera, quæ dicuntur formicæ,prohibet dilatationem eorum in corpore. Galenus.) Caries ligni, & proprie ligni habentis ſtipticitatem, & uirtutem abſtergendi, ſicut ſunt quædam ſpecies lignorum habentium ſpinas,mundificat ulcera humida,& abſtergit ea,ſi Deo placet.

DE MVSTO MALORVM granatorum. XLIX.

NAramuſch.) Dicitur muſtum malorum granatorum. Iſaac eben amram.) Eſt malo granatum paruum, apertum ſicut roſa, & eſt in colore ſuo inter albedinẽ & rubedinem,& citrinitatem,& in medio ſui habet florem, cuius color eſt ſicut cõlor eiuſdem, ſapor eius eſt ſtipticus, & eſt odoriferus, ſiue ſuauis odoris, defertur à

C Corascen,& est calidũ in primo gradu siccũ,in secundo.Et proprietas eius est attenuare & subtiliare, & loco eius ponitur pondus eius de cimino carmeno, & tertia pon deris eius de costo. Aben mesuai.) Habet uirtutem sicut nardus. Bebigoras.) Proprietas eius est subtiliare. Mesarugię.) Est calidum & siccum in secundo gradu & subtiliat. Rasis.) Flos huius arboris dicitur narfesire, & est calidus, & confert stomacho,& epati frigidis.

DE ZVCHARO. L.

ZVchar,id est zucharum. Galenus.) Virtus eius prima desiccat. Et secunda est uirtus quæ abstergit & resoluit. Et dixit in.u. de ingenio sanitatis,quod zucharum ingreditur in Medicinis, quæ abstergunt & aperiunt opilationes, & mundificant uias,& est longinquum à nocumento stomachi,& ab eo quod faciat sitim sicut mel. Dioscorides.) Est species ex speciebus mellis,& inuenitur coagulatum super cannas in India & Arabia.Et substantia eius assimilatur substantiæ salis, & frangitur sub dentibus sicut sal,& quando resoluitur in aquam, & bibitur,mollit uentrem,& est bonum stomacho,confert dolori uesicæ & renum, & abstergit obscuritatem uisus. Aben mesuai.) Est calidum in principio secundi gradus,humidum in medio primi,lenit uentrem,confert stomacho,eo quod abstergit illud quod est in eo de renociua,scilicet ex cholera,quia expellit eam cũ sua abstersione. Et tabarzet non mollificat ita sicut salaimeni, & zucharũ quod affertur ab Hegen, simulatur fustis salis. Et zucharum haosceri andacani confert stomacho,propter suam stipticitatem ponticitatem,& est bonum dolori uesicæ & renum, & abstergit uisum,quando fit colirium cum eo,& exiccat,& resoluit pannum oculi, & quãdo bibitur,non facit sitim, propter paucam abstersionem, & propter hoc confert hidropisi, quando bibitur cum lacte mandragoræ, id est lafaha. Aben mesuai.) Nouum est calidum & humidum,& uetus calidum & siccum,& confert uentositatibus quæ sunt in uentre,& lenit uentrem,& quando bibitur cum oleo amigdalarum dulcium, confert colicæ,
D & uetus ex eo confert phlegmati,quod est in stomacho,nisi quia facit sitim, & generat sanguinem spissum. Et illud quod affertur ab Aliemen, quod est simile mastici,& dicitur zucharum haoscer, est bonum stomacho & epati, propter paucã amaritudinem quæ est in eo. Et de proprietate zuchari est quod confert dolori uesicæ & renum,& mundificat ea. Isaac bensulaimen.) Zucharum ex regionibus Heigen, quod est nominatum zucharum haoscer, est minus speciebus alijs in dulcedine, & plus in siccitate,quare non aufert sitim sicut aliæ species zuchari, & habet operationes laudatas in doloribus renum, & quando bibitur cum lacte mandragoræ, confert hidropisi, & lac quidem haoscer, quando bibitur cum lacte mandragoræ, facit hanc eandem operationem, & est fortioris operationis, & magis apparentis, nisi quia est magis periculosum habentibus complexionem calidam. Aabrianifa.) Hahoscer habet lata folia, & nascitur uno tempore anni, & habet zucharum quod egreditur ab oculis ramorum suorum, & à locis foliorũ eius, & colligunt de eo homines rem conuenientem, & in zucharo eius est amaritudo, & egrediuntur ab eo mala, sicut testiculi camelorum, & egreditur ab illis pomis res quædam adurens, ita quod non potest fieri cauterium cum re meliori ea,& implentur ex ea calcitræ & puluinaria, & nominatur arbor eius chercha, quando inciduntur folia hahoscer, emittũt lac quod colligitur in Maio mense,& ponuntur in eo coria,& non remanet in eis pilus,& unum uas impletur ex duabus expressionibus, & lignum quidem hahoscer est leue,grossum,rectum,pulchrũ,& ideo assimilauerunt cantilenarij in cantilenis suis brachia &crura dominarũ ligno eius. Alius hahoscer est species citrimalli.

DE PENIDIIS. LI.

ABen mesuai.) In capitulo de penidijs. Penidij sunt calidi & humidi in primo gradu,maxime albi,ex eis molliunt uentrem,sunt boni tussi, nisi quia ipsi sunt grossiores zucharo.

DE SPICA. LII.

SVmbel,id est spica. Dioscorides.) Sunt ei duæ species,nam est quędam bona, & est

A & est Indica,& est alia Romana,& est Celtica, & est montana. Sed spica nascitur in mõte Haneaç in India, & melior ex ea est recens,lenis,pinguis,rubea,boni odoris, & est in ea parum odoris ciperi,cuius spica est parua, & quãdo masticatur, remanet odor in ore eius diu,& nascitur in monte Syriæ spica, quæ nominatur syria, & sunt in ea omnia ea quæ dicta sunt in Indica,& nascitur prope ignem,qui est sub monte, spica, quæ est debilior quàm Indica,propter humiditatem locorum, in quibus nascitur,& est longior ea,& maioris spicæ.Et ortus spicarum est ex una radice,& comę spicæ sunt in ea plures,sibijnuicem adhęrentes,pinguis odoris,& fortassis uenditur à quibusdam spica,postquam madefacta est in aqua.Et signum in hoc est albedo & extenuatio eius,& quia non est in ea terra,& adulteratur, & puluerizatur super eam antimoniũ cum aqua & zucharo,causa augendi sibi pondus, & oportet quod ipsa mundetur ad necessitatem,si est in radice aliquid luti, & excutiatur & corrigatur tota eius,quia ipsa est bona ad abluendas manus. Galenus.) Substantia spicæ indicæ,est composita ex tribus substantijs,una earum est stiptica, & secunda calida,acuta,nõ tamen nimis,& tertia declinat parum ad amaritudinem. Et uirtus eius prima calefacit in primo gradu,& desiccat in secundo,quasi in fine eius.Et secunda abstergit & fortificat.Et tertia confert epati,& ori stomachi,quando bibitur,& apponitur extra,& prouocat urinam,& curat mordicationem, quæ est in ore stomachi,& desiccat humores,qui adueniunt ei in intestinis, & humores qui congregantur in capite & in pectore. Et fortior specierum spicæ in hoc est Indica, & est fortioris nigredinis quàm seni. Dioscorides.) Virtus nardi est calida & sicca, prouocat urinam, & propter hoc quando bibitur,stringit uentrem,& quando fit cum ea nasale, stringit
B menstrua,& desiccat humiditates quæ currunt ad collum matricis,& quando bibitur cum aqua frigida,sedat sincopim, & confert cardiacæ, & inflammationibus,& epati ægro,& ictericiæ,& ægritudinibus renum, & quando coquitur in aqua,& sedet in ea mulier,confert apostematibus calidis,quæ fiunt in matrice,& confert casui pilorum palpebrarum,propter eius stipticitatem,quæ facit eos renasci, & puluerizatur super corpora illorum, qui sudant nimis, & ingreditur in confectionibus Medicinarum,& conuenit Medicinis oculi, & teritur, & conficitur cum uino, & ponitur in uase nouo,sine uitreatura, & ponitur in Medicinis oculi. Sed spica Romana & spica Celtica,& nascitur similiter in Syria,& est planta parua,habens folia longa,cuius color uergit ad rubedinem,& flos eius est citrinus, & melior ex ea est recens,boni odoris,multarum radicum,non facile frangibilis, & quod de ipsa administratur est radix eius & stipites solum,quia in eis est bonitas odoris eius, & iuuamẽti ipsius, & ipsa euellitur cum radicibus suis, & fiunt ex ea fasciculi plenæ manus, & quando uis ea uti,oportet quod rores fasciculos ipsos,postq̃ expansi fuerint super chartã papyri,& purgari à luto,& dimissi per noctem. Secunda uero die purga eam, eligens bonam à non bona, & à quadã herba quæ sibi assimilatur, & cum ipsa similis euellitur,& cum uolueris reponere,repone spinam eius & radicem,& proijce folia eius, & postea tere radicẽ & spinas,& cum uino fac trociscos, & serua in uase terreo optime clauso,& ipsa quidem adulteratur cum quadã herba,quæ cum ea euellitur,quæ sibi assimilatur in odore etiam,sed decernitur facile,quod ipsa habet stipitem,& est albior, & folia eius sunt breuiora quàm folia spicæ Romanæ, & radix eius non est amara,nec boni odoris,sicut radix illius. Galenus.) Sapor eius est minus stipticus quàm Indicę.Et uirtus eius prima est calidior,ea & secunda. Et tertia quod est debilioris uirtutis quàm illa in omnibus,nisi in prouocatione urinæ. Dioscorides.) Virtus eius est sicut uirtus nardi syrię,nisi quia prouocat plus urinam, & confert magis stomacho,& quando bibitur cum decoctione absinthij, confert apostematibus calidis,epatis & ictericiæ,& inflãmationibus stomachi,& quãdo bibitur cum uino, confert apostematibus splenis, & dolori uesicæ, & renum, & inflãmationi stomachi,& morsibus uenenosorum, & ingreditur in confectionibus unguentorum caliдorum. Sed montana nascitur multũ in terris *Ciliciæ,& folia eius sunt sicut fo- *Aliás
lia karsahane, & ramuli eius sunt sicut ramuli ipsius, nisi quia sunt minores, & ipsa- Siciliæ.

C non est ita grossa, nec ita spinosa, & habet duas radices, aut plures, nigras etiam, boni odoris, similes affodillo, nisi quia sunt minores & subtiliores multum, & non habet stipitem, nec fructum, neq; florem. Galenus.) Est debilior omnibus speciebus spicæ. Dioscorides.) Radix eius cõfert in omnibus, in quibus cõfert spica Celtica. Aben mesuai.) Proprietas spicæ retinet menstrua superflua, quãdo sumitur in potu.

DE FOLIO INDO, SCILICET malabatrum. LIII.

SEdig, id est malabatrum. Dioscorides.) Est herba quæ nascitur in India, & habet folia quæ expanduntur super faciẽ aquæ in illis partibus, sicut lenticula aquę, & non habet radicem, & quando colligitur, inseritur in filo lineo statim, & exiccatur, & reponitur, & melius ex malabatro est recens, cuius color uergit ad albedinem aut nigredinem, & quãdo est integrum, non confringitur facile, boni odoris, & est in eo de odore spicæ. Illud uero quod est inflexibile, fragile, est malum, & dicitur q quando aqua desiccatur in æstate, ob caloré solis, accendunt in colle ignem, & comburunt terram cum herbis omnibus siccis, quia si hoc non fieret, non nasceretur folium. Galenus.) Virtus eius est similis uirtuti spicæ. Dioscorides.) Virtus eius est sicut uirtus nardi, uerum est fortioris operationis eo. Et malabatrũ etiam est fortius in prouocando urinam quã nardus, & melius stomacho, & confert apostematibus oculorum calidis, quando bulierit cum uino, & linitur super oculum, & ponitur sub lingua, ad faciendum bonum oris odorem, & ponitur in pannis, ut conseruet eos à corrosione, & melioret odores eorum.

DE GALLIA. LIIII.

SVch, id est gallia. Aben mesuai.) Such est stipticum & siccum, & stringit uomitum qui accidit propter humiditates, & stringit uentrem, & fortificat uiscera. Rasis.) Est calida & sicca, quæ stomacho bona existens, abscindit fœtorem sudoris, D atq; philotri. Isaac eben amram.) Est calidũ & siccum in secũdo gradu, & est compositum ex uirtutibus contrarijs, scilicet stipticitate & caliditate, quã acquirit à musco, & à speciebus, & propter hanc causſam confert uomitui & nauseæ, quæ accidũt propter humiditates, & retinet uentrem, & confortat stomachũ & epar, & sunt eius species 4. scilicet such muscatum, & such uentrium, & such corij, & such aquæ. Et operatio such muschi, est quod accipias de meliori ramich, & tere, & cribra cum cribro pili mediocri, in raritate & spissitudine, & confice malaxando bene, & misce cũ eo parum olei de keiri, uel sambacini, & oleum de keiri est melius, & dimitte sic nocte una in uase suo, ubi confecisti in mane, accipe de musco meliori, & tere, & cribra, & accipe quantum uis ex eo, & misce cum ramich trito, & postea malaxa manibus bene, sicut malaxatur pasta, & informa trociscos ex eo, in forma lupini, aut .s. i. aut maiores si uis, & unge manum tuam si uis, semper cum aliquo oleo, ne adhęreat manibus, & dimitte super cribrum de pilo, duobus uel tribus diebus, donec stringantur, post hoc perfora eos cum perforatorio ferreo, & infige in eis filum ex canabe, quod non sit nimis subtile, nec nimis grossum, & pone inter unumquemq; trociscũ fructum ligni, ne se contangant, & suspende eos, donec superueniat eis æstas. Et omne such quando magis morabitur, & ueterascet, erit magis odoriferũ, & erit fortioris uirtutis & operationis, & hæc est melior specierum such, & cum aqua oportet uti, & propter hoc omisi narrare modos alios. Et gallia coriorum, est quæ fit cum corijs marsupiorum, in quibus fit muscus. Et gallia ex aqua est, quando ponuntur marsupia in aqua, cum qua præparatur uel conficitur ramich. Et such uentriũ est, quando inciduntur minutissime uentres marsupiorum, & ponuntur cum ramich.

DE CYPRESSO ET NVCIBVS, uel gallis eius. LV.

SAro est galla cypressi. Galenus.) Quod ex cypresso administratur, sunt folia, & summitates, & nuces eius, & in sapore eius est acuitas, & punctio pauca, & amaritudo satis, & pontica est fortior omnibus in amaritudine, sed de amaritudine, & acuitate inest ei quantitas tanta, quæ facit eam penetrare ad profundum corporis, sine

A sine calefactione & mordicatione. Et uirtus eius prima desiccat, in qua non est acuitas & mordicatio apparenter, & quantitas suæ caliditatis est quantitas sufficiens ad penetrandum. Et secunda incarnat & dissoluit. Et tertia incarnat ulcera magna quæ sunt in corporibus duris, & aufert quod est in corporibus ex putredine, & expellit eam manifeste, & securat à nocumento in fine suæ operationis, & hoc quod cũ aliæ Medicinæ quæ calefaciunt & desiccant, quãuis possunt destruere humiditates quæ sunt in corpore, ipsæ attrahunt cum hoc ad locum cum attractione & caliditate sua humiditates alias, incarnatio uero eius est proprie, quando est humida, recens, & confert crepaturæ, quia desiccat, & ex hoc acquiritur in membris cõstrictio, propter desiccationem humiditatum quæ sunt in eis, & cum hoc stipticitas sua peruenit usq; ad profundum membrorum, quia habet caliditatem in se, propter quam portatur illa stipticitas. Et cypressus ponitur in Medicinis formicæ & erisipillę, quia miscetur cum hordeo & aceto, mixto cum aqua. Et in gummi quidem cypressi est acuitas & punctio, & administratur in opere Medicinæ, sicut aliæ gummæ. Dioscorides.) Cypressus est stiptica, & infrigidat, & quando bibuntur folia eius trita cum rob, & cũ pauco mirrhæ, conferũt uesicæ, ad quã currunt superfluitates, & conferunt dissuriæ urinę. Et nux cypressi si teritur recens, & poratur cum uino, confert sputo sanguinis, & ulceribus intestinorũ, & cutsui superfluitatum ad uentrem, & asmati & tussi. Et decoctio foliorum cipressi, similiter operatur & nux eius, & conficitur cum ficubus, mollit durities, & curat polypum, & est caro quæ nascitur intra nasum, & quando coquitur cum aceto, & teritur & miscetur cum lupinis, aufert albores unguium, & quando fit cum ea emplastrum, est bonum hernios & crepatis, & folia eius operantur sicut nux eius. Et æstimauerũt aliqui, quod nux cypressi expellit cimices, quando fit cum ea fumigatio, aut cum summitatibus, aut cum folijs. Et nux cypressi, quando teritur, & fit emplastrum cum ea, conglutinat uulnera, & abscindit fluxum sanB guinis, & quando teritur & miscetur cum aceto, denigrat capillos, & fit emplastrum ex ea sola, aut cum sauich ad erisipillã & formicã, & ad apostemata calida oculorũ, & quando miscetur cum mum, & oleo dulci, & ponitur super stomachũ, fortificat ipsum. Salamuae, & Aben mesuai.) Suffumigatio nucum cypressi expellit cimices.

DE FILICE NIGRA. LVI.

SArax, id est filix. Dioscorides.) Est herba quæ nascitur in montibus & locis petrosis, & non habet stipitem, nec florem, nec fructum, & habet folia quæ expanduntur sicut alæ, & habet odorem non bonum, radix eius est nigra, de foris longa, à qua multę oriuntur radiculæ, & in sapore eius est stipticitas, & maius iuuamentum quod est in ea, est in radice eius. Galenus.) Sapor eius est amarus, parum habens stipticitatis. Et uirtus eius prima exiccat exiccatiõe forti, sine mordicatione. Et secunda eius uirtus lauat & confortat uirtutem. Et tertia uirtus interficit lumbricos & uermes cucurbitinos, quando potantur de ea aut. iiij. cum aqua mellis, & propter eandem uirtutem interficit fœtum, & expellit mortuum, & desiccat ulcera, quando ponitur super ea exiccatione forti sine mordicatione. Dioscorides.) Quando bibitur ex radice eius pondus aur. iiij. cum mellicrato, occidit ascarides, & quando datur de ipsa in potu pondus duorum anolosat cum scamonea, aut helleboro nigro, est melius, & oportet qui uult eam potare quod comedat ante acceptionem eius alia.

Alia species est alba sarax. Dioscorides.) Est herba quæ habet folia similia supradictæ, nisi quia habet plures ramos, & folia eius sunt altiora & remotiora à stipite, & habet radices longas, & color earum est rubeus, cum pauca nigredine, & quædam ex eis habent colorem rubicundum, sicut color sanguinis, & radix eius quando miscetur cum melle, & fit inde loch, expellit lumbricos longos, & quando datur in potu mulieri, prohibet impregnationem, & quando datur pregnanti, facit abortum, & quando desiccatur, & teritur, & cribratur, & ponitur de puluere eius in fistulis humidis, quarum sanatio est difficilis, sanat eas, & folia eius tenera, recentia, elixata & comesta, laxant uentrem. Galenus.) Virtus eius est sicut uirtus sarax supradictæ, nec plus nec minus.

C

DE VERNICE LVII.

SAndarax,id est uernix gummi. Albugerig.) Est calida & sicca,& confert catarro,quando fit fumigatio cum ea, & deficcat ulcera. Bedigoras.) De proprietate eius est conferre catarro, & abscindit sanguinem menstruum. Mesarugie.) Deficcat fistulas. Aben mesuai.) Est calida & sicca in primo gradu, euellit superfluitates phlegmaticas,quæ sunt in stomacho, & in intestinis,& occidit lumbricos, & ascarides,& confert fluxibilitati neruorum, quæ accidit ex frigiditate & humiditate eorum,& repletione. Abix.) Sandaracha est calida,pauca caliditate,& quando fit fumigatio cum ea,confert catarro capitis, & quando puluerizatur super ulcera,deficcat ea. Atabari.) Sandaracha est similis karabe in uirtute sua, & confert fumigatio eius corizæ, & deficcat fistulas. Rasis.) Confert sputo sanguinis, & hemorrhoidibus. Isaac eben amram.) Est gummi citrini coloris,simile karabe,sed non est ita durum sicut karabe, & est in eo parum amaritudinis, & affertur à tertis Christianorũ. Et uirtus eius est similis uirtuti karabe, & de proprietate eius est quod retinet sanguinem, & confert catarro, & quando fit cum ea fumigatio, confert fistulis,& quando accipitur ex sandaracha & oleo rosarum,& linitur cum eis,confert scissuris quæ fiunt in membris, & in manibus & pedibus, & si non reperitur, pone loco eius pondus tertiæ partis plus pondere ipsius de karabe. Quod quidem dixit Galenus,esse gummi haut Romanæ.

DE SENE. LVIII.

SEne. Habohanisa.) Sene, quando deficcatur reponitur & ipsum, habet uaginas oblongas & obtortas,in quibus sunt semina ordinate distincta, & illæ uaginæ habent pediculum subtile, quo adhærent ramulis, & quando agitantur uaginæ à uento cadunt, & pastores colligunt eas. Isaac eben amram.) Dixit Paulus quod sene cõfert ad algue∫egues ex melancholia,& ad sciss uras quæ fiunt in corpore,& ad conquassationes neruorum, & ad casum capillorum, & confert pediculis, & doloti capitis antiquo,& scabiei,& bothor,& pruritui,& epilepsiæ. Abix.) Sene est calidum & siccum, paucæ caliditatis & siccitatis, & siccitas eius est prope caliditatem ipsius, & habet uirtutem magnam, quando peruenit ad stomachum purgandi melancholiã & choleram, & confortat substantiam cordis, quando miscentur cum eo Medicinæ, quas dixit iuuare, sicut est uiola, & potio decoctionis eius, plus confert quàm ipsum tritum, & dosis eius triti sicci est ʒ. i. & in decoctione ʒ. v.

D

Rasis.) Sene & fumus terræ purgant humores adustos, & confert scabiei & pruritui,& dosis eius,cuiuscunq; amborum est à ʒ. iiij. usq; ad. vij.

DE FISTICIS. LIX.

PVstech,id est fistici. Galenus.) Substantia eius est subtilis, & sapor eius est ferè ad amaritudinẽ declinans. Et uirtus eius prima est calida. Et secunda uirtus eius mundificat. Et tertia aperit opilationes,& mundificat epar proprie,& confert ægritudinibus paris & pulmonis,& dicitur quod mollit uentrem,& non stringit.

Dioscorides.) Quod de ipso est in Oriente,assimilatur pineis, & confert stomacho,& comeditur & bibitur tritum cum uino,& confert morsibus uenenosorum.

Aben mesuai.) Oleum eius confert morsui uenenoso, & dolori epatis, qui accidit cum humiditate, & quando teritur & bibitur cum decoctione, confert morsibus uenenosorum. Archigenes.) Est calidus & siccus,amplioris caliditatis quàm nux & auellana.

DE RVBEA TINCTORVM. LX.

PAue, id est rubea tinctorum. Dioscorides.) Quædam ex ea nascitur absq; seminatione, & quædam seminatur, & habet ramos quadros, longos, grossos, similes ramis herbæ, quæ dicitur abarim, nisi quia sunt maiores illis, & duriores, & super ipsos sunt folia diuisa adinuicem, egredientia circumquaq; iuxta nodos eius

A eius in similitudinem stellarum,& habet fructum rotundum, cuius color in principio suæ apparitionis est uiridis, postea uero fit rubeus, & quando maturauerit,fit niger,& quod de ipsa administratur,sunt uenæ ipsius,& ipsę sunt subtiles,lõgę,rubeę.

Galenus.) Sapor eius est ponticus. Et uirtus eius prima est calida, & secunda abstergit, & tertia uirtus mundificat epar & splenem, & aperit opilationes eorum,& prouocat urinam grossam prouocatione forti,& menstrua, & abstergit absterſione temperata omnia quæ indigent absterſione, & ideo confert morpheę albę,quando ponitur super eam,& ipsa datur in potu cum mellicrato sciaticæ,& habentibus fluxibilitatem membrorum. Dioscorides. Radix huius herbæ dicitur rubea, sicut diximus,& est longa subtilis rubea, & habet uirtutem prouocandi urinam, quando bibitur cum mellicrato,& confert ictericiæ,& sciaticæ, & paralisi, & facit mingi urinam multam grossam,& fortassis facit mingi sanguinem, & oportet adhiberi cautelam bibentibus ipsam in die potationis,& quando bibuntur aliquæ ex summitatibus eius cum folijs,conferunt morsibus uenenosorum, & quando fructus eius bibitur cum squingibin,resoluit apostemata splenis: & quando radix eius subijcitur, prouocat menstrua,& deijcit fœtum, & quando mixta cum aceto linitur super maculas albas,curat eas.

B

DE POEONIA. LXI.

FOeonia,id est, pœonia. Dioscorides.) Est radix arboris,& sunt eius duæ species, scilicet,masculus & fœmina. Masculi folia sunt similia folijs nucis, & radix eius est grossus sicut digitus,& longa circa palmum,& color eius est albus. Fœminæ uero folia sunt sicut folia smirnion, & super summitates eorum ramorum sunt cameru læ, sicut camerulæ amygdalarum, & quando aperiuntur illæ camerulæ, apparent in eis grana rubea sicut sanguis, parua, similia granis granati, & intra illa grana sunt semina nigra seu purpurea, & radix ipsius est ramosa, & rami eius sunt similes glandibus vij. aut viij. similes radicibus affodillorum. Galenus.) Substantia eius est subtilis,& sapor eius est stipticus pauca stipticitate cum dulcedine, & quando diu masticatur,apparet in ea acuitas,& mordicatio,& amaritudo pauca. Et uirtus eius prima calefacit caliditate pauca, & deficcat deficcatione forti. Et secunda eius uirtus abstergit,& fortificat. Et tertia prouocat urinam,& mundificat epar,& renes,quando sunt in eis opilationes,& dosis eius ad hoc est sicut quantitas amygdalæ cum mellicrato, quando teritur & cribratur subtiliter. Et quando suspenditur super pueros epilenticos,curat eos,& quando coquitur in uino aliquo pontico, stringit uentrem. Dioscorides.) Quando bibitur de radice eius quantitas unius amygdalæ à mulieribus,quæ non bene purgantur in partu,mundificat eas per menstrua, et quando bibitur cum uino,confert dolori uentris,et ictericiæ,et dolori uesicæ,et renum,et quando coquitur cum uino,et bibitur,stringit uentrem. Et quando bibuntur ex granis eius rubeis.x.grana,uel xij.cum uino stiptico,confert fluxui menstruorum, & quando comeditur similiter, confert dolori stomachi, & punctionibus eius. Et datur ad comedendum, & in potu pueris, confert multum in inceptione generationis lapidis, qui generatur in eis. Et quando bibuntur ex granis eius nigris quindecim grana cum mellicrato, aut cum uino, confert suffocationi matricis, & dolori qui accidit in ea, & confert incubo.

Abraham filius Salomonis Israelitæ.) Quando ex arbore pœoniæ fit fumigatio, curat epilenticos: & quando suspenditur super epilenticum, prohibet eum ab epilepsia, sed & fructus eius cum geleniabin uel secaniabin iuuat iuuamento magno.

DE VALERIANA. LXII.

FV,& in Latino dicitur fistra. Dioscorides.) Est spica siluestris, & est frutex habens folia similia folijs herbę quę dicitur elleborus, & herbę quę dicitur hippoſelinũ,& habet stipitem longitudine unius brachij, aut amplius, cuius color declinat

C ad purpureitatem, & est interius concauus, & nodosus, et habet florem similem nar
cisso, nisi quia est maior eo, sed in albedine est sicut ille, & est in eo parú purpurei co
loris, & id quod est superius, est grossius, q̃ quod est inferius, sicut spica frumenti, &
egrediuntur ab inferioribus eius comę inuolutę, sicut squinantú, & elleborus niger,
& sunt inuicem adherentes, quarum color uergit ad rubedinẽ, & habet odorem bo
num, & est in ea aliquantulú de odore spicę nardi, cum pauca pinguedine, & quod
de ipsa administratur, est radix eius, & adulteratur cú radice mirti agrestis, qñ misce
tur cũ ea, sed cognitio inter eas est facilis, nam ipsa est dura, difficile fragilis, & haber
bonú odorẽ. Galenus.) In radice ipsius plantę est aromaticitas. Et uirtus eius pri
ma assimilatur uirtuti spicę. Et secunda prouocat urinam plus q̃ spica Inda, & de Se
ni, & est in hoc sicut marittagusa. Dioscorides.) Virtus radicis eius est calida, pro
uocat urinam quando bibitur sicca, & decoctio eius idem facit, & confert dolori la
teris, & prouocat menstrua, & ingreditur in confectionibus magnis.

DE PINO. LXIII.

SOnobar, id est, pinus. Dioscorides.) Arbor pini est masculus & fœmina, et ma
sculus nominatur arç. Abohanifa.) Arç est masculus, & sonobar non facit fru
ctum, sed de sudore ipsius extrahitur pix, & cum ligno suo fit lumen sicut cum cæra,
quando accenditur, & nominatur lignum illud cum quo fit lumen, adhadhi, & est
nomen Romanum. Et fœmina est illa quæ facit fructú, & est de ea magna & parua.
Galenus.) Maior est in sapore sicut sapor minoris, & est in ea aliquantulú amari
tudinis & acuitatis. Et uirtus eius prima est calida cũ humiditate. Et secunda conglu
tinat & lenit. Et tertia confert habenti saniem in pectore, & conuenit omnibus qui
bus oportet educi saniem à pectore, & facere expuere facile, et quando infunditur in
aqua, recedit acuitas & punctio, quæ sunt in eo, & elongatur à mordicatione, & rúc
est conglutinatiuus, & medius inter qualitatem calidam & frigidam, medius inter
substantiam aquosam & terream, & substantia aerea est in eo pauca, sed ille qui co
D meditur ex isto fructu, est quantum ad nutrimentum duræ digestionis, & nutrit cor
pus nutrimento forti. Dioscorides.) Quando comeditur aut bibitur cum semine
cucumeris, & cum rob, prouocat urinam, & confert ardori renum et uesicę: & qñ bi
bitur cũ succo portulacę, sedat mordicationẽ stomachi, & reddit debilibus fortitudi
nem, et confert destructioni humiditatis. Et qñ accipitur ex fructu pini sicut est recẽs,
& teritur, & coquitur cũ rob, & accipiuntur de ipsius decoctione, ʒ. iiij. cum dimidia
qualibet die, confert tussi antiquę, et hulceribus pulmonis. Galenus.) Minor ex eo
nominatur caulicaris, & sapor eius est stipticus, acutus, amarus. Et uirtus eius prima
est calida. Et secunda eius uirtus abstergit, quia est in eo absterſio. Et tertia cõfert spu
to sanguinis à pectore & pulmone. Dioscorides.) Caulicaris est fructus in arbusto,
et arç est in camerulis. Et uirtus eius est stiptica, calida caliditate pauca, et cõfert tussi,
& doloribus pectoris, quando sumitur solus, aut cũ melle. Aben mesuai.) Magnę
ex pineis sunt calidæ in secundo gradu, siccę in primo, quæ qñ bibuntur cũ rob mun
dificant grossos humores uiscosos, qui sunt in renibus & uesica, & conferunt saniei
eorum, & lapidi, & comedunt eas, calefactas cum zucharo, infrigidatas cum melle
postq̃ infusę sunt in aqua calida. Et minoris quidẽ proprietas est, q̃ mundificat hu
miditatem renú & uesicæ. Galenus.) Cortex pini minoris quæ est nominata cau
licaris, habet in se uirtutẽ stipticam, qua curat tenasmon, qñ apponitur sicut empla
strum, & non est Medicamen aliquod melius eo in hoc, & quando bibitur, stringit
uentrem, & est conferens combustioni aquæ bulientis, & similiter cortex illius spe
ciei quæ dicitur cachia, & est masculus, & est similis ei in uirtute, nisi quia uirtus est
debilior uirtute illius. Sed folium istarú ambarum arború, quia est magis humidú
cortice ipsarum, & habet in se uirtutem quæ incarnat percussiones & uerberationes.
Sed pini magnæ uirtutis foliorum & corticum est fortis, quamuis sit similis uir
tuti duarum aliarum, & corticum ipsarum, est tamen fortioris uirtutis quã illę, adeo
quod ipsæ non possunt facere operationem unius illorum iuuamentorum, operatio
ne manifesta, ueruntamen in ipsa est mordicatio nociua.

Sed fumus

A Sed fumus qui eleuatur à ligno pini, confert multum fluxui pilorum palpebrarũ,
& corrosioni lachrymalis, & cursui lachrymarum ab eo. Dioscorides.) Cortex ar
boris pini minoris, & cortex cochi, & est arç, omnes sunt stiptici, conferunt habenti
bus tenasmonem, quando teruntur, & puluerizantur super locũ, & quando de ipsis
miscetur cũ lithargyrio, & puluere olibani, confert hulceribus quæ apparent in cor
pore, & combustionibus ignis, & quando conficitur cum cæra dissoluta cum oleo
mirtino, consolidat hulcera quæ sunt in corporibus delicatis: & quando teritur, &
miscetur cum calcanto, prohibet hulcera quæ dicuntur formicę, ne augeantur in cor
pore, & fit cum eo fumigium matrici, & expellit fœtum, & secundinam, & quando
bibitur, stringit uentrem, & retinet urinam, & quando teritur folium huius arboris,
& fit emplastrum cum eo, sedat dolores apostematum, & prohibet hulcera humi
da, ne fluat sanguis ab eis: & quando teritur, & coquitur cum aceto, & fit inde oris
collutio, confert dolori dentium, & quando bibitur ex eo pondus alki cũ aqua, aut
cum aqua & melle, confert egritudinibus epatis, & similiter facit cortex pini & foliũ
eius, & qñ bibitur, & qñ inciditur lignum eius minute, & coquitur in aceto, & tene
tur in ore, confert dolori dentiũ, et miscetur in unguentis conferẽtibus lassitudini, &
comburitur, & colligitur fumus eius, & fit inde atramẽtum, & fit etiam cũ eo cohol,
quod prępărat oculum, & confert calsui palpebrarum, & lachrymali, si Deo placet.

DE CARDAMOMO. LXIIII.

SAcolla, id est, cardamomum. Cardamomũ maius est heil, & minus est hilbane,
& est masculus. Isaac eben amram.) Sunt eius duæ species, maius & minus. Et
maius habet cortices & capita sicut rosa, & sunt grana magna ferè sicut nabach, aut
maiora parum, & intra ipsa sunt granula parua angulosa, boni odoris, pinguia, pul
uerulenta, & ipsum est melioris odoris atq̃ delectabilioris naturæ, q̃ minus, & in sa
pore ipsius est stipticitas, & acuitas. Verũ qñ comparatur minori, est acuitas eius mi
nor, & stipticitas eius maior, & cortices eius & capita sunt stipticiora q̃ ipsum. Et uir
B tus eius prima est calida & sicca in primo gradu. Et secunda resoluit & fortificat. Et
tertia confortat stomachũ, & ualet digestioni, & cõfert syncopi, & uomitui, maxime
qñ bibitur cũ suo cortice, & suis capitibus, cum mastice, & ligno aloe, & succo mẽtę,
aut cũ uino granatorũ, & cum menta, aut sumatur cum succo duorũ granatorũ. Mi
nus ✠o noiatur heilbane, et nõ habet capita nec corticẽ, et habet grana habẽtia corti
cẽ, cuius color est sicut cardamomi maioris, & substãtia eius est subtilior, q̃ substãtia
maioris, et uirtus eius est sicut uirtus illius, nisi quia ppter eius subtilitatẽ confert plus
digestioni, et magis desiccatiuũ existit humiditatũ gutturis, et pectoris, et stomachi.

DE CHAKILE. LXV.

CHakile, id est, salobar. Abohanifa.) Est culam, & est sicut usnen, quia est maius.
& homines quidẽ comedunt illud cũ ficubus, sicut comedũt alia holera, et foli
um eius assimilatẽ folio nasturcij, & ipsum est amplioris humiditatis q̃ cicera, & ma
gis aquosum. Abix.) Chakile quod oritur in sterquilinijs, est herba similis herbæ
usnen, & non est usnen, & est in ea alsqua caliditas, propter suã salsedinem, est enim
in ea salsedo similis salsedini baurach, qñ teritur de ea aliquid, & ipsa habet proprie
tatem laxandi aquam citrinam, qñ bibitur aqua eius ab eo qui habet aquã citrinã, fa
cit enim ipsam egredi, & diminuit tumorem eius, & confert ei multũ, & nõ oportet
q̃ buliat super ignem, quoniã amitteret uirtutẽ suam, sed detur in potu de succo eius
sine ebulitione, & quãtitas quę datur de ipsa, est ab. i. libra usq̃ ad duas partes lib. cũ
ʒ. x. zuchari albi, aut rubei fortis rubedinis, quod est, quia rubeum cum lebleb, & cũ
fumo terrę, & cum chakile, est fortioris uirtutis q̃ album. Ysaac eben amram.) Est
herba similis cuschutę in operatione sua, & est calida, & sicca, cuius proprietas est, q̃
aufert eructuationes corruptas, & aqua eius purgat aquam citrinam, & cõfert tumo
ribus uentris, & debilitati epatis, & est conueniens nutrimentum, & habet operatio
nem in stomacho, propter uiscositatem paucã quę est in ea. Aben mesuai.) Propri
etas eius est laxare aquam citrinã subito, & dosis eius est à iiij. parte libræ usq̃ ad du
as partes eius absq̃ eo quod buliat. Rasis.) purgat aquam, & prouocat urinam.

DE BOM

C

DE BOMBACE. LXVI.

COton,id eſt,bombax. Abohaniſa.) Dixerunt mihi quidam Medici de kelbe, quod coton naſcitur inter eos in arboribus, quæ ſunt ſicut arbores Antiperſicorum,& durant annis xx.& dixit,ꝙ melius ex eo eſt nouum,et quod eſt plantatũ ſuo anno. Aben meſui.)Succus foliorum eius confert fluxui uentris,qui accidit infantibus. Meſeha.) Semen coti confert tuſſi,& eſt bonum pectori. Albaſari.)Bombax eſt calidum et humidum, aptum indumentis, & eſt multum calidum dum eſt recens,quia infiltratur,& oleum ſeminis eius confert lentiginibus faciei, & puſtulis calidis quæ ſunt in facie. Raſis.) ſemen bõbacis mollificat,& calefacit,& augmentum efficit in ſpermate,& confert tuſſi,et ſuccus foliorũ eius cõfert fluxui infantium.

DE MILIO SOLIS. LXVII.

* Aliâs molliora.

KUlb,id eſt,milium ſolis. Dioſcorides.) Aliſcos eſt herba, cuius folia aſſimilantur foliꝫ oliuę,niſi quia ſunt maiora eis,et *meliora,et altiora,et latiora,et quę ſunt ex eis inferiora,declinant uerſus terram,facientia uelut ſtratum ſuper terram,& habet uirgas eleuatas ſubtiles ſicut lingua ſquinãti duras,& in ſummitate uirgę eſt ſimile ramulo diuiſum in duas partes,in quo ſunt folia minuta,& iuxta quodlibet folium eſt ſemen albũ, durum ſicut lapis, fere rotundũ, in magnitudine hordei orobi parui,naſcitur in locis aſperis & altis. Galenus in translatione bataríæ liſacos.)Eſt ſemen quod aſſimilatur lapidi,et eſt kulb,id eſt,miliũ ſolis,et eſt ſemẽ herbę quę dicitur aſtonchos,quod ſi bibitur,frangit lapidẽ, & prouocat urinã. Dioſcorides.) Virtus ſeminis huius eſt,ꝙ qñ potatur cũ uino albo,frãgit lapidẽ, et prouocat urinã. Paulus.)Quãdo de ſemine eius bibũtur.ʒ.ij.trito cũ uino albo, cõfert lapidi renũ.

Aben meſuai,et Albaſari.) Akulb defertur ab India,et aſſimilaẽ ſemini lini,niſi qa eſt maius eo parũ,et aſcẽdit ſuper eũ puluis,et eſt mirabile in,puocatiõe urinę et menſtruorũ,et frãgit lapidẽ in renibus et ueſica. Cõfirmatio teſtimonij mei eſt Raſis,ꝙ dixit,ꝙ puocat urinã,et frangit lapidẽ Aben iuliel.)Naſciẽ inter nos in mõtibus Soler

D

DE KANABEL. LXVIII.

KAnabel. Albaſari.) Alkanabel aſſimilatur arenæ,& aſcendit ſuper ipſum glaucedo,& eſt in eo ſtipticitas fortis,& expellit aſcarides. Almanſor.)Alkanabel eſt calidũ,et expellit aſcarides. Liber aggregatus.) Canabel cadit ſuper terrã albã, et nõ ſeminaẽ,et colligitur cũ ſtercore bouino,et eſt una ex rebus quę cadũt de cœlo.

Alius.) Eſt minera rufa,in qua eſt glaucedo,et ſolidantur cũ eo ollæ quando frangũtur: & dicitur,quod reperitur ſuper terram in Coraſceni poſtq̃ pluit, & colligitur tunc. Quando bibitur tritum,expellit lumbricos, & aſcarides, & laxat uentrem.

DE DACTILIS. LXIX.

ROrab,id eſt,dactili. Aben meſuai.) Meliores ex eis ſunt rorab zucharini,& haharad,& hayron. Abohaniſa.)Hayron eſt ſpecies dactilorum,& color eorum eſt citrinus,& rubeus. Yhaye.) Hayron eſt melior ſpecierũ rorab,& poſt eos ſunt glauci,& non nigri. Raſis.)Rorab calefacit, & generat ſanguinem groſſum, & conuertitur cito ad choleram,& eſt malum illis,quorum complexio eſt calida,& epar calidum,& cui cito aduenit ſoda,& ſquinantia,& borhor, & culla, & opilatio in epate & ſplene,& deteriores ex eis ſunt magni,& qui ſunt dulciores, et non ſunt conuenientes aliquo modo illis, qui ſunt calidæ complexionis, illi autem qui non ſunt calidę complexionis,& nõ ſunt debilis naturę,ſi utũtur eis, impinguãtur ab eis.

DE ZIZANIA. LXX.

SCeilem,id eſt,zeuen,id eſt,lolium. Galenus.) Virtus eis prima calefacit in principio primi gradus,& deſiccat in fine ſecundi. Dioſcorides.) Quod de eo naſcitur in tritico,habet uirtutem quę euellit hulcera fraudulenta,quando admiſcetur cũ cortice raphani,& ſale,& fit inde emplaſtrũ, & quando miſcetur cum ſulphure,& aceto,curat impetiginem malam,& hulcerata,& quando admiſcetur cum ſtercore columbino,& uino,reſoluit apoſtemata,et aperit apoſtemata quæ nondum ſunt perfecte matura,& qñ coquitur cũ mellicrato,et fit inde emplaſtrũ, cõfert ſciaticę,& fit ſumigatio cũ eo,et cũ ſauich,et mirrha,et croco,et olibano, & cõuenit impregnationi.

A tioni. Aben meſuai.) Proprietas eius eſt, quod opilat epar, & aperit ſcrophulas, quando comeditur aut bibitur.

DE FVMO TERRAE. LXXI.

SCehiterig,id eſt,fumus terræ. Dioſcorides.) Eſt herba ſimilis paſtinacæ agreſtis,niſi quia eſt magis minuta ea,& amarior, & habet radicem, cuius color uergit ad albedinem. Galenus.) Sapor eius eſt amarus & ſtipticus. Et uirtus eius prima eſt calida & frigida cum ſiccitate in ſecundo gradu. Et ſecunda fortificat & mundificat. Et tertia confert ſtomacho,quia eſt in eo ſtipticitas pauca,& non eſt in eo de caliditate quãtitas manifeſta. Dioſcorides.)Eſt amari ſaporis,et comeditur radix eius cruda & cocta,& prꝑaratur cum aqua & ſale,& tunc fortificat ſtomachũ, & prouocat urinam. Aben meſuai.)Proprietas iuuamenti eius eſt ad ſtomachũ,& ad ſcabiem,& pruritũ,et laxandi choleram aduſtam,et mundificandi ſanguinem,et prouocandi urinam,et qui uult eam ſumere,eligat eũ qui eſt uiridior,et amarior,et recens, et doſis eius quando decoquitur,eſt à.ʒ.v.uſq; ad.x.et crudi à.ʒ.iij.uſq; ad vij. cũ totidem mirabolanorum citrinorum,& qui uult ſumere de ſucco eius, non decoquat eum.Et doſis ſucci eius eſt ab.ç.iiij. uſq; ad viij.cum.ʒ.iij. mirabolanorum citrinorũ uſq; ad vij.ʒ. Abix.)Fumus terrę eſt herba in qua eſt amaritudo,et cõfert cholericis, purgat choleꝛã cito,et cõfert ſcabiei et bothor,qñ bibitur tritũ ſine ebulitione cũ.ʒ.x. ſuchari albi,et ſic deſiccatur et proiꝛcitur in decoctione mirabolanorũ,purgat choleꝛam fortiter,& quantitas potionis ſucci eius eſt à duabus partibus libręuſq; ad libꝛã.

DE PAPAVERE RVBEO. LXXII.

IAchaik alnahamen,id eſt,papauer rubeum. Dioſcorides.) Sunt eius duæ ſpecies,ſcilicet,domeſticus,et ſilueſtris.Et domeſtici quoddam habet florem rubeũ,& quoddã albũ in colore lactis,aut uerſus purpureũ coloꝛé,et folia eius ſunt ſimilia foliꝫ coriandri,niſi quia ſunt magis minuta,et eleuatio foliorũ eius eſt minor eleuatio

B ne foliorũ coriandri,et uirga eius eſt uiridis prope terrã,et rami eius aſſimilãtur cortici bus cannę,et in ſummitate eſt flos ſicut flos papaueris,et in medio floris eſt capitellum,cuius color eſt niger,et radix illius eſt in magnitudine oliuę, aut maior,et eſt uelut nodoſa breuis.Sed ſilueſtre eſt maius domeſtico,habẽs folia latiora,et longiora, et duriora q̃ domeſticũ,et folia ipſa ſunt aut nigra,aut citrina, et flos eius eſt rubeus, et ſunt ei radices plures,et tenues,et quidã ſunt qui nõ faciunt differentiam inter papauer rubeũ,et herbã quę dicitur aragamonium,et papauer ſilueſtre quod dicitur caput,et eſt malogamarũ tuſſis,eo ꝙ floris eius color eſt ſimilis ei in rubore. Et errauerunt aliqui,putantes ꝙ flos aragamonij ſit gaſit,ſed in hoc eſt error,nam flos aragamonij eſt ſpecies papaueris quod dicitur caput,niſi quia eſt minus rubeum, q̃ papaueris rubei,uerũ apparitio floris eius eſt ſicut apparitio papaueris rubei, et ex aragamonio extrahitur lachrymus habens colorem croci acuti ſaporis multũ, lachrymus ueto ſpeciei quę dicitur caput,eſt magis uergens ad albedinem,q̃ lachrymus aragamonij,et eſt coagulatus,et flos quidem ipſius habet in medio caput ſimile capiti papaueris agreſtis,niſi quia ſuperior pars capitis aragamonij tendit in latũ, et ſuperior pars eius quod dicitur caput,tendit ad conſtrictionẽ: papauer uero rubeũ nõ habet lachrymũ,et non habet capitellũ papaueris, niſi quia eſt in eo res ſimilis ſummitatibus ſparagi. Galienus.) Papaueris rubei uirtus prima calefacit et deſiccat. Et ſecunda eſt attractiua et aperitiua. Et tertia attrahit phlegma qñ maſticatur,et ſuccus radicis eius mundificat cerebrũ,qñ fit cũ eo caputpurgiũ,et papauer rubeum mundificat hulcera ſordida,et curat egritudinẽ cũ qua eleuatur cutis,et prouocat mẽſtrua quando ſupponitur,& prouocat lac. Dioſcorides.) Papaueris rubei ambę ſpecies ſunt calidę uirtutis,et ideo qñ teritur radix eius,et exprimitur ſuccus,& fit caputpurgium cũ eo,mundificat caput,et qñ maſticatur,eradicat phlegma,et qñ coquitur cũ rob et fit emplaſtrũ,curat apoſtemata oculi calida & ſordida,et euellit ueſtigia quę ſunt in oculo,propter incarnationem alicuius hulceris,et qñ coquuntur folia eius cum ſummitatibus eius,et cũ palea hordei,et comedũtur,prouocat urinam,et qñ ſupponuntur,prouocant menſtrua,et qñ fit emplaſtrũ cũ eis, eradicant ſcabiem hulceroſam.

Aben

C Aben meſuai.) Eſt calidum & ſiccum in primo gradu, & quando miſcetur cum cortice nucis ad denigrandum, tingit capillos in colorem nigrum fortis nigredinis, & eradicat imperiginem, & quando deſiccatur, incarnat hulcera.

DE BASILICO GARIOFILATO & eſt ozimum carmenum. LXXIII.

SCexabram, id eſt, ozimum carmenum, uel baſilicon gariofilatum. Iſaac eben amram.) Eſt ozimum carmenũ, & eſt paruum. Aben meſuai.) Eſt calidum & ſiccum, et confert calefactis quando roratur ſuper ipſum aqua frigida, aut aqua roſacea, & quidam dicunt, quod eſt frigidum, eò quòd non nocet habentibus ſirſen.

Iſaac eben amram.) Eſt calidum in primo gradu, ſiccum in ſecundo, ſemen eius ſtringit uentrem, qui fluit propter caliditatem, quãdo bibitur ex eo aur. i. cum aqua frigida, aut cum ſucco citoniorum, & ipſum confortat membra.

DE LVPINO. LXXIIII.

TArinus, id eſt, lupinus. Dioſcorides.) Sunt ex lupinis quidam, qui dicuntur regales, & quidam ſunt domeſtici, & domeſtici comeduntur poſt eorum elixationem, & infunduntur in aqua pluribus diebus, donec recedat ab eis amaritudo, generant humores groſſos: & ſecundum Medicinam lupini, qui ſunt ſecundũ hunc modum præparati, ſunt Medicina conglutinatiua, ſed lupinus ſecundum ſui naturam habet amarum ſaporem. Galenus.) Virtus eius prima eſt quæ deſiccat ſine mordicatione. Et ſecunda eſt quæ abſtergit, & reſoluit, & mundificat, & aperit. Et tertia eſt quę occidit lumbricos, quando fit cum eis emplaſtrum exterius, & quando comeduntur cum melle, aut bibuntur cum uino admixto aqua, & farina lupinorũ, reſoluit ſine mordicatione, & curat liuores, & apoſtemata dura, & ſcrofulas, quando coquitur cum aceto & melle, aut cum aceto & aqua, ſecundum diſpoſitionem et
D complexionem infirmi, & groſſiciem humoris: & quando fit cum eis emplaſtrum, ſciaticæ confert, & aqua in qua decoquuntur, deſiccat cum abſterſione, & reſolutione, deſiccatione, ſine mordicatione, & interficit lumbricos, & quãdo apponitur exterius, confert impetigini, & hulceribus capitis, & confert bothor, & ſcabiei, & hulceribus fraudulentis, & quando bibitur cũ ruta & pipere, mundificat, & * aſpergit opilationes epatis & ſplenis, & prouocat menſtrua, & fit naſale cum eis cum melle & mirrha, & expellit fœtum, & farina eius facit.

* Aliàs aperit.

Sed ſilueſter lupinus eſt magis amarus, & uirtus eius eſt fere ſicut uirtus huius, niſi quia eſt fortior. Dioſcorides.) Lupini regalis farina, quando miſcetur cum melle & bibitur cum aceto, occidit lumbricos, & quando infunditur in aqua, & comeditur cum ſua amaritudine, facit hoc, & ſimiliter facit decoctio eius, & quando bibitur cum ruta & pipere, confert ſplenetici, & confert quando ponitur ſuper apoſtema, quod dicitur ancoria, & ad hulcera fraudulenta, & confert ſcabiei in principio ſui, et maculis, quæ apparent in cute, & bothor, & hulceribus capitis humidis, & miſcetur cum mirrha & melle, & fit inde naſale, & prouocat menſtrua, & expellit fœtum. Farina uero lupinorum mundificat ſcabiem, & delet cicatrices quæ fiunt à percuſſionibus, & quando ipſa miſcetur cum aqua, & ſauich, ſedat apoſtemata calida, & quando miſcetur cum aceto, & fit emplaſtrum cum eo, reſoluit ſcrophulas, & eradicat ignem Perſicum: & quando lupini coquuntur cum aqua pluuiæ, donec diſſoluuntur in decoctione, aqua illa mundificat faciem, & quando coquuntur cum radice cameleontæ nigræ, & abluuntur cum decoctione illa tepida pecudes habentes ſcabiem, curat eas. Et radix herbæ lupini quando coquitur cum aqua, & bibitur, prouocat urinam, & lupinus cuius amaritudo receſſit cum præparatione quando teritur bene, & bibitur cum aceto, ſedat nauſeam, & curat faſtidium cibi. Et eſt alia ſpecies lupini, quæ aſſimilatur domeſticis lupinis, niſi quia eſt minor eis, quę quidem iuuat in omnibus, in quibus iuuat lupinus domeſticus.

DE CANDARVSIO. LXXV.

CHandaros, id eſt, candaruſium. Galenus.) Eſt cibus bonus ſicut triticum, & propter ſuam uiſcoſitatem eſt maioris nutrimẽti eo, ſed ſecundum uiam Medicinæ

A cinæ uirtus eius prima eſt ſicut uirtus tritici, niſi quia eſt maioris uiſcoſitatis eo. Et uirtus eius ſecunda, eſt uirtus conglutinatiua, & incarnatiua, & maturatiua, & eſt quaſi materia ad omnia quæ deſiccant deſiccatione forti, ſicut ſunt aqua marina, & aqua ſalis, & acetum. Dioſcorides.) Eſt ſpecies in qua reperiuntur duo grana, & eſt plus nutritiuum quàm rizi, & magis conſtrictiuũ uentris, & melius ſtomacho. Quando ipſum coquitur cum aceto, & fit linitio cum eo, eradicat ſcabiem ulceroſam, & eradicat ungues ſciſſas, & curat fiſtulas, quæ ſunt in lachrymali, quando adminiſtratur in principio earum, & fit ex decoctione eius cliſtere iuuatiuum ulceribus inteſtinorum malis, & ſunt eius duę ſpecies, in una eius inuenitur unum granum, & in alia duo grana, & quodlibet ipſorũ eſt in camerula, & eſt magis nutritiuũ quã hordeũ, boni ſaporis, & panis qui fit ex eo, eſt minus nutritiuus, quàm qui fit ex frumento.

DE ALTEA. LXXVI.

CHitini.) Roſa zaueni, & eſt maluauiſcus. Dioſcorides.) Eſt ſpecies molochię agreſtis, & habet folium rotundum ſicut folium herbæ, quæ dicitur ciclamen, & flos eius eſt ſicut roſæ, & habet ſtipitem longitudine unius brachij, & habet radicem uiſcoſam, cuius color interius eſt albus, & ex molochia eſt alia ſpecies, quæ habet folium ſciſſum, ſimile folio herbę quæ dicitur ierabotanum, & habet tres ramos aut quatuor, ſuper quos eſt cortex ſimilis cortici canabi, & flos eius eſt paruus, & radices albæ, latæ, 6. aut 7. & longitudo eius eſt circa longitudinem brachij uniuſ.

Galenus.) Radix maluauiſci habet in ſe uirtutem ſtipticam, & totius herbæ, uolo dicere radicis ramorum & foliorum, & ſeminis uirtus, eſt uirtus quę deſiccat, uerum radix & ſemen ſunt magis deſiccatiua, & plus ſubtiliatiua. Et uirtus eius ſecunda, eſt quæ abſtergit, & maturat, & reſtringit, & radix quidem & ſemen ſunt magis abſterſiua. Et uirtus tertia prohibet apoſtemata, & ſedat dolores, & maturat exituras dum eſt recens, & radix quidem eius & ſemen, quia in eis eſt uirtus abſterſiua, curant morpheã, & ſemen eius frangit lapidem renum, & aqua in qua decoquitur radix eius,
B propter ſtipticitatem, quæ eſt in ea, confert ulceribus inteſtinorum, & fluxui uentris, & ſputo ſanguinis. Dioſcorides.) Quando hæc herba coquitur in uino, quod dicitur mellicratum, aut cum uino, & quando teritur ſola, & non decoquitur, confert exituris & apoſtematibus quæ apparent poſt aures & ſcrophulis, & confert apoſtematibus calidis mammillarum, & apoſtematibus ani calidis, ſimiliter & tenſioni neruorum, quia reſoluit & maturat, & aperit apoſtemata, & quando coquitur, ſicut diximus cum mellicrato, aut cum uino, & teritur cum ſepo anatis, & glutino albotin, & fiunt inde naſalia, conferunt apoſtematibus calidis matricis, & conglutinationibus matricis, & decoctio eius facit ſimiliter, & mũdificat ſuperfluitates partus, & radix eius quando coquitur, & bibitur cum uino, confert ſtranguriæ, & lapidi, & ſuperfluitatibus crudis duris, & ſciaticæ, & ulceribus inteſtinorum, & tumoribus, & conquaſſationibus neruorum, & quando coquitur cum aceto, & fit cum ea colluſio oris, ſedat dolorem dentium, & ſemen eius recens, aut ſiccum, quando teritur & coquitur cum aceto, & fit cum eo linitio in ſole, eradicat morpheã, & quãdo miſcetur cum oleo & aceto, & ponitur ſuper loca, confert morſibus uenenatis, & confert ſimiliter ulceribus inteſtinorum de ſputo ſanguinis, & fluxui uentris, & quando decoctio eius bibitur cum aceto, mixto cum aqua & uino, confert puncturis apum, & fit emplaſtrũ cum folijs eius, mixto parum olei morſibus uenenatis, & confert combuſtionibus ignis, & quando teritur radix eius, & miſcetur cum aqua & uino & gramine, congelat aquam. Sed ſpecies molochiæ agreſtis, confert morſibus uenenatis, & combuſtionibus ignis. Dixit in ea Galenus, quod reſolutio eius eſt amplior quàm reſolutio maluæ agreſtis & domeſticæ. Dioſcorides.) Quando bibitur radix eius cum uino, aut cum aqua, curat ulcera inteſtinorum, & conquaſſationes neruorum. Meſarugiæ.) Gummi maluauiſci eſt frigidũ, ſedat ſitim, & lenit uentrem.

DE EVPATORIO. LXXVII.

CAſar, id eſt eupatorium. Dioſcorides.) Eſt herba quæ naſcitur omni anno, & eſt apta ad ignem accendendũ ſicut ſarmenta, & habet uirgã rectam, ſubtilem,

C nigram, duram, asperam, habens in summitate pilos, & lõgitudo eius est ferè unius brachij, uel plus, & habet folia diuisa ab inuicem circa hastam, & sunt scissa scissionibus 5. aut 6. & sunt in summitate incisa sicut cæra, & sunt folia eius similia foliis pentaphilon, aut foliis sedenagi, id est, canabis, & color eorũ est tendens ad nigredinẽ, & in hasta eius à medio supra est semen, & super ipsum sunt pili, & est declinans ad inferiora pendens in herba ipsa. Galenus.) Substãtia eius est subtilis, & sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima calefacit & desiccat. Et secunda incidit, & abstergit absq; quod inducat aliquam calefactionem manifestam. Et tertia aperit opilationes quæ sunt in epate, & confortat epar. Dioscorides.) Folia huius herbæ, quando teruntur & miscentur cum axungia porci ueteri, & ponuntur super ulcera, quorũ consolidatio est difficilis, curant ea, & quãdo hæc herba, aut semen eius bibitur cum uino, confert ulceribus intestinorum, & morsibus uenenatis, & sunt multi qui putant quod ista herba sit argamonium, & errant, quoniam argamonium est alia ab ea, & nos quidem iam manifestauimus de esse eius in eo quod diximus. Galenus.) In tyriaca chesar, proprietas eius est, quod cõfert epati multum. Rasis.) Manifestum est per experientiam, quod absinthium est magis conueniens in iuuamento epatis, quàm eupatorium. Mesea.) Est bonum febribus antiquis.

DE AGARICO. LXXVIII.

GAricum, id est agaricum. Dioscorides.) Est simile radici aniuden, id est arboris assæ, sed est minus durum quàm ipsa, & magis spongiosum, & putant quidam, quod sit radix alicuius herbæ, & quidam dicunt quod generatur ex putrefactione arborũ, quando corroduntur, sicut generantur fungi, & iam reperitur super arbores scerbin, nisi quia est facile frangibilis, & debilis fortitudinis, & est radix spongiosa, mollis substantiæ, & est duarum specierum, scilicet masculus & fœmina, sed fœmina habet in se gradatim sicut tunicas, masculus uero non habet tunicas, sed est
D tota substantia eius continua, & fœmina est maior. Galenus.) Aut est radix arboris, aut est planta, quæ nascitur super aliquas arbores, & est substantiæ mollis in sua compositione, & subſtantia eius est composita ex substantia aerea & terrea, quã subtiliauit calor, & non est in eo aliquid aqueitatis, & in sapore eius est dulcedo, quando primo obuiat gustui, ultimo uero apparet amaritudo, & apparet in eo aliquantulum acuitatis cum stipticitate. Et uirtus eius prima calefacit & desiccat. Et secunda incidit & resoluit res grossas. Et tertia aperit opilationes, quæ sunt in epate, & in renibus, & curat icteritiam quæ accidit ab opilatione epatis, & confert epilepsiæ, & curat rigores febrium, qui contingunt ab humoribus grossis, & confert morsui tyri, aut alicuius alterius animalis uenenosi, quando apponitur exterius loco emplastri, & quando bibitur de eo quantitas aur, unius cum uino mixto aqua, est Medicina laxatiua. Dioscorides.) Agaricum est stipticum sedatiuũ, confert punctionibus & humoribus uiscosis, crudis, & neruis, & illi qui cecidit, quando dantur de eo duo onolosat, cum uino dicto homomelle, illi qui non habet febrim, & cum mellicrato, illi qui habet febrim, & quãdo bibitur de eo pondus. ʒ. i. cõfert dolori epatis, & asmati, & stranguriæ, & doloribus renum, & ictericis, & doloribus matricis cum suffocatione & destructione coloris corporis, & datur in potu ulceribus pulmonis cum rob, & datur in apostemate splenis cum squingibin, & quando masticatur solũ, & transglutitur, & bibitur aliquis potus humidus post eum, confert dolori stomachi, & eructuationibus acetosis, & quando bibuntur ex eo. iij. onolosat cũ aqua, abscindit sputũ sanguinis à pectore, & ab instrumentis pectoris, & quãdo sumitur de eo pondus. iij. onolosat cum squingibin, confert sciaticę, & doloribus iuncturarum, & epilepsiæ, & prouocat menstrua, & quando bibitur de eo quantũ diximus, confert uentositatibus matricis, & quando bibitur ante accessiones febrium, aufert rigorem, & si sumitur in potu de eo. ʒ. i. aut. ij. cum mellicrato, laxat uentrem, & sumitur in potu ex eo. ʒ. i. cum uino aqua mixto, contra Medicinas mortiferas, & bibuntur de eo. iij. onolosat cum uino, & confert iuuamento magno morsibus uenenatis, & uniuersaliter confert omnibus doloribus qui fiunt in interioribus corporis, & datur in potu aliquibus

A aliquibus cum aqua, & aliquibus cũ uino, & aliquibus cum squingibin, & quibusdam cum mellicrato, secundum diuersitatem ægritudinum, & uirtutem, & ætatem.

Bedigoras & Alchanzi.) Eius proprietas est purgare phlegma grossum, uiscosum & melancholiam. Paulus.) Purgat humores nociuos, & maxime choleram rubeam. Rasis.) Inueni uniuersaliter ab omnibus, quod purgat humores nociuos.

Hunaym in libro tyriacæ.) Expellit humores à neruis, & à cerebro cum proprietate mirabili quæ est in eo. Aben mesuai.) De proprietate eius est laxare phlegma, & est contrarium uenenis, & præparatio eius est, quod eligatur interius eius, & purgetur, & teratur, & ponatur in decoctione, & eligatur illud quod est fœmina, & proprie album interius, quod quando fricatur, puluerizatur facile, & dosis eius est à ʒ. i. usq; ad ʒ. ij. Abix.) Agaricum purgat choleram, & phlegma simul, fortificat Medicinas magnas, quando miscetur cum eis, & facit eas peruenire ad extrema corporis, & est contrarium Medicinis mortiferis, quando bibitur, aut miscetur cum aliquibus ex Medicinis conuenientibus.

DE MEDICINIS CALIDIS & humidis primi gradus.

DE NVCE HENDEN. LXXIX.

IEum henden.) Et dicitur nux henden. Et dicitur etiam nux handen. Rasis.) Dicitur adeps terræ, & petra terræ. Et dixit in zaraui, est tuber cum quo fit uinum cum melle. Isaac eben amram.) Ieuç handen est tubera granata sicut cicera alba, cuius color trahit ad glaucedinẽ. Affertur de Barcha, & de Corascen, & est illud cum quo uiuificatur mel, & nominat tuber. Salomon eben hahasen.) Nux henden in Persidę, est tubera mellis, quæ uiuificat ipsum mel, affertur de keruen, & facit uomere. Paulus.) Ex dicto Galeni est sicca, & habet uirtutem quæ infrigidat parum, & desiccat, & curat impetiginem, & extinguit calorem, & abscindit fluxum sanguinis.

B Liber de talsameth.) Hæc in Barbaria, uulgari nomine dicitur nux columbarum, & in Damasco nux handen, quando proijcitur de eo unum cartge in libras. x. mellis, & in libram. i. minus tertia aquę calidæ, & agitatur bene, & cooperiatur os uasis, fit uinum statim, & Barbari utuntur eo. Alchanzi.) Impinguat & auget in sperma te. Mesarugiæ.) Nux handen propter suam delectabilitatem auget sperma, & impinguat corpus, & est in ea aliqua caliditas. Atabari.) Est in ea caliditas, & delectatio, excitat libidinem, & impinguat corpus, & quidam utuntur ea ad remouendum stuporem dentium. Rasis in libro aggregato.) Nux handen est calida & humida, & auget sperma, & impinguat corpus, prohibet appetitũ luti. Isaac eben amram.) Nux henden est calida & humida, auget sperma, corroborat libidinem, & impinguat corpus.

DE CICERE. LXXX.

CHemps, id est cicer. Galenus.) Cicera sunt alba & nigra, & est alia species quę dicitur kersenne, & cicera minuta quæ dicuntur kersenne, sunt alba, & assimilantur orobo, & nigra nominantur chubes, sed alba inflant, & nutriunt, & molliunt uentrem, & in sapore eorum est amaritudo. Et uirtus eorũ prima est calida, cum humiditate pauca. Et secunda attrahit & abstergit. Et tertia prouocat urinã & menstrua, & augmentum facit in spermate & lacte. Et karsenni uirtus est eadem, uolo dicere, quod in sapore eius est amaritudo. Et uirtus eius prima est calida, cum humiditate pauca. Et secunda resoluit, & aperit & incidit. Et tertia mundificat, & aperit opilationes epatis & renum, & abstergit scabiem & impetiginem, & resoluit apostema quod fit post aurem, & apostemata testiculorum quando sunt dura, & curat exituras malas, quando administratur cum melle. Sed cicera nigra, sunt magis prouocatiua urinæ, & aqua decoctionis eorum frangit lapidem renum. Sed folia cicerum agrestium sunt similia foliis domesticorũ, uerum grana eorum diuersa sunt ab illis, & calidi odoris, & conferunt ad ea, ad quæ conferunt domestica, sapor eorum est amarior, & uirtus eorum prima est calidior & siccior, & sunt fortiora domesticis in

C omnibus. Dioſcorides.) Domeſticum mollit uentrem,& prouocat urinã & menſtrua,et iuuat partum,et generat lac,ſed ipſum eſt inflammatiuum.Et eſt ſpecies alia cicerum, quæ dicitur ornilas proprie, quando coquitur in aqua, & fit inde emplaſtrum apoſtematibus teſticulorum cum melle, & apoſtematibus humidis quæ fiũt in capite, & cancro & ſcabiei, & hulceribus fraudulentis confert, & eſt alia ſpecies quæ dicitur peritus,& omnia cicera quando datur de decoctione eorum, cum herba quæ dicitur ſabotis,curat ictericiã & hydropiſim, quia expellit humiditates cum urina, & cicera ſunt nociua ueſicæ & renibus hulceratis, & ſunt quidam qui expellunt clauelones,id eſt uerrucas,quę nominantur mirmicias & abroioc,& porros,in hunc modum, & eſt ut accipias ſingula cicera pro ſingulis clauellonibus, & tangas unumquémq; clauellonem ſeu uerrucam cum cicere uno, & hoc in kalendis menſium,deinde ligentur cicera illa in pecia, & proijciantur poſt tergum. Atabari.) Si cicera infundantur per noctem in aceto,poſtea comedantur in ieiunio, & ieiunet qui comederit uſq; ad meridiem,interficient lumbricos, & dixit quod cicera laxant uentrem,& prouocant urinam,& conferunt dolori lumborum, & ſtupori,& quando fit emplaſtrum cum eis,conferunt cancro, & quãdo comeduntur infuſa in aqua cruda,faciunt erectionẽ multam. Meſarugiæ.) Nutriunt pulmonẽ plus omnire, & ideo quãdo habet hulcera inteſtinoꝝ, coquatur farina eius cum lacte, & bibatur.

DE FASEOLIS. LXXXI.

LVbia,id eſt faſeoli. Dioſcorides..) Habent folia ſimilia plantæ, quæ dicitur cuſſus,niſi quia ſunt maiora, & ramuli eius ſunt ſubtiliores, ſimiles foliꝭ adhęrentes herbis quibus approximantur, & elongantur multum, donec fit umbraculũ ſub eis,& habent uaginas ſimiles uaginis fœnugræci, niſi quia ſunt longiores eis,& pinguiores,& interius uidentur quaſi uacuæ diuerſi coloris, quia quædam trahunt ad albedinem,& quædam ad ruborem, & comeditur huiuſmodi fructus elixus,ſicut comeduntur ſparagi,& prouocant urinam, & faciunt ſomnia mala. Adamaſcus.) Eſt calidus & humidus in primo gradu,generat multam uẽtoſitatem,& prouocat menſtrua. Armaſios.)Inflat. Aben meſuai.) Faſeoli ſunt calidi & humidi in primo gradu,& ſignum ſuæ humiditatis eſt, quia inflammãt cito,& generãt humores phlegmaticos groſſos, & ſunt mali ſtomacho, & rubei ſunt groſſiores, & quando ſumuntur cum ſinapi, & comeditur ſinapis, prohibet malitiam eorum,& albi quidem habent multam humiditatem,& ſunt graues digeſtioni,& iuuat digeſtionem eorum comedere eos cãlidos cum almuri & oleo & cimino,& non comedatur cortex eorum exterior,ſed recentes ex eis debent comedi cum ſale & pipere & origano,ad adiuuandum ſuper eorum digeſtionem,& bibatur poſt eos uinum purum,groſſum,& præparati cum aceto habent paucum odorem,& ſunt difficilis digeſtionis propter ſiccitatem aceti, & de proprietate eorum eſt prouocare urinam & menſtrua, & maxime qui ſunt rubei ex eis, & ipſi ſunt boni pectori, & pulmoni,& faciunt ſomnia mala.

DE AMIGDALIS. LXXXII.

IAum,id eſt amigdala ſunt ex eis dulces & amaræ. Dulces. Galenus.) Eſt in eis amaritudo pauca,ſed quia uincit in eis dulcedo,fit amaritudo earum occulta,quę non apparet ſenſui,uerum quãdo ueteraſcunt, apparent manifeſte. Et uirtus earum prima eſt temperata cum caliditate. Dioſcorides.) Arbor amigdalarum dulcium eſt debilioris operationis ſatis, quàm arbor amararum, & amaræ ſunt ſubtiliatiuæ prouocatiuæ urinæ. Et quando amigdalæ comeduntur cum cortice ſuo recentes, conferunt humiditati ſtomachi. Archigenes& Scindaxar.) Sunt calidæ & humidæ in primo gradu. Aben meſuai.) Quando dulces comeduntur cum cortice ſuo, ſtringunt gingiuas,& ſedant quod accidit in ore propter ſuam ponticitatem & aceroſitatem, & quando comeduntur cum zucharo, deſcendunt cito à ſtomacho, & quando ſiccæ torrefiunt, ſunt conuenientiores ſtomacho. Scindaxar.) Augent ſperma,& ſimiliter faciunt nuces & auellanæ & fiſtici, & quando comeduntur,conferunt doloribus oris. Albugerig.) Gummi amigdalarum adminiſtratur ſicut gummi

A gummi Arabicum & prunorum. Sed amaræ. Galenus.) Subſtantia earum eſt ſubtilis. Et uirtus earum prima eſt calida. Et ſecunda eſt quod abſtergunt & aperiũt. Et tertia abſtergit lentigines, & iuuant ad excreandos humores groſſos à pectore & pulmone, & aperiunt opilationes quæ ſunt in epate ex humoribus groſſis uiſcoſis, & aperiunt aperrione mirabili,& curant dolorem,qui fit ſub coſtis & in ſplene & in renibus, & ſimiles eorum, & totius arboris uirtus eſt ſicut uirtus iſta, & ideo recipitur de radice huius arboris, & coquitur, & ponitur ſuper lentigines,& aufert eas. Dioſcorides.) Amigdalæ amaræ radix quando coquitur & teritur bene,mundificat maculas faciei,& ſimiliter amigdalæ quando fit emplaſtrum cum eis,faciunt idem, & quando fit cum eis naſale, prouocant menſtrua, & miſcentur cum eis acetum & oleum roſarũ,& fit emplaſtrum in fronte,& confert ſoda, & quãdo miſcentur cum uino,conferunt ſyrę,& miſcentur cum melle,& conferunt hulceribus fraudulentis, & formicæ & morſui canis, & quando comeduntur, ſedant dolores, & molliunt uentrem,& prouocant ſomnum & urinam, & adminiſtrantur cum amilo & menta, & conferunt habenti dolorem renum & apoſtemati pulmonis, & quando adminiſtrantur cum rob,curant ſtranguriam,& frangunt lapidem, & quando comeditur de eis quantum eſt nux una cum melle & lacte, conferũt dolori epatis & tuſſi, & inflationi inteſtinorum,& maxime inteſtini nominati colon, & quando comeduntur ſ. amigdalæ in ieiunio,prohibent ebrietatem. Et quando uulpes comedunt amigdalam amaram cum aliquo cibo,moriuntur. Gummi uero arboris amigdalarum eſt ſtipticum & calidum,& quando bibitur, confert ſputo ſanguinis, & quando miſcetur cum aceto,& linitur,inde impetigo quæ eſt in cute,curat eam,& quando bibitur cum uino mixto aqua,confert tuſſi antiquæ,& quando bibitur cum rob, confert habenti lapidem. Et oleum amigdalarum amararum cõfert doloribus matricis,& ſuffocationi eius,& ſodæ,& pulſationi aurium, & tinnitui earum, & ſibilo, & ſtrangurie, & confert ægritudinibus renum,& lapidi, & apoſtematibus ſplenis, B & aufert maculas faciei, & lentigines, quando miſcetur cum melle, & liquiricia,& cæra ſolura cum oleo de alcanna,aut cum oleo roſaceo, & confert obſcuritati uiſus, & mundificat furfures capitis. Aben meſuai.) Amigdalæ amaræ ſunt calidæ & ſiccæ in ſecundo gradu.

DE LINGVA BOVIS. LXXXIII.

LIſen althaur,id eſt lingua bouis. Dioſcorides.) Eſt planta quæ aſſimilatur herbæ quæ dicitur caromas,& habet folia uerſus terram aſpera, nigra,nigriora quã caromas album, & aſſimilatur in figura ſua linguæ bouis. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & humectat. Et ſecunda confert tuſſientibus ex aſperitate cannę pulmonis. Et tertia lętificat cor,quando ipſa coquitur cum mellicrato, aut proijcitur in uino,eſt inducens lętitiam. Dioſcorides.) Putãt aliqui quod ſi proijcitur in uino, quod facit lętitiam. Alchanzi.) Eſt frigida,& quando folium eius cõburitur,confert fluxibilitati dentium & gingiuarum, & ad alcola, & proprie quæ accidit in ore puerorum, & omnibus caliditatibus quæ fiunt in ore. Aben meſuai.) Proprietas eius eſt purgare choletam,& conferre cardiacę quæ fit ab ea, & quando aliquis ualt eam ſumere,ſumat cum bolo armeno,& doſis eius eſt à.ʒ.iij.uſq; ad.v. cum zuccaro & cum.ʒ.i.boli armeni.

DE MVSA. LXXXIIII.

MAum,id eſt muſa. Aben meſuai.) Eſt calidum in medio primi gradus,humidum in fine eius,& nutrit parum, & proprietas eius eſt conferre ardori,qui eſt in pectore,& pulmone, & ueſica, & mollit uentrem, & qui utitur eo multum,facit grauedinem in ſtomacho, & opilationem in epate, & oportet quod ille qui utitur eo multum, ſi complexio ſit frigida, ut bibat poſt ipſum mellicratum, aut oximel, aut zinziber conditum. Sindaxar.) Auget fœtum in uentre matricis. Alchalehemen.) Eſt Medicina bona pectori & renibus, & prouocat urinam. Liber de Medicina antiqua.) Excitat libidinem, & eſt graue ſtomacho.

C

DE MOLOCHIA, ET EST atriplex marinum. LXXXV.

MOlochia. Albatarich.) Nominatur atriplex marinum, & uenditur in Babylonia in fasciculis, & clamant portantes eam, uendo molochia, molochia. Dioscorides.) Quæ ex hac planta nascitur in campis, assimilatur armis, id est ausegi, nisi quia habet plures spinas, & folia eius sunt similia foliis oliuarum, nisi quia sunt latiora, & nascitur in ripa maris. Galenus.) Sapor eius est amarus, salsus cum pauca stipticitate, & ex hoc patet quod partes eius sunt dissimiles. Et substantia eius est calida temperate, cum pauca humiditate indigesta, haber inflammationem paucam, & generat in utente ea sperma, & summitates eius comedũtur recentes, & conficiuntur, & reseruantur. Dioscorides.) Coquitur folium eius & comeditur, & quando bibuntur de radice eius .ɜ. ij. cum mellicrato, confert conquassationi neruorum, & sedat dolores, & prouocat lac etiam.

DE SISAMO. LXXXVI.

SEmsem, id est sisamus. Galenus.) Est in eo substantia unctuosa, quantitas non pauca. Et uirtus eius prima calefacit calefactione temperata. Et secunda eius uirtus mollificat, & hęc eadem uirtus reperitur in oleo eius similiter & aqua, in qua decoquitur sisamus, habet eandem uirtutem. Dioscorides.) Est malus stomacho, facit fumositates ori, quando comeditur, & remanent superfluitates eius inter dentes, quãdo fit emplastrum cum eo, mollit durities neruorum, & curat conquassationes auriũ, & apostemata calida, quę sunt in eis, & conferunt combustionibus ignis & dolori colicæ, & morsui animalis quod dicitur caratos, & quando miscetur cum oleo rosaceo, sedat dolorem capitis, qui fit à calore solis. Et planta sisami quando coquitur cum uino, facit hanc eandem operationem, & confert proprie apostemati oculi, & pulsationi eius, & exprimitur ab eo oleum quo utuntur Babylonici. Aben

D mesuai.) Oleum sisaminum est malum stomacho, & destruit eum, & iuuamentum eius est illis qui habent melancholiam & sciffuras in extremitatibus, nam hi iuuantur multum ex cibo eius, quoniam ipsum extendit rugas cutis, & mollit eam, & consolidat sciffuras quæ fiunt propter desiccationem, quæ fit à melancholia, & dicunt quod sisamus est calidus in secundo gradu, humidus in primo, & prouocat uomitus, & quando torrefit, rectificatur et melioratur. Rasis in capitulo de sisamo in azaraui.) Arsimon est species sisami, nisi quia est debilioris saporis & debilioris nutrimenti, & melius in omnibus suis proprietatibus, & ista duo semina sunt calida, & ideo faciunt sitim.

DE IVIVBIS. LXXXVII.

HVnen, id est iuiubę, & sunt zufaizef. Galenus in libro de dieta.) Nutrimentũ eius est paucum, & digestio eius dura, & generat phlegma. Isaac eben amram.) Est calida & humida in primo gradu, & caliditas est amplior in ea quàm humiditas, & quando bibitur decoctio eius, confert caliditati quæ est in sanguine, & confert tussi ex caliditate, & cõfert dolori uesicæ, & renum, & pectoris ex caliditate.

Aben mesuai.) Est calida in principio, & proprietas eius extinguit acuitatem sanguinis cholerici, & confert pectori & pulmoni, & est mala stomacho. Atabari & Isaac eben amram, & mesuai similiter dicunt.

DE HVMIDA. LXXXVIII.

KOdhab, id est humida. Abohanifa.) Humida nominatur proprie kodhab, dum est recens, & alfassasa, dum est humida. Et quando est sicca, dicitur aket, & est nomen Persicum. Dioscorides.) In principio quãdo oritur est similis andachochę, quæ nascitur in pratis, sed quando est completa, habet folia subtiliora quàm folia ipsius, & haber ramos similes ramis andachochę, & sunt ei semina in magnitudine lentis, & sunt in ea tria grana aut quatuor tortuosa sicut cornua, quando desiccãtur administratur cum alijs rebus, & præparatur cum sale, & administratur hæc herba dando in cibo animalibus loco herbæ quæ dicitur agrasitas, & est de ea species quæ dicitur apaki, & est species humidę siluestris, & est albikia, & herba est quæ nascitur

A nascitur in locis cultis in radice herbæ haucer, folia eius sunt subtilia, & uagina fructus eius est maior q̃ uagina lentis, & sunt in earria grana aut quatuor nigra, minora lente. Galenus.) Sapor grani huius est stipticus sicut sapor lentis. Et uirtus eius est calida caliditate temperata, & exiccatio eius est amplior exiccatione lentis, & comeditur sicut lens, & est durioris digestionis q̃ lens. Dioscorides.) Alkugab, quando fit emplastrum cum ea recenti humida, iuuat membris, sedando dolores ipsorum. Sed afaki est granum stipticum, & ideo quando torrefit, & mollitur, & coquitur sicut lens, confert ad prohibendum cursum humorum ad stomachum & intestina.

Isaac eben amram.) Fassasa nascitur super aquas, & non siccatur estate nec hyeme, & ideo nominatur humida, & est alket, et quod de ea administratur, est semen eius, & foliũ, & est calida & humida, & est in ea inflatio, & ideo auget sperma, & incitat coitum, & auget iuuamento Medicinarũ quę faciũt ad hęc, & semen eius ingreditur in pluribus ex confectionibus fortibus, & quando fit emplastrum cũ folijs eius, confert membris quæ indigent sedatione doloris eorũ, & est cõueniens cibo animaliũ.

DE SCECACHVL ET IRINGIS. LXXXIX.

SCecachul nominaẽ liciniũ, et foliũ eius est simile folio iulben, et est herba quę habet uenas in grossitudine pollicis, et indicis lõgas, et sunt cõtextę prope terrã radices eius sicut scel, et sunt in eis nodi, et nascũtur in unoquoq; nodo folia similia foliis basai, et est aliulbẽ maius, et in summitate eius nascũtur flores in Vere, et in principijs mensiũ, quorũ color est sicut color florũ uiolarũ, nisi quia sunt maiores eis, et quãdo cadit flos, habet semen nigrũ in quantitate ciceris, plenũ humiditate, nigrũ, dulcis saporis: & dicunt, quod est granum culcul, ita est sapor uenę eius etiam, & herba eius inuenitur in locis umbrosis, et iuxta radices arborum magnarũ, & in locis humectis, & tempus suę collectionis est in tempore messis. Et uirtus eius prima est calida & humida in gradu primo, & humiditas eius est amplior caliditate ipsius, & mouet coitum, & auget in spermate, & in erectione, & proprie quando conficitur cum melle.

B

DE TESTICVLIS VVLPIS. XC.

GHasi alchaleb, id est, testiculus uulpis, & nominatur tatarich. Dioscorides.) Nominatur in Greco trifoliũ, quia plurimũ quod de eo nascitur, est habens tria folia declinantia uersus terram, & assimilatur in declinatione sua foliis acetosę, aut foliis lilij, nisi quia sunt minora eis, & in colore suo est rubedo declinans ruboti sanguinis, & habet stipitem subtilem longitudine unius brachij, & habet florem similem flori lilij albi, & radix eius assimilatur cepe bulbi in magnitudine mali, exterius rubea, interius alba sicut onũ, & qđ de ipso administratur, est radix eius. Galenus.) Est dulcis. Et uirtus eius prima calefacit et humectat, nisi quia in humiditate eius est inflatio superflua. Et tertia incitat libidinẽ, et curat spasmũ, qui cõtrahit ad posteriora, quando bibitur cũ uino. Dioscorides.) Dicitur ℞ quando bibitur cũ uino stipti-
eo nigro, confert paralisi, quæ facit caput declinare ad posteriora, & incitat coitum.

Et alia species huius nominatur atralicon tatarich, et habet semen simile semini lini, nisi quia est maius eo, & est fulgidum, leue, durum. Archigenes.) Dicitur de ea, quod mouet coitum sicut stincus, & cortex radicis eius est rubeus subtilis, & interius est alba, boni odoris, dulcis, nascitur in locis altis separatis à sole. Aben mesuai.) Dicitur, ℞ si homo tenet eam in manu, incitat libidinem, & si bibitur, incitat plus.

DE TESTICVLO CANIS. XCI.

GHasi alkeb, id est, testiculus canis. Dioscorides.) Sunt qui nominãt eam cinos sarcos, et habet folia extensa super terrã, et prope ipsam, et ortus eius est ex radice unius stipitis, et folia eius sunt similia foliis oliuę, nisi quia sunt subtiliora eis, et lõgiora super terrã extẽsa, et hasta eius est in longitudine ferè unius palmi uel duorũ, et flos eius habet florẽ coloris purpurei, radix eius est similis radici bulbi, nisi qa est tendẽs ad longitudinẽ et subtilitatẽ, et est duplex, sicut duę oliuę in figura sua, una superius, et altera inferius, et una plena, et alia uacua rugosa, et comeditur radix ipsa elixa sicut bulbus. Galenus.) Radix huius est duplex, similis radici bulbi, et sapor illius radicis quę est plena, est dulcis, multę humiditatis, et superfluitatis inflatiuę, quę qñ bibitẽ

C incitat libidinem. Sed alia radix quæ est melior ista, habet complexionem quæ declinat ad caliditatem & siccitatem, & est in ea humiditas digesta digestione completa, & ideo contingit, quod cum hoc quod non incitat coitum, facit contrarium, & abscindit eum, & istæ ambæ radices comedũtur assatę, sicut comeditur radix bulbi.

Dioscorides.) Dicitur de radice, quod si uir comederit partem eius maiorem, generabit masculos, & si fœmina comederit minorem, generabit fœminas. Et dicitur quod mulieres partium Italiæ dant eam humidam cum lacte caprarum, ad excitandum libidinem, & datur in potu sicca ad prohibendum libidinem, & quælibet earum habet operationem contrariam alterius quando bibitur, & nascitur hæc herba in locis petrosis & arenosis. Archis.) Alij sunt qui nominant eam sadachia propter suum iuuamentum magnum, et est herba habens folia similia foliis porrorum, nisi quia sunt latiora eis, & est in ea humiditas quę adhæret manui, & habet hastam longitudine circa palmi unius quantitatem, & habet florem purpureum, & radicẽ similem testiculis. Galenus.) In sapore huius radicis est stipticitas, & uirtus eius est siccior uirtute radicis quæ dicta est prius, & propter hoc non ita confert in coitu sicut prædicta, & si desiccatur, est adhuc siccior. Erũ uirtus eius secunda est, quæ resoluit apostemata inflata, quando ponitur super eam, & mundificat exituras sordidas, & curat erisipilam. Et quando est sicca, curat apostemata fraudulenta putrida, & quia in ipsa est stipticitas, retinet uentrem quando bibitur. Dioscorides.) Quando fit emplastrum cum ea testiculis, resoluit apostemata phlegmatica eorũ, & mundificat hulcera, & prohibet formicam, & aperit emorrhoidas, & quando fit emplastrum cum ea, sedat apostemata calida, & si administratur sicca, prohibet dilatationem hulcerum, & abscindit putredinem eorum, & curat hulcera fraudulenta quæ sunt in ore, & quando bibitur, stringit uentrem, & dicitur de ista radice idem, quod dicitur de supradicta.

D DE MEDICINIS FRIGIDIS ET siccis primi gradus.

DE MYRTO ET MANTIDABON XCII.

AEs domestica, id est, myrtus. Dioscorides.) Est de ea fortis uiriditatis declinans nigredini, & de ea quę declinat ad albedinẽ, & ea quæ declinat ad nigredinẽ, confert magis in Medicina, & similiter grana eius, & proprie quę ex ea est montana. Galenus.) Substantia eius est cõposita ex uirtutibus contrarijs, & id quod uincit plus in ea, est substantia terrea, frigida, & est cum hoc in ea res calida subtilis, sapor eius est stipticus, & nabach est magis stipticũ, quàm folia mirti, & quàm summitates, & quàm fructus, & quàm succus eius. Et uirtus eius prima, uolo dicere, omnium partium eius, est plus desiccatiua' quã nabach, & folia sicca sunt plus in hoc cꝫ humida, quia in humidis admiscetur aliquid aquositatis. Et uirtus eius secunda, est uirtus retentiua, prohibitiua quando ponitur exterius, & quando exhibetur interius, quia non est in ea aliquid ex uirtute laxatiua, neq; de uirtute lauatiua, & rob eius exprimitur à folijs & à granis eius. Dioscorides.) Virtus myrtillorũ & arboris eius est stiptica, & comeditur fructus eius humidus & siccus in sputo sanguinis, à pectore & pulmone, & in ardore ueśicæ. Et fructus succus humidi facit operationem ipsius fructus, & est bonus stomacho, & prouocat urinã, & quando miscetur cum uino, confert morsui rutellæ, & scorpionis, & decoctio fructus eius nigrificat capillos, & quando fit emplastrum cum eo post decoctionẽ eius cum uino, curat hulcera quę sunt in palmis & in pedibus, et quando fit emplastrum cum eis & farina subtili, sedat apostemata calida oculorum, & rob qui fit ex granis myrti, quando teruntur, & exprimitur succus, & coquitur (nam si non fieret hoc, fieret acris) & quando bibitur ante potationem uini, prohibet ebrietatem, & rob quidem istud confert ad omnia, ad quæ confert fructus ipse: & quando in decoctione eius fit sessio, confert exitui matricis, & intestini inferioris, & fluxui menstruorum, & humiditatibus antiquis à mattice manantibus, & abstergit furfures capitis, & hulcera

A & hulcera humida eius, & retinet fluxum capillorum, & admiscetur in unguentis, quæ iuuant ad hæc. Et decoctio foliorum eius conuenit in sessionibus mulierum similiter, & confert relaxationi iuncturarum, & quando ipsa proijcitur super ossa fracta, quæ nondum sunt consolidata, accelerare facit eorum consolidationem, & si distillatur in aurem aqua, emanat sanies, & uirus confert, & denigrat capillos, & succus foliorum eius facit hoc etiam, & folia eius quando teruntur, proijcitur desuper ea aqua, & parumper olei omphacini, aut rosacei, & uini, & fit inde emplastrũ, confert hulceribus humidis, & membris, ad quæ fluunt humores, & confert fluxui antiquo, & formicæ, & erisipilæ, & apostematibus testiculorum, & fistulis eorum, & quando teruntur sicca, ponuntur super panaricium, iuuant, & ponuntur sub asselis, & inguinibus, & aufert fetorem earum, & abscindit sudorem eius, qui habet cardiacam diaphoreticã, & confortat ipsum, & miscentur cum mum, aut cum oleo, & curant combustionem ignis & panaricium, & exprimitur succus ipsorum foliorum proijciendo super ipsa uinum uetus, aut aquam pluuialem, & postea exprimuntur, & oportet quod fiat iste succus dum sunt recentia, quia postquam desiccantur, debilitatur uirtus eorum.

Sed mantidabon est res quæ nascitur in stipite arboris myrti, & est res dentata, cuius color est sicut color ipsius myrti, uel iuxta ipsum, & assimilatur plantæ manus, & stipticitas eius est maior stipticitate myrti, & extrahitur succus ab ea, postquam teritur, & miscetur ei uinum ponticum, & fiunt inde trocisci, qui desiccantur in umbra, & isti trocisci sunt fortioris operationis, quàm folia mirti, & quàm fructus eius, & quando oportet fieri admixtio myrti in cerotis in necessitate operis ad stipticandum, debent admisceri isti trocisci, & similiter quando oportet fieri nasalia, & emplastra, & aquæ ad sessiones, oportet admisceri de istis trocisci.

Aben mesuai.) Succus myrti confert doloribus pectoris, & pulmonis, & confert tussi, & stringit fluxum uentris cholericum, & fortificat stomachum, & est bonus hulceribus membrorum interiorum, fortificat uiscera, & retinet fluxum menstruorum superfluum, & grana eius conferunt sputo sanguinis à pectore & pulmone, & conferunt stomacho sua ponticitate, & conferunt fluxui cholerico, & tussi, & myrtus quidem non confert istis duabus egritudinibus contrarijs, nisi propter aggregationem ponticitatis & dulcedinis quæ sunt in ea.

DE VSNEE. XCIII.

AXneeh, id est, muscus quercinus, et dicitur canianus. Dioscorides.) Est res quę reperitur nascens super arborem scerbin, & nucis, & glandium, & melius ex eo est, quod reperitur super scerbin montanam, & post illud quod reperitur super arborem nucis, & melius horum est, quod est magis odoriferum, & albioris coloris, & peius ex eo est id, quod est ad nigredinem decliue. Galenus.) Sapor eius est stipticus temperate. Et uirtus eius prima non est frigida frigiditate forti, sed prope tepiditatem. Et secunda resoluit & mollificat, & proprie id quod reperitur super arborem scerbin. Dioscorides.) Confert doloribus matricis quando coquitur, & sedẽt mulieres in decoctione eius, & confert multum quando admiscetur in fumigationibus & unguentis, quę fiunt ad resoluendam lassitudinem, & ingrediantur in confectione olei de ben, & in alijs unguentis, propter stipticitatem quæ est in eo.

Chozi dixit.) Quando infunditur in uino diebus aliquot, illud uinum facit dormire dormitione forti, & quando infunditur in uino stiptico, confert stomacho, & curat excussionem uentris, & aromatizat stomachum, & abscindit uomitum.

DE ACACIA. XCIIII.

ACachie, id est acacia, spina Babylonica.) Est arbor gummi Arabici. Dioscorides.) Nascitur in Babylonia, & est spina quæ est in magnitudine sua sicut arbor, & rami & summitates eius non sunt recti, & flos eius est albus, & fructus eius est sicut lupinus albus, & est in uaginis, & ex eo fit succus, & exiccatur in umbra, & quando fructus eius est maturus, & color succi eius est niger. Sed quando est immaturus, est color succi eius smaragdinus, & melior ex eo est ille qui habet hunc colorem, & accidit

C accidit quando miſcetur cum alijs Medicinis, quod meliorat odorē earum, & quidam addunt folia ipſius arboris cum fructu, & exprimunt ſuccum, & gummi Arabi cum eſt gummi iſtius arboris. Galenus.) Sapor huius arboris eſt ſtipticus multū, & ſimiliter eſt ſuccus eius, & ſubſtantia ſucci eius eſt terrea, & admiſcetur ei aliquid de ſubſtantia aquoſa, & eſt in ea pars ſubtilis calida. Et uirtus eius prima eſt frigida, & ſicca in primo gradu, & quando abluitur, eſt frigida in ſecundo gradu, & ſicca in tertio. Dioſcorides.) Virtus acaciæ eſt frigida & ſtiptica. Et ſuccus acaciæ eſt multum iuuatiuus, quando miſcetur in Medicinis oculi, & confert etiſipilę & formicę, & ſciſſuris quæ fiunt à frigore, & panaricio, & hulceribus oris, & eminentiæ oculi, & abſcindit humiditates antiquas, quæ fluunt à matrice, & reducit anum & matricem quando egrediuntur, & quando bibitur, & fit cliſtere cum ea, ſtringit uentrem, & denigrat capillos, & iam abluitur acacia, & miſcetur in Medicinis oculorū, nam teritur & miſcetur cum aqua, & proiȝcitur quod natat ex aqua deſuper, & fit hoc toties, donec aqua ſupernatat pura, & fiunt inde trociſci, & comburitur acacia in olla terrea, & ponitur in furno, & dimittiē donec coquunē uaſa, & aſſatur ſuper prunas, & aqua ubi coquitur acacia, quādo proiȝciē ſuper iuncturas relaxatas, reſtringit eas. Hunaim, in libro de tyriaca.) In acacia terminus eius eſt, ꝙ eſt fortiſſime ſtiptica.

DE EMBLICIS ET BELLIRICIS. XCV.

EMleg, id eſt bellileg, id eſt emblici & bellirici. Aben meſuai.) Emblici & bellirici ſunt frigidi & ſicci & ſtiptici in fine tertij gradus, & extinguunt acuitatē ſanguinis, & caliditatem choleræ, auferunt ſitim ſua frigiditate, præparāt ſtomachum, prouocant appetitū, ſtringunt uentrem propter eorum ſtipticitatem, & emblici habent proprietatem denigrandi capillos, & prohibent caſum ipſorum, & fortificant anum, & conferunt hemorrhoidibus, & ipſi intumeſcunt in aqua, & conditi ex eis faciunt operationem mirobalanorum cōditorum, niſi quia ipſi ſunt debiliores eis,
D & in belliricis eſt proprietas maior in acumine quàm in emblicis. Bedigoras.) Emblicorum proprietas eſt, quod fortificant ſtomachum, & prohibent corruptionem ab eo. Iudæus.) Emblici præparant ſtomachum, & corroborant appetitum cibi, & incitant coitum, & abſcindunt ſputum & uomitum, & ſedant ſitim. Alfetiſi.) Emblici abſcindunt ſitim, & augent fortitudinem in uiſceribus, & acuitatem, & ſubtilitatem in operationibus ſenſus. Xarcha Indus.) Calefaciūt, & ſunt domini Medicinarum. Habix.) Belliricí ſunt in operatione ſua, propinqui mirobalanis citrinis, & emblici ſunt in operatione propinqui mirobalanis kebulis in Medicinis, & quando adunantur omnes tres ſpecies mirobalanorum cum emblicis & belliricis, & miſcetur cum eis modicum olei amigdalarum dulcium, & conficiuntur cum melle, conferunt iuuamento manifeſto ægritudinibus, melancholiæ & phlegmatis, & clarificant colorem, tingunt capillos in nigrum colorem, qui parati ſunt fieri cani. Et ideo nominant quidam Medici emblicos ſyrenblicos, & hoc ideo, quod quando infunduntur in lacte, in terra in qua naſcuntur, nominantur ſiremblici, & ipſi ponuntur in lacte ſicut dixi, ut egrediatur ab eis aliqua ſtipticitas, quæ eſt in eis, ſicut diximus, quod eſula infunditur in lacte etiam, ut ab ea egrediatur aliqua ſtipticitas quæ eſt in ea.

DE ASTARATICON, ET EST centum capita, & iringi. XCVI.

ASTaraticon.) Iſtud eſt centum capita, eſt cœleſtis coloris. Dioſcorides.) Sunt homines qui nominant ipſum bionion, & eſt herba habens ſtipitem durum, aſperum, & in ſummitatibus eius eſt flos glaucus, ſimilis flori camomillæ, & aliquis ex floribus habet colorem purpureum, habet folia ſciſſa, & capitella ſimilia ſtellis. Sed folia quæ ſunt in ramis, tendunt ad longitudinem, & habent uelut pilos. Galenus.) Traxit ab eo nomen quod curat apoſtemata, quando fit emplaſtrum eis de foris cum ea, aut ſuſpenditur ſuper ipſa. Et uirtus eius prima infrigidat & deſiccat, non fortiter, & maxime dum eſt recens. Et ſecunda eſt uirtus quæ reſoluit & impellit, & ideo eſt compoſita ex uirtutibus contrarijs, ſicut roſa, niſi quia non habet ſtipticitatem.

A citatem. Dioſcorides.) Folia huius plantæ conferunt inflammationi ſtomachi, & apoſtematibus oculi, & apoſtematibus alijs calidis, & eminentię oculi, & dicunt quidam, quod flos huius herbæ, ſcilicet cuius color eſt purpureus, quando bibitur cum aqua, cōfert ſquinantię & epilepſiæ, quæ accidit infantibus, & quando fit emplaſtrum cum ea humida, confert apoſtematibus calidis lumborum, & dicunt quidam, quod ſi ille qui habet apoſtema in lumbis ſuis, acceperit florem eius ſiccum cū manu ſua ſiniſtra, & poſuerit ſuper apoſtema, ſedat pulſationē eius, ſi Deo placuerit.

DE IRINGI.

SEd centum capita, alba eſt ſpecies ſpinę, & ſumitur folium eius ſale conditum, in principio ſui augmenti, & folia eius ſunt lata, aſpera, in ſummitate aromatica, quando guſtantur, & quādo creuerint, fiunt ramuli rubei & multi, & in ſummitatibus eius ſunt capita rotunda ſicut ſtellæ, & in circuitu eorum ſunt ſpinę, & ſtipes eius durus, & color capitellorum eius eſt ſimilis colori oleandri, aut albus, & fortaſſis aliquādo ſicut color iacinthi, & habet radices longas, & latas, nigras de foris, & interius albas, & in groſſitudine policis, boni odoris, naſcitur in locis petroſis, & aſperis. Galenus.) Virtus eius eſt compoſita, quia refrigerat & reſoluit reſolutione pauca. Dioſcorides.) Habet uirtutem calefactoriā, uolo dicere radix eius, & quando bibitur, prouocat menſtrua & urinam, & diſſoluit torſiones & inflationes ſtomachi. Et quando bibitur cum uino, cōfert dolori epatis, & morſibus uenenatis, & animalium interficiētium, & bibitur de ea pondus. i. ad plus, quod poteſt cum ſemine baucię & papauere, & putauerunt quidam, quod quando ſuſpenditur ſuper apoſtemata exteriora, aut fit eis emplaſtrum, cum ea reſoluit ea.

DE FABA. XCVII.

HAchille, id eſt faba. Galenus.) Sapor corticis eius eſt ſtipticus. Et uirtus fabæ, ſecundum Medicinam, infrigidat temperate, & deſiccat deſiccatione ſine nocumento. Et uirtus ſecunda abſtergit. Sed corticis uirtus eſt ſtiptica, non habens uirB tutem abſtergendi. Et uirtus tertia confert fluxui uentris, & ulceribus inteſtinorum, & uomitui, quando coquitur cortex eius, & comeditur, & ſubſtantia eius alia adiuuat ad expuendas humiditates quæ ſunt in pectore & pulmone, & quando coquitur cum aqua, & miſcetur cum axungia porcina, confert podagræ, & quando coquitur cum aceto & melle, & ponitur ſuper hulcera quæ ſunt in neruis, confert, & quando accipitur emplaſtrum cum farina, cum ſauich hordei, confert membris habentibus apoſtemata propter percuſſionem, & eſt emplaſtrū iuuatiuum, habentibus apoſtema calidum in inteſtinis, aut in māmillis, & hoc ideo, quia iſta membra quieſcūt propter res frigidas temperatas, quando ipſa ſunt apoſtemata, & præcipue quando apoſtema quod eſt in mammillis, eſt ex lacte caſeato in eis, quoniam abſcindit lac, & fiat emplaſtrum ſuper pectinem pubeſcentium cum farina fabarum, & prohibet ab eis longo tempore ortum pilorum in eo, & ſecundum cibum eſt magis inflatiua quàm aliquis alius cibus, & tardioris digeſtionis. Dioſcorides.) Generat uentoſitates & inflammationes, & eſt tardę digeſtionis, & generantur ex ea humores mali, & eſt bona tuſſi, & facit augmentū in carne. Et quando coquitur cum aceto & aqua, & comeditur cum cortice ſuo, abſcindit fluxum qui fit ab hulceribus inteſtinorū, & fluxum antiquum, qui non eſt ab hulceribus inteſtinorū & uomitū, & quando fabæ ebulierint una ebulitione, & proiȝcitur aqua illa, & apponitur alia aqua, & coquuntur, ſunt minoris inflationis, & fabæ recentes ſunt dereriores ſtomacho quàm ſiccæ, & plus phlegmaticæ, & quando ex farina fabarum ſola fit emplaſtrū, aut cum ſauich, ſedat apoſtemata calida, quando accidunt à percuſſione, & cōfert apoſtematibus mammillarum, quæ fiunt à conglutinatione lactis, & abſcindunt multitudinem lactis, & quando miſcetur cum farina fœnugræci, & melle, reſoluit clauos & apoſtemata quæ fiunt in radice auris, & liuorem qui fit ſub oculis, & nominatur in Græco ochochia, & quando miſcetur cum roſis & albugine oui, confert eminentiæ pupillæ, & eminentiæ oculi ſimiliter, & quando conficitur cum uino, confert dilatationi pupillæ, quæ dicitur ſancaliles, & apoſtematibus oculi, & excoriantur,

& maſtican

C & masticantur,& ponuntur super frontem,et abscindunt cursum humorum ad oculum. Et quando coquuntur cum uino,curant apostemata testiculorum. Et fit emplastrum cum eis super pectinem puberum,& tardat ab eis pollutionem,& abstergunt bocha,id est,maculas albas, & quando fit emplastrum cum corticibus super locum unde euulsi sunt pili,orientur ibi pili subtiles,& debiles,& quando admiscetur cum farina fabarum,alumen iameni,& oleum uetus,& fit emplastrum cum eis, resoluit scrophulas,& decoctio fabarum tingit lanam. Et quando frangitur faba, & diuiditur in duas partes,& ponitur in loco unde ablata est sanguisuga,abscindit fluxũ sanguinis à loco Barbios in libro suo de agricultura.) Faba inducit cogitationes et sollicitudines,& prohibet ueras uisiones somniorum,quia generat uentositatem multam,& si comedant gallinæ fabas,abscindunt ab eis generationem ouorum.

Costes.) Qui comedit fabas,incurrit timores & cogitationes.

DE GLANDE ET CASTANEA. XCVIII.

KVllot,& castal, id est, glans & castanea. Galenus.) Sapor omnium partium huius arboris est stipticus, & maxime corticis medij inter exteriorem corticem & lignum,& similiter pellicula quæ est inter fructum & corticem suum,& nominatur geitalbulot. Et fructus quidẽ uirtus prima est,quæ infrigidat infrigidatione pauca,& possibile est,quod sit in hoc sicut Medicinæ tepidæ primi gradus,& desiccat. Et uirtus secunda incarnat. Et tertia curat nimium fluxum sanguinis menstruorum, & sputum sanguinis, & confert hulceribus intestinorum, & fluxui uentris,quando coquitur cortex interior cum cortice fructus,& folium eius conglutinat plagas recentes,quando apponitur,& maxime folia duarum specierum glandiũ, quia sunt magis stiptica,& ego quidem conglutinaui uulnus in quodam, quod factum fuit cum ense,cum folio glandis solo,postquã triui ipsum & concribraui, & posui supra uulnus in circuitu eius. Et uirtus fructus eius est similis huius uirtuti, quãdo administratur in apostematibus calidis,in principio eorum,& in augmento. Dioscorides.) Arbor glandium est totaliter stiptica, & id in quo est maior stipticitas, est pellicula, quæ est inter corticem exteriorem & lignum, & similiter pellicula quæ est inter fructum & corticem. Datur ergo lignum ex decoctione eius, habentibus fluxum antiquum,& habentibus ulcera intestinorum, & sputum sanguinis, & fit cum eis nasale,mulieribus habentibus cursum humiditatum matricum,& glandes similiter faciunt hoc,& ipsæ quidem multiplicant urinam, & inducunt dolorem capitis, & inflant uentrem,& conferũt speciebus uenenosorum, & decoctio eius & corticis eius, quando bibitur cum lacte uaccino, confert Medicinæ mortiferæ, quæ dicitur toxicum,& quando fit emplastrum cum glandibus,sedat apostemata calida, & quãdo fit emplastrum cum eis,& axungia porcina salsa,confert apostematibus duris,& ulceribus fraudulentis. Et species quidem glandium quæ dicuntur carmas, est fortioris operationis quàm aliæ. Et arbor quæ dicitur chihaos,& arbor quæ dicitur barbes,sunt species arborum glandium, & operatio earum est ferè sicut operatio arboris glandium. Sed cortex radicis barbes,quando coquitur in aqua donec mollificetur,& ponitur super capillos,& dimittuntur tota nocte,postq̃ prius ablutum est caput cum chimolea,tingit capillos in nigrũ colorem. Et folium speciei arboris glandium omnium, quando teritur, confert apostematibus phlegmaticis, & fortificat membra debilia. Sed illa quæ nominatur sadianalach, & quidam nominãt eam castaneam,& est stebulot,est stiptica,similiter & operatio eius est similis operationi glandium,& maxime cortex interior castaneæ, & est pellicula subtilis, quæ est media inter corticem grossum & fructũ,& caro ipsa castaneæ, confert illi qui bibit Medicinam mortiferam,quæ dicitur apimazan.

DE BEDEGVARD, id est,spina alba. XCIX.

BEdeguard,id est spina alba. Dioscorides.) Nominatur achantis leuce,& est in Græco spina alba. Nascitur in montibus Zagial,& habet folia similia cameleonte albę,nisi quia sunt strictiora & albiora,& super ea est simile borę,& sunt spinosa, & habet

A & habet stipitem longum duobus brachijs, in grossitudine digiti pollicis,uel plus, color eius est uergens ad albedinem,& super summitates eius sunt capitella spinosa similia ericio marino, nisi quia sunt minora & oblonga, & flos eius est coloris purpurei,& semen eius est simile grano cartami,nisi quia est rotundius eo. Galenus.) Radicis huius sapor est stipticus cum temperamento. Et uirtus eius prima desiccat. Et secunda stringit & confortat. Et tertia cõfert fluxui uentris & debilitati stomachi, & abscindit sputum sanguinis,& apponitur exterius sicut emplastrũ,& destruit apostemata mollia,& quando cum aqua eius fit oris collutio, confert dolori dentium. Sed seminis eius substantia est subtilis. Et uirtus prima est calida. Et uirtus eius secunda,confert habentibus spasmum,quando bibitur. Dioscorides.) Quando bibitur, confert sputo sanguinis,& dolori stomachi,& fluxui antiquo, & prouocat urinam, & delentur cum ea apostemata phlegmatica,& quando coquitur, & fit cum decoctione eius collutio oris,confert dolori dentium,& quando bibitur semen, confert pueris habentibus spasmum,& illi qui est morsus à cane rabido, & dicitur q̃ quando suspenditur super aliquem,non timet animalia uenenosa.

DE CORALLO. C.

BAssad,id est mergen,id est Corallus. Et bassad quidem est illud quod est mergen. Nam mergen est radix ipsius arboris,& bassad est rami eius, & nascũtur ab ea sicut nascuntur rami arborum aliarum terrestrium. Dioscorides.) Fit nodosus ab aqua marina,& dicitur planta marina,nascitur in fundo maris, & quando exit à mari, & occurrit ei aer, restringit ipsum & indurat, & reperitur in aliquibus montibus,& melior ex eo est rubeus, qui assimilatur asseregi, aut cinabrio bene colorato, cito fragilis, & in partibus suis æqualis, & in odore suo assimilatur odori lenticulæ marinæ, & in figura sua est similis arbori cassiæ ligneæ, habens multos ramos, qui uero de ipso est petrificatus,multum durus,nõ est bonus,sed est malus,& sunt ex eo

B species aliæ nigri coloris,habentes plures ramos quàm rubeus, & odor eius est fortior quàm illius,& rubei uirtus est stiptica,frigida cum temperamento,aufert carnes superexcrescentes,& abstergit cicatrices hulcerum oculi, & implet foueas earum carne,& confert manifesto iuuamento spuentibus sanguinem & dissenteriæ, & quando bibitur cum aqua,resoluit tumorem splenis,& quando bibitur cum aqua pluuiali,confert dolori stomachi & uentris,& quãdo bibitur cum cornu ceruino & aqua tepida,confert fluxui menstruorum. Et uirtus nigri est eadem. Paulus.) Desiccat desiccatione forti,& stringit propter stipticitatem, & confert dissenteriæ & spuentibus sanguinem. Aben mesuai.) Abstergit uisum, & est bonus lachrymis,quia desiccat eas desiccatione forti.

DE BVRDI. CI.

BVrdi. Dioscorides.) Burdi est notum,& ex eo fiunt chartæ, & utuntur eo Medici, quando uolunt dilatare orificia fistularum, & quando uolunt eo uti, infundunt eum primo in aqua,& postea ligant super eum linum & dimittunt donec desiccetur, & postea dissoluunt & ponunt in fistulis, quoniam quando manet intus, impletur humiditate, & tumescit & dilatat, & radix huius nutrit nutrimẽto pauco, exiccant eam Babylonici,& proijciunt substantiam eius, & utuntur ea in partibus illis pro cannis. Et burdi quando comburitur quoúsq̃ conuertatur in cinerem,& administratur, prohibet dilatari hulcera maligna,quæ fiunt in ore & alijs membris. Et kirtas quidem combustum est fortioris operationis quàm burdi,combustũ etiam. Galenus.) Hæc herba non administratur in Medicina sola,sicut est,sed postq̃ infunditur & comburitur,& hoc quando infunditur cum aceto & aqua,aut in uino solo, incarnat hulcera recentia,maxime quando apponitur circa uulnus ipsum, nisi quia secundum hunc modum est sicut materia unius Medicinarum quæ sanant, & quando comburitur,conuertitur ad Medicinam desiccatiuã sicut kirtas,& quando comburitur iterum burdi, & dis, id est iuncus, quando comburuntur, sunt debilioris uirtutis quàm kirtas combustum.

DE IEVERS PANICVM. CII.

C IEuers. Isaac eben amram.) Est dora & ieuers, & est apud omnes Medicos species milij, & est paruum granũ fortiter stipticum puluerulenti coloris, & habẽt ipsum omnes sapiẽtes pro milio ipso, nisi quia Abohanifa proprie dixit ꝙ species milij sunt duæ species, quoniã unum est asperũ, & aliud non asperũ, & dixit ꝙ ieuers est Persicum, & milium est Arabicum. Galenus.) In substantia eius est subtilitas pauca. Et uirtus eius prima infrigidat in primo gradu, & desiccat, aut in principio secundi, aut in fine primi, & comeditur & nutrit nutrimento pauco, minori scilicet, quã cæteræ omnes species grani, & stringit uentrem, & quando apponitur extra positũ in saccellis, aut facto emplastro ex eo, confert iuuamentũ magnũ, ubi conuenit fieri emplastrum desiccatiuũ sine mordicatione, quando fit emplastrũ ex eo, desiccat, nisi quia frangitur, & cõmuniter emplastrũ quod fit ex eo, nec adhęret facile membro. Dioscorides.) Est minoris nutrimẽti quã aliquod aliud granũ ex quo fiat panis, & quando comeditur panis ex eo factus, stringit uentrem & prouocat urinã, & quando torrefit & fit calefactoriũ cum eo calido, confert doloribus pungitiuis & torsionibus & alijs doloribus. Paulus.) Habet uirtutem desiccatiuã, cum hoc quod est in eo de stipticitate, & ideo administratur in speciebus punctionum quæ fiunt in lateribus.

DE IVNCO. CIII.

DIs, id est iuncus. Dioscorides.) Est herba cuius duæ sunt species, una ipsarum habet acutas summitates, & ista species similiter diuidit in duas, quia ex ea est quæ non habet fructũ, & alia quæ habet fructũ nigrũ & rotundũ, & canna huius speciei est grossior quã canna alterius, & est species tertia, quæ habet cannã grossiorem adhuc & magis carnosam quã supradictæ duæ species, & huius speciei fructus, qui est in summitatibus eius, est similis fructui unius supradictarũ specierũ, & quãdo iuncus assatur & bibitur cum uino, stringit uentrem & abscindit fluxum sanguinis à matrice, & prouocat urinam, & facit soda, & quod ex folio est in radice huius plantæ,
D quando fit emplastrũ cum eo, confert morsui rutellæ, & fructus speciei tertiæ bibitus inducit somnũ, & oportet ꝙ caueatur multus usus eius, quia facit subet. Galenus.) Huius herbæ sunt duæ species, una earũ est subtilior, durior, & alia grossior & mollior, & fructus huius secundæ speciei facit dormire. Sed & species prima est similiter duarũ specierũ, una quarũ non facit fructum, & non est in ea iuuamentũ aliquod in Medicina, & alia facit fructum & facit somnũ etiam, nisi quia in hoc est debilior quã prima. Et ista species facit soda. Substãtia istarum duarum specierũ est composita ex substantia terrea, pauca frigida, & paucæ frigiditatis, & ex substantia aquosa, calida, paucæ caliditatis. Et uirtus prima desiccat & infrigidat. Et secunda est narcotica. Et tertia est ꝙ duæ species quando assantur in igne, & sumuntur in potu cũ uino, stringunt uentrem, & abscindunt superfluitatem menstruorum, & ambæ desiccant hoc quod descendit ex humoribus ad partes inferiores, & ideo ex eis ascendit ad caput uapor frigidus, paucæ frigiditatis, & est ille qui facit somnum.

DE MILIO. CIIII.

DOchon, id est milium. Dioscorides.) Milij sunt duæ species, una earum est asperũ habens granũ, & est illud quod potest teri, & à quo aufertur cortex sicut fit á rizi. Et alia species est fortissimi & asperrimi grani, & nõ potest ab eo auferri cortex. Galenus.) Est granum ex speciebus granorũ, quod assimilatur in figura sua ieuers. Et uirtus eius secunda est similis uirtuti illius, & nutrimentum eius est paucum, & desiccat, & ideo retinet uentrem sicut facit ieuers. Sed quando apponitur exterius infrigidat & desiccat, & dixit in libro de cibis, quod milij complexio est sicut complexio ieuers, frigida in primo, sicca in secundo. Dioscorides.) Est de granis ex quibus fit panis sicut fit ex ieuers, nisi quia milij nutrimentum est minus quàm ieuers, & est minoris stipticitatis quàm stipticitas eius similiter.

DE DIDAR. CV.

DIdar ita nominatur in Oriente. Et Arabes nominant eam arborẽ cimicum. Et in Persia nominant eam luzach, et est arbor habens in ramis eius camerulas, in quibus est humiditas, quæ quando desiccatur, generantur ex ea animalia similia cimicibus.

A micibus. Galenus.) Sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima infrigidat & desiccat. Et secunda conglutinat dum est recens, & cortex eius quando est desiccatus, abstergit. Et uirtus tertia est, ꝙ dum foliũ eius est recens, conglutinat hulcera humida. Sed & radicis uirtus est hæc eadem, & hoc uidelicet quando proijcitur aqua, in qua decoquitur super ossa, cuius conglutinatio est necessaria, sed & cortex eius dum est recens, proprie si ligetur super locũ uulneris, consolidat eum, & quando cortex exiccatur, curat ægritudinem cum qua eleuatur cutis. Dioscorides.) Folium huius arboris, & summitates eius, & cortex ipsius sunt stiptica, quando fit emplastrũ cum folio eius trito & mixto cum aceto, confert scabiei hulcerosæ, & conglutinant uulnera, & cortex arboris conglutinat uulnera, plusq; folia, quando ligatur super uulnus, sicut ligantur corrigiæ, & quod de cortice huius arboris est grossum, si de eo bibitur aur. i. cum uino aut cum aqua frigida, purgat phlegma & proijcitur super ossa fracta decoctio foliorũ & radicis, & conglutinat ea cito, & humiditas quę reperitur in capitibus quæ nascuntur in ramis eius, in principio quando apparent, si linitur facies cum ea, abstergit eam, & quando humiditas illa desiccatur, generantur ex ea animalia quæ assimilanẽ cimicibus, & folia huius arboris dũ sunt mollia, coquunẽ & comedunẽ.

DE CARDO. CVI.

DIbsacos est spina eorum qui pannos faciunt. Dioscorides.) Est species spinarũ habens stipitem longum, spinosum, & folia eius sunt circa stipitẽ similia foliis lactucæ, & super quemlibet nodum stipitum sunt duo folia, & sunt amplectentia stipitem, longa, spinosa in medio eorũ, interius & exterius habent similitudinem ueficarum aquæ, & sunt spinosa etiam iuxta stipitem, concauitatem habent in qua colligitur pluuia & ros, & ideo nominaẽ dibsagos, & expositio eius est sitiens, & super quemlibet ramũ est capitellũ simile ericio marino, aliquantulũ ad longitudinẽ tendens spinosum, quod cum desiccatur, fit albi coloris, & quando scinditur, reperiuntur in medio uermiculi parui. Galenus.) Radicis huius spinæ uirtus prima, est uir-
B tus quæ desiccat in secũdo gradu. Et uirtus secunda abstergit. Dioscorides.) Radix huius plantæ quando coquitur cum uino, & teritur bene donec fiat sicut cerotum, & emplastratur cum ea anus, curat scissuras quæ sunt in eo, & ad emorrhoidas interiorẽs. Et oportet ꝙ Medicina reponatur in pixide ænea. Et dicũt aliqui ꝙ curat speciem formicę quæ dicitur parogodos. Et dicunt quidam ꝙ uermes qui reperiuntur in capitibus huius plantæ, quãdo ligantur in corio & suspenduntur in collo uel humero habentis quartanam, curant eum si Deus uoluerit.

DE MIROBALANIS. CVII.

HAlilig, id est mirobalani.) Species mirobalanorũ sunt 4. Citrini & nigri, & sunt illi qui nominãtur indi, & kebuli, & seni citrini. Aben mesuai.) Meliores ex eis sunt, quorũ color est citrinus, approximãs uiriditati, graues, pleni, sine rugis. Hachim eben hunaim.) Putant nouí Medici ꝙ sapor eorũ sit stipticus, fortis stipticitatis, cum pauca amaritudine. Et uirtus eoꝝ prima, secundũ Isaac eben amram, est frigida in primo gradu, sicca in secundo. Et uirtus eorũ secunda, secundũ Hachim, est ꝙ fortificat oculos lenes, & prohibent cursum humorũ ad ipsos, & cõfert sebel. Aben mesuai & Bedigoras & Iudæus & Damasci & Mesarugiæ.) Proprietas eorũ est purgare cholerã, & incoriare stomachũ, & dosis eoꝝ infusoꝝ aut decoctoꝝ est à ʒ.vij. usq; ad xxi. & siccoꝝ tritoꝝ à ʒ.iij. usq; ad. vij. Sed nigri. Mesarugie.) Sapor eoꝝ est stipticus, & substantia eoꝝ est cõposita ex frigiditate, cum pauca acuitate & subtilitate. Et uirtus eoꝝ prima, secundũ Isaac eben amram, est frigida & sicca in primo gradu. Et uirtus eoꝝ tertia, secundũ Bedigoras, est ꝙ confortant stomachũ, & secundũ Iudęũ, ꝙ conferunt melancholiæ & cardiacæ, & clarificant colorem. Mesarugię.) Incoriant stomachũ. Damasci.) Conferunt melancholię sua proprietate. Aben mesuai.) Sua proprietate confortant stomachũ, & purgant melancholiã. Et dosis eorum in decoctione, aut infusione est à ʒ.v. usq; ad.xv. & siccoꝝ à ʒ.ij. usq; ad.v. Sed kebuli electi ex eis, secundũ Aben mesuai sunt, qui sunt in colore prope ruborẽ, & sunt grauiores. Aben amram.) Nigri, pingues, melioris saporis, nam ipsi sunt meliores cæteris

C ſpeciebus mirobalanorũ in ſapore ſuo. Et ſecũdum Aben meſuai ſunt ſtiptici. Et ſecundũ Abugerig eſt in eis acetoſitas. Aben amram.) Sunt frigidi & ſicci in primo. Et uirtus eoꝝ tertia eſt, quod conferunt ano & emorrhoidibus. & incoriant ſtomachum & gingiuam. Iudęus.) De proprietate eoꝝ eſt ꝙ mundificãt uillos ſtomachi & exiccãt eos. Abugerig & Aben meſuai.) Kebuli incoriant ſtomachũ. & confortãt eum, & digerũt cibũ, & deſiccant humiditates leniũt naturã, & conferũt uentoſitati emorrhoidarũ, & conferunt melancholicis, maxime quando cum eis admiſcentur ſpecies, & dixit ꝙ kebuli de ſua proprietate purgãt melancholiã, purgatione debili, & doſis eoꝝ infuſoꝝ uel decoctoꝝ eſt à ʒ.v. uſq; ad.xv. Et Xarch Indus dixit in mirobalanis.) Vniuerſaliter mirobalani ſunt calidi & ſtiptici, & expellunt ſtercora uentris, & corroborant ſenſus omnes, & memoriã, & ſenſum, & conferunt lepręe & colicę & emorrhoidibus antiquis, & ſodã & hydropiſi, & inducunt nauſeã & uomitũ.

Sed ſeni. Aben meſuai & Albaſari.) Mirobalani de ſeni ſunt ex ſpeciebus mirobalanoꝝ, habent corticem ſubtilem, nigrũ, & color eoꝝ uergit ad citrinitatẽ, & ſunt ſimiles oliuis in forma ſua, & iuuamentũ eoꝝ eſt minus iuuamento aliarũ ſpecierum mirobalanoꝝ, ſi condiuntur, fortificãt ſtomachũ, debiliter tamen. Aben meſuai in libro ſuo de cibis.) Mirobalani ſeni ſunt ex ſpeciebus oliuarũ, qui quando condiuntur, incoriant ſtomachũ incoriatione pauca, & non eſt in eis de iuuamento tantum quantũ in kebulis. Et iterũ de mirobalanis Hunaim.) Mirobalanoꝝ ſunt ſpecies kebuli citrini & indi, ſed kebuli appropinquant frigiditati, cum caliditate pauca temperata, & fit frigiditas eoꝝ amplior propter acetoſitatẽ quæ eſt in eis. Et tu quidem quando teris eos, inuenis in eis paucã acetoſitatẽ occultã, & de proprietate eoꝝ eſt ꝙ ipſi purgant melancholiã & exugunt quod de ea generatur in ſtomacho, & exugunt phlegma ſimiliter & operantur in purgãdo cholerã, ſed nõ ſicut in melancholia. Et indi approximant eis, niſi quia non habent tantã uirtutẽ. Et quidã ex Medicis

D tribuunt in potu mirobalanos indos cum citrinis, & kebuli quidem ſunt frigidiores eis, citrini uero ſunt minus frigidi, & expellunt cholerã. Et errant aliquãdo quidã ex apothecarijs, qui uendunt nigros in colore ex kebulis, loco mirobalanoꝝ nigroꝝ. Nam nigri ſecundũ ueritatẽ ſunt indi, ſicut nominant omnes, & ex kebulis quidã reperiuntur citrini coloris, & quidã nigri, & nigredo quæ eſt in eis, nõ eſt niſi propter ampliorẽ morã quã ipſi protraxerũt in arbore ſua, & ſunt pinguiores & carnoſiores citrinis in colore, propterea quia ipſi fecerunt moram in arbore, quare ipſi receperũt amaritudiné ampliorẽ, & illi qui colliguntur acerbi ſunt citrini. Et quãdo uolumus præparare eos ad dandũ in potu, terantur & infundãtur in aqua calida, & colentur & proiciatur ſuper colaturã zuccarũ & tereniabin, ad reprimendã ſtipticitatẽ eoꝝ, & zuccarũ cum hoc abſtergit ſuperfluitates, & facit præparare operationem Medicinarũ, & iuuat ad eijciendas ſuperfluitates, & propter ſuam abſterſionẽ ponitur in pulueribus, qui ponuntur in oculo. Qui uero uult addere in bonitate præparationis eoꝝ coquat eos cum prunis, & ſebeſten, & iuiubis, & tribuat, quia in iſtis Medicinis eſt uiſcoſitas quæ reprimit ſtipticitatem mirobalanoꝝ, & admiſcetur uiſcoſitas earum cum ſtipticitate mirobalanoꝝ, & fit Medicina iuuatiua. Qui uero uult eos potare tritos cum zuccaro præparatos cum oleo amigdalarũ dulciũ, accipiat ex eis quantitatem ʒ.ij. uſq; ad.iiij. ſi uult accipere ſecundũ hunc modũ, & ſi decoquuntur à.x.ʒ. uſq; ad.xv. & ſecundũ hunc modũ accipiuntur indi. Sed mirobalanoꝝ citrinorum doſis tritoꝝ eſt à ʒ.v. uſq; ad.vij. præter zuccarũ quod admiſcendũ eſt eis, & ſi infunduntur in aqua calida à ʒ.x. uſq; ad.xv. Et omnes quidem ſpecies mirobalanorum quando bibuntur diſſoluti, aut in puluere deſiccant poſtremo naturam, & quando quæuis ſpecies mirobalanoꝝ infunditur in aqua calida, ablato nucleo interiori, & trita carne, deinde bibitur aqua illa, laxat uentrem laxatione leui, abſq; nocumento, quia omnis Medicina cuius ſubſtãtia ſumitur trita, ſimplex ſiue cõpoſita, inducit laborem in ſtomacho, quoniã natura laborat multũ circa ipſam, ſed quando infunditur aut decoquitur, & extrahitur uirtus eius, & proijcitur eius ſubſtãtia, eſt leuior naturæ, & deſcendit uelocius à ſtomacho, & iſtæ tres ſpecies mirobalanorum miſcentur

A miſcentur cum tamarindis, quoniã tamarindi extinguũt cholerã, & abſcindũt nauſeam, & ſedant uomitũ, & ſtringũt ſtomachũ, quãdo relaxatẽ propter uomitũ, & extinguunt caloré febriũ, niſi quia nocent tuſſiẽtibus propter acetoſitatẽ quæ eſt in eis.

DE ROSA. CVIII.

NArd, id eſt roſa. Galenus.) Subſtantia eius eſt compoſita ex ſubſtãtia aquoſa & ſubſtantia calida temperata cum duobus alijs ſaporibus, uolo dicere ex ſapore ſtiptico & amaro, niſi quia ſtipticitas eius eſt in quantitate tali, ꝙ corpora habentia uirtutem fluxam, nõ poſſunt diſſoluere uirtutem eius, & ſemen eius eſt ſtipticius quàm ipſa, & in roſa quidem cum ſtipticitate quæ eſt in ea, eſt dulcedo & amaritudo & ſimilitudo acuitatis, uel mordicationis paucæ. Et uirtus eius prima infrigidat & deſiccat, & ſemen eius eſt plus deſiccatiuum. Et uirtus eius tertia cõfert apoſtematibus ſanguineis in principio eorum, & oportet ꝙ recipiatur recens ex ea, & abſcindantur ſummitates eius albę cum forpicibus, & reſiduũ teratur & exprimatur ſuccus eius, & ponatur in umbra donec ſiccetur & reſeruetur pro Medicaminibus oculoꝝ.

Sed oleum roſaceũ eſt in natura ſui mediũ, inter naturã olei & naturã roſarum, & eſt Medicina cum qua curantur apoſtemata ſanguinea in augmento ipſoꝝ, & cum hoc etiam confert in declinatione ipſoꝝ, & in oleo roſaceo eſt uirtus penetrandi ad profundũ corporis, & humectat corpora ſicca, & conquaſſatur cum aceto, & inungitur caput cum eo, & confert dolori capitis facto à calore ſolis, & quando roſæ deſiccantur, oportet ꝙ deſiccentur in umbra, & cõmoueantur aſſidue. Et iterum Galenus dixit in tertio, quod aqua roſacea eſt frigidior, complexione temperata, non tamen multum, & ipſa quidem eſt ſubtilis multæ ſubtilitatis, & ſignum in hoc eſt, ꝙ roſa deſiccatur cito, ideo quia in ea non eſt aliqua uiſcoſitas, & quia odor eius uincit ſuper odorem oleorum odoriferoꝝ, propterea quia feſtinat & replet uias odoratus antecę ad eum perueniant odores alij, qui ſunt admixti cum eis. Dioſcorides.) Roſa eſt frigida & deſiccata, ex ea eſt plus ſtiptica quã recens, & oportet ꝙ accipiatur re

B cens ex ea, & abſcindatur album ex ea cum forpicibus, & teratur reſiduũ eius, & exprimatur ſuccus eius in umbra, ponatur expanſus ſuper aliquod uas, donec inſpiſſetur & reponatur pro Medicinis oculoꝝ, & debet deſiccari in umbra roſa, cum aſſiduatione reuolutionis & agitationis, & ſuccus roſarũ ſiccus, quando coquitur cum uino, confert dolori capitis & oculoꝝ & aurium, & confert gingiuis, quando fit cum eo collutio oris, & ano, quãdo linitur ſuper eum cum pluma. & matrici, & inteſtino recto, & coquuntur folia roſarũ, & non exprimuntur ſine capitibus, & fit emplaſtrũ cum eis, & confert apoſtematibus calidis quæ fiunt in mirach, & humiditatibus ſtomachi & eriſipillæ, & ingreditur roſa ſicca in pluribus mixturis pulueꝝ qui curãt hulcera, & ingreditur in cohol quod adminiſtratur ad infrigidãdos oculos. Sed ſemen quod eſt in medio roſæ, quando pulueriʒatur ſuper gingiuam, ad quam fluunt humores, confert multum. Sed caput roſæ quando bulierit in aqua, & bibitur, abſcindit fluxum uentris & ſputum ſanguinis. Sed trociſci dicti dyarodon, fiunt in hũc modũ. Recipe roſarũ in quibus nõ eſt aquoſitas extranea aur.xl. & nardi aur.v. & myrræ aur.vi. & terantur & fiant trociſci ponderantes.iij. anoloſat ſinguli, & ſiccentur in umbra, & reponantur in uaſe terreo, obturato capite, & quidam addunt his ʒ.ij. coſti & ireos ex terra quæ dicitur Oris tantundem, & cõficiunt eos cum mele & aceto & uino, regionis quæ dicitur Chios, & utuntur eis mulieres quando uolunt auferre fœtorem ſudoris, & faciũt ex eis inaures odoriferas, & alia monilia quæ ſupendunt in collo ſuo, & teruntur iſti trociſci & pulueriʒantur ſuper totum corpus in exitu balnei, & poſtquam deſiccatum fuerit corpus, lauatur cum aqua frigida.

Hachim eben hunai.) Aqua roſacea prohibet curſum humorum ad oculum.

Atabari.) Aqua roſacea confert ſincopi, quando bibuntur de ea aliquot hauſtus.

Hunain.) In tyriaca, roſa fortificat membra intrinſeca, & ſtipticitas eius penetrat propter amaritudinem quæ eſt in ea, & dicitur in libro oculorum, quod in roſa eſt ſtipticitas & reſolutio & ſiccitas. Aben meſuai.) Odoratio roſæ confert cholericis, & habẽtibus calorem & dolorem capitis à cholera, & prohibet fumoſitates calidas

C acutas,& confert doloribus à calida cauſſa factis, & mouet ſternutationem habenti cerebrum calidum,& quando conficitur cum melle aut zuccaro, abſtergit quod eſt in ſtomacho ex humore phlegmatico. Raſis.) Expertus eſt alius abſq; me,& ex amicis meis,qui accepit ex foliis roſarum recentibus.x.numero,& fecerunt eum aſſellare.x.uicibus,& ſimiliter facit ſuccus eius, ueruntamen ſicca nõ eſt laxatiua, & ex hoc ſignatur,quod uirtus amara eſt in ea quæ abſtergit,& quando roſa deſiccatur,fit ſtiptica,quia ſeparatur ab ea amaritudo, & ſiccitas quidem in roſa eſt pauca, quia ipſa eſt compoſita ex ſtipticitate & amaritudine, quæ quidem abſcindit libidinem, & laxat laxatione forti.

DE SORBA. CIX.

ZAror,id eſt faciens appetitum,& eſt ſorba. Dioſcorides.) Eſt arbor ſpinoſa,folia eius ſunt ſimilia nauarico, & habet fructum paruum ſimilem malis paruis, bonum ad comedendum,& unumquodq; pomum eius habet tria oſſa, & ideo nominatur triconium,& eſt eius expoſitio trium granorum, & eſt ſtipticus,bonus ſtomacho,cum comeditur & retinet uentrem. In regionibus uero Italiæ eſt alia ſpecies zaror,quam multi uocant epimelidam,cuius ſemen eſt rotundũ, & fructus eius bonus eſt eſui,& eſt ſimiliter ut ſuperior ſtipticus,& tarde maturatur. Galenus.) Fructus eius eſt ſtipticus,ſtipticitate forti, & in foliis, & in ſummitatibus eius eſt ſtipticitas.Et uirtus eius prima eſt frigida. Et ſecunda eſt quæ prohibet. Et tertia retinet uentrem retentione forti.

DE ALKANNA. CX.

HEnne,id eſt alcanna. Iſaac eben amram.) Flos alkannę eſt ſimilis floribus myrti,niſi quia eſt uelut in racemis, & flos eius eſt albus, decliuis ad glaucedinem, acuti odoris. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum habens folia ſuper ramos ſuos, ſimilia foliis oliuæ, niſi quia ſunt latiora & molliora & uiridiora, & habet florem album, ſimilem uineæ boni odoris,& ſemen nigrum,ſimile ſemini actis, & quod de ipſa adminiſtratur,ſunt folia & ſummitates eius. Galenus.) Subſtantia eius eſt compoſita
D ex ſubſtantia aquoſa,calida cum temperamento,& ex ſubſtantia terrea,frigida,& ſapor eius eſt ſtipticus.Et uirtus eius prima deſiccat ſine mordicatione.Et ſecunda uirtus repercutit & diſſoluit. Et tertia uirtus prohibet dilatationem cõbuſtionis ignis, quando coquitur in aqua,& proiicitur aqua illa ſuper locum combuſtionis, & ipſa adminiſtratur in Medicinis eriſipillæ,& cõfert hulceribus oris,quæ non ſunt ex cauſa extrinſeca,& proprie hulceribus quæ ſunt ex ſpeciebus alcola, quæ fiunt in oribus puerorum. Dioſcorides.) Virtus foliorum eius eſt ſtiptica, & ideo quando maſticantur,curant alcola,& hulcera quæ fiunt in ore, quæ dicuntur pruna, & fit emplaſtrum cum eis apoſtematibus calidis, & confert & proiicitur decoctio eorum ſuper combuſtionem ignis,& quando teritur,& infunditur in aqua aſtaroticos, & liniuntur inde capilli,fiunt rubei,& flos eius conteritur,& fit emplaſtrum cum aceto forti, confert ſoda,& unguenta quæ fiunt ex ea,molliunt neruos. Meſeeah.) Facit in mulieribus id quod facit ſanguis draconis.

DE LAPACIO ET ACETOSA. CXI.

HVmadh, id eſt acetoſa. Dioſcorides.) Acetoſa quædam eius ſpecies naſcitur in paludibus & locis aquoſis,& folia eius ſunt dura, & habent ſummitates acutas,& eſt alia regalis,lata habẽs folia,ſimilia foliis ſiclę, diſſimilis à ſupradicta,& eſt alia ſilueſtris,folia habens pulchra, ſimilia foliis plantaginis, & eſt quarta eius ſpecies quæ eſt montana,ſimilis acetoſæ agreſti ſupradictæ, ſtipitem habens durum,& ſummitates acutas,& non eſt magna,& habet ſemen, & ſuper ſtipitem habet ramulos plures,& eſt acuta,acetoſa. Galenus.) Acetoſa eſt duarum ſpecierum,una earũ eſt inſipida in ſapore ſuo. Et uirtus eius prima eſt uirtus ſicut ſiclę. Et ſecunda reſoluit.Secundæ uero ſpeciei ſapor eſt acetoſus. Et uirtus eius ſecunda reſoluit & mordicat.Sed ſemen acetoſæ habet in ſapore ſuo ſtipticitatem manifeſtam, adeo quod curat hulcera inteſtinorum,& fluxum uentris. Et uirtus ſeminis acetoſæ maguæ,& eſt illa

A illa quæ naſcitur in paludibus,eſt uirtus debiliór hac.Et dixit in libro de dieta,quod acetoſa inſipida poteſt dici quod eſt ſicla agreſtis. Et dixit in tyriaca, quod folia acetoſę laxant uentrem,& ſemen eius ſtringit ipſum. Sindaxar.) Confert emorrhoidibus & ebrioſis. Dioſcorides.) Omnes ſpecies acetoſę quando coquuntur,molliunt uentrem,& quando fit emplaſtrum cum eis crudis, mixtis cum oleo roſaceo, & croco,reſoluunt apoſtemata quæ dicuntur malcandidas, & ſunt illa quæ nominantur fauꝰ,& ſemen eius bibitur cum aqua & uino, & ſimiliter flos eius, & conferunt hulcerationi inteſtinorum, & fluxui antiquo, & nauſeæ, & punctũræ ſcorpionis. Et quando bibit ipſum aliquis,ſi poſtea pungatur à ſcorpione,nõ nocet ei punctura. Et quando ex radice iſtarum ſpecierum,quas diximus,cocta cum aceto fit emplaſtrum,aut ſine aceto,curat ſcabiem hulceroſam, & impeginem, & excoriationem,quæ accidit in radicibus unguium. Et oportet,quod antequã fiat emplaſtrum cum eis,quod fiat linitio cum nitro, & aceto ſuper locum in ſole. Et quando decoctio eius proiicitur ſuper pruritum qui fit in corpore,aut ſuccus acetoſę miſcetur cum aqua cum qua fit balneum, ſedat ipſum, & conficitur cum aceto, & fit emplaſtrum cum ea,& reſoluit duriciem ſplenis: & quidam ſuſpendunt radicem acetoſę ſuper illum qui habet ſcrophulas,& dicunt iuuari inde. Et quando teritur, & fit inde naſale cum ea,abſcindit curſum antiquum humiditatum à matrice, & quando coquitur in uino,& fit cũ eo collutio oris,confert dolori dentium, & quando uinum in quo ipſa coquitur,ſumitur in potu,curat ictericiam,& frangit lapidẽ ueſicæ, & prouocat menſtrua,& confert punctũræ ſcorpionis,& aqua in qua decoquitur,ſedat autium dolorem,& quando ipſa coquitur in uino,& fit cum ea emplaſtrum ſcrophulis,reſoluit eas. Et acetoſa quidem maior quæ naſcitur in paludibus, eſt eiuſdem uirtutis cum ſpeciebus quas diximus.

DE TRIBVLO. CXII.

B HAſach,id eſt,tribulus. Dioſcorides.) Sunt eius duæ ſpecies, una agreſtis, naſcens in ſterquilinijs,& iuxta flumina, cuius folia ſunt ſimilia foliis portulacæ, niſi quia ſunt minora,& habet ramos longos ſuper terram extenſos, & prope folia ſunt ſpinæ duræ. Secunda uero ſpecies naſcitur in fluminibus, cuius rami eleuantur ſuper terram, habens ſpinas occultas,& folia lata,et ramulos longos,in quibus ſunt folia,& habet ſtipitem,cuius pars ſuperior eſt groſſior inferiori, & eſt in ea res adherens ei ſubtilis,ſicut capilli aggregata ſimilis ſubulæ uel ſpinæ,uel aculeo ſpinicæ, & ſemen eius eſt durum, ſicut ſemen alterius ſpeciei. Galenus.) Subſtantia eius eſt compoſita ex ſubſtantia humida, paucæ frigiditatis, & ſubſtantia ſicca non paucæ ſiccitatis ſecundum ſuam frigiditatem,& illud quod uincit in ſilueſtri, eſt ſubſtantia terrea,& quod uincit in alia, eſt ſubſtantia aquoſa, & ſapor agreſtis eſt ſtipticus. Et uirtus tribuli prima eſt frigida.Et ſecunda eſt uirtus quæ prohibet.Et tertia conueniens eſt,quæ prohibet apoſtemata calida ne confirmentur: & uniuerſaliter quidem confert omnibus membris,ad quę fluunt humores. Sed ſemen tribuli agreſtis quando bibitur,frangit lapidem renum. Dioſcorides.) Ambæ ſpecies huius infrigidãt & ſtipticant,& fit emplaſtrum cum eis apoſtematibus calidis,& miſcetur cum melle,& curat alcolam, & putredines quæ fiunt in ore, & dolorem gingiuarum,& exprimitur ſuccus ab eis,& adminiſtratur in cohol, & ſemen eius dum eſt humidum, confert lapidi renum, & ueſicæ, & quando drachmę duę bibuntur de prima ſpecie ipſius,& fit emplaſtrum cum ea, confert morſui tyri, & quando bibitur cum uino, confert Medicinis mortiferis,et quando decoctio eius roratur ſuper loca ubi ſunt pulices,occidit eos.Ille uero qui naſcitur in flumine quod dicitur Satromas,in regione Badachas, datur ab incolis illius loci animalibus pro cibo, dum eſt humida herba ipſius,& ex ſemine eius faciunt panem, nam ipſum eſt dulce, & nutrit, & ſic nutritur eo loco panis tritici. Sindaxar eſt bonus dolori ueſicæ, & ſtrangurię, & augmentum efficit in ſpermate.

DE EPATICA. CXIII.

C HAzez alsacher,id est,epatica. Galenus.)Nascitur in lapidibus humectis,& cadit super eam ros,& similis lenticulæ aquę.Et uirtus eius prima infrigidat infrigidatione pauca,et desiccat.Et secunda abstergit,quoniã ipsa acquirit absterſionẽ & desiccationem à lapide,et infrigidationem ab aqua.Et tertia prohibet impetiginem & apostemata calida. Dioscorides.)Quando fit emplastrum cũ ea,abscindit menstrua,& sedat apostemata calida,& curat impetiginem, & conficitur cum melle,& confert ictericię,& sedat apostemata linguę,et prohibet fluxum humorum ad membrum,est enim sicca & stiptica.

DE PIRIS. CXIIII.

HVmechte sunt pira. Galenus.)Substantia piri est cõposita ex substantia terrea & aquosa,& si uis,potes aliter dicere,scilicet, ꝙ una pars eius est frigida, & alia temperata,et sapor piri est stipticus cũ dulcedine aquosa.Et uirtus eius prima quãdo apponitur extra,est ꝙ desiccat.Et secunda similiter exterius absterget absterſiõe pauca,& fortassis cõglutinat uulnera sine alio Medicamine,sed interius quando comeditur,fortificat stomachũ,et sedat sitim.Siluestre uero est magis stipticũ,et plus desiccatiuum,et ideo plus inoriat,et erigit stomachũ,et ideo plus cõglutinat uulnera,& prohibet cursus humorũ. Dioscorides.)Sunt ex eis species multę,et omnia sunt stiptica,et propter hoc administrantur in emplastris quę prohibent cursus humorũ ad mẽbra,et comeduntur,et decoctio eorũ bibitur postq̃ sunt desiccata,& stringũt uentrem,et quãdo comeduntur ieiuno stomacho,nocent,et succus foliorũ arboris eorũ cõfert punctur is uenenosoꝝ,et morsui tyri,& quãdo fit emplastrũ cũ eis,cõfert similiter in hoc.Siluestria uero sunt stipticiora domesticis,similiter et folia eorũ sunt stipticiora,et cinis ligni arboris pirorũ cõfert suffocationi fungoꝝ,& quãdo pira siluestria coquuntur cũ fungis,nõ nocẽt comedẽtibus eos, & folia arboris eorũ et summitates sunt stiptica. Aben mesuai.) Proprietas piri domestici et siluestris est, quãdo coquitur quodcunq; eorum cũ fungis,ꝙ aufert maliciam ipsorũ, & maiora ex eis sunt fortioris uirtutis q̃ parua,& pira quidem sunt nutribiliora q̃ citonia, & rob pirorũ abscindit fluxum cholericum,& incoriat stomachum,& pira proprie generant colicã, & oportet quod sumatur post ipsa uinum mellis factum cum speciebus.

D

DE BARBA HIRCINA SIVE hypoquistidos. CXV.

KAhiet alteis,id est,barba hircina. Dioscorides.)Est planta quę nascitur in locis petrosis,habens ramulos multos lignosos,nõ longos, & habet folia rotũda dura,super quæ est sicut pilositas,& sunt ei duæ species,scilicet masculus & fœmina. Et masculus habet floré similé herbilię,et fœminę flos est albus, & in sapore eius est stipticitas. Galenus.)In sapore eius est stipticitas nõ pauca.Et uirtus eius prima est frigida in quantitate,ꝙ caliditas eius fit tepida,& est sicca in tertio gradu. Et secũda est uirtus quę cõglutinat.Et tertia est,si accipiuntur folia eius recentia,& teruntur,& administrantur,cõglutinant uulnera. Et flos eius est fortior folio, de quo si bibatur aliquid cũ uino,curat hulcera intestinorum,& debilitatem stomachi,et cursum humorum ad ipsum,& quando fit cum eo emplastrum,confert exituris putridis,& succus quod de ea est taratith,est hypoquistidos,& sapor eius est plus stipticus satis q̃ folio rum supradictę.Et est planta maximę uirtutis, ad curandas omnes egritudines quæ sunt ex fluxibus humorum,sicut sunt fluxus sanguinis,& fluxus uentris,et menstruorum,& hulcera intestinorum. Et quando uolumus fortificare membrum aliquod, quod propter humiditatẽ aliquã quę est in eo,fit debile,facimus ei emplastrũ cũ eo, & propter hanc causſam admiscetur cum emplastris, quę conferunt ori stomachi,et epati,& ponitur in tyriaca, ad cõfortandum membra,et restringendum ea.Et dixit in almaiemir, ꝙ succus barbę hircinę stipticat stipticitate temperata. Dioscorides.) Virtus floris eius est stiptica, quando bibitur tritus cum uino stiptico, confert sputo sanguinis,et conuenit habentibus hulcera intestinorum,quando accipitur de eo bis in die,& quando fit emplastrum cum eis,cõfert hulceribus fraudulentis, ne augeantur in corpore,& quando miscetur cum mum & oleo,confert combustioni ignis,& hulceribus

A hulceribus antiquis,et nascitur in radice cussus Medicina quę dicitur hipoquistidos, & est res similis balaustię,& est de eo,cuius color est smaragdinus, & de eo,cuius color est glaucus,exprimitur succus eius,sicut exprimitur succus acacię. Et sunt quidam qui deliccant ipsum prius,deinde terunt,& fundunt in aqua,et coquũt,et fit ex eo,sicut ex licio.Et uirtus eius est sicut uirtus acaciæ, nisi qa uirtus huius Medicinę est plus stiptica,et plus desiccatiua,et quãdo bibitur,et fit clistere cũ ea,cõfert fluxui antiquo, et hulceribus intestinorũ,et sputo sanguinis,et cursui antiquo humiditatũ à matrice.

Bedigoras Tatarith.) Proprietas eius est ꝙ stringit uentrem, & sanguinis fluxum.

Paulus.) Virtus eius est similis uirtuti balaustiæ,& est Medicina fortis in omnibus egritudinibus fluxuum,quoniam ipsum desiccat,& fortificat membra.

DE ROBILIIS. CXVI.

MEs,id est,robiliæ, est granum paruum sicut orobus magna, uiridis coloris,& splendidi,habet oculũ sicut oculus miamiæ,pupilla tamen nigriore,cum albedine,& herba eius est sicut herba phaseoli, & est in uaginis sicut phaseoli,& colligit in uiridaribus,& comeditur sicut comedũtur alia legumina, & radix eius in Aliemen nominatur artam: & sunt quidam qui errant in eis, utentes eis loco phaseolorum.

Galenus.) Mes assimilatur fabis in tota sui natura, præterq̃ in duobus, scilicet, ꝙ nõ inflat sicut faba,& est tardioris descensionis à stomacho,q̃ faba. Meseal.) Mes est frigidum in primo gradu,temperatum in humiditate & siccitate, uerum est magis propinquũ siccitati, & generat humores laudabiles,& est pauci nutrimenti,multam habet substantiã,sicut omnia legumina,bonum facit chimum, & non est multæ inflationis,& confert membris conquassatis uel concussis, quando fit emplastrũ cum eis. Albasari.) Mes est frigidum in primo gradu, temperatum in humiditate et siccitate,nisi quia declinat ad siccitatem. Et de proprietate eius est, quãdo fit cũ eo emplastrũ membris concussis & fractis,sedat doloré ipsorũ,& aqua eius mollit uentrem,& ipsum generat bonum nutrimentum. Hunaim.) Exprimitur ex mes,succus, qui confert habentibus catarrum, & tussim etiam, sicut exprimitur etiam à fabis,& inflammatio eius est minor q̃ ex fabis, & citius digeritur. Ruffus.) Mes est minoris nutrimenti quàm faba,& minoris inflationis, & non humectat sicut faba, sed etiam desiccat.

B

DE BDELLIO. CXVII.

MOlechil de machi, id est, bdellium de mecha,est arbor iunci, & maturatur in Mecha,& comeditur,& est dulcis,sed in Hiſpania non maturatur, sed est fortiter ponticus,paucæ aquositatis,& est asper. Aieyse.)Est stipticum frigidum,stringit uentrem,fortificat stomachum. Sed cifilio est cor istius arboris,& natura eius est sicut natura palmarum.

DE PALMA. CXVIII.

MAchla,id est,palma,diuiditur diuisionibus,nam sunt rami eius,et succus ramorum ipsorum,& cisiliones eius,& summitates ipsius sine cacumine,& est illud quod prius coagulatur,& cortex cacuminis eius,& est lafri,& kafri, & recẽs ex eo est immaturum,quod est sicut agresta uuæ in cõparatione est balach. Galenus.)Substantia succi ramorum, & cisilionũ,& summitatis,est composita ex substantia aquosa tepida,& terrea frigida,sed corticis & summitatis substantia est in seipsa siccior,& non est in eo humiditas aliqua,& sapor totius arboris est stipticus.Et uirtus eius prima desiccat,& cortex cacuminis est plus desiccatiuus,& radix desiccat sine mordicatione.Et secunda uirtus resoluit & aggregat.Et uirtus corticis cacuminis tertia,est uirtus quę confert uulneribus putridis,& stringit iuncturas relaxatas, confert corruptioni oris stomachi,quando applicatur exterius, aut sumitur in potu. Dioscorides.) Palma autumni tempore maturatur post maturationem aliorum fructuum, fructus eius assimilatur grano ben, quod affertur ex terris Arabum, & quando est uiridis, est in odore similis odori citoniorum, & tunc nominatur betonia, & est balach, & est plus restrictiuum,& est ponticus. Qui si bibatur cum uino pontico,confert fluxui humiditatum antiquarum à matrice, & abscindit sanguinem emorrhoidarum, & quando

C & quando emplastratur cum eis, conglutinat uulnera recentia, quando dimittitur balach donec fit bassa, nominatur panchiotoma, & bassar est plus restrictiuum quã chesb, nisi quia facit soda, & quando comeditur nimis ex eo, inebriat, sed chesb confert spuentibus sanguinem, & dolori stomachi, & hulceribus intestinorum, & dolori uesicæ, quando emplastratur cum eo trito cum citonijs & mum, dissolutis cũ oleo florum uitis, & maxime si fiat cerotum, & quando comeditur cum pineis, curat asperitatem gutturis. Sed decoctio bassar mixta cum uino ueteri, quod dicitur baromali, & bibitur, & sedat inflammationem stomachi, & fortificat calorem naturalem, & quando comeditur, facit similiter, & fit ex eo uinum etiam faciens eius operationẽ, & decoctio eius quando bibitur sola, restringit restrictione forti. Sed sedumactimas & est nucleus seu os dactili, quando comburuntur in olla, sicut comburũtur alię Medicinæ, & dum extracta fuerint ab igne, extinguuntur in uino, & postea abluuntur, & ponuntur loco tucie in collyrijs quæ ponuntur in oculo, & si non bene cõburuntur prima uice, comburantur iterũ. Et uirtus eorum est stiptica, conglutinatiua, quando miscetur cum nardo, conferunt hulceribus quæ fiunt in oculo, quæ dicuntur casside, & exitui oculi, & casui palpebrarum, & reprimunt superfluam carnẽ palpebrarum, & etiam incarnant hulcera. Et nucleus dactilorũ palmę breuis quę est Babylonica, est melior alijs omnibus quos diximus, & fortior ex corticibus cafri est ille, qui est boni odoris, ponticus, grauis, interius unctuosus. Et uirtus eius est stiprica, & prohiber dilatationem, hulcerum fraudulentorum, & quando miscetur in unguentis & emplastris, restringit iuncturas laxas, & quando tritus cum aqua, ponitur in emplastris, confert uentri & stomacho debili, & dolori epatis, & quando abluuntur capilli ex decoctione eius, facit eos nigros, & quando decoctio eius bibitur, confert dolori neruorum, & renum, & uesicę, & curat cursus humorũ ad uentrem, & cursum humiditatum matricis, & quando coquitur recens, et conficitur cũ resina pini et mum,
D & ponitur super scabiem, & dimittitur diebus xx. curat eam, & fructus qui est intra istũ corticem qui dicitur aliti, & nominatur à quibusdam bauracius, & est karfari, est similiter ponticus. Et uirtus eius est sicut corticis eius in omnibus quę diximus, nisi in iuuamentis Medicaminũ unguentorũ. Sed cyfiliones. Ahamet eben Dauid iumar.) Est cyfilio, & est cor palmæ interius album. Aben mesuai.) Virtus cyfilionis est frigida in fine primi gradus, sicca in medio eiusdem, confert choleræ, & calori, & acuitati sanguinis, & est grauis stomacho, & stringit uentrem, nutrit nutrimento pauco. Et proprietas eius est, ꝙ curat dolorem stomachi. Rasis.) Cyfilio sedat fluxum sanguinis, & prohibet quod generatur in stomacho de inflammationibus, tar de descẽdit ad stomachi fundũ, & ad eius descensionẽ, iuuat çinçiber conditũ, et alia electuaria calida. Alius cyfilio qñ comeditur, et qñ coquitur, facit ea quæ facit kafri.

DE GRAMINE. CXIX.

VEgem, id est, thel, id est, negil, id est, gramen. Dioscorides.) Habet ramos habentes nodos, qui expanduntur super faciem terræ, & ex ramis eius germinant radices exeuntes à nodis ipsis, & figentes se in terrã, & radices eius habẽt nodos, folia eius sunt oblonga, acutæ summitatis, dura sicut folia cannæ paruæ, radix eius administratur in Medicinis. Et ex gramine eius est alia species, cuius folia, & rami, et radices sunt maiores, ꝙ supradicta, quod quando comedunt animalia, occidit ea, & maxime illud quod nascitur in Babylonia in uijs, & quod nascitur in Cilicia etiam, quando comeditur à bobus, apostemantur. Sed illud quod nascitur in cossos, habet plures ramos ꝙ alia species, & habet folia similia folijs lebleb, & florem albũ boni odoris, & semen minutũ, in quo est iuuamentũ, & radices quinq; aut sex in grossitudine digiti, albas, molles, dulces, & fœtentes. Galenus.) Substantia eius est subtilis & sapor eius est dulcis, abhorribilis, mordicat parum, & est in eo parum acuitatis, cũ stipticitate pauca, & radix eius habet saporem abhorribilem. Et uirtus eius prima est frigida cum temperamento. Et secunda conglutinat. Et tertia cõglutinat uulnera recentia dum sunt sanguinolenta, et decoquitur, & bibitur aqua eius, & frangit lapidem. Sed semen illius quod est ut cossos, prouocat urinã, & desiccat quod currit ad stomachum

A stomachum et intestina ex humiditatibus, quia uirtus eius est desiccatiua, & subtilis, sine stipticitate. Dioscorides.) Comedũt boues gramen, & alia animalia, et quando radix eius teritur bene, & calefit, & fit emplastrum cum ea, sic conglutinat uulnera, & quando bibitur decoctio eius, confert dolori pungitiuo, et strangurię, et hulceribus uesicæ, & frangit lapidem. Sed illud quod nascitur in cossos, quando exprimitur succus à uenis eius, & coquitur cũ uino & melle in equali quantitate de omnibus & medietate illius quantitatis ex mirrha, & tertia quantitatis piperis, & tantundem olibani, confert multum oculo, quod Medicamen debet poni in pixide ænea, & decoctio radicis eius facit id, quod facit herba ipsa, & semen eius prouocat utinã prouocatione forti, & abscindit uomitum & fluxum.

DE SADAR ET NABACH. CXX.

SAdar est arbor, et fructus eius est nabach. Habohanifa.) Sadar duę sunt species, una est afri, & alia est adhal, sed affri non habet spinas acutas, & folia ambarũ specierum sunt lata, et rotunda, et nabach ex adhal sunt parui, & meliores ex eis sunt illi qui sunt ex ea regione, & offeruntur regibus, & sunt dulciores omnibus alijs, & melioris odoris, & aromatiçant os comedentis, & indumenta, sicut alia aromata.

Dioscorides.) Est arbor magna, habens fructũ maioré pipere, dulcé, boni saporis.

Galenus.) Substantia huius arboris est subtilis, & in sapore eius est aqueitas stipticea. Et uirtus eius prima est sicca temperate. Et tertia uirtus est, ꝙ quando coquitur cũ aqua, aut cum uino, secundũ necessitatem, cõfert cursui superfluo menstruorũ, & fluxui uentris, quando fit clistere cum ea, & stringit radices capillorum, & prohibet casum eorum. Dioscorides.) Est bona stomacho, stringit uentrem, & decoctio serraturæ eius ligni quando bibitur, & fit clistere cum ea, confert hulceribus intestinorũ, & cursui humiditatũ matricis antiquo, & rubificat capillos, et stringit radices eorum ne cadant. Mesçah.) Nabach quãdo est humidus, est frigidus in primo gradu ponticus, stringit fluxum, et sedat mordicationem stomachi, & nutrimentũ quod ex eo
B generatur, est paucũ, & quãdo desiccatur, est frigidior, et ficcior, nisi quia siccitas eius est pauca, et frigiditas pauca etiã, & quando comeditur ante cibũ, est melior, humor uero qui ex eo generatur, est grossus. Abenguefit.) Nabach est dulcis, laxat cholerã quæ est in stomacho, & in intestinis, et reprimit caliditatem, et dosis eius est à tertia parte libræ, usq; ad libram mediã cũ çucharo. Albasari.) Est frigidus et siccus in primo, stringit uentrem, reprimit choleram, est grauis digestioni, et nõ facit malũ chimum.

Arabari.) Est in eo diuersitas secundũ ꝙ est siccus uel humidus, et quãdo est dulcis uel acetosus, uel quando est recenter collectus, uel quando est bene maturus, quoniã in succo eius est uirtus stiptica, quę retinet uentrẽ fortiter, et in humido et recẽter collecto similiter, sed minus propter aqueitatẽ quę est in eo, quę resistit stipticitati suę naturali, & maturus dulcis est minus stipticus omnibus alijs, et citius descendit ab ore stomachi, propter dulcedinẽ quę est in eo, & omnes uniuersaliter sunt frigidi et sicci in primo gradu, et stiptici. Rasis. Nabach est frigidus et siccus in primo gradu, stringit uentrem, reprimit cholerã, & dulcis est minus in hoc, & usus eius nimius inducit fastidiũ. Isaac eben amrã.) Nabach est sicut sorba in stipticitate et frigiditate, et plus ea in siccitate, & qñ comeditur ante cibũ, est melior, quia prouocat appetitũ. Et dicũt aliqui, ꝙ huiusmodi res quę sunt nimis siccę, qñ inueniũt humiditates in stomacho, et intestinis, premũt eas, et inducũt fluxũ uẽtris. Aben mesuai.) Reprimit cholerã, & folia sadar qñ terunt̃, et ponunt̃ super apostemata calida, mollificant et resoluũt ea.

DE SADERVAM. CXXI.

SAderuam est dictũ in lingua Persica nigrũ cadaha, quia induentes cadaha, nominant res nigras saderuam, et nominãt cadaha, et est res nigra cũ qua tingũtur lina in Haamam, & est herba uel succus niger ingrediens in Medicinis odoriferis, & Zebehta, et est algalia habẽs odorẽ bonũ, & ingrediẽ in Medicinis ad abscindendũ fluxũ sanguinis, et ad casum capillorũ, et ad multa huiusmodi. Abẽ mesuai.) Est Indũ frigidũ et siccũ in tertio gradu, et stipticũ, et, phibet sanguinis fluxũ, & cõfert casui capillorũ. Bedigoras.) Proprietas eius est fortificare capillos. Rasis.) Est frigidũ et stipticũ, stringit sanguinẽ, et phibet casum capillorũ.

C

DE SPELTA. CXXII.

SVlt,id est,spelta. Abohanifa.) Spelta in Persia dicitur benge, & expositio eius est hordeum gari. Dioscorides.) Tragus figura eius est sicut figura grani quod dicitur candarusium,& est minoris nutrimenti quàm ieuers,quia multum habet de furfure,ideo est difficilis digestionis, & mollit uentrem. Paulus.) Tragus est spelta,& est ex speciebus granorum,mala stomacho,& lenit uentrem. Isaac eben amram.) Est frigida & humida,uiscosa,mollit naturam,& generat inflationes,& rugitus,& nutrimentum eius est paucũ,sed ipsa est bona uiscositatibus pulmonis & pectoris,& forti tussi. Nam fiunt ex ea pultes,& loch,& prouocat urinam, & mundificat renes,& uesicam.

DE HAIS. CXXIII.

HAis. Dioscorides.) Sunt ei duæ species, in una inueniuntur duo grana, & in alia unum,& quodlibet granum in cortice suo, & ipsum quidem plus nutrit q̃ hordeum,& est boni saporis. Panis uero qui ex eo fit, minus nutrit quã panis tritici. Galenus.) Substantia huius grani est media inter substantiam tritici & hordei, quantum ad cibum,& secundum Medicinam etiam, & ex hoc potest sciri operatio eius per id quod diximus in tritico & hordeo.

DE RVBO. CXXIIII.

BVleich,id est,rubus. Galenus.) Folia eius & summitates recentes sunt composita in substantia sua ex substantia terrea frigida,& aquea tepida, & sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima infrigidat & desiccat. Et uirtus eius secunda congluti-
nat. Et uirtus eius tertia curat alcola,& alia hulcera oris,quando masticatur, & curat uulnera,& decoctio eius tingit capillos. Sed fructus eius maturi sapor est dulcis, & humor qui est in eo est calidus,& quod uincit super substantiam immaturi est frigi-
dum terreum,& sapor eius est ponticus. Et uirtus eius prima desiccat fortiter, & de-
siccatiuum est siccius. Sed uirtus floris est sicut uirtus fructus,et confert secundũ hunc
D modum hulceribus intestinorum,& fluxui uẽtris,& debilitati intestinorum, et ani, sed radicis eius substantia est subtilis,& sapor eius est stipticus, ideo frangit lapidem renum. Dioscorides.)Rubus est stipticus desiccatiuus,et summitates eius quando coquuntur cum foliis,tingit decoctio illa capillos, & quando bibitur stringit uentrem,& abscindit humiditates antiquas matricis,& cõuenit morsui animalis quod dicitur carastin. Et quando folia masticantur,stringunt gingiuam, & curant alcola, & quando emplastratur cum foliis eius, prohibet dilatationem cõbustionis ignis, & curat hulcera humida capitis,& eminentiam oculi,& alborem eius,& ungulam, & emorrhoidas apparentes in ano,& illas ex quibus fluit sanguis, & quando teruntur folia eius contritione forti,& emplastratur super stomachum debilem,ad quem currunt humores,confert,& succus foliorum & summitatum, quando desiccantur in sole,est fortioris operationis,& succus fructus maturi maturitate completa, curat dolores oris,& maturus si comeditur, stringit uentrem, & flos eius bibitus cum uino,stringit uentrem.

DE RVBO CANIS. CXXV.

RVbus canis. Dioscorides.)Est maior rubo satis. Nam assimilatur in magnitudine sua arboribus,& folia eius sunt latiora foliis myrti,& in ramis eius sunt spinæ duræ,& habet florem album,& fructus eius est oblongus, similis nucleo oliuæ, qui quando maturuerit, fit rubeus, & habet interius simile lanæ, qui quando desiccatur,& aufertur quod interius est,& coquitur cum uino, & bibitur, stringit uentrẽ, uerum nocet cannæ pulmonis,& stringit fluxum menstruorum. Radix eius est calidior ipso,de qua si fiat emplastrum,extrahit spinas,et alia infixa corpori,& quando fit emplastrum ex foliis eius recentibus,prohibet apostemata. Galenus.) Fructus huius plantæ est stipticus fortiter,sed folia eius habent stipticitatẽ paucam, & oportet quod caueatur ab eo quod est intra fructum eius simile bombicino, quia nocet multum cannæ pulmonis.

DE CARTAMO. CXXVI.

Cartamum

A CArtamum,id est churtal. Dioscorides.) Est herba quæ habet folia & calamum similia foliis,& calamo frumenti,& calamus eius habet nodos,& in summitate calami eius est granum simile grano anteræ, & est in cortice suo diuisum in duo, & duo grana inuicem iuncta. Galenus.) Hoc granum administratur in Medicina, & est sicut hordeum in uirtute sua,nisi quia in sapore suo est stipticitas. Et uirtus eius prima est frigida frigiditate pauca,& ficca. Et secunda uirtus resoluit sine mordicatione. Et tertia uirtus confert fluxui uentris. Dioscorides.) Hoc granum confert in emplastris sicut hordeum, & fit ex eo similа conferens ad fluxum uentris, facto ex ea emplastro,& quãdo fiunt ex eo pultes,iuuant sicut aqua hordei, & cõueniunt tussi.

DE FICV LVPI. CXXVII.

HAtil adib est ficus lupi. Dioscorides.) Arboris huius folia sunt similia foliis citoniorum,sed sunt minora,& fructus eius est similis prunis in quantitate, non habens nucleum,& quando maturatur, declinat color eius ad rubedinem,& quando comeditur,remanet in ore substãtia similis eius quæ remanet ex ficubus. Galenus.) Arbor & fructus eius sunt stiptici,& fructus eius est malus stomacho. Dioscorides.) Est malus stomacho,& opilat cito,& inducit stuporem.

DE CANNA. CXXVIII.

KAsab,id est canna.) Canna Persidе est illa eadem quæ est Hispaniæ. Dioscorides.) Cannarum quædam est quæ nominatur hastos,& est illa quæ non est interius inanis, ex qua fiunt hastæ sagittarum, & est quædam quæ nominatur biblas, & est fœmina,& est alia quæ nominatur syringias,& est ambari,& carnosa,nodos habens longos,apta scriptoribus,& alia quę est grossa,inanis, nascens prope aquas, & nominatur runchas,& à quibusdam dicitur cochrias,& quidam nominant eam caraminos,& est illa quę nascitur in paludibus,uolo dicere quod radix eius est inter
B radices iuncorũ,& est ad subtilitatem tendens, cuius color est ferè albus. Galenus.) Foliorum cannæ recentium uirtus prima est frigida,frigiditate pauca, Et secunda est in qua est absterſio,sed corticis eius adusti uirtus est subtilis, in fine subtilitatis resolutiua,& est in eo cum hoc magna pars uirtutis absterſiuæ, & sedatio eius est amplior desiccatione ipsius. Et uirtus tertia curat alopiciã,facto emplastro cum eo, sed in radice eius est ponticitas sine punctione. Et uirtus secunda attrahit & abstergit. Et tertia quando miscetur cum bulbo, attrahit ex corpore spinas & sagittas, & oportet q̃ caueatur ab eo, quod est in summitate cannæ simile bombicino, quia si ingrederetur in aurem,induceret surditatem. Dioscorides.) Quando fit emplastrum cum radice cannæ sola,aut cum bulbo, attrahit ex membris stipites & sagittas & similia, & quando fit emplastrum cum ea & aceto, confert dolori qui fit à percussione neruorum & dolori dorsi,& cum folia eius teruntur recentia,& ponuntur super erisipilã, & apostemata calida curant ea, & quando ex cortice eius combusto fit emplastrum cum aceto,curat alopiciã, & flos cannæ si ingrediẽ in aurem,destruit auditũ,& canna quæ dicitur cattarios,facit easdẽ operationes quas facit illa quæ dicitur affraganitasi.

DE MALO GRANATO & balaustia. CXXIX.

KVman,id est malum granatum. Galenus.) Sunt ex eis acetosa & dulcia. Et uirtus cuiúsq; eorum est secundũ suum saporem,& sapor totius granati, & granorum ipsius est plus stipticus quàm sapor succi eius,& pluris desiccationis. Cortex uero eius in hoc est fortior grano ipsius,& corpus granati quod cadit ab arbore,est adhuc plus in hoc quàm cortex. Dioscorides.) Omnia granata sunt boni chimi,& bona stomacho;tamen pauci sunt nutrimenti,& dulcia quidem sunt melioris saporis, nisi quia inferunt caliditatem stomacho,quamuis nõ multam inflationem, & ideo non sunt multum conuenientia febricitantibus, & acetosa conferunt stomacho infrigidato, & sunt plus prouocantia urinam reliquis granatis, nisi quia nõ sunt boni saporis,& sunt stiptica, sed quorum sapor est sicut sapor uini, sunt media inter alia, & grana granati acetosi quando desiccantur in sole, & teruntur & puluerizantur super cibos,aut coquuntur cum cibis,prohibẽt superfluitates quæ currũt ad stomachũ

C & ad inteſtina, & infunduntur in aqua pluuiæ, & bibuntur & conferunt ſpuenti ſanguinem, & conuenit admixtio eorum aquis, in quibus fit ſeſſio propter hulcera inteſtinorum, & curſum humiditatum matricis antiquum, & quãdo ſuccus granorum granatorum, & maxime acetoſorum coquitur, & miſcetur cum melle, confert hulceribus oris & ani & panaricio, & hulceribus fraudulentis, & doloribus auriũ, & hulceribus quæ fiunt intra nares. Et balauſtia eſt ſtiptica, deſiccatiua, ſtringit gingiuam & conglutinat uulnera etiam, quando ſunt cum ſuo ſanguine, & facit in hulceribus id quod faciũt granata, & fit ex decoctione eius collutio oris pro gingiuis ſanguinolentis & dentibus commotis, & fit ex ea emplaſtrum crepaturæ, quãdo inteſtina deſcendunt ad oſſeum. Dixerunt quidam quod quando tranſglutiuntur. iij. balauſtiæ integræ de minoribus quæ reperiuntur, præſeruant ſumentẽ illo anno ab ophthalmia, & exprimitur ſuccus balauſtiæ ſicut exprimitur à barba hircina. Et uirtus quidẽ cortieis granati eſt ſtiptica, & confert ad omnia ad quæ balauſtia & decoctio radicis arboris granati, quando ſumitur in potu, occidit aſcarides. Ruffus.) Granata acetoſa conferũt cardiacę diaphoreticæ, & dulcia ſunt facilis digeſtionis. Liber de Medicina antiqua, granatum, abſcindit libidinem. Aben meſuai.) Quando acetoſum bibitur, cõfert fluxui ſtomachali qui accidit à cholera, & ſyncopi qui accidit ab eadem, & prouocat urinam cum ſubtilitate ſuæ acetoſitatis, & confert ungulæ oculi, quando fit colyrium in eo, & de proprietate granati eſt, quod aqua eius confert inflãmationi quæ eſt in epate propter nimiũ potum uini, & maxime amarum & acetoſum ex eo. Et rob granati, quando ſumitur cum lactucis, confert choleræ & phlegmati, & incoriat ſtomachum, & ſtringit uentrem, & prouocat appetitum cibi, & confert pregnantibus. Et ſauich granatorum, reprimit impetum cholerę, & incoriat ſtomachum, & ſtringit uentrem, & prouocat appetitum ſua acetoſitate. Et ſirupus granatorum ſimplex, eſt bonus inflammationi ſtomachi, & febribus, & uomitui, et fluxui
D uentris, & epati calido, & pregnantibus, & quando exprimitur dulce & acetoſum ex eo cum carnoſitate interiori, laxat choleram, & fortificat ſtomachũ cum ſua ponticitate, & doſis eius eſt libra media cum. ʒ. x. zuchari.

DE SPINA ARABICA. CXXX.

SVcaha, id eſt ſpina Arabica. Raſis.) Eſt megailem. Dioſcorides.) Achantis Arabica eſt dictũ ſpina Arabica. Galenus.) Hæc herba eſt ſimilis plantæ bedeguard, niſi quia uirtus eius deſiccat & ſtipticat, plus eò & fructus & radix eius eſt fortior res quæ ſit in ea, & ideo radix eius confert nimio fluxui menſtruorũ, & confert in omnibus ægritudinibus, in quibus confert bedeguard, & fructus eius & radix cõfert apoſtemationi uuluæ, & apoſtematibus ani, & radix eius incarnat hulcera, quia in ipſa eſt uirtus conſolidariua cum temperamento. Dioſcorides.) Natura huius herbæ, ſecundum quod æſtimo, eſt prope naturã bedeguard, & eſt ſtiptica, & ſemen eius eſt fortius ſatis, & confert relaxationi uuluæ, & fluxibilitati ani, & conglutinat hulcera, quoniam ſtipticitas eius eſt pauca ſine ſuperfluitate, & radix eius confert curſui humiditatum antiquarum matricis, & fluxui nimio menſtruorum, & ſputo ſanguinis à pectore, & alijs fluxibus humiditatum corporis.

DE HORDEO. CXXXI.

XAhaer, id eſt hordeum. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat & deſiccat in primo gradu, & deſiccatio eius eſt amplior parum deſiccatione fabarum. Et ſecunda eſt uirtus, quæ abſtergit abſterſione pauca. Et tertia uirtus aſſimilatur uirtuti fabarum, quando applicatur exterius, uerum hordeũ coctum eſt melius fabis in hoc quod ipſum non inflat, & fabæ quando coquuntur, generant inflationem, quoniã ſubſtantia eorum eſt groſſior ſubſtantia illius, & propter hoc ſunt magis nutribiles quàm hordeum, & quia ipſa ambo declinant parum à temperamẽto, accidit quod homines utuntur eis pro materijs Medicinarũ, ſicut utuntur oleo & cæra, ſed ſauich hordei eſt magis deſiccatiuum quàm hordeum ipſum. Dioſcorides.) Melius ex eo eſt album, & mundũ, & ipſum eſt minoris nutrimenti quàm triticum. Et aqua hordei eſt pluris nutrimenti quàm ſauich, & aqua hordei eſt iuuatiua ad reprimendam caliditatem

A caliditatem humiditatum calidarum, & confert aſperitati cannæ, pulmonis, & hulceribus eius, & uniuerſaliter confert ad omnia, ad quæ cõfert chiſch tritici, niſi quia chiſch eſt pluris nutrimenti, & plus prouocatiuum urinæ. Et quãdo coquitur chiſch tritici cum ſemine fœniculi, prouocat urinã, & chiſch hordei ſimiliter prouocat urinam, & eſt abſterſiuum, & inflat ſtomachum, & maturat apoſtemata phlegmatica, & calida, & quando miſcetur cum oleo, & reſina pini, & ſtercore columbino, maturat apoſtemata dura, & quando miſcetur cum melliloto, & cum cortice papaueris, ſedat doloré lateris, & quando miſcetur cum ſemine lini, & fœnugræci, & ruta, confert tumoribus teſticulorum, & quando miſcetur cum pice humida, & mum, & urina infantium, qui nondum peruenerunt ad pollutionem, & oleo, maturat ſcrophulas, & quando adminiſtratur cum myrto, & uino, & piris ſilueſtribus, & fructu rubi, & cortice granati, ſtringit uentrem, & quando fit emplaſtrum ex eo cum citonijs & aceto, confert apoſtematibus calidis, quæ accidunt podagricis, & quando miſcetur cum aceto forti, & ponitur ſuper ſcabiem hulceroſam, curat eam, & ponitur ſuper ipſum aqua, donec fiat ſicut puls, & coquitur cum pice, & aperit apoſtemata, & farina hordei ſtringit uentrem, & ſedat dolorem apoſtematum calidorum.

DE MORIS CELSI, ET ARBORE EORVM. CXXXII.

TVt, id eſt Mora celſi. Galenus.) Sunt ex eis matura, & ſunt lata, & maturi ſapor eſt dulcis, ſtipticus. Et uirtus eius prima mollit uentrem, & ſuccus eius confert multum in Medicinis oris, & rob eius iuuat in multis rebus, in quibus neceſſaria eſt ſtipticitas pauca. Sed immaturorum ſapor eſt ſtipticus, acetoſus. Et uirtus eorum ſecunda eſt quæ retinet. Et tertia retinet uentrem, & quando deſiccantur, retinent uentrem retentione forti, & confert hulceribus inteſtinorũ, & fluxui, & omnibus ægritudinibus quæ fiunt à fluxibus humorum, & admiſcentur poſtq̃ ſeruntur cum cibo ſicut ſumach, & qui uult ex eis ſumere in potu, potet cum aqua aut cum uino. Sed arboris mori uirtus eſt compoſita ex uirtute retentiua & prohibitiua, & uirtute laxatiua, & reſolutiua, & plus quod eſt in cortice huius arboris, & uirtus laxatiua cũ amaritudine pauca, quoadúſq; occidit aſcarides & ſunt lumbrici cucurbitini, ſed in folijs
B arboris & ſummitatibus eſt temperamentũ mediũ iſtarũ duarũ operationũ ſimul. Et dixit in de cibis q̃ mora quando inueniunt ſtomachũ purũ, & comedunt ante cibum, egrediunt à ſtomacho cito, & properare faciunt exitũ alioꝝ ciboꝝ. Quãdo uero comedunt poſt cibũ, & in ſtomacho ſunt humores frigidi, accelerãt ad corruptionem, & corruptio eoꝝ eſt multũ nociua, ſed acerba quando ſiccant, ſunt bona Medicina & iuuatiua hulceribus inteſtinoꝝ, & fluxui antiquo, & acceleratio deſcenſionis moroꝝ à ſtomacho, oportet q̃ ſit propter humiditatẽ ſubſtantiæ ipſoꝝ, & uiſcoſitatẽ, & lubricitatẽ, & oportet q̃ faciunt hoc etiã propter qualitatẽ mixtã, quæ eſt in eis, quoniã habent ſuperfluitatẽ acutã cum punctiõe mixtã, & poſſibile eſt q̃ in moris ſit proprietas laxatiua, ſicut in Medicinis debilibus, & quãdo mora non corrumpunt in ſtomacho, ſine dubio humectant, & non infrigidãt, niſi quãdo comedunt ſola, & quod euenit ex comeſtiõe ipſoꝝ, corpori eſt nutrimentũ paucũ, ſicut ex cibo melonũ, niſi quia mora non ſunt ita nociua ſtomacho, nec ita prouocantia uomitũ, ſicut meloues, & dixit in libro de chimis, q̃ mora quando deſcendunt, anteq̃ corrumpant, non inferũt nocumentũ, niſi de ipſis nimis ſumat. Dioſcorides.) Fructus mori mollit uentrẽ, & corrumpunt in ſtomacho cito, ſunt mali ſtomacho, & ſuccus eoꝝ facit hoc, ſi coquat in uaſe æneo, & ponat in ſole, in eodẽ uaſe, eſt magis ſtipticus, & ſi miſceẽ cũ eo parũ mellis, eſt bonus ad prohibendũ fluxũ humoꝝ ad membra & hulceribus fraudulẽtis, & apoſtematibus calidis, quę fiũt in faucibus, & quando ponunt cũ eo alumen iameni, & galla, & gallia, & myrrha, & crocus, & fructus tamariſci, & radix ireos, & olibanũ, eſt uirtutis magis conſtrictiuæ, & deſiccant mora recentia, & rerunt, & ponunt in cibis loco ſumach, & conferũt habentibus fluxũ, & cortex radicis arboris, quando coquit cum aqua, laxat uentrem, & expellit aſcarides, & confert potui Medicinæ mortiferæ, quæ dicit aconitũ, & quando folia moriteruntur, & fit emplaſtrũ cum oleo, curant cõbuſtionẽ ignis, & quando coquit cum

C foliis uiris & foliis ficuũ nigrarũ in aqua pluuię, denigrãt capillos, & qñ bibiť ex ſuco folioꝝ eoꝝ. ç. i. cũ dimidia, cõfert morſui rutellę, & decoctio corticis & folioꝝ, qñ fit collutio oris cũ ea, cõfert dolori dentiũ, & extrahiť ab arbore mori lachrymus in tempore meſſis, quia fodiť circa radicẽ mori, & fiũt in radice ſciſſuræ, & dimittiť ſic per diẽ, & per noctẽ, mane uero inueniť ſuper locũ ſciſſum lachrymus coagulatus, qui adminiſtrať in dolore dentiũ, & reſoluit apoſtemata, & laxat uenttẽ ſumptus.

DE MALIS CITONIIS. CXXXIII.

TVffa & ſaffargel, id eſt poma & citonia. Galenus.) Citonia ponuntur à Græcis in numero maloꝝ. Et natura quidẽ arboꝝ maloꝝ nõ eſt omniũ una, quemadmodũ & ipſoꝝ fructus, & ſicut mala nõ habent unã naturã, quod eſt, quia quædã ex eis ſunt dulcia, quædã pontica, & quædã ſtiptica, acetoſa, & quędã inſipida, aquoſa. Et in dulcibus eſt ſubſtantia aquoſa, temperatæ ſubſtantiæ, & pontica quod uincit, ſuper ea eſt temperamentũ frigidũ, terreũ, ſed & ſtipticoꝝ eſt hæc eadẽ ſubſtantia cũ ſubſtãtia aquoſa dulci, & in acetoſis eſt ſubſtãtia aquoſa, frigida. Et uirtus ponticoꝝ & ſtipticoꝝ & acetoſoꝝ ſecũda eſt uirtus, quæ prohibet & incarnat. Et tertia congiutinat uulnera, & prohibet illud quod currit ad apoſtemata in principio eoꝝ, & fortificant os ſtomachi, & ſtomachũ laxũ uel fluxũ, maxime uero quæ ſunt ſtipticiora ex eis, & acetoſiora, ſed illud quod uincit ſuper naturã inſipidoꝝ, eſt aqua, & cõplexio ipſoꝝ eſt frigidior et humidior, & ipſa adminiſtranť in Medicinis apoſtematũ, & in principio eoꝝ & augmento, & uniuerſaliter in malis eſt humiditas multa, & ſuperfluitas frigida, & ideo deſtruiť ſuccus eoꝝ, & aceſcit, niſi quando coquunť cũ melle, & fit inde rob & ſeruať, ſed citonia & ſuccus eoꝝ ſeruať. Dioſcorides.) Arbor citonioꝝ & maloꝝ, ſcilicet folia & flos & ſummitates ſunt ſtiptica, & proprie arboris citonioꝝ, & fructus eius immaturus eſt ſtipticus, ſed poſtꝙ maturať, non eſt ſtipticus, ſed mala illa quę colliguntť in uere, generãt cholerã citrinã, & inducũt inflãmationẽ, & nocẽt neruis & membris quæ ſunt de genere neruoꝝ. Sed citonia ſunt bona ſtomacho, & prouocãt urinã, & ſi aſſantť, ſunt meliora habẽtibus fluxũ antiquũ, & hulcera inteſtinoꝝ, & ſputũ ſanguinis, & cholericã paſſionẽ, & quãdo bibiť infuſio citonioꝝ, cõfert ſtomacho & inteſtinis, ad quę currũt ſuperfluitates, & ſuccus eoꝝ quando adminiſtrať, cõfert aſmati, & fit ex decoctiõe ipſoꝝ cliſtere ad exitũ ani & matricis, & quãdo ipſa cõdiuntť cũ melle, prouocãt urinã, & mel cũ quo cõdiuntť, idem facit, qm̃ acquirit ab eis uirtutẽ quæ ſtringit uentrẽ, & illa quæ coquunť cũ melle, cõferunt ſtomacho, & habẽt ſaporẽ bonũ, uerũtamen debilioris operationis ſunt in conſtringendo ꝙ illa quæ nõ coquunť, & citonia coquunť & ponunť in emplaſtris ad ſtringendũ uentrẽ, & ad ſyncopim, & ad inflãmationẽ ſtomachi, & ad apoſtemata mãmillarũ calida, & ad duritiẽ ſplenis, & ad emorrhoidas, & fit uinũ ex eis, quãdo terunť & exprimiť ſuccus eoꝝ, & proijciť ſuper .16. ſiſt ſucci, ſiſt unũ mellis ut ſerueť, quia ſi non apponereť mel, aceſceret iſtud uinũ, & illud uinũ cõuenit oĩbus ægritudinib⁹, quibus diximus iuuare citonia, & fit ex citonijs oleũ q̃d diciť oleũ citonioꝝ, & utimur eo quãdo uolumus oleũ ſtipticũ, & oportet ꝙ eliganť citonia quę dicunť licinia, & ſunt parua, rotũda, boni odoris. Illa uero quæ nominanť ſaturnion uel ſtromon, & ſunt maiora, ſunt minoris iuuamenti ꝙ illa, & flos arboris citonioꝝ, dũ eſt ſiccus, non humidus, eſt cõueniens in emplaſtris, in quibus neceſſaria eſt ſtipticitas, & cõuenit apoſtematib⁹ calidis oculoꝝ, & quãdo bibiť cũ uino, cõfert ſputo ſanguinis, & fluxui uentris, & menſtruoꝝ. Sed illa quæ dicunť melomella, molliunt uentrẽ, & expellũt lumbricos, & ſunt mala ſtomacho, & inflãmãtia ipſum, & quidã nominãt ea galopomella. Sed illa quæ nominanť atyropita uel atyrotypa, & ſunt illa quæ nominanť in latino arnicata, & ſunt bona ſtomacho, & ſtringũt uentrẽ, & prouocãt urinã, niſi quia ſunt debilioris uirtutis ꝙ citonia. Sed ſilueſtria ex eis ſunt ſimilia malis quæ naſcunť in uere in ſtipticitate, & oportet ꝙ adminiſtrenť citonia in ægritudinibus, in quibus oportet ſtipticare, anteꝙ perueniant ad maturitatem. Hunaim.) Citonia prouocãt urinã per accidẽs, quia ſtringũt uentrẽ. Aben meſuai.) Ponticitas ipſoꝝ eſt plus ponticitate maloꝝ, & qui ſugit ea poſt potũ uini, prohibẽt

fumoſitates

A fumoſitates uini aſcendere ad caput, & non oportet ꝙ aliquis utať eis nimis, quia faciunt accelerare deſcenſionẽ cibi ante digeſtionẽ eius, & nimius uſus eoꝝ generat colicã, & doloꝛẽ neruoꝝ, & rob eoꝝ ſimplex cõfert choleræ quę generať in ſtomacho, & miua quidẽ fortificat ſtomachũ, & incoriat eũ, & abſcindit uomitũ qui accidit à phlegmate, & uinũ citonioꝝ ſimplex, q̃d eſt ſine melle, cõfert choleræ, & abſcindit fluxũ cholericũ et ſitim, et quę ex citonijs ſumunť cũ melle, ſunt bona uomitui phlegmatico, & calefaciũt ſtomachũ, & cõdita ex eis incoriãt ſtomachũ, & fortificãt epar, & mucillago granoꝝ eoꝝ cũ ſucharo lenit cannã pulmõis, & humectat ſiccitatẽ eiꝰ.

DE ACETO. CXXXIIII.

CHal, id eſt acetũ. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis, cõpoſita ex caliditate & frigiditate, niſi quia frigiditas eſt amplior in eo ꝙ caliditas, & deſiccat in ſecundo gradu, ſcilicet prope finẽ eius, quãdo fuerit antiquatũ. Et dixit in aceto, ꝙ ipſum eſt nociuũ neruis, & experientia teſtificať hoc. Et hoc quod ipſum minuit ſenſum, & eſt frigidũ, & propterea nocet cito, & propter ſubtilitatẽ quæ eſt in eo etiã, quare habet potentiã penetrãdi ad profundũ. Et dixit in uino, ꝙ in eo ſunt ſuperfluitates groſſæ, quæ quidẽ quãdo uinũ quieſcit, reſidẽt & cedũt in feces eius, & eſt in eo ſuperfluitas alia uelut ſpuma, quæ ſupernatat in ſuperioribus uaſis quãdo bulit, ultimo uero deſcendit in feces, & eſt ſuperfluitas alia tertia, quæ eſt admixta toti uino, & ebulitio adeſt prius in iſta ſuperfluitate ꝙ in alijs, & cũ iſtis tribus ſuperfluitatibus eſt ſubſtantia ipſa uini ſana, quãdo ergo uinũ cõuertiť in acetũ, infrigidanť partes uinoſæ, ſcilicet quæ ſunt in uino, & eſt ſubſtãtia ipſa uini ſana, & ſupercalefit ſuperfluitas aquoſa quæ eſt in eo per putrefactionẽ, quã acquirit à caliditate, ſicut accidit alijs corporib⁹ quæ putreſcũt. Erit ergo acetũ ſecundũ hãc rationẽ res cõpoſita ex partibus cõtrarijs multũ, qa in ipſo eſt aliqua pars calida, & aliqua frigida, & propter hoc dicũt in aceto, ꝙ amiſit caliditatẽ naturalẽ quæ erat in uino, & acqſiuit caliditatẽ aliã accidentalem à putrefactione, & acetũ quidẽ, quãdo in eo nõ eſt acuitas, eſt frigidũ, ſed quãdo

B in ſapore & odore eius eſt acuitas, eſt in eo caliditas pauca, eſt igiť ſicut aliæ Medicinæ, quarũ uirtus eſt cõpoſita. Itẽ Galenus per Hippocratẽ.) Cõfert cholericis, & debilitat uiſum, & deſtruit phlegma. Hippocrates.) In egritudinib⁹ acutis acetũ eſt bonũ in eo, & coquiť cũ cibis, cõuenit curſib⁹ ſupfluitatũ ad uentrẽ, & quãdo infundiť in eo lana non lota, aut ſpongia, curat apoſtemata in principio ipſoꝝ, & reſtringit matricẽ egreſſam, & anũ exeuntẽ, & ſtringit gingiuã ſanguinolentã, & cõfert hulceribꝰ fraudulentis quæ accioũr in corpore, & eriſipillę, & formicæ, & ſcabiei hulceroſę, & impetigini, & emorrhoidibꝰ, & panaricio, quãdo miſceť cũ aliquibꝰ Medicinis cõuenientibꝰ iſtis ægritudinibꝰ, & quãdo abluũt cũ eo hulcera frauduléta, & pruritus ablutiõe aſſidua, prohibet augmentũ eoꝝ in corpore, & quãdo miſceť cũ pauco ſulphure, & apponiť tepidũ ſup podagrã, cõfert, & quãdo coquiť cũ melle, & liniť cũ eo liuor q̃ fit ſub oculo, aufert eũ, & quãdo infundiť ſpongia in aceto quæ prius fuit infuſa in oleo roſaceo, & apponiť fronti, cõfert habẽti ſoda ex calore ſolis, & fumus eius quãdo eſt calidus, cõfert hydropiſi, & grauitati auditus, & tinnitui auriũ, & quãdo diſtillať in aure, occidit uermes qui ſunt in ea, & ꝓijcitur tepidũ ſup apoſtemata quę dicuntur phagos, aut ſpongia in eo imbibita, applicatur eis, & ſedat ea, & ſedat pruritũ corporis, & proijcitur calidũ ſuper morſus uenenoſorum animaliũ, quæ occidunt ſua frigiditate, & confert potanti Medicinas mortiferas, quando bibitur calidum, & prohiber nocumentum opij proprie, & ſuccaran & aconiti, & confert coagulationi ſanguinis & lactis in uentre, & quando bibitur cum ſale, obuiat nocumento fungorum, & nocumento toxici, quod dicitur acſia, & alterius quod dicitur ſamlich, & quando bibitur, eradicat ſanguiſugas quæ adhęrent gutturi, & confert tuſſi antiquæ, & quando bibitur calidum, confert aſmati, & quando ſit gargariſma cum eo, abſcindit curſum humorum uenientiũ ad guttur, & confert ſquinantiæ & caſui

C uuluæ,& fit collutio oris cum eo calido,& confert dolori dentium.

DE XILOCARACTA. CXXXV.

CHarnub,id est xilocaracta. Galenus.) Sapor earum est stipticus cum pauca dulcedine. Et uirtus earum prima quando sunt recentes,est desiccatiua,& quando desiccantur stringunt,sicut faciunt cerasa,quia humiditas earum resoluitur,& remanet substantia quæ desiccat. Sed arboris earum uirtus est desiccatiua & stiptica. Dioscorides.) Quando ipsæ administrantur humidæ, sunt male stomacho, & leniunt uentrem,& quando desiccantur & exhibentur,sunt stomacho meliores q̃ humidę, & stringunt uentrẽ,& prouocant urinã,proprie quãdo cõficiunt cum rob. Rasis.) Quando uerrucæ liniũtur cum xilocractis uiridibus,eradicant eas,& ego uidi hoc.

DE SALICE. CXXXVI.

BVlef,id est Salix. Galenus.) Folia eius & flos & rosa habent in sapore ponticitatem. Et uirtus salicis prima est desiccatiua sine punctione. Cortex uero est siccioris cõplexionis,sicut sunt species omnes corticũ. Et uirtus secunda fortificat. Et tertia est q̃ administrantur folia in conglutinatione uulnerum. Sed flos & rosa eius administrantur ab omnibus Medicis in unguentis desiccatiuis. Et ex hominibus sunt qui accipiunt folia rosarum eius,& succum ipsius,& componunt ex eis Medicinam desiccatiuam,quæ confert in multis,quoniam non est Medicina magis iuuatiua in his quæ desiccãt sine mordicatione,& proprie,quia in ipsa est stipticitas pauca,& quando cõburuntur cortices salicis,& cõficiuntur cum aceto, & administrantur in omnibus ægritudinib⁹ in quib⁹ necessaria est desiccatio,sicut in uerrucis,& proprie in rotundis,& in bothor similibus capitibus clauorũ, & in uerrucis infixis in cute,eradicat eas,quando fit cum eis linitio,& quãdo euellitur cortex eius tempore quo emittit flores,& colligitur gummi eius, & habet hoc gummi uirtutem abstersiuã & subtilitatem,& ideo administratur in omnibus ægritudinibus quæ accidunt pupillæ,& D faciunt nocumentum & impedimentum uisui. Dioscorides.) Virtus fructus eius & foliorũ & corticis & succi est stiptica, & quando bibuntur folia ipsius trita cũ pauco pipere & uino pauco,conferũt colicæ quæ dicitur ileos,& quãdo sumuntur folia cum aqua,prohibent impregnationẽ,& fructus quando bibit̃, confert sputo sanguinis,& cortex similiter facit hoc, & quando cõburitur cortex, & conficit̃ cum aceto, & fit emplastrũ cum eo, eradicat uerrucas quæ fiũt in manibus & pedibus, & resoluit duricies hulcerũ,& succus foliorũ & cortex recens tritus cum oleo rosaceo, si bulierit in cortice granati,cõfert dolori aurium, & decoctio eius administratur super pedes podagricorũ,& confert eis multum, & mundificat furfures capitis, & colligitur ab eo humiditas quando excoriatur à cortice suo, quando incipit apparere flos eius & reperitur intra corticem humiditas aggregata,quæ abstergit oculum,& aufert nebrositatem uisus. Bedigoras.) Salicis proprietas est,quod extrahit sanguisugas adhęrentes gutturi,& conglutinat uulnera recentia. Aben mesuai.) Folia salicis bibita,prohibent conceptionem,& conferunt fluxui sanguinis,& lac quod egreditur ab eo,acuit uisum. Atabari.) Lac saffaf abradit pilos. Salamine.) In folio salicis,& in salice non fuit locutus Galenus,nec dixit aliquid. Paulus.) In folio salicis & salice non dixit Galenus aliquid. Onasim.) In Medicina quæ dicitur sataui, dixit Hunaim quod ipsa est salix,& uirtus fructus & foliorum eius est stiptica sine punctione, & desiccat occulte,& ex aqua in qua decoquitur,fit clistere illi qui egerit sanguinem & mittitur in aures à quibus egreditur sanies,& conglutinat hulcera magna, & operatio eius in his rebus est fortior quãdo bibitur cum uino stiptico nigro, & quando ex folio eius recenti solo fit emplastrum,confert fluxui sanguinis undecunq; exeat.

DE CAVDA EQVINA. CXXXVII.

DHeneb alchail,id est, cauda equina. Dioscorides.)Est planta habens cõcauas uirgas,quarũ color uergit ad rubedinem multã,& sunt asperæ multum,& plenæ multis nodis,quæ uirgæ inuoluunt se uicinis arboribus, uel alijs circunstantibus rebus,& habet folia similia foliis iunci in summitate acuta, & non dura, & plurima densa

A densa,& yrei sursum eleuata,aliquãdo uero egreditur à muris in quibus nascitur,& declinat inferius propter multitudinem foliorũ,quę sunt sicut coma, ut uideatur uelut cauda pendens in muro,& propter hoc sic nominatur, & nodi eius egrediuntur unus ab alio,& habet radicẽ duram lignosam,nascitur multũ prope aquas,& in locis humidis. Galenus.)Virtus huius plantę est stiptica cum amaritudine pauca,& propter hoc desiccat sine mordicatione,& propter hanc causſam cõglutinat, & consolidat uulnera mala,& confert habentibus rupturam in lisac,quando intestina descendũt inferius,& confert sputo sanguinis,et fluxui sanguinis menstruorũ rubei maxime,& confert hulceribus intestinorum,& fluxui uentris. Et dixerunt quidã,quod consolidauerunt cũ ea uulnus,quod erat in uesica in tempore breui. Dioscorides.) Habet uirtutem stipticam, et quando succus eius imponitur naribus, abscindit fluxum sanguinis ab eis,et quando datur ex ea in potu cum uino, cõfert hulceribus intestinorum,& fluxui uentris,& prouocat urinam, & quando folia eius pistantur,& fit emplastrum cũ eis,conglutinat uulnera recentia, etiam si sint ibi nerui incisi,consolidat eos,& decoctio radicis eius & foliorũ quando datur in potu, cõfert tussi antiquæ,& coartationi anhelitus,& si porentur trita & sicca, idem faciunt, & quando fit emplastrum cum eis recentibus,confert attritioni lacertorum: & dicunt quidam quod ipsa conglutinat uulnera uesicæ & intestinorum, & quando folia eius bibuntur cum aqua,& fit emplastrum cum eis,curant rupturam intestinalem. Abix.) Est frigida in primo,sicca in secundo,& est stiptica multum,confert apostematibus stomachi,& epatis,& hydropisis emplastrata & bibita.

DE COLLA ET GLVTINE. CXXXVIII.

ZIre,id est,gluten. Dioscorides.)Illud quod fit ex corijs boum,quando dissoluitur in aceto,& fit inde linitio,eradicat impetiginem,& excoriat scabiem hulcerosam,& quando dissoluitur in aqua calida, & linitur cum eo combustio ignis, non sinit locum uesicari,& quando dissoluitur cum melle & aceto, confert exituris. B Sed colla piscium fit ex pisce quodam magno,& melior ex ea est illa, quę fit in terris Nitin,& quæ est alba,in qua est asperitas pauca,& cito dissoluitur,& ipsa ingreditur in unguentis capitis,& Medicinis scabiei hulcerosæ. Et quando ponitur in pultibus confert sputo sanguinis. Et putauerunt q̃ quando fit linimentũ cũ ea,extendit cutẽ. Et coria quidẽ boum comburuntur,& quod de eis cõbustum est,abluitur, & administratur loco tuciæ,& gluten quod fit ex puluere molendini, cũ quo libri conglutinantur, quãdo ex eo fiũt pultes,& bibitur ex eis pondus drachmę unius cũ dimidia, confert sputo sanguinis. Galenus.)Gluten quod fit ex simila, et ex puluere molendini,uirtus eius conglutinat & maturat,quando sit emplastrum cum eo. Paulus.) Gluten piscium habet uirtutem conglutinatiuam, desiccatiuam, & est conueniens unguentis quæ fiunt capiti,& unguentis quæ conglutinant,& incarnant, & conuenit in Medicinis baras,& in scissuris faciei,& extendit cutem.

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET HVMIDIS in primo gradu,& numeratio eorum.

PRuna Damascena,spinachia,uiola,dulb,endiuia,& species eius,scilicet, taraxacon,& scariola,rostrum porcinũ, cerasa, & gummi eius,atriplex, liquiritia,& succus eius,bleta,malua,& sunt Medicinæ xi.

DE PRVNIS. CXXXIX.

ANas,id est,pruna. Galenus.) Pruna Damascena sunt stipticiora,illa uero quę afferuntur ab Armenia,sunt dulciora,sed arbores ambarũ arborum istarũ regionum sunt secundũ diuersitatẽ fructuũ ipsorum,quia arbor Damascenorũ est stipticior,& Armeniorũ est minus stiptica,ueruntamen uniuersaliter in arboribus & radicibus inuenitur stipticitas manifesta,ideoq; gargarisma factũ ex decoctiõe foliorũ & ramorũ,confert tumori uuluæ. Fructus uero istarũ arborum quando est recens,laxat uentrem,quãdo uero desiccatur,laxat minus. Sed fructus prunorũ paruorũ agrestiũ stipticant stipticitate manifesta,& stringunt uentrẽ. In gummi uero istarũ arborũ est

C incisio,& subtiliatio,& ideo frangit lapidem,& quando cũ acero linitur super impe
tiginem infantium,curat eam. Dioscorides.) Fructus prunorum comeditur,& est
malus stomacho,et mollit uentrem,sed fructus prunorum de Seni, et proprie ex Da
masco,quando desiccatur,est bonus stomacho,et stringit uentrẽ,et quãdo coquitur
folium cum uino,fit inde gargarisma,abscindit cursum humorum currentiũ ad uul
uam,& ad ambas amygdalas,& gingiuas. Sed fructus prunorum agrestium quan
do maturantur & desiccantur,faciunt hoc,& quando coquuntur cum rob, fit sapor
eorum & operatio melior,& restrictio eius fortior. Gummi uero arboris prunorum
conglutinat hulcera,& quando bibitur cum uino,frangit lapidem, & quando mi
scetur cum acero,& fit linitio cum eo,curat impetiginem puerorum.

DE SPINACHIA. CXL.

Hispenach,id est,spinachia. Aben mesuai.)Sunt frigida et humida in fine primi
gradus,& leniunt uentrẽ,& conferunt dolori pectoris, & pulmonis, accidenti
caussa sanguinis,& doloribus qui fiunt à cholera & sanguine. Mesea.)Nutrimen
tum eorũ est melius nutrimẽto atriplicis,et est operatio eius prope operationẽ illius.

DE VIOLA. CXLI.

Seneffigi,id est,uiola Dioscorides.)Est herba cuius folia sunt minora cussus,& ni
griora,et non elongantur multũ ab eis in figura sua,et habet stipitẽ egredientẽ ab
una radice,& est super eũ pilus,& in summitatibus eius est flos boni odoris, coloris
purpurei,nascitur in locis umbrosis et asperis. Galenus.) Foliorũ huius herbę sub
stantia est aquosa. Et uirtus eorũ prima infrigidat parũ. Et secunda lenificat. Et tertia
quę sedat apostemata calida,quãdo ponunt super ea sola,aut cũ farina hordei,et cõ
ferunt inflãmationi quę fit in ore stomachi,et in oculo. Sed flos eius cũ hoc ꝙ sedat
inflãmationem stomachi,habet proprietatẽ laxãdi cholerã. Dioscorides.)Quãdo
fit emplastrũ cũ foliis solis huius herbę,aut cũ sauich,infrigidat, & confert inflationi
D oris stomachi,et apostematibus calidis oculorũ,et exitui ani. Et dicitur,ꝙ flos eius à
pprietate quę est in eo quãdo bibitẽ cũ aqua,cõfert squinantię,et epilepsię quę accidit
pueris,et est illa quã uulgares nominãt matrẽ puerorũ. Aben mesuai de proprietate
eius.)Laxat cholerã à stomacho et intestinis,et cõfert inflãmationi quę est in eis,et so
da,et squinantię quę accidit infantibus,quãdo sumitẽ cũ aqua calida, et quãndo ali
quis uult de ipsa exhibere in potu,ad laxandũ uentrem,exhibeat à .3. iij. usqꝫ ad vij.

DE PLATANO ARBORE SIVE SCOTANO. CXLII.

Dulb,id est,suffeire,id est,fustet,id est,scotanum. Isaac eben amram.)Dulb est
arbor magna expansa,habẽs folia magna similia palmę manus hominis,simi
lia foliis kerua, nisi quia sunt minora,quorum sapor est amarus ponticus. Et cortex
ligni eius est grossus,& rubeus. Color uero ligni eius quando scinditur, est medius
inter glaucedinem & ruborem, & habet florẽ parũ leuem, glauci coloris, in cuius
loco quando cadit,nascitur granũ asperũ glaucũ, uergens ad rubedinẽ, puluerulen
tum in superficie,sicut granũ catapuciæ. Galenus.)Substantia eius est frigida et hu
mida,nõ lõge à rebus tẽperatę cõplexionis,et ideo folia recẽtia quãdo terũtur, et po
nuntur sicut emplastrũ super apostemata quę fiũt in geniculis,sedant ea sedatiõe ma
nifesta. Sed corticis & nucis eius uirtus desiccat adeo, ꝙ quãdo cortex ipse coquit in
acero,confert dolori dentiũ. Nux uero eius quando administratur cũ axungia, con
fert apostematibus quę accidũt à cõbustione ignis. Cortex uero ipsius quando cõbu
ritur cũ Medicina desiccatiua et abstersiua, et cõfert egritudini cũ qua eleuatur cutis.
Et cinis eius solus curat uulnera in quibus est sordes & putredo, propter nimiam hu
miditatem existẽtem in eis. Et oportet ꝙ caueatur multum à puluere qui est in foliis
eius,& in fructu,quia est nociuus ualde cannæ pulmonis, ideo quia desiccat multũ,
& inducit asperitatem,& nocet uoci,& loquutioni,et etiam uisui,et auditui,si cadũt
in auribus uel in oculis. Dioscorides.) Habet uirtutem frigidam & humidã, quan
do folia eius recentia teruntur,& fit emplastrum cũ eis, sedat apostemata calida quę
fiunt in genu,& quando cortex eius et nux cõburuntur,& fit emplastrũ cũ eis, et adi
pe porcino,aut arietino,cõfert hulceribus putridis, similiter et cinis eorũ facit solus,
& quando

A & quando coquuntur folia recentia cum uino,& fit inde emplastrum cum eis, pro
hibet cursum humorũ ad oculũ,resolut apostemata phlegmatica & calida eius,&
quando cortex dulb coquitur cum acero,& fit collutio cũ eo,confert dolori dentiũ,
& quando fructus eius recens bibitur cum uino,cõfert morsibus uenenosis,& quan
do administratur cũ axungia,curat cõbustiones ignis,& puluis foliorũ quãdo cadit
in oculos,aut in aures,nocet multum,similiter et puluis qui est super fructum ipsius.

DE ENDIVIA ET SPECIEBVS EIVS. CXLIII.

Dvndebe,id est,endiuia. Dioscorides.) Sunt ei species,nam est ex ea domesti
ca,& est scariola,& est ea siluestris,quæ est taraxacon,& est tertia species,quę
dicitur candarel,& est amiron. Sed scariolæ duę sunt species, una assimilatur lactucę
habens folia lata, & secunda habet folia strictiora, & taraxacon habet folia latiora
ꝙ domestica. Sed candarel planta & stipes assimilantur endiuiæ agresti,& ideo di
citur,ꝙ est species eius. Folia uero ipsius & stipes & radix sunt subtiliora ꝙ endiuiæ
agrestis,& reperitur super ramos eius gummi simile mastici,aliquando in quantita
te fabæ. Est & alia species ex candarel, habens folia uelut incisa, extensa super terrã,
& stipites plenos,molles,& radices habẽtes summitates subtiles, folia eius rara ob
rotunda,ad ruffedinem tendentia,plena lacte,nascitur plurimum in locis cultis.

Galenus.)Domesticę sapor est stipticus cum amaritudine. Et uirtus eius prima in
frigidat plusquam siluestris,sed quia in ea est mixta humiditas extranea multa, abla
ta est ab ea siccitas,sed in sapore agrestis est stipticitas cũ amaritudine. Et uirtus eius
prima infrigidat & desiccat in primo gradu. Sed candarel sapor est stipticus cũ ama
ritudine,sed amaritudo eius est fortior ꝙ endiuiæ,et uirtus eius est similis uirtuti en
diuiæ,nisi quia uirtus desiccatiua est in ea plus. Dioscorides.) Omnes istæ species,
uolo dicere,agrestis & domesticæ, sunt stipticæ, & infrigidatiuæ, sunt bonæ stoma
cho,quæ quando coquuntur & comeduntur,cõferunt debilitati stomachi,& quan
B do fit emplastrum cum aliqua ex eis sola,aut cum sauich,sedat inflammationem sto
machi,& fit ex eis emplastrum ad cardiacam,& confert podagræ,et apostematibus
calidis oculorum,& quando fit emplastrum cum ea, & cum radicibus eius, confert
punctureꝫ scorpionis,& quando cum ea fit emplastrum cum sauich, confert erisipilę,
& quando aqua eius miscetur cum ceruse & acero,fit unguentum utile, ubi oportet
infrigidari. Et dixit in candarel,quod gummi eius quando miscetur cum mirrha,et
fit inde nasale in quantitate oliuæ,prouocat menstrua, & teritur hæc herba cum ra
dice sua,& miscetur cum melle,& fiunt inde trocisci, qui quando dissoluuntur cum
aqua & nitro,& linitur cum eis boach,id est,morphea alba,aufertur,et gummi eius
facit adhærere pilos palpebrarum,et quando in radice eius dum est recens,infigitur
acus,& illa humiditas quæ adhæret acui, linitur super locũ pili palpebræ,facit eum
adhærere,& quando bibitur cum uino,confert morsui tyri,& quando aqua eius co
quitur cum uino,& bibitur,stringit uentrem. Et dicunt in specie quæ habet folia ue
lut corrosa,quod uirtus stipitis & foliorum est maturatiua,sed et ista facit pilos adhę
rere in palpebris. Alcançi,& Aben mesuai.)Taraxacon confert punctuæ scorpio
nis,& lac eius aufert albedinem oculi. Paulus.) Taraxacon infrigidat multũ & hu
mectat. Hunaim.) Taraxacon bibitum,confert punctuæ scorpionis,& açambor,
id est,calauronis magni nigri,murmurantis uolando,& febri quartanæ.

Aben mesuai.) In æstate apparet amaritudo eius amplius, & tunc declinat ad ca
liditatem, in hyeme uero est contrarium huius, & uniuersaliter est herba frigida &
sicca,habens caliditatem modicam in tempore æstiuo. Almaiemir.) Quod uin
cit in complexione sua,est frigiditas & siccitas,& est in ea amaritudo, & cum his am
bobus,& est stiptica temperate, & ideo est una ex melioribus Medicinis distempe
rantiæ calidæ epatis. Galenus iterum in Dietis.) Virtus endiuiæ est sicut uirtus la
ctucæ,nisi quia non est in proprietatibus eius omnibus similis ei. Arianialis.) Est
endiuia frigida & humida. Armasius.) Est sicca,paucæ frigiditatis. Paulus.) Est
sicca in primo.

DE NENVFARE. CXLIIII.

Nilofar

C Nllofar,id eſt,nenufar. Dioſcorides.) Eſt planta quæ naſcitur in paludibus,& aquis non currentibus, habet folia ſimilia foliȝs plantæ, quæ dicitur pinorion, niſi quia ſunt minora eis,& longa parum,cuius quædã partes apparent ſuper aquã, & quædam ſub aqua,& in omnibus ſunt folia multa, & habet ramos ex una radice egredientes,& habet flores albos ſimiles lilio cũ palliditate pauca, habentes in medio uelut crocum,& quando proȝcit flores eius,apparent capita eius ſimilia malis, aut capitibus papaueris nigri,in quibus eſt ſemen nigrum, latum, amarũ,uiſcoſum, & habet ſtipitem lenem,non groſſum,nigrũ,ſimilem ſtipiti herbę quæ dicitur pinorion,& habet radicem nigram aſperam,habentem nodos, hęc autumno euellitur.

Galenus.) Virtus radicis & ſeminis huius plantę deſiccat ſine mordicatione,& ſecunda uirtus ſtringit uentrẽ,& abſcindit fluxum ſpermatis,qui accidit in uigiliȝ etiã uel alio quocunq; modo,& confert hulceribus inteſtinorũ,et quod de ea eſt album, eſt fortius nigro,quouſq; abſcindit fluxũ menſtruorũ,quando bibitur cũ uino ſtipticõ,& eſt in eo uirtus quę abſtergit,& ideo curat boach,id eſt,morpheam albã,quando cõficitur cũ aqua,& alopiciam,quando cõficitur cũ pice humida: uerũ in his duabus egritudinibus melior eſt illa,cuius radix eſt nigra. Dioſcorides.) Quando bibitur de radice ipſius ſicca cũ uino,cõfert fluxui antiquo,et hulceribus inteſtinorũ,et reſoluit apoſtemata ſplenis,& fit emplaſtrum cum ea in dolore ſtomachi & ueſicæ, & quando admiſcetur cum aqua,& ponitur ſuper albam morpheam, abſtergit eã, & quãdo miſcetur cum pice,& ponitur ſuper alopiciam,curat eam,& bibitur ex ea, & aufert pollutionem. Si uero utitur eo aliquis nimis,debilitat genitalia. Semen uero eius facit idem,quod radix eius in his omnibus.

Et eſt ſpecies alia huius plantæ,quę habet folia ſimilia ſupradictę,et radicẽ albam aſperã,& floręs glaucũ pulchri coloris,ſimilẽ flori roſę, cuius radix quãdo bibitur cũ uino nigro,cõfert fluxui humiditatũ antiquarũ matricis,& eſt ſimilis in operationibus ſuis operationibus alterius ſpeciei,et quęlibet ipſarũ facit quod dictũ eſt de ipſis.

D Aben meſuai.) Vinũ qd̃ fit ex nenufar,eſt bonũ tuſſi et pleureſi,et mollit uentrem.

Aben meſuai,ubi memorat uirtuté uiolę,dixit.) Nenufar uero eſt fortioris operationis q̃ uiola. Alchanci.) Radix nenufar Indiæ, habet uirtutem mandragoræ.

Albaſari.) Nenufar eſt frigidũ in tertio gradu, humidũ in ſecundo, ſubtiliũ partiũ penetratiuũ,aufert uigilias eueniẽtes à caliditate,naſcitur in terris Mitriæ. Eſt tamen alia ſpecies nenufarũ,in qua eſt acuitas,et caliditas,et ſubtilitas,ita q̃ quãdo uolumꝰ calefacere in egritudinibus frigidis,adminiſtramus eam, & inuenimus iuuamentũ, & ſirupus nenufarum confert dolori lateris, & pulmonis,& tuſſi, & mollit uentrẽ.

Raſis.) Nenufar eſt frigidũ,inducit ſomnum,ſedat dolores,& oleum nenufarum eſt fortius oleo uiolaceo. Iſaac eben amram.) Nenuphar nominatur interfector apum,eſt ſimilis floribus uiolarum,ſed eſt frigidior & humidior eis, confert ſõdę calidæ,& inducit ſomnum,& oleum eius facit hoc. Et quando ponitur ſuperꝰ apoſtemata calida,confert. Et quando biberit ille qui eſt calidæ complexionis ſemen eius, infrigidat corpus eius,& quãdo fit inunctio cũ oleo eius, facit hoc etiam quod dixi.

DE CERASIS. CXLV.

SAraſie,id eſt,ceraſa,dicũt q̃ ſunt grana magna,ſimilia prunis, & ſunt in Oriente, & eſt granũ Regũ,& illud qd̃ eſt apud nos,nõ eſt eius ſpecies. Galenus.) Sunt ex eis dulcia,et pontica,et acetoſa,et dulcia deſcẽdunt à ſtomacho cito, et iuuamentũ qd̃ infert ei,eſt paucũ,et põtica faciũt contrariũ huius. Acetoſa uero deſiccãt plusq̃ pontica,& cũ hoc eſt in eis res incidẽs,et cõferunt ſtomacho phlegmatico pleno ſuperfluitatibus. In gũmi uero arboris eſt uirtus cõpoſita, quia in eo eſt uirtus medicinarũ inuiſcantiũ ſine mordicatiõe, et ideo cõfert aſperitati cannę pulmonis, et eſt in eo uirtus ſubtilis,et ideo cõfert lapidi quãdo bibit̃. Dioſcorides.) Quãdo ceraſa adminiſtranť humida,molliũt uentrẽ,et ſicca retinẽt uiſum. Sed gũmi arboris ceraſę quãdo diſſoluit̃ cũ uino mixto aqua,curat tuſſim antiquã, et meliorat coloré faciei, et acuit uiſum,& puocat appetitũ cibi,& quando bibitur cũ uino ſolo,cõfert lapidi.

DE ATTRIPLICE. CXLVI.

Cataf,

A Cataf,id eſt,atriplex. Dioſcorides.) Sunt eius ſpecies duæ,domeſtica,& ſilueſtris. Galenus.) Subſtantia eſt aquoſa, & eſt in eo aquoſitas, & tranſitus eius in uentrem eſt citus. Et uirtus eius prima eſt quæ infrigidat in primo gradu,& humectat in ſecundo. Et ſecũda eſt uirtus quę reſoluit reſolutione pauca. Et tertia eſt uirtus quæ confert apoſtematibus calidis, & eriſipilæ in principio ſui, uerũ & in fine eius, & cum induratur & infrigidatur, agreſtis magis conuenit ei. Sed ſeminis uirtus ſecunda,eſt uirtus quæ abſtergit. Et tertia eſt uirtus quæ confert ictericiæ contingenti ab opilatione epatis. Dioſcorides.) Quando coquitur & comeditur,mollit uentrem,& quando fit emplaſtrum cũ eo crudo & cocto,reſoluit apoſtemata,& quando bibitur de ſemine eius cum mellicrato,curat ictericiam. Raſis.) Semen attriplicis facit uomere fortiter: & uidi hominem, qui bibit ex eo drachmas duas, & fecit ipſum euomere,& aſſellare,uſq; ad debilitationem magnam.

DE LIQVIRITIA. CXLVII.

SVs,id eſt,liquiritia. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum habens ramos longos duobus brachijs,& habet folia ſimilia foliȝs maſticis,et eſt ſuper folia humiditas,quę adhæret manui,& flos eius eſt ſimilis flori herbæ dictæ brachioth, & eſt purpurei coloris,& ſemen eius eſt in magnitudine ſeminis arboris dictæ kalatabas,uerum eſt aſperius eo,& eſt interius ſimile lentium rubearum,et habet radices longas,ſimiles in colore ſuo ligno,quod nominatur in Oriente buxum,aut ſicut radix gentianę,& eſt in eo ſtipticitas cum dulcedine,& exprimitur ſuccus ex eo, ſicut exprimitur licium.

Galenus.) Maius iuuamentũ quod eſt in liquiritia,eſt in ſucco radicis eius, et ſubſtantia eius eſt propinqua ſubſtantiæ noſtri corporis,& ualde ſimilis ei,& ſapor eius eſt dulcis,ſicut ſapor radicis eius,cum ſtipticitate pauca. Et uirtus eius prima eſt uirtus frigidior cõplexione corporis hominis,ac ſi ſit tepidæ caliditatis,& ideo eſt prope complexionem æqualem,& eſt humida temperatæ humiditatis. Et uirtus eius ſecunda eſt uirtus quæ lenit. Et tertia eſt uirtus quæ lenit aſperitatem meri,& ueſicam, & abſcindit ſitim. Dioſcorides.) Succus eius confert aſperitati cannę pulmonis,& debet apponi ſub lingua,& debet tranſglutiri aqua eius, & quando bibitur cũ rob, cõfert inflammationi oris ſtomachi,& dolori pectoris,et inſtrumentorũ anhelitus, et cõfert epati,et ſcabiei ueſicę,et dolori renũ,et fugitur aqua ipſius,et abſcindit ſitim & cõuenit exituris quãdo linitur ſuper eas,& confert ſtomacho quando maſticatur, & deglutitur ſuccus eius,& decoctio radicis liquiritię recentis cõuenit ad ea, ad quæ cõuenit ſuccus eius: & quãdo radix liquiritię mũdatur,et deſiccatur, & teritur,& fit emplaſtrũ cũ ea,cõfert panaricio,et qñ adminiſtrať in puluere,confert ungulę oculi.

DE SICLA SIVE BLETA. CXLVIII.

DEcka,id eſt,bleta. Galenus.) Sunt eius ſpecies duę,ſcilicet,alba,& nigra,& in ſapore eius eſt nitroſitas,et uirtus eius eſt uirtus quę abſtergit et reſoluit,et expellit ſuperfluitates capitis,quãdo cũ ea fit ſternutatoriũ,& quãdo bleta coquitur,egreditur ex ea nitroſitas eius,et acuitas. Et fit uirtus eius quę prohibet generationẽ apoſtematũ,et reſoluit reſolutione pauca. In alba uero eſt de uirtute abſterſiua,et reſolutiua plus,quia in nigra eſt res ſtiptica,et ꝓprie in radice eius. Et dixit in libro de cibis, q̃ in ea exiſtit humiditas abſterſiua abſterſionis rẽperatæ, et cũ illa humiditate laxat uentrẽ,et mordicat inteſtina et ſtomachũ,et maxime quãdo fiũt boni ſenſus,et ideo accidit q̃ bleta eſt mala ſtomacho,et ꝓprie illi,qui eſt ſicut dixi, quando uſus eius eſt nimius,et nutrimentũ quidẽ eius eſt paucũ,ſicut nutrimentũ aliarũ herbarũ. Sed bleta quidẽ eſt magis iuuatiua q̃ molochia,in aperiendo opilationes epatis, quãdo eſt ſicut diximus. Dioſcorides.) Nigra ſtringit uentrem,ſicut lens, & maxime quãdo coquitur,radix eius eſt plus ſtiptica,et conſtrictiua uentris: & alia ſpecies eius ſoluit uentrem,et ambæ quidẽ ſpecies eius ſunt mali chimi,propter nitroſitatem quę eſt in eis,& ideo quando fit ſternutatorium cum ſucco eius & melle, mundificat cerebrũ, & confert dolori auris,& quando ex decoctione bletę & radicis eius abluitur caput, aufert lẽdines,& purgat ipſum à furfuribus,& quãdo proȝcit̃ ſuper ſciſſuras quę fiũt a frigore,cõfert eis,& fit emplaſtrũ cũ foliȝ eius ad morpheã, poſtq̃ morpheę locus

abluitur

C abluitur cum nitro, & fit emplastrum cum ea ad alopiciam, postq; abraduntur capilli, & ad hulcera fraudulenta, & quando coquitur cum foliis eius, curat bothor, & cõbustionem ignis, & erisipilam. Aben mesuai.) Quando coquitur & comeditur cũ fabis, digeritur cito. Medicina antiqua est bona colicæ. Liber de Agricultura.) Quando linitur caput cum succo eius, occidit pediculos, & quando linitur cum ea impetigo, delet eam, & curat hulcera narium, & facit oriri pilos in alopicia.

DE MALVA. CXLVIIII.

CHubeze, id est, malua. Dioscorides.) Est ex ea domestica & agrestis. Galenus.) Domesticæ uirtus est quæ resoluit, & mollificat parum. Sed siluestris, secundũ quod est in ea de humiditate aquosa, secundum hoc uirtus eius est debilior, & semina ambarum sunt fortiora eis, & augmentum uirtutis earum est secundum augmentum siccitatis repertæ in eis, & est alia species quæ dicitur molochia. Dioscorides:) Domestica est conuenientior cibo q̃ agrestis, sed ipsa est mala stomacho, & mollit uentrem, & augmentum efficit in lacte, & proprie summitates eius, & confert intestinis & uesicæ, & quando folia masticantur, & fit emplastrum cum eis cum pauco sale, mundificat fistulas lachrymales, & faciunt in eis carnem nasci. Sed quando uolumus incarnationem cum eis, administramus ea sine sale. Et quando fit emplastrum cum ea, confert puncturæ açambor & apum, & quando teritur cruda, & miscetur cũ butyro, & linitur cum ea aliquis, non nocet ei punctura eorum. Et quando coquitur & teritur bene, & miscetur cum ea oleum, & ponitur super combustionem ignis, & super erisipilam, confert eis, & fit sessio in decoctione eius mulieri, & mollit duricies matricis, & fit cum ea clistere conueniens mordicationi intestinorum, & matricis, et ani, & quando coquuntur folia eius cum radicibus suis, confert Medicinis mortiferis, scilicet, quando bibitur ex decoctione illa, & fit uomitus cum ea, et fit illud sæpe, & confert puncturæ rutellæ, & prouocat lac, & quando cum semine ipsius admiscetur semen andachochæ siluestris, sedat dolorem uesicæ. Aben mesuai.) Malua est
D frigida et humida in primo gradu, et proprie domestica ex ea, et est mala stomacho. Et humida quidem confert uesicę, & semen est magis iuuatiuum, & est bonum aspe ritati pectoris, & pulmonis, & uesicę, & quando folia eius teruntur, & ponuntur super punctura açambor, sedant dolorem eius, & quando coquitur cum oleo rosaceo, & fit emplastrum cum ea in apostematibus uesicæ & renum, confert, & quãdo emplastratur cum ea in apostematibus calidis, sedat, & curat ea.

INCIPIT TRACTATVS MEDICINARVM singularium secundi gradus. Et primo de his, quę sunt calidæ & siccæ in eo.

CAPITVLVM PRIMVM DE VRTICA CL.

HVniure, id est, uraith latum, & est urtica. Dioscorides.) Sunt ei duę species, una earum est asperior, & nigrior, habens folia latiora, & habet semen simile semini canabis, nisi quia est minus eo. Alia uero habet semẽ minutum, & non habet folia ita aspera sicut prima. Galenus.) Quod de ipsa administratur, est semen & folium. Et substantia utriusq; est subtilissima, & propter hanc subtiliratem mordicat quod inuenit ex membris, postq; non habet de caliditate tantum, quod faciat hoc. Et uirtus eius prima est uirtus quæ calefacit calefactione non multa, & desiccat desiccatione sine mordicatione & acuitate. Et secunda est uirtus quę resoluit resolutione multa, & est cum hoc ei uirtus inflatiua, & propter hanc caussam mouet coitum. Et tertia uirtus est uirtus quæ delet exituras & apostemata quæ fiunt post aures. Et facit excreare humores grossos uiscosos à pectore et pulmone quando bibitur. Et curat hulcera corrosiua, & cancrum, & omne cui conuenit exiccatio. Et quãdo bibitur de semine eius cum rob, excitat appetitum coitus, & hoc ideo, quia quando digeritur in stomacho, generat inflationẽ, & resoluit uentrem solutione temperata, propterea quia abstergit & commouet non illa uia qua soluunt

A soluunt aliæ Medicinę solutiuæ. Dioscorides.) Folia ambarum specierum quando teruntur cum sale, & fit inde emplastrum, curat morsum canis & hulcera fraudulenta, & cancrosa, & hulcera sordida, & contorsiones neruorum, & exituras, & apostemata quæ fiunt post aures, & apostemata quæ dicuntur furgella, & fit cum eis cerotum cum cæra ad duritiem splenis, & quando teritur ex foliis eius, & ponitur in naribus, abscindit fluxum sanguinis. Et quando teritur ex eis & cõficitur cum myrrha, & fit inde nasale, prouocat menstrua. Et ponuntur folia eius recẽtia super matricem egressam, & reuocant eam intus. Et semen eius quando bibitur cum rob, excitat apperitum coitus, & aperit orificium matricis, & teritur & conficitur cum melle, & comeditur, & confert asmati, quod non sinit hominem iacere, & pleuresi, & expellit superfluitates à pectore, & decoctio foliorũ eius quando coquitur cum pauco myrthæ, prouocat menstrua. Et quando folia ipsa coquuntur cum limacibus, molliunt uentrem, & prouocant urinam. Et quando ipsa coquuntur cum hordeo, expellunt superfluitates à pectore, & quando fit gargarisma ex succo eius, curat apostemata uuluæ. Rasis.) Oleum urticæ est magis laxatiuum quàm oleum chartami, scilicet quando tu comparas uirtutem laxatiuã urticæ uirtuti laxatiuæ kartami. Aben mesuai.) Mouet coitum, quando comeditur cum cepis & uitellis ouorum. Et quando teritur semen eius, & ponitur super cancrum, cõfert. Et de proprietate eius est quod laxat phlegma uiscosum. Abenguefit.) Quando excoriatur semen urticæ, & teritur & miscetur cum melle, & sumitur, laxat cum fortitudine. Et oportet cauere ne tangat linguam, & caput meri ne adurat ea. Et dosis eius est à uiginti granis usq; ad triginta. Isaac eben amram.) Semen urticæ purgat humores uiscosos, & prouocat urinam, & confert doloribus renum, & iuuat coitum maxime, si comedatur cum cepis & uitellis ouoꝝ. Et quando bibitur cum secaniabin, confert spleni & dolori lateris.

DE BLACTA BIZANTIA. CLI.

B ATHfar atheb, id est, ungula aromatica, & est blacta biçantia. Dioscorides.) Est conchilium ex speciebus ostreorũ, & est similiter de conchilijs palpir, & reperiuntur in regionibus Indię in aquis, iuxta quas oritur spica nardi, odor autem eius est aromaticus, quoniam istud animal comedit nardum. Et ipsa colliguntur in tempore æstiuo, quando aquæ desiccantur. Reperitur etiã ex eis in littoribus maris euçum, & color eius est decliuis ad albedinem, & est pinguis, sed illa quæ nascitur in Babylonia est coloris subnigri, & est minor illa, & omnes habent bonum odorem. Et quando fumigatur cum eis, sentitur odor earum sicut odor castorei. Quando igitur fit suffumigatio cum eis mulieri habenti suffocationem matricis, & similiter habenti epilepsiam, confert, & quando bibuntur, molliunt uentrem, & comburuntur, & faciunt omnes operationes quas faciunt ostraca de Porcoca uel Portura. Dixit Meseha & Mesarugiæ.) Quod est calida & sicca in tertio gradu. Et Meseha dixit quod est plus sicca, & est in ea stipticitas & subtilitas, & confert stomacho, & epati, & matrici propter suam aromaticitatem, & confert cardiacę, & est bona stomacho & matrici, & quando fit suffumigatio cum ea desubtus, stringit fluxum menstruorum.

DE EBANO. CLII.

A BAnus, id est hebenus.) Dioscorides.) Duæ sunt species, scilicet absi & inda. Et absi est lignum nigrum non habens lineationes, sed in soliditate & lenitate sua est simile cornu, & quando frangitur habet fractiones suas duras solidas, mordicat linguam, & est stiptici saporis, & quando ponitur super prunas, profert odorem bonum, scilicet quando est recens, quia in ipso est pinguedo, quare inflammatur quando appropinquat igni, & fricatur super cotem, & elimatur sicut lapis, & fit color eius subruffus, & mordicat linguam. In Indo uero sunt lineationes albæ, & coloris subruffi, & omnes eius species, quando franguntur, sunt duræ in fractura. Absi uero est melius. Adulteratur autem cum quadam specie spinarum, & cum quodam ligno, quod dicitur saphsamphe, propter similitudinem quam habet cum eo. Cognoscitur autem adulteratum ex eo, quia est molle, & in colore suo est uarietas linearum, & color eius est purpureus, & non mordicat linguã, & quãdo ponitur super ignem,

C non habet odorem bonum. Galenus.) Istud lignum est ex rebus quę fricantur cum aqua, resoluuntur sicut lapides, & substantia eius est subtilis. Et uirtus eius prima est quæ calefacit. Et uirtus secunda est quæ abstergit. Et tertia eius uirtus est quæ aufert, quod est coram pupilla, impediens uisum. Et ipsum ingreditur in Medicinis oculorum, conferentibus hulceribus antiquis eorum, & humoribus fluentibus ad eos antiquo cursu, & ad bothor. Dioscorides.) Virtus hebeni est abstersiua obscuritatis uisus, & confert antiquo cursui humiditatum ad oculum, & hulceribus oculi nominatis elotis, & fit ex eo fricatorium, super quod fricatur sief, & fit operatio eorum efficacior. Et si uolumus curare oculum, accipitur limatura eius, aut serratura, & infunditur in uino terræ abnus die una & nocte, & postea teritur bene, deinde fit sief. Quidam autem terunt primo, & postea faciunt quod diximus. Et quidam infundunt ipsum in aqua loco uini, & comburitur hebenus in olla terrea donec fit carbo, deinde abluitur, sicut abluitur molibdena combusta, & est conueniens oculo & pruritui eius. Alkançi.) frangit lapidem uesicæ.

DE ABRVGI. CLIII.

ABrong, uel abrugi, est granum paruum punctatũ nigredine & albedine, rotundum sicut granum mes, id est, robilie nullius odoris, affertur de Seni, in sapore ipsius est amaritudo, & est calidum & siccum in secundo gradu, soluit uentrem & expellit lumbricos & ascarides, & soluit superfluitates phlegmaticas ab intestinis.

DE SALVIA. CLIIII.

ASelisfacos, in Latino est saluia. Dioscorides.) Est arbustũ longum, habens plures ramos, & lignum eius est quadrangulatum, cuius color est ad albedinem declinis, & folia eius sunt similia foliis citoniorum, nisi quia sunt longiora & strictiora, & rugosa, pauca rugositate, sicut est rugositas panni, postquam abluitur, antequam extendatur & reponatur. Et habent super se borram, cuius color tendit ad albedinem, & habet odorem bonum, & est in ea substantia, & habet in summitatibus ramorum semen simile semini herbæ silueſtris, quæ dicitur ormen, nascitur autem in locis asperis. Galenus.) Complexio huius arboris est calida, caliditate manifesta, & est parum stiptica. Dioscorides.) Decoctio foliorum & ramorum ipsius, quando bibitur, prouocat urinam & menstrua, & expellit fœtum, & confert morsui trigoni marini, & denigrat capillos, & confert apostematibus, & abscindit fluxum sanguinis. Et mundificat hulcera fraudulenta, & cum decoctione foliorum & ramorum ipsius fit ablutio, sedat pruritum genitalium uirorum & mulierum.

D

DE ANAGALLIS. CLV.

ANagallis.) Est plantula habens folia subtilia parua, & ramos quadrangulatos, & semen simile semini coriandri, & masculus ex ea nominatur in Græco xantala, & fœmina cardabella, & est herba de hauleic. Dioscorides.) Est herba cuius duæ sunt species, una earum habet florem cœlestis coloris, & est fœmina, altera uero habet florem rubei coloris, & est masculus, & sunt duæ plantulæ expansæ super faciem terræ, habentes folia parua, rotunda, similia foliis herbæ quæ dicitur lactin, & habet ramulos quadrangulatos, & semen rotundum, & radicem subtilem. Galenus.) Virtus eius prima est, quæ calefacit parum, & desiccat sine mordicatione. Et secunda est, quæ abstergit absterſione forti, & attrahit. Et tertia est, quæ extrahit sagittas & spinas, & alia infixa corpori. Et succus eius iniectus in nares, purgat cerebrũ ab humoribus qui sunt in eo, & incarnat hulcera, & confert corruptionibus membrorum. Dioscorides.) Ambæ species huius herbæ conueniunt apostematibus, & prohibent erisipilã, & extrahunt sagittas infixas corpori, & reprimunt hulcera fraudulenta. Et quando teritur aliqua ex eis, & exprimitur succus eius, & fit ex eo gargarisma, extrahit phlegma à cerebro, & cum eo capurpurgium etiam ad hoc, & sedat dolorem dentium, & quando fit cum eo sternutatio uel masticatio in parte oppositã dentis dolentis, aufert dolorem eius, & quando iste succus miscetur cum melle regionis Atich, confert obscuritati uisus & caligini, & abstergit oculum. Et quando bibitur cum uino, confert morsui tyri, & dolori renum, & epatis, & lateris. Et dicunt quidam

A quidam quod illa species anagallis, cuius flos est cœlestis coloris, confert exitui ani, & illa cuius flos est coloris rubei, facit anum egredi, si fiat cum eo emplastrum.

DE OZIMO GARIOPHILATO. CLVI.

BErengemisch, id est, oçimum gariophilatum. Isaac eben amram.) Est oçimum gariophilatum, & folia eius sunt parua, quorum color est inter uirorem & glaucedinem. Et odor huius herbæ est similis odori gariophilorũ. Et stipes eius est quadrangulatus, cuius color est sicut color foliorum ipsius, & semen eius est minutum, nigrum, & colligitur in mense Iunio. Est calidum & siccum in fine secundi gradus. Confert stomacho frigido, & facit digeri cibum grossum. Et confert epati, & cordi. Et aufert cardiacam, quæ fit à melancholia & phlegmate, & aufert tristitiam & solicitudinem. Et odoriferas facit eructuationes, & aperit opilationes cerebri. Et quando odoratur, aperit opilationes quæ sunt in naribus propter phlegma. Abenmesuai.) Est calidum & siccum in fine secundi gradus, aperit opilationes cerebri, & confert cardiacæ quæ est à phlegmate & melancholia, & quando comeditur, aut odoratur, confert opilationi narium. Sindaxar.) Auget choleram, & est bonum emorrhoidibus. Alkalamen.) Est magis temperatum quàm maiorana, & quàm çinçibrium, nec est in eo de siccitate tantum, quantum in illis.

DE OZIMO NON GA
riophilato. CLVII.

BErendarog, id est, oçimum non gariophilatum, sed aliud commune. Dioscorides in capitulo de solatro dicit.) Quod domesticum solatrum est arbustum paruum, & habet folia coloris nigri, similia foliis berendarog, sed maiora & latiora.

Galenus.) Est calidum in secundo gradu, & habet humiditatem nõ naturalem. Et dixit Hippocrates.) Quod ipsum est siccum in natura sua, & retinet uentrem.

B Et dixit Ruffus.) Quod est siccũ in natura sua, & conuertitur ad choleram ueloci ter, & mundificat humiditates pectoris. Et uirtus eius secunda est, quando fit emplastrum cum eo; quæ resoluit & maturat, & non est alicuius iuuamenti interius sumptum. Et dixit in libro de cibis, quod est malum in cibo sumptum, graue digestioni. Et dixit in libro ægritudinum, quod est unus ex cibis qui generat choleram. Dioscorides.) Quando sumitur de eo in cibo multum, inducit obscuritatem uisus, & mollit uentrem, & generat uentositates, & prouocat urinam, & lac, & est difficilis digestionis. Et quando fit emplastrum cum eo, & cum farinæ polenta, & oleo rosaceo & aceto, confert apostematibus calidis. Et quando fit emplastrum cum eo solo, confert morsibus scorpionis. Et quando fit emplastrum cum eo, & uino Chio, confert pulsationi oculi. Et succus ipsius quando auffertur spuma eius, abstergit uisum. Et semen eius quando bibitur, confert illi, in cuius corpore generatur melancholia, & confert strangurie & inflationi, & quando odoratur, facit sternutare, & bedarog quidem facit hoc etiam, scilicet herba ipsa, & oportet quod stringantur oculi eius, qui sternutat cum eo in hora sternutationis. Multi quidem cauẽt ab odoratione & à comestione eius, propterea, quia quando masticatur, & ponitur in sole, generantur ex eo uermes. Et homines regionis Lyonoy dicunt, quod si quis comederit bedarog, & pungatur eadem die à scorpione, non euadit mortem ex punctura illa. Hunain.) Quando reperimus aliquos ex antiquis physicis dicentes, quod stringit uentrem, & aliquos qui dicunt quod laxat sicut uidisti, uidetur ex hoc quod habeat in se duas uirtutes contrarias sicut caules. Quando ergo inuenit uirtutem expulsiuam fortem in corpore, adiuuat ad fluxum. Sed quando inuenit uirtutem retentiuam fortem, adiuuat ad retentionem, ideo, quia in eo sunt duæ uirtutes, scilicet uirtus laxatiua, & stiptica, sed fit sicut dictum est. Et dixit in bedarog, & in naponibus, quod quando non bene coquuntur, nocent stomacho, propter mordicationem quæ est in eis. Et dixit in bedarog iterum, quod calefacit sanguinem, & desiccat desiccatione forti. Et dixit iterum. Ficus & uuæ & alij fructus, quando non sunt

C bene maturi,& caro citri,& bedarog,& napo,& baucia,& holera alia omnia,& radices eorum,& uinum groſſum,nouum, multas habent ſuperfluitates, & propterea exprimuntur ab eis ſucci eorum, propter ſuperfluitates quæ ſunt in eis. Abenmeſuai in ſaturegia dixit.) Quod acuit uiſum multum ſubtiliter, & ideo comeditur cum bedarog & raphano.

DE COTVLA. CLVIII.

BIhar,id eſt cotula. Dioſcorides.) Haber ſtipitem mollem uel lenem,& folia ſimilia foliis marathri,& flos eius eſt citrinus plus flore camomillę,ſimilis oculo, & ideo nominatur hoc nomine,quia naſcitur in bixana. Galenus.) Acuitas & mordicatio ſunt in ea plus quàm in camomilla,& reſolutio eius eſt amplior reſolutione ipſius. Adeo donec curet apoſtemata dura,quando admiſcetur ei cæra diſſoluta.

Dioſcorides.) Quando teritur flos eius cum çeroto, reſoluit apoſtemata phlegmatica, & dura, & dicunt aliqui, quod quando ictericus biberit ex eo in balneo, poſtę egreditur à camera calidiori,meliorat colorem ipſius, & facit ipſum uomere.

DE TEREBINTHO ET lentiſco. CLIX.

BAton uel boton,id eſt, arbor grani uiridis, & eſt botin, id eſt terebinthus. Albotin.) Secundum Medicos eſt duarum ſpecierum,ſcilicet domeſtica, & ſilueſtris, & domeſtica eſt botin ſecundum ueritatem,& fructus eius eſt granum uiride, & ſilueſtris eſt lentiſcus, & ambæ habent gummi. Abohanifa.) Lentiſcus eſt arbor in montibus naſcens,& dixit mihi Arabs,quod arbor lentiſci eſt ſicut arbor glandium magnarum, niſi quia eſt pulchrior. Summitates foliorum eius ſunt ad rubedinem decliues,& ſunt folia leuia,& facit fructum in racemis ſicut botin, & quando maturantur fructus,ſunt rubei, & folia eius ſimiliter rubeſcunt. Coquuntur folia eius bene, & colatur aqua illa, & ponitur iterum ſuper ignem, & coquitur, donec fit ſicut rob,& curantur cum eo aſperitas pectoris,& tuſſis,& dolor auris, & eſt in eo ponticitas. Et quando apparet gummi eius,apparet paruum, deinde augetur, donec apparet ſicut melo,& dixit,& emanat à lentiſco lac uiſcoſum, nigrum, ſicut facit ex lauro. Et gluten quidem ex lentiſco eſt odoriferũ,& ingreditur in confectionibus odoriferis,& propter ſimilitudinem ſuam cum arbore botin. Dicunt quidam, quod arbor lentiſci,eſt arbor grani uiridis. Galenus.) Cortex huius arboris, & fructus eius & folia eius omnia ſunt ſtiptica. Et cum hoc calefacit in gradu ſecundo, & iſtud eſt ſignum quod deſiccat,uerum quando eſt recens,humida eſt minoris deſiccationis, adeo quod quando deſiccatur, fit ſicca in ſecundo gradu. Sed fructus eius proprie, quando deſiccatur, deuenit ad tertium gradum rerum deſiccantium,& accidit ei de caliditate tantum, quod ille qui maſticauerit ipſum, cognoſcit ſtatim, & prouocat urinam, & confert ſpleni. Dioſcorides.) Terebinthus eſt arbor grani uiridis,& eſt arbor nota,cuius folia,& cortex,& fructus ſunt ſtiptica, & ideo conuenit ad omnia, ad quæ conuenit arbor maſtix, & fructus eius comeditur ab aliquibus, & eſt malus ſtomacho, & calefacit, & prouocat urinam, & incitat coitum, & quando bibitur cum uino,confert morſui rutellæ. Sed gummi huius arboris affertur de Garbi,& reperitur de ipſo in Paleſtina,& Syria,& Cypro,& Lintouijn, & in inſulis quæ dicuntur Cyclades,& eſt melior & clarior aliis, & color eius eſt uergens ad albedinem,ſimilis colori nitri,& coloris cœleſtis,& eſt boni odoris, habens odorem arboris grani uiridis. Et melior quidem gummarum omnium eſt gummi terebinthinę,& poſt ipſum eſt maſtix, & poſt hoc eſt gummi iambut, & poſt ipſum gummi ari, & poſt ipſum gummi arç. Et quælibet iſtarum gummatum calefacit, mollit, & diſſoluit. Sed terebinthina conuenit tuſſi,& hulceribus pulmonis,& ſputo ſanguinis. Mundificat enim pectus & pulmonem,quando fit loch cum ea ſola, aut cum melle,& prouocat urinam,& maturat,& lenit uentrem. Et facit adhęrere pilos palpebrarum. Et quando miſcetur cum çiniar & calcanto,& nitro, & ære uſto, confert ſcabiei hulce-

D roſæ

A roſæ, & quando miſcetur cum melle & oleo, confert humiditatibus emanantibus ab auribus & pruritui. Et ingreditur in confectionibus unguentorum reſoluentium laſſitudinem. Et confert dolori lateris,quando fit inunctio cum terbentina ſola.

DE BALSAMO. CLX.

BEleſem uel beleſma,id eſt balſamus. Dioſcorides.) Magnitudo arboris eius eſt ſicut magnitudo arboris grani uiridis,& ſicut arboris bocates, habens folia ſimilia foliis rutæ, niſi quia ſunt albiora ſatis & ſubtiliora, & eſt in regione Iudææ,in ſuo Occidente,& diuerſificatur in longitudine, & breuitate, & gracilitate,& groſſicie. Et quoddam ſubtile ſimile capillis, quod inuenitur in arbore balſami, nominatur barſaton,& nominatur ita,quia eſt uiride, lignum uero eius dicitur xilobalſamum, ſemen carpobalſamum, & lachryma eius opobalſamum. Colligitur autem oppobalſamum in diebus aſcenſionis caniculæ. Nam tunc uulnerantur rami & ſtipites huius arboris in pluribus locis cum inſtrumento ferreo, & quod egreditur ex eo, eſt parum. Summa uero eius quod colligitur ex eo omni anno eſt à quinquaginta uſq; ad ſexaginta rotulorum. Et uenditur in loco ubi naſcitur, duplo ponderis eius ex argento. Melius autem es eo eſt nouum,fortis odoris,purum,non habens aliquid aceroſitatis,uelocis reſolutionis,lene,pungens linguam pauca punctione. Adulteratur autem pluribus modis, quidam namq; admiſcent ei oleum quod dicitur robron, alij uero admiſcent ei mel & cæram, aut oleum myrti, aut oleum alcannæ, donec ſubtilietur multum,& agitant fortiter miſcentes, quouſq; non apparet cæra, uerum cognitio ipſius eſt facilis. Nam purum, quando aliquid ex eo diſtillatur ſuper lanam,& abluitur lana ipſa,non remanet in lana ueſtigium eius, ſed adulteratum relinquit ueſtigium. Et iterum, quando purum diſtillatur in lacte, coagulat ipſum.

B Adulteratum uero non facit hoc,& purum quando diſtillatur in aqua,diffunditur, & fit ſicut ſubſtantia lactis cito, adulteratum uero fit ſicut oleum quod ſeparatur in ſuperficie aquæ,& facit uelut ſtellas. Et purum quidem, quando antiquatur, indureſcit,& corrumpitur uirtus eius. Errauit autem ille qui dixit quod purum quando diſtillatur in aqua, deſcendit primo, deinde aſcendit in ſuperficiem aquæ, & non diſſoluitur. Sed lignum quod dicitur xilobalſamum, melius ex eo eſt nouum, recens,ſubtile,boni odoris,cuius odor eſt ſicut odor opobalſami, & eſt magis odoriferum quàm granum eius. Et granum quidem ipſius,quod nominatur carpobalſamum, eſt granum rotundum, ad longitudinem aliquantulam, tendens ad acuitatem in ambobus capitibus, in medio uero groſſius, cuius coſor tendit ad rubicunditatem,& eſt plenum,graue,mordens linguam mordicatione aliqua,non multa. Et quando frangitur interius, habet humiditatem ſimilem melli, & eſt odor eius bonus,defertur autem ex terra quæ dicitur antaramon, granum ſimile ancarion,& adulteratur cum eo granum balſami.Sed diſcernitur quia eſt paruum, uacuum, debilis uirtutis,& ſapor eius uergit ad ſaporem piperis. Galenus.) Odor balſami eſt bonus,& ſubſtantia eius eſt ſubtilis.Et uirtus eius prima eſt quæ calefacit,& deſiccat in ſecundo gradu. Oleum uero eius eſt ſubtilioris uirtutis quàm arbor. Et granum eius eſt minoris ſubtilitatis quàm oleum. Lignum uero eius eſt in hoc minus quàm oleum. Dioſcorides.) Virtus balſami eſt bona, & eſt calida multum, & abſtergit tenebroſitatem uiſus, & auffert frigiditatem matricis, quando fit naſale cum eo, & cum cæra,& oleo,& expellit ſecundinam & fœtum,& quando fit inunctio cum eo, prohiber rigores, & mundificat hulcera ſordida, & quando bibitur, prouocat uriam,& eſt bonum aſmati,quoniam maturat ſuperfluitates,& quando bibitur cum lacte,eſt bonum illi qui bibit toxicum, quod dicitur aritan, & illi quem momordit aliquod uenenoſum,& miſcetur in unguentis, quæ fiunt ad reſoluendam laxitudinem,& oleis, & electuarijs. Et fortius quidem quod eſt in balſamo, eſt oleum eius, & poſt ipſum granum, deinde lignum. Grana uero eius quando bibuntur, confe-

 runt pleureſi, & apoſtemati calido, & pulmoni, & tuſſi, & ſciaticæ, & epilepſiæ, & opi

C & opilationibus, & anhelosis non potentibus anhelare, nisi sedeant, & torsionibus, & strangurie, & illi quem momordit aliquod uenenosum. Et ingreditur in fumigationibus, quæ administrantur in doloribus matricis, & quando fit sessio in decoctione eorum, confert matrici, & extrahit ab ea humiditates. Et lignum eius etiam iuuat ad hoc, uerum est debilius. Quod quidem quando coquitur in aqua & uino, confert maliciæ digestionis, & morsibus uenenosis, & contractioni neruorum, & prouocat urinam, & conuenit hulceribus capitis cum ireos sicca, & expellit cortices ossium. Et ingreditur in confectionibus odoriferis.

DE NVCE MVSCATA. CLXI.

IEumbaue, uel iumbague, id est, nux muscata. Aaron.) Ieuçbaue est nux muscata, & affertur ab India. Isaac eben amram.) Meliores ex eis sunt rubeæ, pingues, graues, & deteriores sunt nigræ, leues, & siccæ, & sunt calidæ & siccæ, stringunt uentrem, aromatiçant stomachum, & odorem oris efficiunt bonum, aufferunt fumositates à stomacho. Et digerunt cibum, & expellunt uentositates, & corroborant stomachum, & epar, & conferunt lentigini faciei, & serpigini, & extenuant splenem, & molliunt apostemata dura epatis. Aben mesuai.) Natura eius est sicut natura gariophilorũ, & est calida & sicca in tertio gradu, & est bona stomacho, & epati frigidis. Meseahen.) Nux muscata est calida & sicca in fine secundi gradus, & stringit uentrem, & aromatiçat stomachum, & efficit odorem oris bonum, & confert debilitati epatis & stomachi. Albasari & Rasis similiter.

DE NVCE ET AVELlana. CLXII.

D IEum & agileum, id est, nux & auellana. Galenus.) Quod ex nuce comeditur, est subtile & unctuosum. Et recentes ex eis quæ non sunt bene maturæ, nec frecę, sunt plenæ humiditate, & maxime semimaturæ, ut dixi. Et olei nucum antiquarum uirtus prima est calida. Et secunda est quæ resoluit. Et tertia est, quæ confert hulceribus corrosiuis, & erisipilæ, & fistulæ lachrymali. Et quidam utuntur eo in hulceribus neruorum, sed in foliis nucis, & in summitatibus est stipticitas. In cortice uero nucum dum est recens, est stipticitas manifesta. Et propter hoc fit ex eo rob, quando ex eo exprimitur succus, sicut exprimitur ex moris, & ex fructu rubi, deinde coquitur cum melle, & confert istud rob in ægritudinibus oris & gutturis, & faucium, & in omni eo in quo iuuant supradicti succi. Cortex uero nucis durus, siccus, quando adauritur, fit Medicina subtilis multum, & desiccatiua sine punctione. In auelanis uero est substantia terrea, frigida plus quàm in nucibus magnis, & sapor earum est magis ponticus sapore illarum, & hoc reperitur in arbore, & in fructu, & cortice. In alijs uero proprietatibus sunt similes nucibus maioribus. Dioscorides.) Nuces comestæ sunt graues digestioni, nociuæ stomacho, generant choleram, nocent tussientibus, & quando comeduntur ieiuno stomacho, prouocant uomitum, & quando comeduntur cum ficubus & ruta ante Medicinam mortiferam, sunt tyriaca optima contra ipsam, & similiter quando comeduntur post toxicum fit hoc etiam. Et quando amplius ex eis comeditur, expellunt ascarides. Et quando admiscentur cum pauco melle, & ruta, & fit emplastrum cum eis, super mammillam resoluunt apostemata ipsius, & resoluit enodationes neruorum, & quando admiscetur cum eis mel & sal, & cæpe, & fit emplastrum, confert morsui canis & hominis, & quando nux teritur, sicut est cum cortice suo, & ponitur super umbilicum, auffert torsiones, & cortex eius quando aduritur, & miscetur cum oleo & uino, & liniuntur inde capita infantiũ, facit capillos pulchros & bonos, & facit oriri pilos in alopicia. Quod autem est interius nucis, quando comburitur, & teritur, & miscetur cum uino, & fit inde nasale, prohibet menstrua, & quod est interius similiter, scilicet, caro earũ quæ sunt

A sunt uetustæ, quando masticatur, & ponitur super apostemata quæ dicuntur ancoria, & super erisipilam, & super fistulas lachrymalium, & super alopiciam, & curat ea. Exprimitur autem ex ipsis oleum quando teruntur aut exprimuntur. Nuces uero humidæ sunt minus nociuæ stomacho alijs, & sunt dulciores, & delectabiliores, & propter hoc admiscentur cum alijs, ad frangendum acuitatem eorum. Et quando fit emplastrum cum eis, delet cicatrices percussionum.

Sed auellanæ sunt malæ stomacho, quæ quando teruntur, & bibuntur cum melicrato, curant tussim antiquam, & quando assantur, & comeduntur cum pauco pipere, maturant catharrum, & quando aduruntur cum cortice suo, & terũtur, & confitiuntur cum axungia, aut sepo hircino, & linitur cũ eis alopicia, facit oriri pilos ibi. Et dicunt quidam, quod auellanæ combustæ quando teruntur cum oleo, & unguntur inde capita puerorum habentium glaucos oculos, faciunt eos nigros, & denigrant capillos eorum.

DE NVCE VOMICA. CLXIII.

LEum alkei, uel alke, id est, nux uomica. Habix.) Facit euomere fortiter sola, aut cum alijs Medicinis, quando teritur, & miscetur cum pauco salis, eò quod sal iuuat ad uomitum, & mouet humores, & facit eos egredi facilius per uomitũ. Et quantitas dosis eius est, drachmę duæ. Et buliant folia uel summitates foliorum aneti licti in pondere drachmarum uiginti, in libra una aquæ, usq; ad consumptionem medietatis eius, deinde apponatur parum mellis, & medicina conficiatur cum melle, & postea admisceatur cum aqua illa decocta, & bibatur, quoniam facit euomere uomitu facili, & fortassis soluit uentrem. Et tali modo præparatur cum des, & semen attriplicis. Abraam.) Est nux, cuius color est inter glaucedinem & albedinem, maior auellana parum, & sunt in ea nodi. Et quando accipitur de cortice eius, et teritur, B & cribratur, & accipitur de ipso drachma una, cum duobus aureis aneti triti, aut semine fœniculi, & cõficitur cum melle sufficienti, & bibitur cum aqua calida, mouet uomitum, & expellit superfluitates cholericas, & phlegmaticas, & laxat inferius etiã secundum uirtutem & secundum naturam superfluitatum.

DE NVCE MECHIL. CLXIIII.

LEum alrachaha, id est, nux mechil. Haamet eben Dauid.) Dixit mihi quidam Arabs ex hominibus secretis, quod rachahe est arbor magna sicut nux, habens folia sicut ficus magna, & fructum sicut malagranata parua, qui nascitur ad radicem foliorum, sicut ficus nascuntur, habens pendiculum inclinatum propter onus magnum fructus. Et colligitur de ipso quantitas multa, & dixit, quod nõ nominabimus eas iumauçen, id est, ficus Pharaonis, neq; est ficus, sed rachaha. Et ego uidi id in Oriente multum ex eis, & rachaha est fructus sicut ficus, habens cutem grossam, & est dulcis, bonus, boni odoris, & comedunt eum homines & pastores. Et dixit Anineheten, quod est nux uomica. Sed quando consyderabis duos sermones, scilicet rachaha, & nucis uomicæ, uidebis uarietatem.

DE POLIO MONTANO. CLXV.

CAhade, id est, polium montanum. Dioscorides.) Sunt eius duæ species, scilicet, magnum & paruum, & paruum est quo utuntur Medici, et est planta parua subtilis, eius longitudo est circa palmum, & est plena semine, & secundum summitatem eius est capitellum paruum, rotundum, simile capitello spinæ albæ, in cuius odore est grauitas cum pauca aromaticitate, & maius est debilioris odoris.

Galenus.) In sapore eius est amaritudo & acuitas parua, & hic sapor est in minori plus, & magis apparens. Et uirtus eius prima est, quæ calefacit in secundo gradu quasi in fine ipsius, & desiccat in tertio. Et secũda est quę abstergit, & proprie illud quod est minoris speciei quando desiccatur. Maioris uero speciei dum est recens uirtus, est

C quæ incarnat. Et tertia est, quæ aperit, opilationes membrorum interitrum, & prouocat urinam & menstrua, & curat hulcera maligna quando puluerizatur super ea, & proprie minoris speciei quando est siccum, sed maioris speciei quando est recens incarnat uulnera magna. Dioscorides.) Virtus ambarum specierum est, ꝙ quando decoctio earum bibitur, confert morsibus uenenosis, & hydropisi, & ictericiæ, & quando bibitur cum aceto, confert apostematibus splenis, uerũ facit soda, & est malum stomacho, & laxat uentrem, & prouocat menstrua. Et quando sternitur sub lecto, fugat uenenosa animalia. Et quando fit emplastrum cum eo, conglutinat uulnera humida, & ipsum mundificat caput, & refrenat libidinem, & prouocat urinam.

DE BAVCIA VEL PASTINACA. CLXVI.

IEzar, id est, baucia. Dioscorides.) Est ex ea domestica, & siluestris, & domestica quidem est nota. Siluestris uero habet folia similia foliis fumiterre, nisi quia sunt latiora eis, & sapor quidem ipsarum uergit parum ad amaritudinem, & habet stipitẽ rectum, asperum, & super ipsum est capitellum simile capitello aneti, & est in eo flos albus, & in medio ipsius floris est res similis fungo, cuius color est purpureus, & habet radicem in grossitudine digiti, & in longitudine unius palmi, boni odoris, quæ cocta comeditur. Galenus.) Domestica est subtilis. Et uirtus eius prima est quæ calefacit. Et secunda est quæ subtiliat. Et tertia quæ excitat coitũ. Sed agrestis est subtilior. Et uirtus eius prima est calida. Et secũda est quæ abstergit, & non inflat. Et tertia est quæ prouocat urinã & menstrua. Et tota herba facit hoc, maxime uero semen & radix. Sed quando ex foliis eius fit emplastrum super hulcera quando incipiunt corrodi, confert. Dioscorides.) Semen siluestris quando bibit id mulier, aut facit sibi nasale cum eo, prouocat menstrua, & quando bibitur, etiam confert strangurię, & sterilitati, & pleuresi, & morsibus uenenosis. Et dicunt quidam, quod est ex ea
D species quæ est masculus, & quædam quæ est fœmina. Masculus uero habet semen oblongum, fœmina uero rotundum. Quæ quidem semina quando bibuntur, conferunt impregnationi. Et radix huius herbæ prouocat urinam, & excitat coitum fortiter, & quando fit nasale cum ea, expellit fœtum, & quando folia eius terũtur, & miscentur cum melle, & ponuntur super hulcera, curant ea. Domestica uero est conuenientior cibo, & melior ꝙ̃ siluestris, & ipsa est conueniens ad ea, ad quæ conuenit siluestris, nisi quia operatio eius est debilior operatione ipsius.

DE VISCO. CLXVII.

DAbabch, iuel dibach, id est, uiscus. Dioscorides.) Melior ex eo est nouus, qui est similis in colore suo colori porri, exterius uero subrubeus, sine asperitate, & sine furfureitate, & fit ex fructu rotundo qui nascitur in arbore glandium, cuius foliũ est sicut folium arboris buxi. Fructus ergo ille contunditur & abluitur, deinde coquitur in aqua. Sunt autem quidam, qui masticando fructum ipsum faciunt. Reperitur autem in arbore malorum, & pirorum, & in aliis multis arboribus etiam. Reperitur etiam aliquando in radice arborum aliquarũ paruarum. Vidi autem in monte Nasca homines, qui faciunt ipsum ex arbore magna quæ nascitur apud eos, quæ nominatur ab eis tarabella. Accipiunt ergo ramos eius, & excoriant eos, & facientes fasciculos, infundunt in aqua, & dimittunt sic mensibus duobus, deinde cõtundunt contusione forti, & fit inde uiscus bonus. Galenus.) Substantia uisci est composita ex substantia aquosa & aerea, & de his ambabus est in eo multũ, et ex terrea paucum, et in sapore eius est acuitas plus ꝙ̃ amaritudo. Et uirtus eius prima est quæ calefacit, nõ tamen cito quando apponitur corpori, sed postquam facit moram in corpore, sicut facit tapsia. Et nos quidem diximus in his quæ præterierunt, quod hæc res inuenitur in Medicinis, quarum uirtus est quæ calefacit, quando cum calefactione earum est humiditas superflua indigesta. Et uirtus eius secunda est quæ subtiliat, & attrahit & dissoluit, & resoluit. Et tertia est quæ attrahit humiditates ex corpore attractione forti, & non attrahit solum humiditates subtiles, sed etiã grossas. Et subtiliat, & dissoluit, & resoluit. Dioscorides.) Habet uirtutem resolutiuam, & dissolutiuam, attractiuam. Et quando miscetur cum resina pini, & cæra, in æquali quantitate de qua-

libet,

A libet, maturat apostemata etiam, quæ fiunt in radice auris, & in aliis locis, & quando fit emplastrum cum eo, curat syræ, & quando miscetur cum olibano, curat hulcera antiqua, & quando miscetur cum calce & lapide gagate, aut cum lapide asio, & coquitur cum eis, & ponitur super apostemata fraudulenta, aut super duriciem splenis, curat & resoluit apostemata & duriciem, & quando miscetur cum auripigmẽto citrino aut rubeo, & ponitur super maculas unguium, aufert eas, et quando miscetur cum calce & rob, fortificat ungues.

DE SORDICIE IN COMMVNI. CLXVIII.

YAsach, id est, sordicies. Galenus.) Illa quæ aggregatur in parietibus balnei, calefacit, & lenit, & dissoluit, & facit nasci carnem, & est conueniens scissuris quæ fiunt in ano, & emorrhoidibus, quando ponitur super eas. Et quod de sordicie colligitur ex corporibus exercitantium, calefacit, & resoluit exituras duræ resolutionis, & est conueniens hulceribus senum. Sed illa quæ colligitur ex corporibus luctantium, confert nodis qui fiunt in matrice, quando ponitur super eos, & confert sciaticæ posita loco unguenti. Et dixit in sexto, quod sordicies balnei mollificat temperate. Et dixit in octauo, quod sordicies quæ reperitur in uasis, in quibus oleum aduritur, resoluit multum, & lenit. Et dixit in sorde quæ aggregatur in corporibus luctantiũ, quod secundum quod in ea est de puluere, diuersificatur ab alia. Et sordes quidem uniuersaliter resoluit apostemata indigesta, & illa quæ accidunt propter soda, et cõfert apostematibus calidis mammillarũ, & hoc quoniam ipsa extinguit inflammationem earum, & prohibet cursum humorum ad ipsa, et resoluit quod iam fluxit ad ea, quoniam ipsa est composita ex puluere & oleo, & sordicie corporis hominis, & sudore eius. Et puluis quidem prohibet & refrigerat, oleum uero, & sordes, & sudor
B eius est desiccatiua, & est cum hoc in ea caliditas, & dicitur in sordicie auris, quod ipsa confert panaricio.

DE SORDICIE SEMICVPII balnei. CLXIX.

YAsach alcur, id est, sordicies semicupij balnei. Est sordes nigra quæ reperitur in balneis, & in fundo semicupij balneorum. Dioscorides.) Oportet quod eligatur ex illa, cuius color est rubeus, boni odoris, & similis meha, quæ nominatur in Syria storak, & est lenis, extensibilis sicut mastix, & reperitur in semicupijs balneorũ, & assimilatur mum. Galenus.) Substantia eius est subtilis. Et uirtus eius prima est quæ calefacit in principio secundi gradus. Et secunda est quæ abstergit absterſione non multa, & attrahit attractione forti. Dioscorides.) Virtus sordiciei semicupij balnei calefacit fortiter, & attrahit, & extrahit sagittas, & infixa corpori, & curat tussim antiquam, quando fit fumigium cum ea, & quando ponitur super impetiginẽ, aufert eam plene.

DE VIRZ. CLXX.

VIrz. Aladmai.) Sunt tres res, nec reperiũtur nisi in Iaeme, uel Aliemen. Et iam est terra tota plena ex cannis & lacte. Abohanifa.) Virz seminatur, & non est siluestre, & nõ noui de eo aliquid, nisi in Aliemen. Et dixit Abimbent abdraçach.) Virç seminatur, & perdurat annis uiginti, & nascitur quolibet anno, nec deficit, & planta eius est sicut planta fisami, & quando desiccatur post maturitatem, aperiuntur uaginæ eius, & colligitur uirç. Et dixit alius, quod melius ex eo est illud, quod est nouæ plantæ. Et aliud quidem nominatur absi, propter nigredinem quæ est in eo, & absi facit tincturam citrinam, & aliud facit colorem rubeum, & uirç adulteratur cum uirç iuniperi, & non est in iunipero sua medulla ex semetipsa, & reperitur in cortice ipsius, & semen est res sicut uirç.

Aben mesuai.) Virç affertur ex terra Iaiemen, & est cortex arboris quæ est in Iaemen. Accipitur ergo ex eo, & colligitur, & assimilatur croco contrito.

Isaac

C Isaac eben amram.) Virç sunt duæ species, scilicet, absi, & Indum, & Indum quidem appellatur Arabicũ, & est rubei coloris, & dicitur, quod curcuma est radix eius, & affertur ex Syria, & ex terris Iaemen, & habet grana sicut grana mes. Et melius ex eo est rubeum bonum, habens pauca grana, quod adhærer manui, & habet colorem uiolæ, & exterius est rubeum, cuius roxicum est multum, et roxicum quidem est res parua minuta, mollis, adhærens manui quando tangitur uagina eius. Et ipsum quidem linitur super morpheam albam, & super pruritum, & super borhor, & confert eis. Meseae.) Virç uirtus est calida & sicca in principio tertij gradus.

Albasari.) Virç est subtilissimũ siccum, quod si linitur super morpheam albam, & super pruritum, & borhor confert. Arabari.) Virç est calidum & stipticũ, mundificat, & confert calef.

DE ARISTOLOGIA. CLXXI.

ZAraund, id est, aristologia. Barbari nominant eam masmochra. Dioscorides.) Nominatur aristologia à Græco ariston, id est, melior, & lochon, id est, puerpera, eò quod multum puerperis conuenit. Et sunt ei duæ species, scilicet, masculus, & fœmina, & longa est masculus, & rotunda est fœmina. Rotunda uero habet folia similia cussus, id est, hederæ, quasi rotunda, odorifera, mollia, & lenia, & habet ramulos oblongos egredientes ex una radice, & florem album, habens interius ruffum, fœtidi odoris, & nullius utilitatis, & habet radicem rotundam similem rapæ.

Sed longa habet folia longiora quàm rotunda, & uirgas subtiles, longas circiter palmi mensuram. Flos est ei coloris purpurei, odoris fœtidi, qui est in sua aperitione similis flori herbæ quæ dicitur acuus, & habet radices in longitudine unius palmi, & plus, & in grossitudine digiti, & quod est intra radices, est simile ligno buxi, & odor eus est pinguis. Et ex aristologia longa est alia species, quæ habet uirgas
D subtiles, super quas sunt multa folia rotunda, similia foliis semperuiuæ minoris, & flos eius est similis flori rutæ. Radix eius est longa subtilis, super quam est cortex grossus boni odoris, quo Apothecarij utuntur in confectionibus unguentorum & oleorum. Galenus.) Quod est magis iuuariuũ ex aristologia in opere Medicinæ, est radix eius, & sapor eius est amarus, acutus parumper, & substãtia eius est subtilis. Verũ rotunda est efficatior, utilior, & fortior in omnibus operationibus suis, & lõga est post ipsam, & postea est alia. Et uirtus eius prima est quæ calefacit & desiccat. Secunda est quæ abstergit & resoluit. Et tertia est, quæ facit nasci carnem in hulceribus matricis, & alijs hulceribus, & maxime longa, quoniam ipsa est debilioris subtilitatis. Sed rotunda propter sui subtilitatem confert dolori pectinis, accidenti à uentositate grossa cruda, & extrahit infixa corpori, & extrahit putredinem, & abstergit hulcera sordida, & abstergit dentes & gingiuam, & confert asmaticis, & singultui, & podagræ, & quando ipsa bibitur cum aqua, fit conueniens conquassationi, quæ accidit in capitibus neruorum, & musculorum, plus omni Medicina. Sed speciei tertiæ odor est melior, adeo quod Apothecarij utuntur ea multum in confectionibus bonorum unguentorum, & ipsa administratur in usu Medicinæ, uerum operatio eius est debilior. Dioscorides.) Aristologia longa quando de ipsa bibitur pondus drachmæ unius, mundificat fœtas à superfluitatibus matricis earum, & prouocat menstrua, & excludit fœtum, & quando fit nasale cum ea, facit hoc. Rotunda uero administratur in his, ad quæ administratur longa, uerum operatio eius excellit operationem longæ in asmate, & singultu, & rigoribus febrium, & apostematibus splenis, & in doloribus laterum, quando bibitur cum aqua, & quando fit emplastrum cum herba eius, extrahit infixa corpori, & frusta ossium, & aufert putredinem ab hulceribus sordidis & fraudulentis, & mundificat sordiciem eorum, & quando miscetur cum yreos & melle, replet hulcera profunda, & abstergit dentes. Et dicunt, quod species aristologiæ quæ dicitur kalmatides, facit id, quod longa & rotunda, uerum est debilior eis multum.

DE ZVRVMBETH. CLXXII.

Zurumbeth

A ZVrumbeth, id est, zedoaria. Isaac eben amram.) Zurumbeth sunt radices rotũdæ, similes radicibus aristologię rotundæ, & in rotunditate earum, & sunt similes in sapore & colore çinçiberi, & afferuntur de Seni. Aben mesuai.) Zurumbeth est calidum & siccum in secundo gradu, & impinguat impinguatione conuenienti, & aufert uentositates. Et de proprietate eius est, quod aufert odorem alliorum, & ceparum, & uini. Mesarugie, & Bedigoras.) Proprietas eius est, quod confert morsui uenenosorum. Meseahe.) Resoluit multum, & confert uentositatibus grossis, & morsibus uenenosorum, & retinet uentrem. Mesarugie.) Resoluit apostemata proprie quæ sunt in matrice, & retinet uomitum, & confert uentositati colicæ.

DE CROCO. CLXXIII.

ZAhafaran, id est, crocus Dioscorides.) Ille qui est fortior in Medicina, est ille, qui est nouus, pulchri coloris, cuius capillus uergit ad albedinem, longus, non fragilis, plenus, qui quando fricatur, tingit manum cito, acuti odoris, qui uero nõ est talis, est aut uetus, aut infusus. Adulteratur autem cum Medicina, quæ dicitur crocomagnia, aut trita cũ lithargyro, aut molibdena, ut sit grauioris ponderis, & liniuntur ista super eum cum rob. Via autem cognitionis eius est perid, quod apparet super eum, nam est quasi puluerulentus, & in odore suo sentitur de odore rob.

Galenus.) In substantia eius est res terrea frigida, sed quod uincit super eum, est complexio calida, & in sapore eius est stipticitas pauca. Et uirtus eius prima est quæ calefacit in tertio gradu, & desiccat in primo. Et secũda est quæ maturat aliqualiter maturatione, & quod adiuuat ad hoc, est stipticitas parua, quæ reperitur in eo. Et hoc quoniam Medicinarum quę calefaciunt calefactione forti, et est in eis stipticitas. Virtus est æqualis uirtuti Medicinarum, quę conglutinant, quando in eis est calefactio. Et nos quidem iam declarauimus, quod Medicinæ conglutinatiuæ sunt illæ, in quibus est caliditas non fortis, tamen quia tunc essent maturatiuæ. Dioscorides.) Virtus croci est maturatiua, lenitiua, stiptica, prouocatiua urinæ, & ipsum meliorat co-
B lorem, & aufert ebrietatem quando bibitur cum rob, & prohibet cursum humiditatum ab oculo quando linitur cum eo, & fit cohol addito lacte mulieris. Et quando admiscetur cum Medicinis alijs, quæ sumuntur in potu ad dolores intrinsecos, confert. Et quando ponitur in nasalibus & emplastris, quæ fiunt ad dolores matricis & ani, confert similiter intrinsecus sumptus, & ipsum excitat libidinem, & sedat erisipilam, quando fit unguentum cum eo, & confert apostematibus calidis aurium. Et dicitur, quod si sumitur de eo in potu pondus auř. iij. cum aqua, interficit, & quando est necessitas terendi ipsum, oportet quod ponatur in sole calido, aut in testa noua calefacta, & moueatur semper donec desiccetur, ut possit teri, & quando radix eius teritur cum rob, prouocat urinam in potu sumpta.

Sed Medicina quæ dicitur crocomagnia, est quæ fit ex oleo quod fit cum croco, quando teruntur species aromaticæ, & fiunt inde trociſci, & melius ex eo est habens odorem bonum, & est in eo de myrrha temperate, & est graue, subnigrum, non habens in se lignum. Et quando dissoluitur, est color eius proximus colori croci multum, & est lene, & est in eo amaritudo, & inficit dentes & linguam forti tinctura. Et illud quod defertur de Syria, est ita, ut dixi. Et uirtus eius est, quod ipsum abstergit obscuritatem uisus, & prouocat urinam, & calefacit, et maturat, et ipsum assimilatur croco similitudine pauca, quia in eo est de uirtute eius. Hunaim in tyriaca.) Aqua croci prouocat urinam, & calefacit, & maturat, & crocus facit accelerare partum, & corroborat animam multum. Et de proprietate eius est, quod minuit appetitum cibi, & replet cerebrum, & obtenebrat uisum & sensus, & aufert acetositatem quæ est in stomacho, illam præcipue quę proprie facit appetitũ. Constan.) Proprietas croci est, quod lętificat, adeo quod occidit nimietas eius, & quantitas ad hoc est drachmæ tres. Rasis.) Fuit mulier quædam, quæ diebus elaborauerat in partu, & dedi sibi in potu drachmas duas croci, & peperit statim. Et expertus fui postea hoc sæpe, & semper fuit ita. Et crocus inebriat inebriatione forti, quando ponitur in uino, & lætificat adeo, donec faciat insaniam excellenti lætitia.

Aben mesuai

C Aben mesuai.) Digerat cibum, & uigorat stomachum sua ponticitate, & fortificat epar, & non laudatur cerebro, aufert appetitum cibi, prouocat urinam, & meliorat colorem.

DE FOENVGRAECO. CLXXIIII.

OLba, id est, fœnugręcum. Galenus.) Virtus eius prima est calida in tertio gradu, desiccat in primo, & ideo incitat apostemata inflammata, sed apostemata paucæ caliditatis & dura resoluit, & curat. Et dixit in Dietis, quando coquitur cum pauco melle, & sumitur, mouet intestina ad ejiciendas feces, & ad expellendos humores malos grossos & uiscosos qui sunt in eis, quia in melle est uiscositas & caliditas, & propter suam uiscositatem prohibet nocumentum eius, & propter suam caliditatem etiam. Et cum hoc in eo est uirtus abstersiua. Sed ille qui habet in pectore suo dolorem antiquum, oportet quod decoquat ipsum cum carne dactylorum, & misceat cum eo multum de melle, & iterum decoquat, donec fiat spissum, & sumat de ipso ante cibum per magnum tempus. Dioscorides.) Fœnugręcum quãdo miscetur cũm melicrato, & coquitur, & fit inde emplastrum, fit mollificatiuum, & farina fœnugręci conuenit apostematibus calidis, quæ fiunt in corpore, interius, & exterius. Et quando miscetur farina eius cum nitro & aceto, & fit inde emplastrum cum eis, resoluit tumorem splenis, siue apostemata eius. Et fiunt ex decoctione fœnugręci sessiones mulieribus, & conferunt doloribus matricis, accidentibus ab apostematibus eius, & excoriatione eius. Et quando coquitur fœnugręcum, & colatur, & ablui tur caput cum decoctione illa, confortat capillos, & purgat eos à furfuribus eorum, & confert hulceribus humidis, quæ fiunt in capite: & miscetur cum adipe anseris, et fit inde nasale, & remollit duriciem matricis, & coartationẽ eius etiam. Aben mesuai.) Immutat odoré anhelitus, & facit facere urinam, & meliorat fœtorẽ stercoris.

DE AMECHIM SIVE OZIMO. CLXXV.

D HAmechim, id est, amachim. Nominatur apud Romanos selichi. Isaac eben hamram.) Est ozimum domesticum, habens lata folia, & nominatur in Seni ozimum nabati, habet ramos uirides quadrangulatos, & color floris eius est albus, et semen eius est sicut semen ozimi, est calidum & siccum in secundo gradu, & est bonũ phlegmaticis, aperit opilationes cerebri & capitis, quę fiunt à phlegmate, & confert catarro humido.

DE IESEMIN ET ZAMBACH. CLXXVI.

IEsemin, id est, zambach. Isaac eben amram.) Quoddam ex eo est album, habẽs florem, & quoddam citrinum, & citrinum est minus in caliditate & siccitate, quã album, & similiter est minus in operatione sua, & citrinum reperitur in Babylonia. Est etiam species alia ex ea, cuius flos est cœlestis coloris. Aben mesuai.) Est calidũ in principio secundi gradus, confert humiditatibus, & phlegmati salso, & senibus frigidæ complexionis, & confert doloribus quæ fiunt à phlegmate uiscoso.

Mesarugiæ.) Folia iesemin humida aut sicca, quando ponuntur super impetiginem aut panum, auferunt eos. Aben mesuai.) Citrinum est minus albo in qualitatibus. Isaac eben amram.) Quando teritur iesemin humidum aut siccum, & ponitur super impetiginem aut panum, expellit eos, & resoluit omnem superfluitatem frigidam, & confert habentibus catarrum, & inducit dolorem capitis illis qui sunt calidæ complexionis, & oleum eius est iuuatiuum in hyeme, sed si calidus aliquis in complexione odorat ipsum nimis, timendum est, ne faciat fluere sanguinem ex naribus eius.

DE ASPHALTO IVDAICO ET napte. CLXXVII.

HAfral ieudi, est asphaltum Iudaicum rubeum. Dioscorides.) Quoddam ex eo est melius altero, & illud quod est melius, est illud quod est coloris purpurei fortis odoris, grauis ponderis. Sed nigrum sordidum est malum, quia est adulteratũ cum pice, quæ est ei admixta. Est autem in Sicilia humiditas quædam natans super aquas fontium, quam ponunt homines in lampadibus loco olei, & nominant eam homines

A homines illius loci oleum sicilium, & ipsi quidem errant in hoc, quia ipsa est species asphalti humidi & naptæ. Asphaltum uero Babylonicũ quoddam est clarificatũ, & color eius est albus, & quoddam ex eo est nigrum. Galenus.) Quędam eius species generatur in mari, & est quædam quæ generatur in fluminibus similis ei, & ideo reperitur Medicina hęc natans super hama, & in abollogne, & in assos, & in alijs locis pluribus natans sicut butyrum, & dum permanet super aquam, est humidũ liquidum, & postea desiccatur, & fit durius pice sicca, & generatur ex eo in mari mortuo, & est mare salsum ultra terram Seni. Et dixit Almasaherodi.) Non recipit hoc mare submersos, & non est in eo animal aliquod, & uenit ad ipsum fluuius ex mari Tabario, & est fluuius ille Iordanus, & quidem Tabarie uenit penitus ad mare Rafren, & quando perficit cursum suum fluuius Iordani ad mare mortuũ, perfrangit ipsum perueniens usq; ad mediũ eius, ita quod manifeste cognoscitur aqua fluuij intra mare illud distincta usq; illuc, & figitur in medio eius. Est autem fluuius magnus, & nescitur finis eius, nam non facit augmentũ in mariculo illo. Et dixit Emba.) Est mare illud minera naptę albæ, & alterius, & non est in toto mundo aliud napta uerum nisi hoc loco, & est in finibus regni Syriæ, & in istis maritimis, quarum mare Tabarie est ripetia eius, & Iergen, & mons, & dailem, in istis est napta, & est fons ex fontibus ignis, non quiescens aliquo tempore ex temporibus anni, & apparet ex eo ignis magnus, uolans per aera in altioribus locis montiũ excelsorum, & peruenit ad hoc mare, & aspicitur hoc in ampliori spacio centum milliariorũ terræ, & istud quidem Aethna est simile Aethnę montiũ Birichen Siciliæ, in terris Christianorũ, & in partibus Aphricæ, in Occidentali plaga, & non est alicubi fortior uox, nec fortioris nigredinis fumus, nec magis inflammatũ Aethna, sicut illud quod est in regione mehereg, & post illud est Aethna deyedaburoth, & est in partibus regionũ Assar Maueth, & est in terris de Sah, & est in Aliamen, & in terris Hamen, & sonus eus auditur sicut tonitruũ in milliaribus plurimis, & proijcit ex fundo eius prunas, & frusta saxorum nigrorum quæ eleuantur in aera, & aspiciuntur à longe miliaribus plurimis, & reuertuntur inferius, & perueniunt ad fundum suum, & prunæ quidem eius sunt lapides igniti uehementer, & hoc accidit propter calorem excellentissimũ, qui accidit eis exigne. Galenus.) Virtus huius Medicinæ est quæ calefacit & desiccat in secundo gradu. Et secunda est quæ conglutinat. Et tertia est quæ conglutinat uulnera recentia cum sanguine eorũ, & confert in omni eo in quo oportet desiccare cum pauco calore. Dioscorides.) Napta habet uirtutẽ, quia uelociter accenditur in eo ignis quando appropinquat ei, confert descensui aquæ ad oculum, & albugini eius. Et omne asphaltũ habet uirtutem quod prohibet apostemationem uulnerum, & conglutinat pilos palpebrarum, & est mollificatiuum, & resolutiuum, & quando fit nasale, & suffumigatio cum eo, confert doloribus matricis & exitui eius, & si fumigetur cum eo epilenticus, facit eum cadere, similiter quando fumigatur cum gagate, & quando bibitur cum castoreo & uino, prouocat urinam & menstrua, & cõfert tussi antiquæ, & asmati, & morsibus uenenosorum, & sciaticæ, & dolori lateris, & fiunt cum eo pillulæ, quæ dantur habentibus tussim antiquã, & quando bibitur cum aceto, dissoluit sanguinem coagulatũ in corpore, & fit clistere cum eo, & aqua hordei ad hulcera intestinorum, & quando odoratur fumus eius, confert catarro, & quando ponitur super dentem dolentem, sedat dolorem eius, & quod est siccum ex asphalto, quãdo teritur, & administratur cum radio, conglutinat pilos palpebrarum, & quando fit emplastrum cum eo, & farina hordei, & nitro, & cæra, confert podagræ, & doloribus iuncturarum. Et uirtus quidem mumiæ, est sicut uirtus picis mixtę cum asphalto. Bedigoras.) Asphaltum iudaicũ resoluit, & in napta proprietas est, ꝙ resoluit & dissoluit. Atabari.) Napta est calidũ, resoluit, & confert uentositati & frigiditati uesicę & membrorũ. Mesarugię.) Si bibitur ex napta parum, confert tussi antiquæ, & asmati, & uentositati, quæ est in uesica propter frigus, & doloribus iuncturarũ frigidis, & proprie album ex eo. Alchançi.) Napta nigrum est bonũ, quando administratur cum lana uermiculis, quæ sunt in ano, & in alijs membris.

C

DE OLIBANO. CLXXVIII.

KOnder,id eſt,olibanum. Raſis.) In ſaraui eſt gũmi ex kateth. Dioſcorides.) Sunt eius ſpecies quatuor,una eius eſt melior. Eſt ex terra Indiæ, cuius color eſt ſmaragdinus,& ſicut color melongene, & colligitur in conchilijs, & figura eius eſt rotunda, & fractura eius eſt angulosa, & ponunt illud homines in ollam terream, & agitant ollam tam diu,donec rotundatur figura eius, & poſt tempus fit rubeum. Secundum eſt ex terris Arabum,& eſt ſecundum in bonitate, & melius ex eo eſt maſculum,& eſt illud quod eſt rotundum,durum,album,non facile frangibile, quando frangitur,quod eſt interius eius,eſt tenax,& quando fit fumigatio cum eo,comburitur cito. Tertium eſt in bonitate ſicut Arabicum,& eſt habens fruſta minora quã ipſum,& declinat plus ad colorem Iacotij. Et quartum eſt coloris albi,& quando frangitur,uergit odor eius ad odorem maſticis. Et olibanum adulteratur cum gummi pini,& gummi Arabico,& cognoſcitur per odorem,& quando apponitur igni, diſcernitur in hoc quod gummi Arabicum non incenditur, & gummi pini fumum facit non ſuauem,& olibanũ inflammatur ſtatim. Galenus.) Sapor olibani eſt ſtipticus,ſtipticitate forti, uerum album ex eo non haber ſtipticitatem manifeſtam. Et uirtus eius prima eſt quæ calefacit in ſecundo gradu,& deſiccat in primo. Et dixit in ſecundo de ingenio ſanitatis, quod rubeum ex eo eſt magis deſiccatiuum quàm album. Dioſcorides.) Olibanum eſt ſtipticum,& calefacit,& abſtergit obſcuritatem uiſus, & replet hulcera profunda, & incarnat ea. Conſolidat uulnera recentia cum ſuo ſanguine,& quando bibitur olibanum,confert ſputo ſanguinis, & abſcindit fluxum menſtruorum,& cuiuſcunq; ſanguinis,undecunq; fluat,& ſanguis qui fluit à cerebro,qui dicitur meſahax,& eſt ſpecies fluxus ſanguinis narium, & prohibet hulcera fraudulenta,quæ fiunt in ano,& in alijs membris, quando miſcetur cum lacte,& fit inde licinium,& adminiſtratur,& quando miſcetur cum aceto & oleo,& fit linimentum formicæ,in principio eius auffert eam,& aufert impetiginem, & miſcetur cum adipe,& axungia porcina, & curat hulcera facta à combuſtione ignis, & ſciſſuras pedum quæ fiunt à frigore,& quando miſcetur cum pice,curat contuſſiones aurium,& quando admiſcetur uino dulci,& diſtillatur in aurem, confert dolori eius, & quando admiſcetur cum cimolea & oleo roſaceo, & liniuntur cum eo apoſtemata calida mammillarum, quæ fiunt poſt partum, confert eis, & ipſum admiſcetur Medicinis conferentibus cannæ pulmonis, & emplaſtris reſoluentibus apoſtemata interiora,& quando bibitur,confert ſputo ſanguinis,& diſſoluit phlegma,& aufert triſtitiam,& auget in memoria, & quando bibunt de eo ſani parum, meliorat eos, ſed ſi nimis cum uino biberint, inducit maniam, & amplius cum uino, occidit,& comburitur olibanum,quando accipitur fruſtum ex eo,& incenditur ut inflammetur,& ponitur in teſta ſubtili, & comburitur, & quando comburis eum, oportet ꝙ cooperias cum aliquo alio uaſe,quia cum facis hoc, nõ incineratur, & ſunt quidam qui tegunt uas cum alio uaſe æneo,ita quod fumus olibani adhęreat uaſi,& ego narrabo qualiter ſit hoc, quando memorabor, quomodo colligitur fumus olibani, ſi Deus uoluerit. Et de olibano eſt quod ponunt homines aliqui in olla terrea, quàm non tetigit ignis,& obturant os eius,& ſic comburũt in furno, & ſunt aliqui qui ponunt ipſum in uaſe nouo terreo,& faciunt buliri ſuper ignẽ, donec abſcindatur ebulitio eius,& nõ apparet in eo aliqua humiditas ebuliens, aut aliquis fumus,& quando mouetur,frangitur cito. Dioſcorides.) Cortex olibani melior ex eo eſt groſſus, glutinoſus, habens odorem bonum, lenis uero non eſt bonus. Adulteratur autem admixto ſibi cortice arboris pini, aut cortice arboris iambut, & diſcernitur appoſitus in igne,nam cortices alij non inflammantur, & cortex olibani facit fumum boni odoris. Galenus.) Subſtantia eius eſt groſſior ſubſtantia olibani, & ſapor eius eſt ſtipticus manifeſte. Virtus eius prima eſt,quæ deſiccat,deſiccatione forti,quouſq; ſit in fine gradus ſecundi, & non ſunt in eo acuitas & mordicatio manifeſte. Et ſecunda eſt quæ fortificat. Et tertia eſt,quæ abſcindit ſputum ſanguinis, & corroborat ſtomachum, laxat & cõfert fluxui uentris & hulceribus inteſtinorum, & olibanum ipſum

D

A ipſum facit hæc iuuamenta, niſi quia cortex eius eſt in hoc fortior propter uirtutem ſuæ ſtipticitatis. Dioſcorides.) Virtus eius corticis eſt ſicut uirtus olibani, niſi quia cortex eſt fortior & ſtipticior,& ideo quando bibitur eſt iuuantior quàm olibanum ſputo ſanguinis, & fluxui humiditatum matricis antiquo, quãdo fiunt naſalia cum eo,& confert ad abſtergendas maculas,& cicatrices quæ fiunt ab hulceribus in oculo quæ dicuntur epilomata,& confert lipitudini, & quando affatur, confert pruritui oculi. Et cortex olibani comburitur ſicut olibanum ipſum, & fit minutum thus.

Dioſcorides.) Melius ex eo eſt album, mundum, habens minuta fruſta. Quod quidem adulteratur cum gummi pini,& puluere molendini, & cortice olibani,ſed diſcernitur, quia facit fumum clarum cum non eſt adulteratum. Adulteratum uero facit fumum obſcurum,nigrum. Virtus uero eius eſt ſicut uirtus olibani. Sed fumus olibani fieri poteſt ſic. Accipe de olibano cum forficibus paruis, & incende in flamma lucernæ,& pone ipſum in uaſe ex terra nouo uitreato, deinde cooperi cum uaſe æneo habente culmen mũdum & purgatum bene, & interpone labijs uaſorum ab uno latere,aut à duobus lapillum groſſitudinis duorum uel quatuor digitorum habentem,ubi poſſis inſpicere olibanum,& uidere ſi comburitur,& ſi flamma eius attingit uſq; ad culmen uaſis,& ſit etiam inde introitus, per quem intromittere poſſis fruſtum aliud olibani, antequàm extinguatur primum penitus extinctione completa,& facias hoc,quouſq; habeas ex fumo quantum uis, & tu quidem lini cooperto-rium æneum exterius, linitione continua, cum ſpongia madefacta in aqua frigidà, quia quando facies hoc non calefiet,calefactione forti,& coadunabitur fumus unus ſuper alium. Si uero non faceres hoc, conuerteretur fumus qui aſcendit ad cooperto-rium inferius,& miſceretur cum cineribus inferioris olibani. Incende ergo ex olibano,quantum uoluerís, & collige fumum eius ſecũdum diſciplinam quam monſtraui tibi. Cineres autem collige per ſe,& repone ſemotim. Galenus.) Virtus fumi olibani prima eſt calidior & ſiccior uirtute olibani, quouſq; reponatur in tertio gra- B du. Et ſecunda eſt quæ abſtergit. Et tertia eſt quæ replet & mundificat hulcera oculi, quemadmodum facitũ fumus myrrhæ & ſtoracis. Dioſcorides.) Virtus fumi olibani eſt, quia ſedat apoſtemata calida oculi, & abſcindit curſum humiditatum ad ipſum, & mundificat hulcera eius, & generat carnem in hulceribus ipſius, quæ dicuntur kilomata, & ſedat apoſtemata quæ fiunt in eo, quæ dicuntur cancri. Fumus autem myrrhæ & ſtoracis colliguntur ſecundum eandem formam, & conueniunt ad omnia, ad quæ conuenit iſte. Abugerig.) Si ponitur aureus unus olibani in aqua,& bibitur qualibet die,confert phlegmati,& memoriæ,& aufert obliuionem niſi quia inducit ſoda potãti,& fumoſitates malas, & adurit ſanguinem. Alferesi.) Olibanum digerit cibum,& expellit uentoſitates, & confert ebrietati. In ſecundo thymęi.) Olibanum rubeum eſt plus abſterſiuum quàm album. Et uirtus eius eſt ſicut uirtus hordei in abſterſione. Aben meſuai.) Olibanum deſtruit phlegmata, & aufert triſtitiam,& confert cordi,& auget in memoria.

DE KAMEPITHEOS. CLXXIX.

HAmephitheos,id eſt,kamepitheos. Dioſcorides.) Eſt herba quæ naſcitur omni anno,& dilatatur origo eius ſuper faciem terræ undiq;. Et ſunt ei tres ſpecies, una earum eſt fortior alijs, habens folia ſimilia folijs heiahalalem, id eſt, ſemperuiuæ, niſi quia ſunt minora eis,& teneriora,& habent ſuper ſe humiditatem tenacem, & ſunt piloſa,& ſunt folia illa circa ramos ſpiſſa,& odor huius eſt ſimilis odori pini, & habet flores minutos,glaucos, & radices ſimiles radicibus herbæ quæ dicitur picorion,& ſemen eius eſt nigrum,cuius odor eſt ſicut reſinæ pini,& rami eius ſunt aliquantulum longi,& curuati ſicut ramuli herbæ quæ dicitur anchaſa. Secunda uero ſpecies habet uirgas longitudine unius brachij, & ramulos ſubtiles. Folia uero, & eius flores in odore ſimilia ſunt ſupradictæ, & ſemen eius eſt nigrum. Tertia uero ſpecies,& dicitur maſculus,habet folia ſubtilia,minuta,albida, piloſa,& habet uirgam aſperam,albam,& florem album, minutum, & ſemen minutum ſuper ramulos, & odorem ſicut odor pini. Galenus.) Sapor amarus in iſtis herbis eſt fortior,

C quàm ſapor calidus, acutus. Et uirtus earum prima eſt, quæ calefacit in ſecundo gradu, & deſiccat in tertio. Secunda uirtus kamepitheos eſt, quod ſi ſumitur in potu, mundificat, & aperit, & abſtergit membra interiora, quando eſt ſicca herba ipſa, & incarnat, quando eſt recens. Et tertia eſt, quæ confert ſuper omnem Medicinam, habenti ictericiam, & uniuerſaliter omnibus habentibus opilationes in epate, & cum hoc prouocat menſtrua, quando bibitur cum melle, & quando fit naſale cum ea, & affert etiam iuuamentum in prouocando urinam, & coquitur cum mellicrato, & bibitur, & confert ſtranguriæ, & quando eſt recens, habet uirtutem multam conglutinandi & incarnandi uulnera magna, & curat plagas putridas, & reſoluit duricies mammillarũ, & quando bibitur cum hydromelle quadraginta diebus, curat icteritiam. Dioſcorides.) Quando bibitur de folijs huius herbæ ſeptem diebus continuis cum uino, curat icteritiam, & quando bibitur cũ hydromelle quadraginta diebus, curat ſciaticam, & ipſa datur in potu in ægritudinibus epatis, & ad ſtranguriam, & ad dolorem renum, & ad puncturas inteſtinorum, & utuntur ea multum homines in Ponto, & in Herachlia pro antidoto dantes de decoctione eius in potu ad toxicum, quod dicitur aconitum, & fit emplaſtrum cum decoctione eius ſupradictis ægritudinibus admixta cum ſauich iuuatiuis, & quando teritur & miſcetur cum ficubus, & fiunt inde pillulæ, ſoluunt uentrem, & quando ſumitur cum batitura eris & reſina pini, purgat ſuperfluitates matricis, & quãdo ponitur ſuper duricies mammillarum, reſoluit eas, & quando fit emplaſtrum cum ea, & melle, glutinat uulnera & prohibet dilatationem formicæ in corpore. Hunaim in tyriaca.) Kamepitheos eſt laxatiuum.

DE KAMEDREOS. CLXXX.

D Amederios, id eſt, kamedreos.) Nominatur quercus terræ. Dioſcorides.) Naſcitur in locis petroſis, aſperis, & eſt herba parua, longitudinem unius palmi habens, & habet folia parua, ſimilia in figura & ortu ſuo folijs quercus, & flos eius eſt coloris purpurei paruus, & tempus colligendi eam, eſt quando ſemen eius eſt maturum, & colligenda eſt cum ſuo ſemine. Galenus.) Sapor eius eſt amarus, & cum hoc eſt in eo acuitas. Et uirtus eius prima eſt, quę calefacit & deſiccat in ſecundo gradu, niſi quia caliditas eius eſt amplior ſiccitate ipſius. Et ſecunda eſt, quæ iſcidit & abſtergit. Tertia eſt, quæ reſoluit duriciem ſplenis, & prouocat urinã & menſtrua, & incidit humores groſſos, & mundificat uias opilatas membrorum intrinſecorum. Dioſcorides.) Quando bibitur recens cocta, habet uirtutẽ quæ cõfert conquaſſationi neruorũ, & duriciei ſplenis, & ſtranguriæ, & inceptioni hydropiſis, & prouocat menſtrua, & expellit fœtum, & quando bibitur cum aceto, reſoluit duriciem ſplenis, & quando bibitur cum uino, aut fit emplaſtrum cum ea, confert morſibus uenenoſorum, & poſſibile eſt quod teratur, & fiant inde pillulæ quæ adminiſtrantur in ægritudinibus ſupradictis, & quando miſcetur cum melle, mundificat hulcera antiqua, & quando teritur & reſoluitur cum oleo, & fit collyrium cũ ea, curat hulcera oculorum quæ dicuntur colos, & caliginem eorum, & quando linitur cum ea corpus, calefacit ipſum. Abugerig.) Fit ſirupus ex ea ad tuſſim antiquam, & ad corruptionem digeſtionis, & in principio hydropiſis, & ad ſpaſmũ, & quanto ſirupus eius erit uetuſtior, tanto erit maioris uirtutis ad hæc quæ diximus, & herba contrita, confert fiſtulæ lachrymali, & eius decoctio confert ictericiæ nigræ.

DE LACCA. CLXXXI.

SAc, id eſt lacca. Dioſcotides.) Eſt gummi arboris quæ naſcitur in terris Arabum, & eſt in ea ſimile myrrhæ, & ſtoraci, habet uirtutem extenuãdi, ſeu macrefacieñdi pingues, & bibuntur de ea drachmæ iiij. cum aqua, aut ſquingibin, & bibunt de ea ſplenetici, epilentici, & aſmatici, & quãdo bibitur cum melicrato, prouocat menſtrua, & ipſa abſtergit maculas quæ fiunt in oculo, abſterſione ueloci, & curat debilitatem uiſus, quando miſcetur cum uino, & fit inde collyrium, & eſt bona doloribus dentium. Galenus in translationem athabarich.) Lacca eſt gummi arboris, quæ naſcitur in Arabia, & eſt ſimile myrrhæ, habẽs odorẽ bonum, & adminiſtratur in fumigijs

A in fumigijs, & habet uirtutem quæ macreſcere facit pingues multum, & aperit opilationes epatis. Raſis.) Cadit ex cœlo ſuper ramos arboris Gubera, id eſt, meſpili, in partibus Siref, in inſulis maris, & eſt calida & ſicca, aperit opilationes, fortificat uiſcera, & eſt bona doloribus epatis & hydropiſi. Arabari.) Eſt calida & ſicca, aperit opilationes epatis & ſtomachi. Iſaac eben amram.) Lacca eſt res rubea, quæ eſt ſuper ligna ſubtilia. Sapor eius eſt bonus, & ipſa coquitur, & tinguntur inde panni in rubeum colorem, & dicitur tinctura illa karmes. Et quod remanet ex ea ſuperfluens ab eo quod eſt tinctum, eſt lacca, quæ remanet in manibus tinctorum, & ipſa defertur ab Armenia, & eſt calida & ſicca in ſecundo gradu, aperit opilationes epatis & ſtomachi, & confortat ea, & confert ictericiæ. Modus ablutionis eius eſt quod accipiuntur ex lignis eius & teruntur, & proijcitur ſuper ea aqua calida, in qua bulierit ariſtologia & ſquinantum, & mouetur bene cum piſtillo, & dimittitur reſidere, & deijcitur aqua, deinde deſiccatur in umbra, & reponitur in uaſe uitreo, & ſi non clarificatur prima uice, facias hoc ſecundo.

DE MEV. CLXXXII.

MEV, id eſt meu. Dioſcorides.) Habet uirgas ſimiles uirgæ aneti, & folia ſimilia folijs eius, niſi quia uirga eius eſt groſſior uirga aneti, & longitudo eius eſt duorum brachiorum, & habet radicem non ſubtilem, cuius aliquæ partes diuiduntur in plures, quarum quædam ſunt tortuoſæ, & quædam recte longæ, & habet odorẽ bonum, & radix eius eſt quod de ipſa adminiſtratur. Galenus.) Radix huius herbæ eſt id quod eſt iuuatiuum in ea, & eſt calida in ſecundo gradu, ſicca in fine illius. Et ſecunda uirtus eius eſt quæ incidit. Et tertia eſt quæ prouocat urinã & menſtrua, & quando aliquis utitur ea nimis, inducit dolorem capitis, eo quod calefaciat minus quàm deſiccet, & ideo etiam, quia in ea eſt humiditas inflatiua, cruda, non digeſta, quare quando aſcendit humiditas hæc cum caliditate ad caput, inducit dolorem. Dioſcorides.) Calefacit linguam quando abluitur, & cruda cum teritur, &
B diſſoluitur in aqua, & bibitur, aufert dolorem renum & ueſicæ, accidentem propter concluſionem ſuperfluitatum in eis, & confert ſtranguriæ, & quando teritur & miſcetur cum melle, & fit inde loch, confert uentoſitati quæ exiſtit in ſtomacho, & punctionibus, & doloribus matricis, & iuncturarum, & pectoris, quando ad ipſum currunt humores, & quando coquitur, & fit cum ea encatiſma, prouocat menſtrua, & quando fit emplaſtrum cum ea pectini infantium, prouocat urinam, & quando accipitur ex ea plus quàm oporteat, facit ſoda.

DE MASTICE. CLXXXIII.

MEſtehc, id eſt maſtix.) Eſt gluten Romanum. Dioſcorides.) Eſt quidam ex eo albus, & quidam ad uiriditatem declinans. Sed melior ex eo eſt, cuius color eſt albus, ſicut cæra alba, perlucidus, habens granum graue, ſicciſſimum, & cito frangibile, habens bonum odorem. Et eſt de eo quidam qui eſt niger, & quidam citrinus, & ipſe adulteratur cum olibano & gummi pini. Galenus.) Albus ex maſtice eſt ille qui dicitur gluten Romanum, & eſt compoſitus ex uirturibus diuerſis, uocelo dicere ex uirtute ſtiptica, & uirtute mollificatiua. Et uirtus eius prima, eſt uirtus quæ calefacit, & deſiccat in ſecundo grado. Et ſecunda eſt uirtus quæ mollificat & fortificat, & reſoluit. Sed niger, & eſt ille qui dicitur kapti, eſt maioris deſiccationis quàm albus, & uirtus ſtiptica eſt in ea minor, & ideo eſt conueniens, ubi oportet reſoluere amplius, & propter hoc confert multum apoſtematibus duris, quæ fiunt in exterioribus corporis. Sed olei maſticis albi uirtus, eſt ſimilis uirtuti maſticis albi. Et dixit in octauo, ubi ipſe rememorauit omnia glutina. Maſtix eſt primus inter omnia glutina in bonitate, & cum hoc quod eſt in eo de ſtipticitate pauca, quæ confert debilitati epatis, & inteſtinorum, & apoſtematibus in eis exiſtẽtibus, eſt in eo ſiccitas, & non habet acuitatem aliquam, & eſt multum ſubtilis. Dioſcorides.) Maſtix confert ſputo ſanguinis, & tuſſi antiquæ, quando bibitur, & eſt bonus ſtomacho, mouet eructuationem, & ponitur in confectionibus dentifricium, & facit adherere pilos palpebrarum, & quando maſticatur, facit odorem oris bonum, & ſtringit gin-

C giuam. Et dixit Galenus in octauo, quod arbor masticis est composita ex substantia aquosa, calida & terrea, frigida non multum, & in sapore omnium partium huius arboris dico radicum, & fructus, & corticis est stipticitas pauca. Et uirtus eius prima est in caliditate & frigiditate mediocriter temperata, & desiccat in fine secundi gradus, usq; ad principium tertij. Et uirtus secunda est, quando fit emplastrum cum folijs huius arboris, dum sunt recentia, est uirtus stiptica, stipticitate manifesta, & ideo quando bibuntur sola, aut cum alijs Medicinis ad hulcera intestinorum, aut ad fluxum uentris conferunt multum, & conferunt spuentibus sanguinem, & fluxui menstruorum, & exitui matricis, & ani, conferunt multum, & non est in istis operationibus diuersitas à succo hypoquistidos. Dioscorides.) Tota hæc arbor est stiptica, & uirtus fructus, & foliorum, & corticis ramorum, & corticis radicũ est æqualis, & decoquuntur cortex eius, & cortex radicis, & folia decoctione plurima, & quando fuerint cocta, colatur ab eis aqua, quæ iterum coquitur, usq; ad mellis spissitudinem, & confert decoctio ista bibita, sputo sanguinis, & fluxui uentris, & hulceribus intestinorum, & fluxui menstruorum, & exitui matricis, & ani, & uniuersaliter quidem ponitur pro acacia, & hypoquistidos, & ponitur etiam decoctio ista loco succi foliorum, & quando proijcitur decoctio ista super hulcera profunda, & super ossa fracta, restaurat carnem in hulceribus, & restaurat ossa, & restringit membra laxa, & abscindit humiditates antiquas à matrice, & prohibet hulcera corrosiua, ne dilatentur in corpore, & prouocat urinam, & quãdo fit collutio oris cum ea, restringit dentes commotos, & quãdo ex ramis huius arboris fit dentifricium, abstergit & restringit dentes, & fit ex fructu huius arboris oleum stipticum, quod est bonum ualde in omnibus, in quibus conuenit stipticitas. Hunaim in libro de tyriaca.) Mastix resoluit apostemata stomachi, & confert tussi. Abugerig.) Ipsum non est paucæ attractionis phlegmatis quando masticatur, & propter hoc miscetur cum aloe, ut præparet ipsum, & ut attrahat cum eo phlegma à capite.

D

DE MVRI. CLXXXIIII.

MVri. Dioscorides.) Illud quod fit ex piscibus salsis, & carne salsa, quando proijcitur super hulcera corrosiua & fraudulenta, prohibet dilatationem eorum, & curat morsum canis, & fit clistere cum eo ad hulcera intestinorum, ad cauterizandum ea, & ad sciaticam, & ad commouenda membra ad expellendas superfluitates. Sed ius piscium recentium, quãdo bibitur solum, aut cum uino, laxat uentrem. Fit etiam ad laxandum uentrem ius cum aqua & oleo, & pauco pisce. Galenus in secundo.) Virtus muri est calida & sicca, & ideo administrant ipsum aliqui Medicorum in hulceribus putridis, & apponitur in clisteribus, quæ administrantur ad hulcera intestinorum, & ad sciaticam. Paulus.) Est calidum fortiter, & siccum, & administratur in hulceribus putridis. Et interius ad sciaticam, & dissenteriam. Aben mesuai.) Almuri, fit ex farina hordei, & est calidum in primo, siccum in secundo. Sed illud quod fit ex piscibus, est calidius & siccius, mollificat uentrem, & incidit phlegma, confert dolori sciaticæ, quando comeditur, aut fit clistere cum eo. Mesarugiæ.) Habet stipticitatem, & fortificationem, & mundificationem, & fit cum eo cohol in ægritudine iedri, id est, uariolis, ut non egrediantur in facie, & postquam egrediuntur, dissoluit eas, & confert eis.

Aben mesuai.) De proprietate eius est, quod mundificat humiditates stomachi, & facit bonum oris odorem, & est calidum in tertio.

DE MVSCO. CLXXXV.

MIsch, id est muscus. Abohanifa.) Dixit Habonhaseu ex uerbo. Abulhuasini. Almaschadi, in libro auri & minerarum & margaritarum, terræ, in quibus sunt gazellæ musci, sunt regiones Tumbasci & Seni, & sunt terræ confines. Verum muscus regionis Tumbasci, est melior musco Seni, duabus causis, una est, quia

A quia gazellæ de Tumbasci comedunt spicam nardi, & alias species odoriferas, gazellæ uero de Seni comedunt alias herbas ab istis, quas diximus odoriferas. Tamen est etiam alia causa, nam homines de Tumbasci non extrahunt muscũ à folliculis suis, sed homines de Seni trahunt ipsum à folliculis, & adulterant ipsum cum modis adulterationis. Præterea illi de Seni abscindunt folliculos in temporibus humidis, & turbidis, & in aere inconuenienti. Et si homines de Seni non habent res cũ quibus adulterent, reponunt eum in uasis uitreis, & obturant bene, & mittunt eum in terris Sarracenorũ, & in Hamen, & Persida, & Haharac, & in alijs regionibus Babyloniæ, ac si ipse sit de Tumbasci. Melior autem muscus, & magis redolens, est ille, qui abscinditur à gazella, postquam est bene maturus in ea, & non differunt istæ gazellæ ab alijs in figura, & colore, & cornibus. Sed cognoscuntur in dentibus caninis earum tantum, quia quælibet ex ipis habet duos caninos dentes egredientes ab ore ipsius, sicut egrediuntur ab ore porcorum. Et sunt dentes isti albi ualde, & recti, longitudinem unius palmi aut plus habentes, & uenatores quidem in terris Betheth, et Seni, extendunt funes & laqueos, et capiunt eas, aliquando uero sagittant eas, et abscindunt ab eis folliculos, & ligant eos immaturos, & tunc est in odore eorum horribilitas, suspendunt ergo eos, relinquentes aliquo tempore, donec maturentur, et recedat fœtor eorum, & mundentur in aere, & fit tunc in eis muscus bonus. Hoc idem etiam contingit fructibus arborum, quando colliguntur ab arboribus suis, antequã matureſcant. Verum melior muscus est ille, qui maturatur in folliculo suo, & est cõpletæ maturationis in folliculo ipso, antequam abscindatur ab animali, deinde abscinditur ab animali post complementum, & propter hoc accidit, cum natura expellit cursum sanguinis ad folliculum illum uel chistim, & cõpletur essentia sanguinis in eo, nocet illi animali, & tunc uenit ad saxa, uel ad aliquẽ ex lapidibus calidis à calore solis, & fricat se multum cum delectatione magna, donec laniatur cutis in loco

B illo, & emanat quod continetur ibi super lapides, quemadmodum emanat ab apostemate aliquo quando aperitur, & sentit tunc animal illud in exitu eius delectationem magnam, & quando est euacuata chistis tota ab eo, quod in ea continetur, incarnatur, & consolidatur. Et postea iterum colligitur in loco illo abundans cursus sanguinis, sicut fecit primo. Egrediuntur igitur homines de Thebeth, qui nouerunt loca ubi pascunt gazellæ illæ, & peruenientes ad saxa illa & lapides, inueniunt sanguinem illum qui est desiccatus super lapides & saxa, & colligunt eum, & quoniam digessit eum natura in suo animali, & desiccauit eum sol, & præparauit eum aer, est meliõr omnibus speciebus musci, & electior. Colligunt ergo ipsum, & ponũt in folliculis, quos habent ex gazellis, quas ipsi uenati sunt, & seruauerunt apud se. Et hic est ille muscus, quo utuntur Reges, & qui donatur pro dono magno, & quem uendunt mercatores illius regionis pro meliori. Et in Theberh sunt multæ ciuitates, uerum totus muscus qui colligitur in partibus illis, defertur à ciuitate, quæ proprie nominatur nomine totius regionis Thebeth. Alchalahamen.) Est calidus in secundo, siccus in tertio. Aben mesuai.) Calidus est et siccus, fortificat cor et mẽbra interiora, quãdo bibitur, aut ponitur exterius in emplastris. Hachim. Eben Hunaim.) Calidus et siccus est, administratur in Medicinis oculi, et abstergit albuginem subtilem, et desiccat eius humiditatem. Meseha.) Est calidus et siccus in tertio gradu. Atabari.) Siccitas eius est plus caliditate ipsius, calefacit cerebrũ, et desiccat quando fiunt sternutationes cum eo, et corroborat cerebrum. Mesarugie.) Calidus et siccus in secundo, subtilis, corroborat membra sua aromaticitate, confert sodæ antiquæ, quæ est ab humiditatibus, et corroborat cerebrum. Medici Persidæ.) Si accipitur de eo parum, et resoluitur cum oleo de kerua, et linitur cum eo uirga, iuuat ad coitum. Et dicunt, quod est in eo humiditas quædam, per quam excitat coitum.

DE LASAHATEN. CLXXXVI.

NAbach. Dioscorides.) Lasahaten affertur ex terris Indiæ, et est similis corticis mori, et odoris boni, et habet uirtutem calefacientem, fiunt cum eo fumigationes, et ponitur in confectionibus unguentorum, et alijs confectionibus calefactoris

C &habet uirtutem similem uirtuti calami aromatici, et quãdo fit fumigatio cum eo, ualet torsioni matricis. Galenus in tertio.) Est ex speciebus Indiæ, et confert in fumigationibus matricis, quando est siccum. Paulus dixit sicut Galenus.

DE NERSIN. CLXXXVII.

NEtsin. Isaac eben amram.) Est arbustum simile arbori rosæ, habens florem album, & dicunt quod est rosa agrestis, & rosa Seni. Aben mesuai.) Est sicut narcissus, & ita est oleum eius bonum pleuresi, quę fit à melancholia, confert doloribus matricis. Mesarugie.) Est simile in uirtute sua ieusemin, nisi quia est minus calidũ eo, & leuius natura ꝙ ipsum, & minus siccum. Rasis.) Vidi in Corasceni quosdam, qui dabant ex folijs eius à drachmis duabus usq; tres, & faciebant assellare multum.

DE NARCISCO. CLXXXVIII.

NArces, id est, narcissus. Dioscorides.) Est herba habens folia similia folijs porrorum, nisi quia sunt minora eis, & habet uirgam concauam, in qua nõ sunt folia, & longitudo eius est plus palma, & super ipsa est flos albus in circuitu, & in medio eius est res citrina, & est quædam species, cuius medium illud est purpurei coloris, & habet radicem albam rotundam, similem bulbo, & semẽ nigrũ in thecis longis, & nascitur ille qui est melior in locis montuosis, & habet odorem bonum. Secundæ speciei odor est, sicut odor lix, & odor specierum, & illud quod de hac herba administratur, est radix eius. Galenus.) Virtus eius prima est quæ desiccat. Secunda, quæ abstergit & attrahit, & incarnat. Et tertia, quæ incarnat hulcera magna. Et deuenit de uirtute eius, quod incarnat incisiones quæ fiunt in lacertis, & quando miscetur cũ orobo, mũdificat sordes corporis, & aperit apostemata. Dioscorides.) Quando comeditur ex radice narcisci elixa, aut potatur, mouet uomitum, & quando administratur cum melle trita, confert combustionibus ignis, & quando fit cum ea emplastrum, conglutinat uulnera neruorum, & quando admiscetur trita cũ melle, & fit inde emplastrum, cõfert torsioni & dolori neruorum pedum, & doloribus iuncturarum antiquis, et quando admiscetur cum semine quod dicitur cambadios, & aceto, mundificat impetiginem, & quando miscetur cum orobo & melle, mundificat sordicies hulcerũ, & aperit apostemata dura, difficilis maturationis, & quando fit emplastrum cum ea, & farina lolij, & melle, extrahit sagittas infixas corpori, et replet locum carne. Aben mesuai.) Narcissus facit operationes ieusemin, nisi quia est debilior eo, & confert doloribus qui sunt à phlegmate, & oleum eius est bonum ad hæc etiam. Meseha.) Est calidus & siccus in secundo, radix eius incarnat hulcera neruorum, & habet uirtutem lauatiuam.

D

DE LILIO. CLXXXIX.

SVsen, id est, lilium. Dioscorides.) Est ex eo domesticum, & siluestre, et siluestris multæ sunt species, & nominatur una asmen iuni, id est, cœleste, et est albũ, quod est notum. Galenus.) Flos eius est compositus ex substantia terrea subtili, & idem acquisiuit amarum saporem, & ex substantia aquosa temperata. Et uirtus eius prima est quæ desiccat desiccatione temperata. Secunda, quæ abstergit abstersione temperata. Et tertia est, quæ confert combustioni ignis, quando assatur, & teritur cũ oleo rosaceo, & ponitur super locũ combustionis, & dimittitur donec curetur, est bonus ad incarnandum omnia hulcera, & mollit duriciem matricis, & prouocat mẽstrua.

Sed olei eius, illius scilicet, quod est aromatizatum, & illius quod non est aromatizatum, uirtus secũda est, quę resoluit sine mordicatione, & mollificat. Et uirtus tertia est, quæ confert duriciebus matricis. Sed foliorum uirtus prima est quæ desiccat temperate. Secunda est, quæ incarnat, et abstergit abstersione debili, debiliori, scilicet, abstersione radicis. Et tertia est, quod quando coquuntur, & ponuntur super combustionem ignis, aut super quodcunq; hulcus, faciunt incarnari hulcerationem eorum. Et sunt quidam, qui infundunt folia eius in aceto, & utuntur eis ad incarnationem hulcerum, & contunduntur folia huius lilij, & exprimitur succus eorum, & coquitur in aceto et melle, ita quod ex succo sit quinquies plus quàm acetum et mel, & est conueniens Medicina ad omne quod eget desiccatione, sine mordicatione, sicut sunt

A sicut sunt uulnera magna, & proprie quæ sunt in capitibus musculorum, & ad hulcera omnia antiqua, quæ sunt difficilis incarnationis. Sed radicis eius uirtus prima est, quę desiccat cum temperamento. Secunda est, quę abstergit, & resoluit cum temperamento similiter. Et tertia est, quæ confert combustioni ignis, & aquæ feruentis quando assatur, & teritur, & ponitur super locum combustionis, donec consolidetur & sanetur, quoniam istæ combustiones egent Medicina, quæ desiccet, & abstergat cum temperamento, & ipsa propter hoc est Medicina bona, laudabilis ad incarnandum, & consolidandum omnia hulcera, & ipsa quidem mollit duricies matricis, & prouocat menstrua, quoniam abstersio sua est pauca, quia est tantum in gradu primo, oportet quod quando uolumus abstergere cum ea impetiginem, & scabiem, & saapha, quod admisceamus ei Medicinam, cuius abstersio sit amplior, sicut mel, & quando admiscetur ei tantum ex melle, quod sit temperatæ substantiæ, uel æqualis quantitatis, confert uulneribus neruorum, & hulceribus, & egritudinibus alijs omnibus, ubi necesse est desiccare fortiter sine mordicatione. Dioscorides.) Administratur ad pruritum, & fit ex floribus eius oleum, quod dicitur liden, & quidam nominant ipsum susinum, & est oleum de lilio, & mollit neruos, & duriciem matricis. Et quando fit emplastrum cum folijs huius herbæ, confert morsibus uenenatis, & quando coquuntur & supponuntur, conferunt combustioni ignis, & quando administratur cum aceto, conferunt exituris. Et succus eorum coquitur cum melle & aceto in uase æneo, & fit Medicina conueniens hulceribus antiquis, & recentibus exituris. Et quando radix eius coquitur cum oleo rosaceo, & administratur, curat combustiones ignis, & mollit duriciem matricis, & prouocat menstrua, & incarnat hulcera, & quando teritur, & miscetur cum melle, curat incisiones neruorum, & torsiones, & contusiones ipsorum, & abstergit impetiginem, & scabiem hulcerosam, & furfures capitis, & hulcera eius humida, & quando abluitur facies cum ea, mundificat ipsam, & aufert rugas eius, & quando teritur, & miscetur cum aceto, aut

B cum folijs iusquiami, & farina frumenti, confert apostematibus calidis testiculorum, & matricis. Semen uero eius bibitur contra nocumenta uenenorum, & confert, & teruntur semen & folia tritura multa, & miscentur cum uino, & fit inde emplastrum, & confert erisipilæ.

Sed asmeni iuni, id est, cœleste, & est yreos. Dioscorides.) Folia eius sunt similia folijs alterius, nisi quia sunt latiora, & magis uiscosa, & habet stipitem, super quem est flos, habẽs colores diuersos, & sunt, albus, citrinus, purpureus, & cœlestis, & propter diuersitatem istorum colorum nominatur yreos, id est, arcus dæmonis, scilicet, ab illo arcu dæmonis, qui apparet in aere, & habet radices duras nodosas, quæ habent odorem bonum, quæ quando effodiuntur, oportet quod inserantur in filo lineo, & post exiccentur, & post exiccationem reponantur, & quod ex radice eius est bonum, est breue, difficilis fractionis, cuius color paululum declinat ad rubedinem, & habet odorem bonum, non participantem odori terræ, pungens linguam, et mouens sternutationem quando teritur, & quãdo yreos ueteratur, corrumpitur, et perforatur, & habet meliorem odorem. Galenus.) Substãtia eius est subtilis. Et uirtus eius prima est quæ calefacit. Secunda est que mundificat & maturat. Et tertia quę cõfert speciebus tussis, & facit ascendere screatum à pectore, & curat torsiones uentris, & hulcera sordida, & quando bibitur cum melle & aqua calida, laxat uentrem.

Dioscorides.) Virtus yreos calefacit & subtiliat, & confert tussi, & subtiliat humiditates pectoris, quæ sunt difficilis excreationis. Et quando bibuntur ex eo drachmę septem cum melicrato, purgat phlegma grossum, & choleram, & facit dormire, & prouocat lachrymas, & curat torsiones uentris, & hulcera sordida, & quando bibitur cum aceto, confert morsibus uenenosis, & spleneticis, & spasmo, & confert rigoribus, & horripilationibus febrium, & quando bibitur cũ uino, prouocat menstrua, & elixatur, fiuntq; encatismata mulieribus in decoctione ipsius, & cõfert doloribus matricis, & mollit duriciem eius, & aperit orificiũ eius qũ cõstringitur, et fit cũ eo clistere sciaticæ, & facit oriri carnẽ in fistulis, et in hulceribus profundis, et qũ fit nasale ex

eo cum

C eo cum melle, expellit fœtum, & coquitur in aqua, & fit emplastrum cum eo apostematibus duris, & scrophulis, & mollit ea, & replet fistulas quando teritur & proijcitur in eis, & quando miscetur cum melle, & ponitur in eis, mundificat eas, & uellit ossa nuda carne, & quãdo fit emplastrum cum ea capiti, cum aceto & oleo rosaceo, confert sodæ, & quando admiscetur ei duplum eius ex elleboro albo, & fit linimentum cum eis, confert impetigini, & mundificat cutem ab ea, et ingreditur in unguentis, & suppositorijs, quæ resoluũt lassitudiné, & uniuersaliter habet multa iuuamẽta.

Bedigoras.) Proprietas radicis yreos est, quod purgat aquam citrinam.

Aben mesuai.) Quando fit colyrium cum farina radicis yreos, aufert ungulã oculi, & quando fit sternutatorium, uel caputpurgium cum succo eius tribus diebus, aufert zuchem, id est, corizam, & soda, & hemigraneã, si Deo placuerit. Et de proprietatibus eius est, ꝙ laxat aquam citrinam, & humiditates uiscosas, & melancholiam, & aperit opilationes. Verũ ipsa infert tristiciam, sed quando miscetur cum alijs Medicinis, quæ aperiunt opilationes, & quæ fortificãt epar, minuitur nocumentũ eius, & rectificatio eius est, ꝙ accipiatur cum aqua & melle cocto, & dosis eius in decoctione est ab aur. ℈. usq; iij. uel iiij. & siccæ contritæ ab una drachma usq; ad duas, cum melle cocto. Dioscorides.) Ex lilio est species agrestis, quæ dicitur kimaz, & nominatur yris, & est herba habens folia in uirga similia folijs & uirgæ yreos, & floré croceum uel album, amari saporis, parum & molle semen, & radicem unam in grossitudine digiti, longam, stipticam, boni odoris, nascitur sub arboribus, & in locis umbrosis. Galenus.) Radix huius plantæ non est rotunda, sed longa, habens digiti grossitudinem, & odor eius est bonus, & sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima est calida, & desiccat in secundo gradu. Secunda est composita ex uirtute prohibitiua & resolutiua. Et tertia est, ꝙ ipsa confert doloribus dentiũ, quando cũ decoctione eius fit gargarisma, uel oris collutio. Sed folia eius conferunt omnibus exituris dum

D sunt in augmento, & oportet quod decoquatur cum rob, & fiat inde emplastrum super exituras anteq; maturentur. Radix huius plantæ quando coquitur, & fit cũ decoctione eius oris collutio, confert doloribus dentium, & quãdo coquuntur folia eius cum uino, & fit inde emplastrum apostematibus phlegmaticis, & exituris immaturis, quorum humiditas nondum peruenit ad saniem, resoluit ea. Dioscorides.) Ex lilio est species alia, quæ dicitur casoras, & quidam nominant eam yrim agrestem, & est planta quæ habet folia similia folijs yreos, nisi quia sunt latiora eis, & habent summitates subtiles, & habent uirgam, quæ egreditur ex medio foliorum, cuius longitudo est unius brachij, & grossa multum, & habet uaginas habentes tres angulos, & super uagina est flos coloris purpurei, & in medio est rubeus, & habet semẽ in uaginis suis simile in figura sua seminis cucumerum nigrorum, rotundum, acuti saporis, & habet radicem, multos habentem nodos longos rubeos. Galenus.) Radicis huius herbæ substantia est subtilis. Et uirtus eius prima est calida desiccatiua, Et secunda est uirtus resolutiua. Semen uero eius est in hac eadem proprietate, uerũ fortius est radice. Virtus uero seminis tertia est, quæ prouocat urinam, & curat duriciem splenis. Dioscorides.) Radix eius confert uulneribus quæ fiunt in capite, & fractu ris eius, & quando miscetur ei tertia pars ponderis eius de flore æris, & de centaurea quinta pars eius, & mellis parum, & fit inde emplastrum, sedat dolorem, et extrahit ossa fracta, & omnia infixa carni ex spinis, & sagittis, & similibus. Et quando fit emplastrum cum ea, curat apostemata phlegmatica, & apostemata calida, & quãdo bibitur, confert attritionibus lacertorum, & dolori lateris, & stranguriæ, & sciaticæ, & bibitur cum uino dulci, quod fit cum aqua marina, & simili modo accepta, ualet fluxui uentris, & quando bibitur cum uino, confert morsibus uenenosis, & prouocat menstrua. Sed quando bibitur ex semine eius pondus iij. onolosat, prouocat urinã prouocatione forti, & quando bibitur cum aceto, resoluit apostemata splenis.

Dioscorides.) Et est alia species lilij, quę dicitur xiphion, cuius folia sunt similia folijs lilij quod dicitur yreos, nisi quia sunt breuiora, & strictiora, habẽtia summitates acutas, habet stipitem unius brachij longũ, asperũ, plenũ, in cuius summitate est flos duplicatus

A duplicatus, diuisus ab inuicem, cuius color est purpureus, & habet semen rotũdum, & habet duas radices, quarum una est posita super aliam, & sunt paruæ rotundæ, sicut duæ cępes minores, una earum est desuper, & alia desubtus, & inferior est extenuata, superior uero pinguis, nascitur in locis cultis. Galenus.) Radicis huius herbæ uirtus prima est quæ desiccat. Et secunda quæ attrahit & resoluit, & proprie superior earum. Dioscorides.) Quando fit emplastrum cũ radice superiori, & uino, & olibano, extrahit acus & stipites, & similia infixa in carne, & quando miscetur cum farina lolij, & uino quod hydromel dicitur, & fit inde emplastrũ apostematibus quæ dicuntur facheratella, resoluit ea, & ideo ingreditur in confectionibus unguentorũ, quæ resoluunt ista apostemata, & ualet pustulis, & quando fit nasale cum ea, prouocat menstrua. Et dicunt, quando bibitur cum uino, stimulat libidinem, & quando radix inferior bibitur, abscindit à spermate uirtutem generandi. Et dicunt, quod radix superior quando datur in potu infantibus habentibus rupturam intestinalem, cum aqua, confert eis, & emplastrum factum ex ea, resoluit apostemata inguinum.

Dioscorides.) Et ex lilio agresti est species quæ dicitur safarheramon, & est herba habẽs folia similia folijs illius speciei quę dicitur kasiflon, id est, xiphion supradicta, nisi quia sunt subtiliora eis, & magis iuclinata, & longiora, & habet stipitẽ & ramos in quorum summitatibus sunt quędam quæ oriuntur in eis rotunda sicut pillulæ, in quibus est semen eius. Galenus.) Virtus similiter desiccat. Dioscorides.) Exhibetur radix huius herbæ & semen cum uino contra morsos uenenosos.

DE SISELEOS. CXC.

Sisalios, id est, siseleos. Dioscorides.) Habet folia similia folijs fœniculi, nisi quia sunt longiora & grossiora, & habet hastam longam, in cuius summitate est corona, in qua est semen longum, & latum, habens angulos, & grossum, acuti saporis, et fortis odoris, & est id quod de eo est in usu, & administratur in cibis, habet radicem

B longam boni odoris. Galenus.) Radix huius plantæ & semen habent de caliditate tantum, quod prouocant urinam prouocatione forti, et est cum hoc uirtus eorum subtilis, adeo quod confert epilepsiæ, & asmati. Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua, scilicet, radicis eius & seminis, et quando sumitur ex eis in potu, prouocat urinam, & confert coartationi anhelitus, in qua oportet hominem erigi, & asmati, & suffocationi matricis, & prouocat menstrua, & expellit fœtum, & confert epilepsię, & omnibus doloribus interiorum membrorum, & quando sumitur de aliquo amborum, aut ex ambobus simul in potu cum uino, confert tussi antiquæ, & debilitati digestionis, & torsionibus uentris, & debilitati paris, & quando sumitur in potu uino & pipere, præseruat hominem à frigore aeris, & propter hoc conuenit itinerantibus in hyeme. Et quando capræ & alia animalia comedunt ex hac planta in tempore coitus eorum, conferunt eis multum ad impregnandum. Aben mesuai.) Est calidum & siccum in fine secundi gradus, incidit & dissoluit humores phlegmaticos uiscosos & congelatos, & propter hoc aperit uias omnes, & cannales opilatos, & prouocat urinam, & menstrua, & confert asmati, & omnibus egritudinibus frigidis phlegmaticis.

DE RAPA. CXCI.

Seliem, id est, rapa. Dioscorides.) Est ex ea agrestis, & domestica, sed agrestis est planta habens multos ramulos, quorum longitudo est unius brachij, nascitur in locis siccis, & habet summitates lenes, & folia mollia, quorũ latitudo est unius pollicis, aut amplius parum, & habet semen in uaginis, & est semen nigrum paruũ, quod cum frangitur, est album interius. Domestica uero rapa est nota. Galenus.) Radix & semen rapæ generant uentositatem inflatiuam, & ideo mouent libidinem, & augent in spermate. Dioscorides.) Radix eius cocta & comesta nutrit, & generat uentositatem, & incitat libidinem, & auget in spermate. Et quando decoctio eius infunditur super podagram, & super scissuras quæ fiunt à frigore, confert eis, & fit emplastrum cum rapa ipsa contrita, facit hoc, & quando foditur rapa una interius, & ponitur in cauatura illa cæra liquefacta cũ oleo rosaceo, & ponitur super calidos cineres,

& calefit

C & calefit multum, confert sciſſuris hulceratis, quæ fiunt à frigore. Mediſtulium folio rum eius quando comeditur coctum, prouocat urinam. Semen rapæ ingreditur in confectionibus tyriacarum, quæ fiunt contra uenena, & confert morſibus uenenoſis, & ſedat dolorem eorum, & ualet potionibus uenenoſis quando potatur cum uino, uel hydromelle, & quando bibitur, incitat libidinem, & quãdo lauatur cũ aqua & ſale, & aceto, fit minoris nutrimenti poſtquam decoquitur, & commouet libidinem. Sed ſemen agreſtis adminiſtratur in Medicinis, quæ mundificant faciem & cutem corporis, admixtum cum farina fabarum, & lupinorum, & orobi, uel ſolum.

Et eſt ſpecies alia rapæ paruæ, quæ quando comeditur, generat inflationes, & nutrimentum eius eſt minus nutrimento alterius ſpeciei, & quando bibitur ex ſemine eius, prohibet nocumentum Medicinarum mortiferarum, & ingreditur in quibuſdam confectionibus electuariorum, & radix eius præparatur ſicut de rapa diximus.

DE CIPERO. CXCII.

SAherade, id eſt, iucha, id eſt, ciperus. Dioſcorides.) Habet folia ſimilia foliis porri, niſi quia ſunt longiora eis, & ſubtiliora, & duriora, habent & ſtipitem longitudine unius brachij, & plus, nõ rectum, ſed eſt in eo tortuoſitas, & eſt quadratus, ſimilis ſtipiti ſquinanti, in cuius ſummitate ſunt folia parua, & habet ſemen. Radix eius eſt ſimilis oliuæ, & quædam ex eis eſt longa, & quædam rotunda, & eſt nigra, naſcitur in locis domeſticis aquoſis, & in prati, & locis paludoſis. Eſt autem ſpecies ciperi in India, quæ eſt ſimilis zinziberi in ſapore ſuo, & quando maſticatur eius color, eſt ſicut croci color, quæ quando linitur ſuper cutem corporis, facit pilos cadere ſtatim. Melior autem ex cipero eſt ille, qui eſt plenus, grauis, groſſus, durus, difficile frangibilis, aſper, habens odorem bonum cũ pauco acumine. Et quod adminiſtratur ex cipero, eſt radix ipſa. Galenus.) Odor eius eſt bonus, & in ſapore ipſius eſt caliditas cum pauca ſtipticitate. Et uirtus eius prima eſt uirtus quæ calefacit, & deſiccat ſine mordicatione. Secunda eſt quæ incidit. Et tertia eſt, quæ confert hulceribus

D difficilis conſolidationis, propter nimiam eorum humiditatem, & confert hulceribus oris, quando adminiſtratur ſiccus contritus, & frangit lapidem, & prouocat urinam & menſtrua. Dioſcorides.) Virtus ciperi eſt calida, aperitiua orificiorum uenarum, quando bibitur, prouocat urinam in habentibus lapidem, & in hydropicis, & confert ueneno ſcorpionis, & eſt bonus frigoribus matricis, & ſtricturæ orificij eius, quando fit emplaſtrum cum eo, & prouocat urinam, & frangit lapidem renum, & prouocat menſtrua, & confert hulceribus corroſiuis & putridis, quando adminiſtratur ſiccus contritus, & ingreditur in unguentis calefactis. Damaſci.) Eſt bonus gingiuis. Aben meſuai.) Facit augmentum in ſenſu, & rumpit lapidem renum, & inuoriat ſtomachum, & meliorat coloré, & eſt bonus emeorrhoidibus, & efficit odorem oris bonum, & quando bibitur cum oleo lentiſci, calefacit renes, & de proprietate eius eſt conferre frigiditati ueſicæ, & diſtillationi urinæ. Liber aggregatus.) Adurit ſanguinem, quare timetur, ne utens ipſo fiat leproſus.

DE SCOLOPENDRIA. CXCIII.

SColophendrion, id eſt, ſcolopendria. Dioſcorides.) Nominatur hoc nomine propter ſimilitudinem cuiuſdam uermis dicti ſcolophendria, et eius compoſitio eſt xiiij. pedum, habet folia multa egredientia ex una radice, & naſcitur in petris, & in muris ædificiorum, & habet ſtipitem nullum, nec florem, nec ſemen, & folia eius ſunt ſicut folia polipodij, & pars eius inferior eſt quaſi rubea, et pars ſuperior uiridis. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis. Et uirtus eius prima eſt calida. Secunda eſt quæ incidit & reſoluit. Et tertia eſt quæ frangit lapidem, et reſoluit duriciem ſplenis. Dioſcorides.) Quando herba iſta coquitur, & bibitur xl. diebus, reſoluit & extenuat ſplené. Similiter auté faciunt folia ipſa, ſi terantur, & fiat cũ eis emplaſtrũ ſuper ſplené: & quãdo terũtur, & miſcẽtur cũ uino, cõfer ũt diſtillationi urinę, & ſingultui, & ictericię, & frangũt lapidé ueſicę qñ bibũtur. Et putauerũt quidã, ꝙ ipſa prohibet impregnationẽ, qñ ſuſpẽditur ſuper mulieré ſola, aut cũ ſplene mulę. Et dixit ille qui narrauit hoc, ꝙ oportet ipſam ſuſpẽdi in die aliquo, in cuius nocte nõ apparuit luna.

De hermo-

A

DE HERMODACTYLIS. CXCIIII.

SVrugen, id eſt Hermodactylus. Dioſcorides.) Eſt herba quæ floreſcit in fine autumni, & eſt eius flos albus, ſimilis in figura ſua flori croci, deinde emittit folia ſimilia foliis bulbi, in quibus eſt humiditas adherens manui, & habet ſtipitem in longitudine unius palmi porrectum, cuius color eſt albus, declinans ad nigredinem, & habet radicem cuius cortex eſt niger, ad rubedinem declinans. Sed quando auferetur cortex, apparet radix interius alba, mollis, dulcis ſaporis, & plena humiditate. Eſt autem radix ipſa rotunda, ſimilis cepe bulbi, & habet radix iſta in medio ſui ſciſſuram, ex qua egreditur ſtipes, ſuper quẽ eſt flos. Naſcitur multum hæc herba in loco qui dicitur Karin, & in terris quæ dicuntur Gnagna, hæc herba ſi comedatur, occidit ſtrangulando, ſicut occidunt fungi. Nos autem memorauimus eſſe illius in libro noſtro, ne erras aliquis comedat eum loco bulbi, nam ipſa eſt boni ſaporis, dulcis & delectabilis, quare fortaſſis comederet eam aliquis ignorans, cõferunt autem illi, qui ipſum comederit, omnia quæ conferunt illi qui comedit fungos malos, eſt autem ſummum remediũ ei lac bouinum, non egent namq; alio adiutorio qui eam ſumpſerunt. Et dixit iterum Dioſcorides in capitulo de achimeron, & eſt lilium ſilueſtre, quod hermodactylus qui dicitur achimeron, eſt interficiens, & ita tranſtulit Albatarich in translatione ſua, in Medicinis ſimplicibus. Galenus.) Habet uirtutem laxatiuam, & ſimiliter aqua in qua bulierit, & adminiſtratur in doloribus iuncturarum. Paulus.) Radix hermodactyli habet uirtutem laxatiuã, & ſimiliter aqua in qua bulierit, datur autem proprie in doloribus iuncturarũ, in tempore fluxus humorum ad eas, uerum ipſe eſt malus ſtomacho. Bedigoras.) Proprietas eius eſt conferre doloribus iuncturarum. Damaſchi.) Confert dolori podagræ, & eſt laudabilis finis operatiõis eius, uerum nimius uſus eius facit putrificari muſculos. Confert tamen iuncturis multum. Et ideo exhibendus eſt maxime habentibus iuncturas

B molles, & nimis humidas. Ignotus.) Surugen albus augmentum efficit in ſperma te. Meſarugiæ.) Albus eſt bonus podagræ. Sed rubeus occidit, et nõ eſt frigidus nimis, ita quod narcotizet, quia ſi hoc eſſet, non eſſet laxatiuus. Abugerig.) Hermodactylus eſt calidus in primo gradu. Aben meſuai.) Rubeus occidit, & albus confert podagræ, & deſiccat hulcera antiqua, & abſtergit ea, & eſt frigidus & ſiccus in ſecundo. Raſis.) Si hermodactylus eſſet calidus, mordicaret hulcera. Alkalhemen.) Hermodactylus eſt calidus, multæ caliditatis. Habix.) Eſt calidus & ſiccus in principio ſecundi gradus, & habet proprietatem ſedandi dolorem iuncturarum, & podagræ, & conferre uariolis, & melior ex eo eſt ille qui eſt interius & exterius albus, & quando frangitur, eſt cõfractio eius facilis, & non dura. Niger uero & rubeus ſunt ambo interficientes. Errauerunt autem qui putauerunt quod ipſe ſit lagia agreſtis, quæ defertur ab Aphrica, nam illa lagia impinguat mulieres, quãdo bibunt eam, & humectat corpora ſicca, & augmentum efficit in carne, & facit rubere faciem colore bono, quando datur in potu cum ſauich, eſt calida, caliditate forti, & cõmouet ſanguinem, & acuit eum multum, & fortaſſis inducet potanti ſe dolotes calidos, aduſtiuos, ſicut cholericos & ſanguineos, & infert nocumentum magnum, & ægritudines ſicut eriſipilam in capite & facie, & in membris aliis corporis.

DE MELLE. CXCV.

HAel, id eſt mel. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & deſiccat in ſecũdo gradu. Et uirtus eius ſecunda abſtergit, & quando coquitur & maturatur, fit paucæ acuitatis, & paucæ abſterſionis, & ideo adminiſtratur ad incarnandũ fiſtulas, & hulcera profunda. Mel uero amarum eſt compoſitum ex uirtutibus diuerſis, ſicut ſi componeres mel cum abſinthio. Dioſcorides.) Mel bonum, eſt illud quod eſt dulce, & in quo eſt acuitas aliquantula in guſtu, & habet odorem bonum, & color eius eſt uergens ad rubedinem, neq; eſt nimis liquidum, & quando immiſeris in eum digitum, adhæret digito, & uenit cum eo. Et uirtus quidem mellis eſt abſterſiua, aperitiua orificiorum uenarum, reſoluit humiditates, & ideo quando ponitur in hulceribus ſordidis & profundis, conuenit eis multũ, & quando coquitur & ponitur ſuper

m ſciſſuras

C sciſſuras cutis,conſolidat eas,& quando coquitur cum aneto humido,& cum eo linitur impetigo,curat eam,& quando miſcetur cum ſale trito, & diſtillatur tepidum in aurem,ſedat tinnitum,& curat dolorem eius,& quando fit linimentum cum eo, occidit pediculos & lendines, & quando indumentum alicuius eſt breue nimis,& fuerit ex lana,& uult quod elongetur, dum egreditur balneũ, ſi rorauerit cum aqua deinde liniret melle,elongabitur, & mel abſtergit tenebroſitatem uiſus, quando fit collyriũ cum eo quatuordecim diebus continuis, & fit cum eo gargariſma, & confert apoſtematibus gutturis infantium,& ſquinantiæ, & prouocat urinam,& cõfert tuſſi, & quando bibitur calidum cum oleo roſaceo, confert morſibus uenenoſorũ, & illi qui potauerit opium,& quando fit loch cum eo,aut bibitur, cõfert illi qui comedit fungos mortiferos,& confert morſui canis rabidi. Et mel, cuius ſpuma nõ eſt ablata,facit tuſſim,& laxat uentrem, quare neceſſe eſt quod non adminiſtretur,antequam auferatur ſpuma eius. Et melius quidem mel eſt mel ueris. Deinde mel æſtatis,mel uero hyemale eſt malum,quia eſt ſpiſſum,groſſum,&quando mel eſt groſſum,non habet ſupradictas uirtutes,ſed mel quod eſt in Sama, eſt amari ſaporis,& hoc ideo,quia apes illius regionis comedũt abſinthiũ,& hoc tale eſt bonum,quando linitur cum eo ad abſtergendam impetiginem, & liuores qui apparent in facie, & alias ſordes cutis,quæ ab humoribus ſuperfluis generantur.Eſt autem quoddam mel quod naſcitur in terra Dadiæ Bentichi, quod aliquãdo reperitur tale,quod qui comedit illud, incurrit inſaniam mentis cum ſudore plurimo, ſed ſi comedat poſt ipſum rutam,& piſces ſalitos,& bibit poſt oximel, confert & euadit, ſed oportet q̃ comedat & bibat huiuſmodi uice poſt uicem,deinde uomat, iterum comedat & bibat & euomat.Et hoc quidem eſt mel acutum, adeo quod quando odoratur,commouet ſternutationem. Miſcetur autem hoc mel cum coſto, & linitur inde impetigo,& curat eam,& admiſcetur cum ſale,& curat liuores qui fiunt à percuſſione.

D

DE AMBRA. CXCVI.

HAmbra,id eſt Ambra. Dicitur quod naſcitur in mari,& generatur in eo ſicut generatur ſpecies fungorum in terra,& quando mare turbatur, eijcit à fundo eius lapides magnos, & cum eis eijcit fruſta ambræ. Et plurimum quod ex ea egreditur, ex mari eſt,in terris Zin, in Occidente, & illa defertur almahadiæ, deferunt namq̃ ipſum illuc homines, qui nominantur Miheræ, id eſt ueloces, quando nouerint q̃ mare eorum eijcit ambram. Melior autem ex ambra eſt illa,quæ reperitur in inſulis illarum regionum,& in littoribus illis, cuius figura eſt rotunda coloris cœleſtini.Illa uero quæ eſt alba ſicut ouum ſtrutionis, eſt mala. Et ex ea eſt quam deuorat quidam piſcis magnus,qui dicitur Azel, qui quando tranſglutiuerit eam, occiditur ab ea,& natat ſuper aquas maris mortuus,quem uidentes homines de Zing, proijciũt ſuper eum uncos ferreos & funes, & extrahunt ipſum à mari, & extrahentes ipſum, extrahunt ambram ex uentre eius,& eſt ambra non bona, maxime quæ in uentre reperitur,& nominant eam apothecarij Perſidę mandi,uerum illa quę reperitur iuxta ſpinam dorſi eius,eſt pura & munda multum,& bona ualde,& hoc ſecundũ quantitatem moræ quam facit in uentre piſcis. Aben meſuai.) Eſt calida & ſicca, & fortificat cerebrum,& corroborat ipſum,& ſenſus omnes,& cor,& confert ſenſibus,& frigidis complexione ualde.

DE LIGNO ALOES. CXCVII.

HOad, id eſt lignum aloes. Dioſcorides.) Agaloian eſt lignum quod defertur ab India,& à terris Arabum,habẽs odorem bonum, & corticem uelut corium, cuius odor eſt bonus,in cuius ſapore eſt amaritudo,& ſtipticitas, & maſticat, ut bonum inferat odorem ori. Eſt autem conferens multum habentibus ægritudinem in epate,& ad diſſenteriam,& ſedat dolorem lateris, & eſt ex fumigijs, & datur ex eo aureus unus,& remouet putredinem à ſtomacho,& fortificat ipſum, & quando bibitur cum aqua,confert doloribus lateris & epatis, & hulceribus inteſtinorũ,& toſionibus uentris. Galenus in translatione Albatarich.) Algaloyan eſt lignum aloes indum,habens odorem bonum,quod quando maſticatur, aromatizat os,& adminiſtratur

A miſtratur in dentifricijs ad faciendũ odorem oris bonum,& eſt de fumigijs, & quando bibitur ex ligno eius drachma una & dimidia,expellit humiditatem corruptam à ſtomacho,& eſt bonum habentibus ægritudines epatis, & habenti diſſenteriam, & ſedat dolorem laterum. Abohanifa.) Dicitur quod in Arabia, ſiue in terris Arabum non naſcitur ex planta eius aliquid, uerum lignum. Neuig quod ibi naſcitur, appropinquat aliquibus ſpeciebus eius. Melius uero eſt Indum, & quamuis plures eius ſpecies ſint in India, una tamen ex ſpeciebus eius habet cõmunitatem cum eis in hoc nomine,adeo quod non dignoſcitur,niſi per hoc, unde ſicut ſi nomines myrobalanos nigros Indos, & reperitur ex ligno aloes Indo in inſula quę dicit Fimua, in India, & melius ex eo eſt nigrum, trahens ad uarium colorem, habens multam aqueitatem,graue,durum,groſſum,in quo nulla eſt albedo, & quod remanet multum ſuper ignem,& poſt ipſum eſt Monduni, & eſt denominatũ à terra Indiæ,quæ dicitur Mondel,& poſt ipſum eſt Seifi, & eſt de bonis ſpeciebus ligni aloes, & ſubmergitur in aquam propter ſuam bonitatem & grauitatem,&ex iſto eodem melius eſt groſſum, in quo eſt aquoſitas multa, &poſt iſtud eſt Alkumeri, eſt nãq̃ minoris bonitatis quàm Seifi,& ab Alkumeri uſq̃ ad Seifi ſunt tres dietæ itineris ſpacio.Melius uero ex ipſo Alkumeri eſt nigrum, mundum, ad albedinem ponderoſum, diu permanens ſuper ignem,ſed cum hoc eſt minus bonũ quàm Seifi. Chealfetebeni.) Melius ex ligno aloes eſt illud quod defertur ab India, & poſt ipſum eſt Seifi,& ſignum in hoc eſt,quod in ipſo eſt aliquantulum luti,& hoc ideo, quia ſepeliũt ipſum in terris Siri,& poſt ipſum eſt Alkumeri,& ſunt duæ ſpecies,quarum una dicitur kachile,& eſt melior altera,& alia dicitur ſufori,& eſt minoris bonitatis,& poſt ipſum eſt Seni,& eſt in eo ſuperfluitas humida, & ipſum eſt minus bonũ quã Seifi, & poſt eſt albel quod defertur ex terris Sufellæ,& eſt ſimile ſpeciebus ligni aloes alijs, præter illas de Seni, & poſt ipſum eſt alhabeli, & eſt in maioribus fruſtis quàm aliquod aliud ex ligno aloes. Nam ex ipſo fiunt pectines, & tãbulæ, & dicunt quod lignum

B aloes inciditur ex arbore ſua,& ſepelitur per annum unum. Corroditur igitur à terra quod non eſt lignum aloes,& remanet lignum aloes purum,ita quod terra non minuit de ipſo aliquid,& dicunt quod reperiuntur fruſtula ligni aloes inter alias ſpecies Medicinarum, & dicunt quidam quod ramuli ex arboribus ligni aloes frangũtur in terris illis,& cadunt in fluminibus,& currunt cum eis,& deferuntur per regiones,& dicunt quod aheruma eſt fructus eius arboris,& figura eius eſt ſicut piper minutum, niſi quia eſt coloris rubei, & nominatur piperella. Atabari.) Eſt calidum & ſiccum, ſtipticũ, ſtringit uentrem, corroborat uiſcera propter uirtutem ſtipticam quæ eſt in eo cum aromaticitate, & eijcit ſuperfluitates humiditatum corruptarum à corpore. Raſis.) Eſt calidum & ſiccum, & eſt bonum ſtomacho humido. Iſaac eben amram.) Eſt calidum & ſiccum in ſecundo,& eſt bonum cerebro,& fortificat uiſcera, & expellit ſuperfluitates humidas, & facit deſcendere phlegma à cerebro, quando fit ſuffumigatio cum eo, & maxime illud phlegma quod generatur in uaporibus aſcendentibus à ſtomacho,& expellit uentoſitates, aperit opilationes,ſtringit uentrem, prohibet fluxum urinæ qui fit à frigore & debilitate ueſicæ. Paulus.) Lignum aloes habet bonum odorem, aromatizat os,& eſt fumigium,& quãdo bibitur ex eo drachma una & dimidia, expellit humiditatem corruptã quæ eſt in ſtomacho,& corroborat ſtomachum, & confert habenti ægritudinem in epate ſuo,& diſſenteriam,& ſedat dolorem membrorum.

DE PRASIO. CXCVIII.

FArafio, id eſt Praſium. Dioſcorides.) Eſt herba habens ramulos multos egredientes ab una radice,& ſuper ipſos eſt borra pauca, cuius color eſt albus, & uirgæ eius ſunt quadratæ,& folia eius ſunt in longitudine pollicis,obrotunda,rugoſa, ſeu aſpera,ſuper quæ eſt borra,& ſemen eius & flores ſunt diuiſa per ramos, & flos eius eſt rotundus,ad aſperitatem tendens. Naſcitur in campis & ædificijs domorum.

Galenus.) Sapor eius eſt amarus. Et uirtus eius prima eſt calida in ſecundo gradu,ſicca in tertio, in medio eius uerſus finem. Et ſecunda uirtus eſt, quæ abſtergit &

C resoluit. Et tertia est uirtus quæ aperit opilationes eparis, & splenis, & mũdificat pul
monem & pectus per screatũ, & prouocat menstrua quando bibitur, & quando ap
ponitur exterius, abstergit & resoluit, & ipsum quidem, quando est siccum, decoqui
tur in aqua cum semine suo, sed quando est humidum, teritur & exprimitur succus
eius, & succus quidem qui accipitur ex folijs eius, postq; est desiccatus in sole, resolui
tur in melle, & administratur ad uisum acuendum, & fit cum eo sternutatorium ic
tericis ad mundificandam infectionem coloris eorum, & admiscetur cum Medicinis
ad dolorem auris antiquum, & administratur quando necessariæ sunt Medicinæ,
quæ aperiunt & mundificant instrumentũ auditus, & partes quæ ueniunt cum ner
uis à duobus panniculis cerebri, ad perficiendũ auditum. Dioscorides.) Folia eius
quãdo desiccantur & coquuntur in aqua cum semine suo, & potatur aqua illa cum
melle, confert habentibus hulcera in pulmone, & asma, & tussim, & admiscetur ei
radix ireos sicca, & eradicat superfluitates à pectore, & utuntur ea mulieres ad prouo
canda menstrua, & ad educendam secundinam & partum, & datur in potu illi qui
sumpsit Medicinam mortiferam, uerum ipsum nocet renibus, & uesicæ, & quando
fit emplastrum cum folijs & melle, mundificat hulcera sordida, & euellit panaricũ,
& carnem putridam, & sedat dolorem lateris, & succus qui accipitur ex folijs eius re
centibus, desiccatur in sole, & facit hoc, & quando fit collyrium cũ eo, & melle, acu
it uisum, & extrahit humorem qui facit croceum colorem in ictericorũ oculis, facto
cum eo caputpurgio, & quando distillatur in auré solus, aut cum oleo rosaceo, con
fert dolori auris, & quando admiscetur cum melle, confert ægritudinibus neruo
rum. Paulus.) Quando fit emplastrũ ex eo, & marubio cũ sale, cõfert morsui canis rabidi.

DE FELENG. CXCIX.

D FEleng. Aben mesuai.) Similatur grano sinapis, & ingreditur in unguentis odo
riferis, est calidum & siccum, & habet odorem bonum. Atabari.) Feleng est ca
lidum & siccum, resoluit, & est in eo aliqua uirtus stiptica. Rasis.) Est calidum &
siccum. Isaac eben amram.) Ingreditur in Medicinis odoriferis, & est calidum &
siccum. Aperit opilationes capitis, fortificat cerebrum, & est in figura sua sicut granũ
sinapis & maius, & habet ligna parua sicut nodi, & melius ex eo est maius, & fortio
ris odoris, & grauis: deterius uero est leue, nigrum, & ipsum resoluit, & est in ipso de
stipticitate. Mesеacha.) Est calidum in secundo gradu, & uirtus eius est diuersa in
resolutione & stipticitate.

DE FAGRE. CC.

FAgre. Aben mesuai.) Fagre assimilatur ciceribus, & est calidum & siccum in se
cundo gradu, & ingreditur in Medicinis quæ præparãt stomachum. Isaac eben
amram.) Fagra assimilatur ciceri, & habet interius granũ paruum, nigrum, rotun
dum, deforis uero rubeum, & ex succo eius fit collutio ad fetorem oris, & confert, &
nos utimur eo in nodach, id est, in puluerizationibus & unguentis.

DE ALOE. CCI.

SAber, id est aloes. Dioscorides.) Planti ipsius habet folia similia folijs squillæ,
in quibus est humiditas uiscosa multa, tenax, adhærens manui, & sunt latiora fo
lijs squillæ parum, & quasi rotunda, & inclinatur ad posteriora, & sunt in eis spinæ,
quæ egrediuntur ab eis, breues & raræ, & habet stipitem similem stipiti aphodilli,
& habet florem album, & semen similiter simile semini aphodilli, & tota herba hã
bet odorem grauem, saporem amarum multum, & radix eius est una similis canicu
læ ligneæ, & nascitur in terris Indiæ, & inde defertur succus eius. Nascitur etiam de
ea in terris Arabum, & in terris dictis Atima, & in maritimis, & riparijs, & in insulis
quæ dicuntur Antaros, & non solum succus seu gummi eius est iuuamenti magni,
sed etiam folia eius, nam quando ipsa teruntur, & ponuntur super uulnera, faciunt
ea adhærere. Succi autem eius, id est aloes, sunt duæ species, quarum una est arenosa,
& est fex, & alia est epaticum. Illud autem aloes quod est melius, est illud quod est
glutinosum, non habẽs in se lapides, splendidũ, ad rubedinem declinans, cito fran
gibile, & fortiter amarũ, & quando super ipsum anhelatur, cito humectatur, habens
odorem

A odorem bonum, & calidum, uelut aromaticum, sed illud quod est nigrum, durum
ad frangendum, est adulteratũ cum gummi, sed ipsum decernitur per saporem ama
ritudinis, & per odorem fortem, & quod non confringitur digitis, quando fricatur
in partes minutas, & quidã sunt qui admiscent ei acaciam. Radix autem huius plan
tæ uulneratur, & egreditur inde lachryma quæ colligitur, & folia eius conteruntur
cum tota planta, & exprimitur succus qui desiccatur & reponitur. Galenus.) Sapor
eius est amarus, amaritudine forti, cum stipticitate pauca. Et uirtus eius prima, est uir
tus quæ calefacit in principio secundi gradus, & desiccat in tertio, & secunda est quę
incarnat, & abstergit, abstersione pauca, & accidit ex paucitate mordicationis eius,
quod non mordicet uulnera munda, & tertia est, quæ conglutinat fistulas, & incar
nat hulcera difficilis cõsolidationis, maxime ea quæ fiunt in ano & uirga, & confert
apostematibus quæ fiunt in his locis, quando dissoluitur in aqua, & fit linitio cum
eo, similiter incarnat uulnera. Et uniuersaliter quidem ipsum prohibet humores qui
fluunt ad locum, & resoluit illos qui fluxerũt, & confert apostematibus qui fiunt in
ore, & naribus, & oculis, & facit descendere stercus ex uentre, & confert stomacho
plus omni alio laxatiuo, & dixit in conseruatione sanitatis, quod de uirtute aloes est
quod expellit choleram, & dixit in secundo Almaiemir, quod aloes non ablutum,
est plus laxatiuũ quàm ablutum. Nam in ablutione amittit de uirtute laxatiua satis,
& elongat eum ablutio adeo à uirtute Medicinæ, quoúsq; non calefaciat, & dixit q
in aloe est uirtus laxatiua, non tamen fortis, sed quantitas in eo tanta est, quod laxat
& educit id quod est in uentre, & si datur de eo plus, procedit uirtus eius usq; ad epar,
sed quod aloes sit ex Medicinis quæ purgant corpus tantum, hoc non est uerum, &
dixit quod aloes est de melioribus Medicinis illi qui habet in stomacho cholerã, &
dolorem, adeo quod multos curet una die ex hoc, & dixit oportet quod scias quod
habentes ægritudines in stomacho & uentre ab humoribus, iuuant Medicinis quæ
sumuntur cum aloe, & dixit iterum q aloes non potest extrahere humiditates gros
B sas, propter debilitatem uirtutis laxatiuæ quæ est in eo, sed quando admiscetur cum
Medicinis subtilibus, fortificat ipsum in operatione sua, & dixit in libro, in quo ipse
monstrauit, quod dispositio animæ sequitur complexionem corporis, quod uirtus
aloes est laxatiua, & corroborat stomachum, & consolidat uulnera humida, & clau
dit hulcera quæ sunt in cute, & consolidat ea, & desiccat oculum humidum. Et dixit
alibi iterum, q desiccat oculos humidos, & dixit in tertio Medicinarũ simplicium,
q aloes quando lauatur lauatione forti, aut non laxat, aut laxat debiliter, quoniã id
quod est in eo de uirtute laxatiua, abluitur & separatur ab eo. Dioscorides.) Virtus
eius est stiptica, desiccatiua, facit dormire, condensat corpus, & quando de ipso bibi
tur paclanarion cũ aqua frigida, aut tepida, tepiditate lactis, statim multũ laxat uen
trem, & mundificat stomachum, & quãdo bibitur de eo. iij. onolosat, aut drachma
una cum aqua, abscindit sputum sanguinis, & mundificat ictericiam, & quando fiũt
cum eo pillulæ cum resina pini, aut cum aqua, aut cum melle, laxat uentrẽ, & quan
do sumuntur de eo drachmæ. iij. mundificat complete, & quãdo miscetur cum alijs
laxatiuis, prohibet nocumentum earum à stomacho, & quando puluerizatur super
uulnera, conglutinat ea, & incarnat hulcera, & prohibet ea dilatari, & consolidat, &
curat hulcera proprie, & conglutinat aphahacuæ, & kabarsamithæ, & quando dis
soluitur cum uino dulci, curat emorrhoidas & scissuras ani, & abscindit sanguinem
emorrhoidarũ superpositũ, & incarnat panariciũ hulceratũ, & abscindit fluxum san
guinis, & quando miscetur cum melle, aufert liuores qui fiunt sub oculis ab ictibus,
quorum color est color melongenæ & uiolæ, & aufert pruritum oculorum & lach
rymas, & quando dissoluitur in aceto, & oleo rosaceo, & linitur frons, sedat dolo
rem capitis, & quando dissoluitur in uino, retinet capillos fluẽtes, & quando misce
tur cum melle & uino, confert apostematibus faucium, & radicis linguæ, & gingiua
rum, & aliarum partium oris, & hulceribus eorũ omnibus mire iuuat, & ingreditur
in collyrijs oculorũ. Affatur aũt super tegulam mũdam, super carbones positã, & re
uoluitur sæpe, donec unius coloris apparet, & fit ab omni parte affatũ, & sic admi

C nistratur in collyrijs oculoꝝ,& abluitur donec separãtur ab eo partes arenosæ, quæ sunt in ipso, quia non est iuuamentũ in eis, & donec reperitur clarum & mundum.

Alfersei.) Auget acuitatem in corporibus,& est bonum doloribus iuncturarum & podagræ, quando apponitur exterius, & laxat, quando sumitur interius, humores eorum. Paulus.) Aperit orificia uenarum, quæ sunt in ano. Alchanzi.) Arabicum, linitur super apostemata,& est melius in hoc quàm citotrinum, & citotrinum non apponitur in unguentis omnino, nec Arabicum in potionibus. Mehererit.) Nocet epati & fistulis. Aben mesuai.) Confert oculis,& desiccat corpus,& liniunt cum aqua eius scissuræ manuum,& confert, & de proprietate eius est ꝙ mundificat stomachũ & caput ab humoribus grossis, & intestina à stercore, & mollit uentrem, & aufert ictericiã, sed ipsum nocet ano, & generat hemorrhoidas,& quãdo aliquis uult illum sumere, misceat ipsum cum mastice, aut abluat ipsum cum aqua specierũ, sicut spicæ masticis, affari, xilobalsami, carpobalsami, cinamomi, cassię, & similium istis. Modus assumptiõis eius est, quod teratur bene, ita quod possit uillis stomachi adhęrere, & purgat plus, & attrahit humores à cerebro propter moram eius quàm faciet in stomacho, & dosis eius est à drachma una usq; ad duas, secundũ uirturem recipientis, aut debilitatem. Habix.) Qui uult esse solicitus in præparatione eius, accipiat ex eo libram unã trito & cribrato, deinde accipiat ex absinthio bono quantitatem libræ,& de speciebus ierę pigræ de qualibet ana, drachmas tres, teratur crocus per se,& species coquantur in libras duas aquæ, donec cõsumatur medietas, deinde coletur & ponatur aqua illa colata in uase uitreo, deinde ponatur aloes super tabulam marmoream, uel uitream,& teratur in sole tritura forti, & ponatur in paro pside munda uitreata, cum tanto aquæ specierum, in qua imbibatur & cooperiatur cum panno spisso mundo,& dimittatur in sole donec desiccetur aqua, deinde tere, secundo,& imbibe cum eadem aqua,& dimitte siccari,& tam diu facias hoc donec totam aquam illam biberit, ultimo igitur tere bene ipsum, & tunc adde crocum, & D commisce bene,& repone in uase uitreo,& obtura,& liga os uasis. Et dosis eius est à drachma una usq; ad duas,& quando aloes ueteraſcit, fit nigrũ, & minuitur acuitas eius,& in abluto etiam cõtingit hoc citius. Hunaim.) Est laxatiuum,& mel quando admiscetur ei, minuit de uirtute laxatiua,& attractiua à longinquis membris.

DE CARTAMO. CCII.

KArtam, id est cartamus. Est ex eo siluestris & domesticus. Dioscorides.) Domesticus habet folia longa, alta, aspera, spinosa, & diuisa, & habet stipitem longitudinis duorum brachiorum spinosum,& super eum sunt capitella in magnitudine oliuæ maioris, in quibus est flos croceus, similis croco,& habet semen album & subrubeum, oblongũ, angulosum, & quod de ipso administratur ad uentrem soluendum, est semen solum. Galenus.) Eius uirtus prima calefacit in secũdo gradu, quando administratur exterius. Dioscorides.) Ponitur semen eius in cibo, & exprimitur succus eius,& miscetur cum hydromelle, aut cum iure pullorũ, & laxat uentrem, sed est malum stomacho,& conficitur postquam est excoriatum cum amygdalis & aniso,& nitro,& melle cocto, & fit inde sicut elacterium quod purgat uentrem, & oportet quod accipiatur de eo duo uel tria frusta in quantitate nucis ante cibum, & in hunc modum non nocet stomacho, sed confortat digestionem. Et modus confectionis eius est sic. Accipiatur de cartamo albo kist.i. de amigdalis mundatis,& assatis.iij.onolosat,& de aniso drachmas.ij.& de nitro drachmas.ij.& carnes interioris ficuum pinguium.xxx. de melle autem tantum, quantum necesse est ad confectionem. Succus cartami coagulat lac,& facit ipsum amplius laxatiuum, quidam uero cum succo eius admiscent ex melle & amygdalis, & aniso, aut miscẽt cum aqua hordei, aut pulli, & datur in dissenteria, & dicunt multum conferre, & quantitas quæ de eo datur, cum his admixta est drachmæ sex.

Sed cartamus agrestis, est spina similis spinæ cartami domestici, nisi quia folium eius est longius folio cartami satis, & folia eius nascuntur in summitate uirgarum eius, & quod remanet ex uirga, est sine folijs, & mulieres utuntur eius uir-

ga pro

A ga pro fuso, & super summitatem uirgæ est capillositas spinosa, & flos croceus,& radix eius est subtilis, in qua nullum est iuuamentum. Galenus.) Virtus huius spinæ desiccat,& calefacit temperate. Dioscorides.) Quando terũtur capilli eius aut flos,& bibuntur cum pipere & uino, conferunt puncturæ scorpionis. Et quidam dicunt, quod si percussus à scorpione tenuerit radicem eius in manu, non sentiet dolorem,& quando proijciet eam, sentiet. Mesarugie.) Flos chartami est crocus hortulanus, et est stipticus, calidus cum temperamento, qui si teratur cum aceto, et liniatur super imperiginem, aufert eam omnino,& quãdo cum melle & eo linitur super cula quæ fiunt in ore infantium, curat ea. Atabari.) In croco hortulano est quantitas stipticitatis pauca,& agrestis est calidior & siccior. Rasis.) Est calidus,& est bonus impetigini & chaalaf. Aben mesuai.) Agrestis quando teritur cum aceto, & liniatur cum eo impetigo, expellit eam,& quando teritur & miscetur cum aceto, & liniatur super linguam puerorum, expellit culla. Mesęha.) Cartamus coagulatum lac dissoluit,& dissolutũ coagulat. Aben mesuai.) Cartamus laxat humores adustos, & grossos,& est malus stomacho,& proprietas eius aquæ est, quod laxat phlegma, & similiter facit medulla eius. Et dosis eius est drachmæ uigiti, cũ media libra aquę calidæ, quando proijcitur super eam,& colatur, et ponantur in ea drachmæ decem penidiorum. Sed agrestis est calidior, et siccior ꝙ domesticus, plus abstergens phlegma uiscosum, et mundificat stomachum et pectus.

DE KVLKASIA. CC.III.

KVlcas, id est, kulkasia. Galenus.) In sapore radicis huius plantæ est amaritudo, & stipticitas pauca. Et uirtus eius prima est calida in secũdo gradu, et quãdo coquitur, confert stomacho, et prouocat urinã. Dioscorides.) Radix huius plantę coquitur, et habet saporẽ bonũ, et est bona stomacho, et incitat appetitũ, et puocat urinam. Aben mesuai.) Radix huius plantę est calida et humida, et auget in spermate.

DE CVCVMERE ASININO. CCIII.

B KEphe alliemar, uel kate alheniei. Dioscorides.) Ista planta est diuersa à planta cucumeris domestici in fructu eius solum, quoniam ipsę est minor satis cucumere domestico, et est figura sua similis glandi longæ, et folia et rami eius assimilantur folijs et ramis domesticis, sed radix eius est magna et alba, nascitur in rupibus et campis arenosis, et plurimum quod de eo administratur, est succus fructus eius et radicis et foliorum. Galenus.) Succi fructus eius substãtia est subtilis, et sapor eius est amarus. Et uirtus eius prima calefacit in secundo gradu. Secunda abstergit, et mollificat, et resoluit. Et tertia prouocat menstrua, et interficit fœtum, quando fit cum eo nasale,& quando fit ex succo ipso unguentum cum melle, aut cũ oleo ueteri, apostemati bus gutturis intrinsecis, confert,& quando fit capurpurgium cum eo & lacte, cõfert ictericiæ, & similiter quando administratur in hunc eundem modum habenti sodã, quæ dicitur ouum, curat eam. Et succus radicis & foliorũ est similis succo fructus, uerum est debilior eo,& uirtus radicis est similis huius, sed cortex radicis est magis desiccatiuus ꝙ radix. Dioscorides.) Succus huius herbæ quando distillatur in aurem, confert dolori eius,& quando fit cum radice eius emplastrum cum sauich hordei, resoluit omne apostema phlegmaticum antiquũ,& quando ponitur super apostemata saniosa, cum glutino alborin, aperit ea,& quando coquitur cum aceto, et fit emplastrum cum ea, confert podagræ,& quando cũ decoctione eius fit clistere, confert sciaticæ,& si fiat collutio oris, confert dolori dentium, et quando administratur desiccata,& sicca,& trita, mundificat impetiginem,& scabiem hulcerosam, & morpheam,& uestigia nigra quæ remanent post consolidationem hulcerũ, & sordicies quæ fiunt in facie, quando accipitur de succo radicis eius onolosat.i.& semi ad minus,& de cortice eius iiij.aesne, laxat cholerã & phlegma, & proprie in corporibus hydropicorũ, absq; eo ꝙ inferat nocumentũ stomacho, & accipiatur de radice eius libra media,& teratur cum duobus kist uini, maxime Babylonici,& misceatur bene & teratur cum eo,& detur hydropico onolosat iij.in ieiunio qualibet die, donec minuatur uentris tumor diminutione forti,& educatur aqua quæ est in uentre eius.

C Sed quod dicitur elacterium, fit ex fructu eius cucumeris amari in hunc modum. Accipe de cucumeribus iſtis anteqũ ueniant ad plenam maturitatẽ, & coacerua eos, & dimitte ſic nocte una, poſtea in meridie pone coram te uas, et pone ſuper cribrum non ſpiſſum, & reſupina ſuper ipſum cultellũ, ita ꝙ acuties ſit deſuper, & accipe cucumeres ſingulariter unumquenq; per ſe, & pone ſuper cultellũ, et ſcinde per mediũ, et exprime ipſum donec egrediatur totũ quod cõtinetur in eo de humiditate, & cadat in ſubiectũ uas, & quod remanet de carne cucumeris ſuper cribrũ, exprime fricando donec pertranſeat per foramina cribri, & deſcẽdat in uas, quod autem remanſerit in manu tua, aut ſuper cribrũ de ſubſtantia cucumeris, pone in uaſe alio, ita ꝙ quãdo expleueris opus, pone id iterũ ſuper cribrũ, et proijcias ſuper ipſum aquã dulcẽ, et expri mas bene, & poſt proijcias, deinde mone quod eſt in uaſe ex ſucco, & cooperi cum panno, & quando ſeparatũ fuerit ſubtile à ſpiſſo, proijce aqueũ ſubtile quod ſupernatat cum facilitate, & facias hoc ſæpe, donec ibi nihil reperiatur aquæ, quod autem remanſerit, pone in mortario mundo, & tere tamdiu, donec inſpiſſetur, & fac trociſcos, & ſerua. Sunt autẽ quidã, qui accipiunt cinerem cribratũ, & ponunt eum ſuper terrã, & faciunt in eo foueam, & accipiunt pannũ, & plicant eum tribus plicaturis, et ponunt eum ſic triplicatũ ſuper cinerem extenſum, deinde proijciunt ſuccũ in foueã illã ſuper pannũ, nam aquoſitas ſic cito ſeparatur à groſſicie & exiccatura cinere ſubtracto, illud autẽ quod remanet ſuper pannũ, ponunt in ſalaia, & terunt, & faciũt trociſcos, ut dictũ eſt. Et quidam proijciũt ſuper cucumeres aquam marinam pro aqua dulci, & ſic abluunt, & quidam abluunt eos poſtea cũ melicrato. Melius autẽ elacterium eſt illud, quod uergit ad colorem albũ, lene, amarũ, humidum, & quando appropinquat lumini, accenditur. Sed illud quod habet colorem porri, aſperũ, liuidũ, grauidum, aut plenũ orobo, aut cinere, & propterea quia eſt adulteratum, eſt malũ, quidam etiam adulterant ipſum, admiſcentes ei ſuccũ cucumeris domeſtici, & quidam admiſcent cũ ſucco cucumerorum domeſticorũ amilum, ut aſſimiletur bono in albedine & leuitate, & elacterium iſtud ſuper quod tranſiuerint anni duo, uſq; ad decem, eſt conueniens purgationi uentris, & doſis eus cõpleta eſt onoloſat .i. & ad minus medietas eius, ſed pueris non detur niſi pondus ij. keſtuf, quia plus nocet eis, ſimiliter etiam ſenibus. Iſtud igitur elacteriũ facit hominẽ euomere phlegma, & choleram, & ſimiliter per ſeceſſum educit ea, & confert aſmaticis, & ſi tu uis laxare uentrem cũ eo, admiſce ei de ſale armoniaco tantũ, ꝙ mutet colorẽ parũ, & fac inde pilulas in quantitate granorũ orobi, & tribue, deinde bibat poſt ex aqua calida quantitatem .i. conos, ſed ſi uis uomitũ prouocare, diſſolue ipſum cũ aqua, & poſtea accipe de ipſo cũ pluma, & pone in radice linguæ ſuperius, ſed ſi homo fuerit durus ad uomendum, diſſolue cũ oleo cõmuni, aut cũ oleo de lilio, & eſt prohibendus qui illũ acceperit, à ſomno omnino. Si autẽ uomitus ſuperfluit, detur in potu uinũ cum oleo quia ſedabit uomitũ, ꝙ ſi cum hoc non ſedatus fuerit, detur ſauich hordei cum aqua frigida, aut acetũ aqua mixtũ, ſeu da ei in potu ex rob. uel ſucco aliquorũ fructuum, ſicut malorum, uel aliorũ qui poſſunt reſtringere. Et elacterium quidẽ prouocat menſtrua, & occidit fœtum, quando fit naſale cũ eo, & quando fit ſternutatoriũ cũ eo & lacte, confert ictericię, & ſedat doloꝛẽ capitis antiquũ, & quando fit cũ eo emplaſtrũ & oleo ueteri, aut melle, aut felle tauri, confert ſquinantiæ iuuamentum maximum.

Aben meſuai.) Proprietas cucumeris aſinini eſt, ꝙ purgat aquã citrinam abſq; nocumento ſtomachi, & purgat phlegma, & melior ex eo eſt oblõgus, amarus fortiter, et rectificatio eius eſt, ꝙ accipiatur cũ aqua mellis cocti, aut cũ rob. Doſis eius eſt à iiij. kirat uſq; ad v. & proprietas ſucci eius eſt ſicut proprietas ſubſtantię eius, et electus ex eo eſt albus, leuis, amarus, qui quando appropinquauerit igni, inflatur cito, & doſis eius eſt à kirat ij. uſq; ad tres, cum amilo & aqua mellis. Habix.) Eſt calidus in ſecundo gradu, acutus multũ, plus q̃ cõloquintida, & amarus plus ea, & qui uult colligere cucumeres ipſos ex planta, colligat eos in fine æſtatis, intrante hyeme, & accipiat citrinos, & illos qui euelluntur cito, & melior planta eſt, in qua ſunt cucumeres plures, & quæ habet multum ſuccum, & ipſe & ſuccus eius eſt elacteriũ, uterq; laxat humores groſſos, & melancholiam, quando miſcetur cũ alijs Medicinis, & laxat aquã citrinam. Et Medicinę quę conueniunt ad miſcendum ei, ſunt aloes, ſuccotrinum, & centaurea minor & maior, & hermodactyli, & buzeiden, & kamepitheos, & coſtus & myrrha, & crocus, & ſpica, & cinamomum, & ariſtologia rotunda, & aſſarum, & ſemen apij montani, & domeſtici, & ſerapinum, & turbith, & bdellium, et ſal Indũ, & carpobalſamum, & granum nil, et quando admiſcetur cum his Medicinis, aut cũ aliquibus eatum, confert doloribus iuncturarum, podagræ, & colicæ, & doloribus melancholicis, torturæ oris, & infrigidationi pedum & manuũ, & eſt Medicina magna, ſiue fiat inde emplaſtrum, ſiue pillulæ, & quando facis pillulas ex eo, non conſulo ꝙ apponas cum eo ſcamoneam, aut coloquintidam, quia pillulæ non deſcendunt cito, & remanet diu de uirtute elaterij in ſtomacho, quare ſi cum eo remanet de uirtute aliorum laxatiuorum fortiorum, eſſet periculoſum, elacteriũ uero deſcendit in tempore breui, & nõ facit moram in ſtomacho longam, et ideo bonum eſt ne admiſceatur de alijs Medicinis acutis cum elaterio in pillulis, quia grauarent naturam fortiter. Et modus operis elacterij eſt, ꝙ eligantur cucumeres qui ſunt citrini in ſua arbore, & exprimantur expreſſione ſine contritione in mortario, nec teratur cũ eis grana ſua, & aqua quę egreditur cum tota ſubſtantia groſſa, ponatur in uaſe, et dimittatur reſidere groſſum, deinde abijciatur ſubtile, reliquum uero ponatur in panno groſſo, & ſuſpendatur cum panno illo, donec diſtillet ex eo reſiduum aquę ſubtilis, & remaneat ſubſtãtia groſſa pura, deinde extende ipſum cum panno toto ſuper cineres in quibus non ſunt lapides, donec exiccetur aliquali exiccatione, deinde auſer à panno, & extende ſuper tabulam in umbra, donec deſiccetur deſiccatione completa, deinde collige, & miſce cum Medicinis ſecundum quod diximus. Et quãtitas quæ de ipſo datur forti, eſt cum alijs Medicinis à medio dauic uſq; ad .i. & ſi frangere uis acuitatẽ eius, quando ponis ipſum in pillulis, tere cum eo quantitatem ponderis eius ex gummi Arabico, & medietatem ponderis eius ex bolo Armeno, ſed quando B ponis ipſum in elacterijs, oportet ꝙ frangas acuitatem eius etiam. Sed quando elacterium antiquatur, minuitur acuitas eius, & facit ſuam operationem, & ex illis quæ minuunt acuitatem eius, eſt gummi amygdalarum amararum & dulciũ, & qui decoquit elacterium cum oleo ſiſamino, & ungit cum eo emorrhoidas quæ apparent in ano, curat eas, & loco olei ſiſamini poteſt poni oleum de lilio, & qui diſſoluerit ipſum cum lacte, & linierit nares, attrahit humiditates plurimas à capite.

DE CALAMO AROMATICO. CCV.

HAſabel derrire, id eſt, calamus aromaticus. Dioſcorides.) Naſcitur in India, et melior ex eo eſt, cuius color eſt ſicut hyacinthus, et habet nodos ſpiſſos, et quando cõtunditur, habet in ſe neruoſitates, & canna eius eſt plena cuiuſdã rei, ſimilis texturę araneæ, cuius color eſt albus, & eſt uiſcoſa. Galenus.) In ſapore eius eſt acuitas, & punctio pauca, & ſtipticitas pauca etiã. Et ſubſtantia eius eſt cõpoſita ex terrea & aerea, & ſunt ambæ temperatę æqualiter, & eſt in eo cũ hoc res ſubtilis. Et uirtus eius prima eſt quæ calefacit, & deſiccat in ſecundo gradu, & deſiccatio eius eſt amplior ſua calefactione. Et ſecunda eſt uirtus quę ſubtiliat & fortificat. Et tertia prouocat urinam prouocatione bona, & cõfert quãdo ponitur in emplaſtris epati & ſtomacho, et in medicinis cũ quibus emplaſtratur matrix, quãdo uolumus prouocare menſtrua, quando nanq; admiſcetur cum Medicinis ad hoc, confert iuuamentum magnum.

Dioſcorides.) Stipticus, & eſt in eo acuitas, & habet odorem bonum, & quando bibitur, prouocat urinam, & ideo coquitur cum gramine, aut ſemine apij, cõfert hydropiſi, & egritudinibus renum, & diſtillationi urinæ, & habenti deſiccationẽ neruorum, & quando bibitur, aut ſit naſale cum eo, prouocat menſtrua, & curat tuſſim quãdo fit fumigium cum eo ſolo, aut cum terebinthina, & attrahitur fumus eius per cannulam immiſſam ori. Et quando decoquitur, & ſedent in eo mulieres, cõfert doloribus matricis, & ipſe ingreditur in aliquibus unguentis cauſſa aromatizandi ea.

Habix.) Confert liuoribus qui fiunt à percuſſione, & reſoluit apoſtemata, quando fit emplaſtrum cum eo.

De reu.

C

DE REV. CCVI.

RAued,id eſt,reu. Dioſcorides.) Eſt radix nigra,lata,ſimilis centauteæ maiori, niſi quia eſt breuior ea,leuis,ſine odore, cuius color eſt ruffus, prope colorem ſanguinis,uel croci quando maſticatur,& eſt uelociter frangibilis,& melior ex ea eſt illa,quæ non eſt perforata,quæ quando maſticatur,apparet color eius citrinus uerſus colorem croci,& eſt amara. Galenus.) Subſtantia eius eſt compoſita ex duabus ſubſtantijs,ſcilicet,aerea ſubtili,& frigida terrea,& in ſapore eius eſt ſtipticitas,et acutas,& punctio. Et uirtus eius prima eſt calida. Secunda ſubtiliat. Et tertia curat conquaſſationes quæ accidunt neruis,& humores,& impetiginem,quando linitur locus cum eo & aceto,& confert aſmati,& ſputo ſanguinis,& fluxui uentris,& inteſtinorum hulceribus. Dioſcorides.) Quando bibitur,confert uentoſitati & debilitati ſtomachi,& magnis doloribus & apoſtematibus ſplenis,et doloribus epatis et renum,& punctionibus uentris,& dolori ueſicæ,& pectoris,& matricis, ſciaticæ ſputo ſanguinis,aſmati,ſingultui,hulceribus inteſtinorum,fluxui antiquo,febribus,periodicis,morſibus uenenoſis. Et modus & quantitas eius exhibitionis eſt ſicut agatici,& datur in omnibus,in quibus datur agaticus,& quando linitur cum aceto admixto ei ſuper cicatrices percuſſionum,& ſuper impetiginem,euellit eas,& quando fit emplaſtrum cum eo apoſtematibus antiquis cum aqua, reſoluit ea. Et uirtus reu eſt ſtiptica,cum caliditate pauca,& ſicca.

DE CANABE. CCVII.

SCehedenegi,id eſt,canabs. Dioſcorides.) Eſt planta inuatiua,& facit ſemen,et habet folia ſimilia foljs melinæ,grauis odoris,& habet haſtam, & ramos lõgos interius uacuos. Galenus.) Seminis eius uirtus prima deſiccat fortiter. Secũda reſoluit inflationes. Et tertia expellit uentoſitates,& reſoluit inflationes. Et quando comeditur nimis ex eo,deſiccat ſperma. Et quidam exprimunt ipſum,et expreſſionem

D eius inſtillant in doloribus aurium,& puto quod curant cum eo dolores accidentes ab opilatione. Dioſcorides.) Semen eius comeditur, & uſus eius exiccat ſperma, & quando ſemen eſt recens,& exprimitur, & extrahitur ſuccus eius, & diſtillatur in aurem,confert doloribus eius. Sed canabs agreſtis habet haſtam ſimilem haſtæ alfæ, niſi quia ſunt minora,& nigriora,& longitudo eius eſt circa brachium unum, & folia eius ſunt ſimilia foljs canabis domeſtici,& niſi quia ſunt aſperiora & nigriora eis,& flos eius eſt rubeus, ſimilis flori herbæ hehaberas, & ſemen eius & radix ſunt ſimiles ſemini & radici herbæ quæ dicitur alfe,cuius radix quando coquitur,& fit cum ea emplaſtrum ſuper apoſtemata calida, & membra ubi putrificati ſunt humores,ſedat apoſtemata,& reſoluit humores putrificatos,& cortex huius eſt idoneus ad funes faciẽdos. Aben meſuai.) Eſt calidus & ſiccus in tertio gradu,& de proprietate eius eſt quod deſiccat humiditates quæ fiunt in auribus, quando diſtillatur in eis ex oleo eius,& quando aliquis utitur eo nimis,facit ſoda,& ſolium eius auferet caliditatem capitis.

DE FICVBVS. CCVIII.

SIn,id eſt,ficus. Galenus.) Sunt ex eis domeſticæ, & ſilueſtres,& montanæ, & ex domeſticis quædam ſunt recentes,& quædam ſiccæ. Virtus recentium eſt debilis,quia admiſcetur eis de humiditate. Siccę ſunt meliores,maxime carnoſę, & illę quibus eſt acuitas,& punctio,abſtergunt magis,& reſoluunt, & habent in ſe ſubtilitatem. Et uirtus ficuum prima eſt calida in fine primi gradus, aut in principio ſecundi. Secunda maturat & reſoluit. Et tertia maturat apoſtemata, quando admiſcetur cum farina frumenti,& reſoluit ea,quando admiſcetur cum farina hordei, aut cum medulla panis fermentati, & aqua in qua coquuntur ficus decoctione multa, eſt ſimilis melli in uirtute ſua,& ſua ſubſtantia. Et recentes & ſiccæ laxant uentrem.

Sed ſilueſtrium uirtus eſt attractiua,reſolutiua,& ita eſt in domeſticis antequã maturentur,quia eſt in eis aliquid lactis ex arbore ipſarum. Et arboris ficuum domeſticarum uirtus eſt calida,& ſubtilis,& lac eius & ſuccus foliorum eius calefaciunt calefactione forti,& mordicant. Et uirtus earum ſecunda abſtergit abſterſione forti. Et tertia

A tertia hulcerat corpus, & aperit orificia uenarum quæ ſunt in ano, & euellit uerrucas,& laxat uentrem. Sed in arbore ficuum ſilueſtrium eſt de caliditate,ſiccitate, & ſubtilitate tantum, quod ſi coquatur de ea cum carne bouina dura, facit eam decoqui, & eſt fortior quàm domeſtica, in omnibus ſupradictis.

Sed montanarum ficuum arboris ſapor eſt acutus pungens, quę eſt eius uirtus prima. Et uirtus eius ſecunda abſtergit. Et tertia eſt, quando fit emplaſtrum cum ramis eius ſuper uerrucas,quæ dicuntur capita clauorum, aperit eas, & ita eſt de lacte eius etiam,quando fit unguentum cum eo,& quando fit Medicamentum de eo & mele,abſtergit maculam oculi groſſam,& eſt multum utilis obſcuritati uiſus, & deſcenſui aquæ ad oculum,quæ fit ab humoribus groſſis. Et cineres ficus glandium, & laſticiniorum,ſunt meliores cineres ad abſtergendum, & cinis ficus eſt propinquior Medicinis putrefacientibus,quæ ex ficubus ſunt recentes,& maturę ſunt malę ſtomacho,& laxant uentrem,& quando inducũt fluxum uentris,ſunt leuis abſterſionis,& prouocant ſudorem,abſcindunt ſitim,& ſedant calorem,ſed ſiccę inducentes ſitim, & uentrem molliunt,& non ſunt conuenientes curſui humorũ ad inteſtina, & anũ, ſed gutturi, & cannæ pulmonis, & ueſicæ, & renibus, & aſmaticis, & diſcoloratis, propter aliquas egritudines antiquas, & epilenticis, & ipſę coquuntur cum hyſſopo & bibitur earũ decoctio,& purgat pectus à ſuperfluitatibus,& confert tuſſi antiquæ, & dolori antiquo pulmonis. Et quando teruntur cum nitro,& cartamo, laxant uentrem,& quando conficiuntur cum nitro,& farina,cum aceto,& ſale, & fit inde emplaſtrum,replent hulcera humida quæ ſunt in capite, & conferunt ſyræ, & liniũtur cum eo etiam ſciſſuræ palpebrarum,& confert,& quando decoquũtur in aqua melis,& fit cum decoctione illa gargariſma,confert apoſtematibus gutturis, amygdalarum,& ſquinantiæ,eſt enim ualde utile medicamen ad id, & ſunt cõuenientes in emplaſtris,& quando coquuntur cum fœnugræco in aqua hordei, & fiunt cum eis

B ſeſſiones,conferunt duricijebus matricis. Et quando teruntur cum ruta, & fit inde cliſtere,torſionibus conferunt,nam & emplaſtrum quod fit ex eis, eſt reſolutiuum, & mollificatiuum,& quando fit emplaſtrum cũ eis, & yreos,& nitro,aut calce, poſtq; fuerint decoctæ,& tritæ cum eis, maturant apoſtemata dura, & quæ fiunt in radice auris,& clauos,& quando teruntur crudæ,& miſcentur cum calce & nitro, & fit emplaſtrum cum eis,reſoluit dura apoſtemata,& humores qui fluxerunt ad membra, & quando teruntur & miſcentur cum calamento,conferunt ſciſſuris cruriũ, et quando coquuntur cum uino,& teruntur, & miſcentur cum abſinthio, & farina hordei, & fit cum eis emplaſtrum ſuper uentrem hydropici,facit eum detumeſcere,& quando teruntur,& miſcentur cum cęroto,conferunt combuſtionibus ignis, & excoriationibus calcaneorum,& quando coquuntur cum ſinapi, & ponitur decoctio earũ in aurem,confert tinnitui,& pruritui earum,& quando coquuntur cum fœnugręco & teruntur,& conficiuntur cum eadem decoctione,et liniuntur ſuper impetiginem & maculas quæ fiunt in cute,conferunt. Et ficus ſunt difficilis digeſtionis, & molliunt uentrem,& ipſę et decoctio earũ habet uirtutẽ mollificandi omnes duricies. Sed folia arboris eius,cuius fructus eſt niger,quãdo fit emplaſtrũ cũ eis,cõfert morpheæ. Sed ficus immaturæ cũ melle conferunt morſibus canis rabioſi,& hulceribus à quibus emanat humiditas ſimilis melli,& quando miſcentur cũ eis folia papaueris,extrahunt oſſa fracta, & quando miſcetur cũ eis uinũ,reſoluit clauos, & quando fit cũ eis emplaſtrũ cum orobo & uino, confert morſui mugali. Sed agreſtis ficus folia quando fit emplaſtrum ex eis,& ſale,& aceto,curant furfures capitis, & apoſtemata quæ fiunt in cute capitis,quæ dicũtur acoras,& quando fricantur palpebræ cũ foljs ipſis,auferunt aſperitates,& pruritum,& ſcabiem earum. Sed lac quod emanat ex arbore eius,quando linitur ſuper morſum ſerpentum,& uermium uenenoſorũ,confert multum,& confert formicæ,& non ſinit eam dilatari in corpore, quando linitur cum eo circum q̃ maxime,ſi admiſcetur ei pinguedo porci, & quando ponitur in emplaſtris cõuenientibus,confert impetigini,& ſcabiei hulceroſę, & maculis quę fiunt ab humoribus,& podagræ, & extrahitur ſuccus à ſummitatibus eius, quando

accipiuntur

C accipiuntur in principio Veris, dum apparent molles, & plenæ humiditate, anteq̃ incipiant emittere germina, & teruntur, & exprimitur succus ab eis, & siccatur in umbra, & reponitur, & facit ea quæ de lacte diximus. Et uirtus eius est quod coagulat lac liquidum, & dissoluit coagulatum, & summitates eius quando incipiunt emittere lac, laxant uentrem, similiter lac earum. Sed cinis ramorum ipsius quando fit lixiuium cum eo, ualet dissenteriæ, facto cum eo clistere, & quando hulcera lauantur sæpe cum eo, dissoluit, & corrodit duricies, & abstergit concauitates ipsorum. Et quando infunditur spongia in ipso, & ponitur super hulcera cancrosa, curat, & quãdo datur in potu illi qui sumpserit potationem uenenosam, confert. Et quando miscetur cum oleo, & linitur cum eo corpus, prouocat sudorem, hoc idem faciunt alij cineres & maxime arboris glandium. Sed ficus immaturæ, scilicet, primæ, quæ cadunt ex arbore, quando fit emplastrum cum eis crudis, cum farina frumenti, conferunt formicæ, & quando fit emplastrum cum eis decoctis super enodationes neruorum, & super scrophulas, dissoluit eas, & quando ponuntur super morsuram uenenosam, attrahunt uenenum ad superficiem cutis.

DE SICOMORO. CCIX.

MVmeiz, id est, sicomorus. Galenus.) Eius fructus non nutrit, & est malus stomacho. Sed uirtus lactis arboris eius est uirtus mollificatiua, et conglutinat uulnera, & datur in potu, & ponitur in unguentis ad morsos uenenosorum, & confert duriciei splenis, & dolori stomachi, & speciebus rigoris. Dioscorides.) Mumeiz est arbor magna, similis arbori ficuum, & habet lactis multitudinẽ, & folia eius sunt similia foliis mori Celsi, & profert fructum ter uel quater in anno, & fructus eius nõ egreditur ex summitatibus ramorum, sicut ficus faciunt, sed ex ramis ipsis, & est dulcis, & similis fructui ficus agrestis, & est magis absterſiuus q̃ ficus immaturæ, & grana siue semina eius sunt minora q̃ grana ficus, & nõ maturantur, nisi radantur cum
D instrumento ferreo, & nascitur multum in terris Carien, & in Rhodo, & in locis ubi frumentum abundat, & confert fructus eius scabiei, & utuntur eo pro cibo multum, eò quod omni tempore reperitur. Et iste fructus laxat uentrem, & est modici nutrimenti, & malus stomacho, & colligitur lac ex isto arbore in tempore Veris, antequã proferat fructum, quoniam percutitur cortex eius lapide superficialiter tantũ, ut uulneretur, nã si percussio lapidis pertransiret usq̃ ad interiora, non egrederetur aliquid ex lacte, & quando emanat lac, colligitur cum spongia uel lana, & exprimitur in uase, & siccatur, & fiunt inde trocisci, & reponuntur in uase terreo. Virtus huius lactis est mollificatiua, et conglutinatiua uulnerum, resolutiua apostematum quæ sunt duræ resolutionis, & bibitur, fit cum eo unguentũ morsibus uenenosis, & duriciei splenis, & dolori stomachi, & rigoribus. Postquam desiccatur, seruari potest longo tempore. Nascitur autem in insula Cypri species huius arboris, quæ dicitur eatalla, cuius folia sunt similia foliis mumeiz, & fructus eius est in quantitate pruni, & est dulcior eo, sed in reliquis est similis fructu mumeiz, id est, sicomori.

DE KEIRI. CCX.

KEiri. Dioscorides.) Est planta nota, habẽs diuersitatem in specie sua, quæ à diuersitate florum cognoscitur. Nam quædam habent album, quædam purpureum, & quædam citrinum: quæ habet citrinum, melior est & aptior in Medicina.

Galenus.) Floris eius substantia est subtilis, aquosa, & proprie succi ex eo, & sapor eius est amarus. Et uirtus eius prima calefacit. Secunda abstergit & subtiliat. Et tertia subtiliat maculas grossas quæ sunt in oculo. Et aqua decoctionis eius prouocat menstrua, & expellit secundinam, & fœtum mortuum quando sedetur in ea, & quando bibitur postq̃ frangitur amaritudo eius cum aqua, aut cum alia re, corrumpit fœtũ, & est Medicina ualde utilis in apostematibus, & ideo curat apostemata quæ fiunt in matricibus, quando supponitur eis, & proprie antiqua & dura, & quando ista decoctio miscetur cũ melle, confert ad culla. Virtus uero seminis eius est sicut uirtus ipsius keiri, nisi quia ipsum est ex melioribus rebus ad prouocandum menstrua, quãdo bibuntur de eo drachmæ duæ, & quando fit nasale cum eo & melle, corrumpunt fœtum

A fœtum niuum. Sed radicis eius uirtus est similis huic uirtuti, nisi quia ipsa est grossior & propinquior naturæ terreæ, quando fit emplastrum cum ea super splenem durum, curat duritiem eius, & quidam curant cum ea apostemata iuncturarum, quando indurantur & pertificantur. Dioscorides.) Quando desiccatur & coquitur maxime quod citrinum est ex eo, & sedet mulier in decoctione eius, confert apostematibus calidis matricis, & prouocat menstrua, & quando miscetur cum cerato, curat scissuras ani & digitorum, & quando admiscetur cum melle, curat alculla, & bibuntur ex semine eius drachmæ duæ, aut fit nasale cum eo, & melle, & prouocat menstrua, & facit accelerare partum, & quando fit emplastrum cum radice ipsius sicca, & aceto resoluit apostemata splenis, & confert podagræ. Aermasios.) Confert fistulis, quando desiccatur & puluerizatur in eis, confert apostematibus matricis antiquis, duris, & pertificatis. Ignotus.) Et confert omni apostemati duro, pertificato.

Isaac eben amram.) Facit soda, & cõfert opilationi, & plenitudini capitis, ex humore phlegmatico, & oleum eius est cõueniens suchen, & nocet calefactis, sed confert his, quorum complexio est æqualis, & aperit opilationes quæ sunt in capite. Et oleum quidem quod fit ex eo, est temperatum subtile, & proprie illud quod fit ex eo cum oleo amygdalarum dulcium, & cœleste est debilis caliditatis, & album est debilius propter aqueitatem quæ est in eo.

DE APHODILLO. CCXI.

CHeunce radix eius est axeras, & est biruach, & in Latino est abg, id est, aphodillus. Dioscorides.) Folia eius sunt similia foliis porri domestici, uirga eius est lenis, in cuius summitate est flos albus, & semen nigrum, & habet radices oblongas, & rotundas, similes glandibus in figura, & sunt id quod de ipsa administrat̃ in Medicina. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & desiccat. Secunda abstergit & resoluit, & subtiliat, & cinis eius quando comburitur, est magis calefactiuus, & desiccatiuus, & amplius subtiliatiuus, & plus dissolutiuus, propter hanc causſam curat alo-
B picia, & dixit in libro de cibis, quod uirtus eius est aperitiua, & subtiliatiua, sicut uirtus serpentariæ minoris, & ideo datur stipes aphodilli in potu ictericis, quia est eis Medicina maxima. Radix huius herbæ est acuti saporis, calida, quæ quando bibitur, prouocat menstrua, & urinam, & quando bibuntur drachmæ duæ ex ea cum uino, confert doloribus laterum, & tussi, & conquassationi neruorũ, & quando comeditur de radice huius herbę quantitas unius kaheran facit uomere, & datur de ea in potu pondus drachmarum triũ, morsibus uenenosis, & oportet q̃ fiat emplastrũ super locum morsus cum folio & radice, & flore, mixtis cum uino, & quãdo coquitur radix eius cum fece uini, & fit emplastrum cum ea, confert hulceribus sordidis, & hulceribus corrosiuis, & apostematibus mammillarum, & testiculorum, & carbunculis, & alijs exituris, & quando miscetur cum sauich, confert apostematibus calidis in principio eorum, & quando teritur radix eius, & exprimitur succus, & miscetur cum uino dulci, & myrrha, & croco, & coquuntur simul, fit Medicina optima ad faciendum collyrium iuuatiuum oculis, & quando succus eius mixtus cum olibano, & melle, & uino, distillatur in aures tepidus, à quibus egreditur pus, confert, quãdo distillatur in aurem contrariam dentis dolentis, confert eis, & sedat dolorem eius, & quando comburitur radix eius, & fit emplastrum cum cinere ipsius, facit nasci pilos in alopicia, postq̃ fricatur locus cum panno lanæ aspero, & quando cauatur radix, & ponitur in cauatura illa oleum, & ponitur super prunas ut buliat, & liniuntur cum eo scissuræ quæ fiunt à frigore, & locus combustus igne, confert utrisq̃, & quando idem oleum distillatur in aurem, confert dolori eius, & quando morphea alba linitur cum radice eius, postq̃ fricata fuerit cum panno in sole, deletur ab ea, & quando bibitur eius semen, & flos cum rob, confert punctur̃ scorpionis, iuuamento magno, & ueneno eius animalis quod dicitur scolopendria, & quando radix illius bibitur, laxat uentrem.

DE CATAPVCIA MAIORE uel pentadactylo: CCXII.

C Kerua,id eſt,pentadactylus, & catapucia maior. Dioſcorides.)Eſt arbor in magnitudine ficus paruæ,habens folia ſimilia foliis dulb,niſi quia ſunt maiora,leuiora,& nigriora,& ſtipes,& rami eius ſunt concaui ſicut canna,& habet ſemen uelut in racemis aſperum,& quãdo excoriatur ſemen eius, eſt ſimile kirad,& ex eo exprimitur oleum de kerua. Galenus.) Virtus eius prima eſt calida.Et ſecunda reſoluit,& abſtergit,& uirtus foliorum debilior eſt uirtute granorum.Sed oleum eius eſt calidius & ſubtilius oleo oliuarum,& propter hoc reſoluit plus eo. Dioſcorides.) Ex ſemine eius fit oleum quod dicitur oleum kichas,& eſt oleum catapucię,& iſtud oleum non adminiſtratur in cibis,ſed in lucernis, & ponitur in unguentis,& quando excoriantur ex granis eius.xxx.grana,& teruntur & bibuntur trita, purgant phlegma,& choleram,& humiditates aquoſas, & cõmouent uomitum & fluxum uentris,& grana quidem eius ſunt dura,relaxant ſtomachũ relaxatione forti, & prouocant nauſeam & uomitum,& quãdo grana teruntur, & fit emplaſtrũ cum eis,mundificant cheleph,id eſt, impetiginem,& oleum eius quando miſcetur cum cicuta,ſedat apoſtemata phlegmatica,& apoſtemata calida oculorum, & quando linitio fit cum eo ſolo,aut cum aceto, ſedat apoſtemata mammillarum, & dixit in oleo catapuciæ,quod tempus in quo debet fieri, eſt quãdo grana cadunt à cortice ſuo.Et modus operis eius,ſcilicet qualiter fit, eſt ſcriptus in Dioſcoridis libro, & ipſum confert ſcabiei, & hulceribus humidis quæ fiunt in capite, & apoſtematibus calidis ani, & coartationi oris matricis, & cicatricibus fœdis, quæ remanent poſt conſolidationẽ clauorum,& doloribus aurium, & quando admiſcetur cum aliquo unguento,fortificat operationem eius,& quando bibitur,laxat uentrem,& expellit lumbricos.

Bedigoras.) Proprietas granorum catapuciæ eſt quod diſſoluunt, ſubtiliant, & fortificant membra,& incidunt ſuperfluitates. Damaſchut.) Katapucia relaxat neruos,& ſoluit uentrẽ,mundificat uenas,& confert lepræ, ſimiliter etiã facit oleũ eius.

D

DE MEDICINIS CALIDIS ET humidis ſecundi gradus.

DE BEHEN. CCXIII.

Enden,id eſt, behen. Aben meſuai.) Species eius ſunt duæ, ſcilicet rubei & albi, & ſunt ambæ uenę in magnitudine radicis paſtinacę paruæ, quarum quædam ſunt tortuoſæ, deferuntur ab Armenia, odor eius eſt bonus, & eſt in eis uiſcoſitas quædam, & ambæ ſpecies ſunt calidæ & humidæ,& augmentum faciunt in ſpermate.

DE ERVCA. CCXIIII.

IErgir,id eſt,eruca. Galenus in libro de cibis.) Eſt calida in ſecundo gradu,humida in primo,& ipſa quidem generat ſperma,& excitat libidinem, & generat uentoſitatem,& ideo facit erectionem uirgæ, & ſi comeditur ſola, inducit dolorem capitis,quare oportet quod comedatur cum ea lactuca, endiuia, & portulaca, & ipſa prouocat urinam,& laxat uentrem,conforat digeſtiuam,& proprietas eius eſt facere uirgæ erectionem, & agreſtis eſt fortior quàm domeſtica. Dioſcorides.) Quando comeditur multũ ex ea,incitat libidinem,ſimiliter & ſemen eius idem facit,prouocat urinam,facit digeri cibum,& mollit uentrem, & ſemen adminiſtratur in condimentis ciborum, quod quidem aliqui conficiunt eum lacte, aut aceto, & faciunt trociſcos ac ſeruant. Ipſa quidem præſeruat carnem à putredine.Et ex eruca quędam eſt ſilueſtris,quæ adminiſtratur loco ſinapis,& eſt magis prouocatiua urinæ,ac magis acuta quàm domeſtica multum. Haamech eben Dauid.) Eruca agreſtis eſt abhacaç. Aben meſuai.) Succus erucæ recentis, quando admiſcetur cum felle bouino,& linitur cum eis ſuper cicatrices hulcerum, delet eas, & quando miſcetur cum melle ſuccus eius,aut ſemen, confert lentiginibus.

DE CVLCVL. CCXV.

HAbel culcul,id eſt, granum culcul. Aben meſuai.) Eſt calidum & humidum, & auget in ſpermate, & proprie quando admiſcetur cum ſiſamo, & conficitur cum melle

A cum melle tabarzed,aut cum penidijs, & tunc non nocet, ſed eſt cõueniens mixtio, & quando torrefit prius eſt melius,& qui utitur eo nimis, incurrit cholericam paſſionem. Meſarugiæ.) Eſt calidũ & humidum in ſecundo gradu,auget in ſpermate, & quando bibitur poſt ipſum uinum, facit ſoda, & proprie quando torrefit. Meſeahi & Raſis ſimiliter dicunt.

DE LINGVA AVIS. CCXVI.

LIſen haſafir,id eſt lingua auis. Eſt arbor ſimilis arbori dirdar, niſi quia foliũ eius eſt oblongum,ſimile folio amygdalæ,& fructus qui dicitur lingua auis,ſunt palmites qui diuidũtur in cherarnub,ſimiles foliis oliuarũ, niſi quia ſunt minores ſatis, & intra quamlibet cherarnub eſt medulla ſimilis linguæ auis, exterius rubea,& interius alba,declinans paululum ad citrinitatem,& ſapor eius eſt acutus,mordicans cũ pauca amaritudine, & qui ponit uirtutem eius primam calidã in fine gradus ſecundi,non elongatur à ueritate,& conueniens eſt dicere ꝙ in caliditate eius ſit humiditas,quia non apparet mordicatio eius,poſtq̃ bene maſticatur. Aben meſuai.) Confert doloribus lateris,& prouocat urinam incluſam, auget in ſpermate, & corroborat libidinem. Bedigoras.) Proprietas eius eſt augere ſperma. Damaſchus.) Confert cardiacæ, & augmentum efficit in ſpermate. Raſis.) Auget ſperma, prohibet cardiacam. Iſaac eben amram.) Calida eſt & delectabilis, & de proprietate eius eſt fortificare libidinẽ,& augere in ſpermate. Et pro ea ponitur pondus eius de nuce muſcata,& medietas ponderis eius ex behen rubeo.

DE MIHAD. CCXVII.

MIhad. Iſaac eben amram.) Sunt uenæ arboris granati ſilueſtris, quæ naſcitur in Sceni ultra mare,& in Choraſceni,& ſunt uenæ groſſæ,albæ,colliguntur in Alhazinen,& eius malagranata ſunt ſicut domeſtica in principio eorum ortus,& color eſt inter rubedinem & nigredinem, & intra malum ſunt grana rubea, rotunda, in magnitudine ſeminis lentiſci, & dimittunt ea in cortice ſuo, & quando egent eis
B extrahunt à cortice.Et mihad calidum eſt,& humidum in ſecũdo, auget in ſpermate,& corroborat coitum, & eſt bonum podagræ, quando teritur & conficitur cum aceto,& linitur ſuper eam,& confert ſpaſmo,& mollit duricies iuncturarum.

DE NVCE INDICA. CCXVIII.

NEregil,id eſt,nux Indica.Et eſt palma inſulę,quæ eſt in mari Arni,& in partibus inſularũ Zing,& dicunt quod neregil eſt palma de Mochol, & iſtæ inſulæ nominantur Dabget,& ab eis defertur Dabig,& eſt Neregil, ultima uero iſtarum inſularum eſt Sarandib. Artram in libro de cibis.)Nux Indica eſt calida in ſecundo,humida in primo,& ſignum ſuper humiditatem eius eſt ꝙ cito corrumpitur,& ipſa eſt groſſa,grauis ſtomacho, niſi quia ipſa non eſt mali chimi, & oportet ꝙ caueatur ab ea quæ eſt recens,multæ albedinis in carne ſua,& in qua eſt aqua dulcis,bona,& illa quidem aqua quæ eſt intra ipſam,eſt ſignũ ſuæ recẽtiæ,& debet excoriari id quod eſt album,ex ea exiſtens exterius,quia iſte cortex eſt durus, grauis ſtomacho,longinquus à digeſtione,& ſi aliquando digeritur,nõ inuenit corpus ex eo aliquid niſi nutrimentum modicũ,& iſta quidem nux comeditur cum zucharo tabarzed,aut cum penidijs albis, & proprie ab illis qui ſunt calefacti, phlegmatici uero cũ pauco melle,& cholerici quidem non utantur ea, calefacti bibant poſt ipſam oximel cum mina, quia cum hoc deſcẽder cito à ſtomacho, & ſumant eam phlegmatici in ieiunio, & expectent donec deſcendat à ſtomacho, & poſt comedant, & quando ipſa inueteratur,expellit aſcarides ſua proprietate, & oleum eius uetuſtum confert uentoſitatibus lumboꝝ,& doloribus genuum, & hemorrhoidibus quæ fluunt à phlegmate quando bibitur,& quando linitur exterius,& maxime quando admiſcet cum oleo nucleoꝝ Perſicorũ, & adminiſtrat de unoquoq; ipſorũ drachma.i.aut aur.i. Oleũ uero eius quæ noua eſt,confert phlegmaticis, & eſt melioris chimi quàm butirũ uaccinum,uel ouinum, quia nõ pungit ſtomachũ ſicut facit butirum uaccinum & ouinum,neq; mollificat eum. Meſarugiæ.) Calidum eſt,retinet uentrem. Sindaxar.) Oleum eius eſt bonum,& laxat uentrem,& confert ueſicæ.

C

DE MEDICINIS FRIGIDIS & siccis secundi gradus.

DE BERBERIS. CCXIX.

AMirberis,id est,Berberis, est rubus tabens. Dioscorides.) Est acsa. Hu naim.) Acsa,& est idem dictũ quod acutum, & acsa est dicta spina,ergo uult dici spina acuta,& est illa quæ facit fructum qui dicitur zaitah,& est amirberis,& defertur à Corascis. Dioscorides.) Est arbor similis arboribus pirorum agrestiũ, quæ dicitur aharas,nisi quia est minor,& habet multas spinas, & habet fructum similem grano myrti, nisi quia est maior, & rubeus,facilis separationis, & habet interius grana, & habet radicem habentem multas radiculas infixas terræ. Galenus.) Virtus huius arboris est similis uirtuti arboris pirorum,nisi quia arboris pirorũ est stiptica, stipticitate forti, sed est in fructu eius cum stipticitate res incidens subtiliter. Et uirtus eius secunda, est uirtus quæ prohibet, & retinet omnem ægritudinem quæ est ex fluxu quando comeditur, aut bibitur. Dioscorides.) Fructus eius quando bibitur,aut comeditur,abscindit fluxum antiquum, & humiditates autiquas quæ fluunt à matrice, & radix eius quando fit emplastrum cum ea trita,extrahit sagittas quæ sunt infixę in carne, & hastellas spinas,& alia similia,& dicitur quando percutitur uenter mulieris pregnantis cum radice huius arboris ter,aut fit inunctio cum ea, expellit fœtum. Aben mesuai.) Est frigidus & siccus in secundo,incidit & prohibet sitim calidam, & fortificat stomachum & epar. Bedigoras.) Proprietas eius est,quod confert apostematibus calidis. Armasios.) Fructus eius retinet,& prohibet omnes ægritudines quæ fiunt à fluxu uentris. Mesarugiæ.) Frigidus est,& est bonus apostematibus calidis,quando superponitur eis.

DE PSILIO. CCXX.

D BAzarachatona,id est,psilium. Dioscorides.) Est herba habens folia pilosa, uirgas habens longas,mensura unius palmi,& tota herba est pilosa,& exitus ramusculorum eius est à medio uirgæ, & super ipsos sunt capitella duo uel tria rotunda, in quibus est semen simile pulicibus, nigrum & durum, & est illud quod de ea administratur. Galenus.) Virtus eius est frigida in secundo, æqualis in siccitate & humiditate. Dioscorides.) Habet uirtutem infrigidatiuam, quando fit emplastrum cum eo,& oleo rosaceo,& aceto,& aqua,confert doloribus iuncturarum,& apostematibus faucium, & hulceribus quæ assimilantur sananem, & apostematibus quæ fiunt in radice auris,& exituris, & apostematibus phlegmaticis,& contorsioni neruoꝝ,& quando fit emplastrũ cũ eo ad radicẽ intestini infantiũ, & ad eminentiã umbilici,curat eos,& confert ad soda cũ oleo rosaceo,& pauca aqua,& aceto,& quãdo oportet fieri ex eo emplastrũ ad ramicẽ pueroꝝ,uel ad alia quæ supra diximus,accipiatur de eo quantitas duoꝝ casfuf, teratur, & infundaẽ in duabus cotilis aquæ,& quando inspissata fuerit aqua in panno,extendaẽ & fiat emplastrũ, quoniã infrigidat,infrigidatiõe forti,& stringit,& ipsum cõfert lachrymis oculoꝝ,& ophthalmię calidæ,& doloribus calidis capitis,quando infunditur in aqua,& linita pecia frõti apponiẽ,& quando infunditur nocte una,uel die uno in aqua integrũ,sicut est,demum additur ei parũ zuchari,& bibiẽ, extinguit feruores maximos acutarũ febriũ, & sitim,& soluit uentrẽ. Aben mesuai.) Sedat dolores pungitiuos uentris, & lenit asperitates hulceꝝ intestinoꝝ, & abscindit tenasmonem, & confert dolori capitis, qui fit à caliditate,& succus folioꝝ est ex Medicinis laxatiuis,propter frigiditatem & humiditatem quæ sunt in eo, & cura nocumenti est cum Medicinis calidis & siccis.

Habix.) Semen psilij est,sicut coriandrũ humidũ, quãdo datur de eo parũ in potu,sedat inflãmationẽ choleræ,& ebulitionẽ sanguinis calidi, & adustionẽ febrium acutarũ,et si datur in potu de muscillagine eius habentibus birsen,cõfert eis,& sedat sitim eoꝝ magnã,& ipsum quidẽ laxat uentrẽ,quãdo datur in potu crudũ & assatũ, stringit uentrẽ,similiter etiã faciũt semen lini, & semen marubij,grana myrti,semen portulacæ,& semen ozimi,laxant enim cruda, & stringunt assata, & quantitas eius quæ

A quæ daẽ de psilio est,drachmarũ. ij. infuso in aqua, donec egrediaẽ mucillago eius & bibaẽ cum zucharo albo,aut iuleb,aut squingibin,& foliũ psilij, quando emplastraẽ super apostemata in principio apparitionis eoꝝ refrigerat ea,& si potetur ex eo parum,confert ægritudinibus quæ fiunt ex sanguine, & quando fit emplastrũ cũ eo apostematibꝰ refrigerat ea,& qui acceperit ex eo nimis,inducit syncopim,& stiptici tatẽ in ore stomachi,& fortassis occidit, quoniã nimiũ ex eo est uenenũ. Et cura eius est cp deẽ in potu mel bulitũ in aqua calida,& aqua aneti sicci,& oleũ psilij est graue multũ,& quando psiliũ poniẽ in aqua, donec egrediaẽ uiscositas ex eo, & poniẽ in sole uiscositas illa,donec sicceẽ, & seruẽ, deinde teraẽ, secundũ cp oportet ad ea,in quibus uolumus eo uti,potest quidẽ fieri,quoniã nõ amittit de uirtute sua aliquid.

DE BALAVSTIA. CCXXI.

IVlinar,id est,balaustia. Dioscorides.) Est flos malogranati, & ex malogranatis quædã sunt domestica,quędã siluestria. Sed flos siluestris diciẽ balaustia,quarum quædã inueniẽ alba,quædã purpurea,quædã rosea. Galenus in secretis.)Balaustiæ substãtia est terrea, & sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima est frigida & sicca, frigiditate & siccitate non pauca. Et secunda est uirtus quæ incarnat & restringit. Et tertia,quę cõsolidat tenasmonẽ,& hulcera intestinoꝝ,& cõfert sputo sanguinis,hulceribus intestinoꝝ,& ei cui fluxit aliquid, ad uentrẽ & intestina, & matricẽ ex menstruis. Dioscorides.) Sermo eius de domestica est firmatus in capitulo maligranati.Sed sermo eius in siluestri est,cp exprimiẽ succus eius,sicut exprimiẽ ab hypoquistidos.Et uirtus eius est stiptica,& confert ad omnia quæ confert hypoquistidos.

DE DRAGAGANTO. CCXXII.

KItira,id est,dragagantũ. Aerniasios.) Dragagantũ est ex arbore chateth. Dioscorides.) In Ragasina est arbor dragaganti,& est radix grossa, lignosa, ex qua apparet res quædã super terrã,unde egrediuntur rami eius, & sunt rami seu uirgę illę breues,durę,extensę super faciem terræ,in quibus sunt folia parua, gracilia plurima, B & inter ipsa sunt spinæ albæ,æquales,durę,quæ teguntur, & occultantur ab ipsis folijs,& dragagantũ est humiditas quæ emanat à radice ipsa,quãdo uulneratur ferro, in tempore suæ maturationis, & apparet in loco incisuræ, & melius ex dragaganto est clarum, purum, subtile, cuius sapor uergit ad dulcediné. Galenus.) Virtus eius prima, est uirtus quæ desiccat.Et secũda quæ cõglutinat.Et tertia est uirtus quæ frangit acuitatẽ rerũ calidarũ & acutarũ, & dixit in tyriaca in gummi Arabico,cum conglutinatione quæ est in eo,est desiccatio,sed dragagantũ cum hoc quod cõglutinat, sicut gummi Arabicũ non desiccat,& propter hoc additur rebus laxatiuis quod non fit de gummi Arabico. Dioscorides.) Virtus eius est conglutinatiua similiter uirtuti gummi Arabici, & ipsum administraẽ in cohol oculoꝝ, & in Medicinis tussis, & asperitatis cannæ pulmonis, & abscissionis uocis, & cursus catarri ad uulam,quando fit ex eo cõfectio cũ melle,& poniẽ sub lingua,& transglutiiẽ quod de ipsa dissoluitur,aut daẽ de ea,drachma una, postcꝫ infundiẽ in uino cocto dulci, & tunc ualet etiã ad doloré renũ,& ad hulcera uesicæ,& quãdo admisceẽ ei ex cornu ceruino adusto,& parũ aluminis iameni, prohibet nocumentũ morsus serpentũ. Abugerig.) Dragagantũ est frigidũ,& est in eo humiditas quæ laxat uentrem, & confert tussi,& hulceribus oculi,& lippitudini eius, & reprimit acuitatẽ Medicinarũ laxatiuarum. Mesarugię.) Est bonum hulceribus uesicę, & asperitati gutturis & linguæ. Habix.) Est in eo res modicę caliditatis & humiditatis,laxat uentrẽ,& confert tussi,& hulceribus pulmonis,& cõglutinat hulcera intestinoꝝ, nisi quia addit in solutiõe,& confert hulceribus oculi, & lippitudini quãdo infundiẽ,& dissoluiẽ, & collyriatur cum aqua eius,aut ponitur in pulueribus, & cõperit,ut admisceatur cum Medicinis acutis laxatiuis, quoniam prohibet nocumentum earum, & prohibet aggrauationem ipsius Medicinæ super naturam,si Deo placet.

DE PLANTAGINE. CCXXIII.

LIsen alhamel,id est,lingua arietis,& est plantago. Dioscorides.) Dicitur arnoglossa,& est eius expositio lingua agni,ideo cp Græci nominant arnion agnum,

C & gloſſa lingua, et dicitur etiã heptapleuros, id eſt, habens ſeptẽ coſtas, nam in folio eius ſunt ſeptem coſtę, & hepta in Græco eſt ſeptẽ, & pleura, id eſt, coſta, & hoc ideo ꝙ ipſum foliũ habet ſeptẽ neruoſitates manifeſtas in ſimilitudine coſtarũ lateris animalium, & ſunt ei duæ ſpecies, maior ſcilicet & minor, ſed minor habet folia ſubtiliora minora, & leniora ꝙ̃ folia maioris, & habet uirgã quæ inclinaꝫ uerſus terrã, multos habens angulos, & flos eius eſt croceus, & ſemẽ eius eſt in radice linguę, id eſt, ſolij, maior uero habet uirgas aſperiores, & folia lata ſimilia holeribꝰ quę comeduntꝰ, & uirga eius ſimiliter anguloſa eſt, ad rubedinẽ declinans, cuius longitudo eſt unius brachij, ſuper quam eſt ſemen in figura ſua à medietate ipſius ſupra, & habet radices molles, & plures, ſuper quas ſunt pili albi, & groſſitudo radicis eſt ſicut groſſitudo digiti, reperitur in locis paludoſis te humidis, in uallibus, in hortis, et in pratis, et iſta quidem maior, maioris eſt iuuamenti ꝙ̃ minor. Galenus.) Subſtãtia eius eſt cõpoſita ex ſubſtãtia aquoſa & terrea, & ſapor eius eſt ſtipticus. Et uirtus eius prima eſt quę infrigidat in .ij. gradu. Secunda uirtus incarnat. Et ſeminis eius uirtus ſecũda abſtergit propter ſuã ſubtilitatẽ. Et tertia cõfert hulceribus omnibus corroſiuis & putredini eoꝝ, & propter hãc cauſſam cõfert hulceribus inteſtinoꝝ, & cũ hoc abſtergit ſanguinẽ, & ſi adeſt ibi aliqua inflãmatio, extinguit eam, & incarnat fiſtulas, & alia hulcera humida & antiqua. Semen & radix ſunt propinqua huic uirtuti, niſi quia ſunt ſicciora, & minus frigida, & ſemen eius eſt multũ ſubtile, & radix eius eſt groſſę ſubſtantię, & ipſa cõfert dolori dentiũ, quando maſticaꝫ, & quãdo fit collutio oris cum aqua eius, & ſemen quidem, foliũ & radix, ſunt aperitiua opilationũ epatis, & renũ, propter abſterſionẽ quæ eſt in eis, niſi quia ſemen eſt forte in hoc ſatis, quia in omnibus iſtis eſt uirtus quæ abſtergit ſatis, & fortaſſis eſt uirtus iſta in hac herba, dũ eſt recens, niſi quia uincitur ab humiditate quæ eſt in ea, & ideo non eſt manifeſta operatio ſua propter uictoriã humiditatis, ſed quãdo folia eius deſiccantur, uirtus eoꝝ fit ſubtilior, & minus frigida, quoniã ſuperfluitas aquoſa quæ eſt in eis, reſoluitur & deſtruitur. Dioſcorides.) Folia plantaginis habẽt uirtutẽ ſtipticã & deſiccatiuã, & ideo quãdo fit emplaſtrũ cũ eis, cõfert hulceribus corroſiuis, & hulceribus ad quæ currũt humiditates, & hulceribus ſordidis, & cõferunt elephantię, & prohibẽt dilatationẽ hulcerꝫ corroſiuoꝝ, & formicã, & ſyre, nec ſinunt ea augeri in corpore, & cõſolidant hulcera antiqua, & curãt corroſiua quæ dicunt̃ abloniæ, & glutinãt uulnera profunda in ſui recentia, & cõferunt ſanguinis fluxibus omnibus, & abſcindũt eos, & quando fit emplaſtrũ cũ plantagine & ſale, cõfert morſui canis, & cõbuſtionibus ignis, & apoſtemati quod dicit̃ forgella, ſcrophulis & fiſtulis lachrymaliũ, et quãdo ipſa herba coquit̃ & comedit̃ cũ ſale & aceto, cõfert hulceribꝰ inteſtinoꝝ, et fluxui antiquo, maxime ſi comedaꝫ cũ lentibus loco ſiclę, & comedũt eã habentes hydropiſim carnoſam, & cõfert eis, & ſumpta cõfert epilẽticis, & aſmaticis, ſed ſuccus foliorꝫ quando fit cũ eo collutio oris, curat hulcera quæ fiũt in eo, & quãdo miſceꝫ cũ chimolea, aut ceruſa curat eriſipilã, & quãdo fit cliſtere cũ eo hemorrhoidibus à quibus pluribus ſanguis emanat, cõfert eis, & cõfert fiſtulis quæ fiũt in ano, & quãdo diſtillatur de eo in oculo, cõfert lippitudini & doloribus oculoꝝ, & quãdo diſtillatur in auꝛe, cõfert dolori eius, & cõfert gingiuis ſanguinolentis, & quando bibitur ex eo, confert ſputo ſanguinis à pectore, & hulceribus pulmonis, & pectoris, & fit cum eo cliſtere hulceribus inteſtinoꝝ, & cõfert iuuamentũ magnũ, & fit cũ eo naſale, & confert ſuffocationi matricis, & fluxui humiditatũ. Sed ſemen eius quãdo tribuit̃, cõfert fluxui humiditatũ ad uentrẽ, & ſputo ſanguinis à pectore. Sed radix eius quãdo coquitur, & lauatur os cum decoctione ipſius, aut maſticatur radix ipſa cruda, confert doloribus dentium, & datur in potu radix & folium eius cotila una, ſapa in doloribus renum & ueſicę cõfert, & dicunt quidam ꝙ ſi bibantur ex ea tres radices cũ unciis 4. & dimidia uini mixti cũ tantundẽ aquę, auferũt febrẽ tertianã, & quãdo bibunt̃ .4. radices ſimili diſciplina, auferũt quartanã, & quidã ſuſpendũt radicẽ eius collo, habẽtis ſcrophulas, & dicũt eas reſolui, nec alias amplius naſci. Alexander.) Retinet uentrẽ quãdo bibit̃, uel fit cliſtere cũ ea, & cõfert febri tertianę, quando bibitur ſuccus eius.

D

De Memithe

A

DE MEMITHE. CCXXIIII.

MEmithe. Dioſcorides.) Succus herbæ eiuſdem nominis, quæ eſt ſimilis in foliis ſuis herbæ ſpeciei papaueris, dicti ceratides, id eſt, cornuti, niſi quia eſt in ea humiditas adhærens manui, & eſt propinqua terræ, & habet grauem odorẽ, et habet multum ſuccum, & color ſucci eius eſt ſimilis colori croci. Galenus.) Subſtantia eius eſt compoſita ex ſubſtantia aquoſa & terrea, & ambæ ſunt frigidæ, niſi quia frigiditas eius non eſt fortis, ſed ſicut frigiditas aquarum non currentiũ, ſcilicet, ſtagnorum, & accipiunt eam homines illius terræ, & ponunt eam in uaſe æneo, & calefaciunt parum, donec extenuetur, deinde terunt eam, & exprimunt inde ſuccum, & adminiſtrant eum in cohol, in principio egritudinum oculorum, ipſe enim eſt ſtipticus ſtipticitate forti. Et uirtus eius prima eſt uirtus, quæ infrigidat infrigidatione manifeſta. Secunda eſt uirtus quæ fortificat. Tertia curat eriſipilam, quæ non eſt fortis. Dioſcorides.) Accipiuntur folia eius herbæ, et ſepeliuntur in cinere calido, deinde exprimitur ſuccus ab eis: & ſunt quidam qui ponunt ipſa folia in uaſe terreo, & obturant os eius cum argilla, & ponunt in furno, & dimittunt ibi, donec folia ſunt aliquantulum extenuata, & uelut marcida, poſtea terunt, & exprimunt ſuccum, quem ponunt in ſole, & informãt trociſcos, & reponunt. Et melior ex eo eſt ille, qui eſt interius crocei coloris, exterius uero, ad rubedinem & nigredinem declinans, amari ſaporis, & odoris non boni, & habet uirtutem ſtipticam, & frigidam parum, quando reſoluitur in aqua, & cum eo liniuntur oculi in principio egritudinis ophthalmię, et aliarum, confert, & prohibet eas, & ipſe eſt cõueniens confectionibus collyriorum.

DE SVMACH. CCXXV.

SVmach. Dioſcorides.) Sunt quidam qui nominant ipſum adurion, & eſt ſumach cibi in Arabico, & eſt planta quæ dicitur rosbarſadiſticos, uel roſaidicos, et eſt in Arabico ſumach coriariorum, & eſt arbor naſcens in locis ſaxoſis, cuius longitudo eſt duorũ brachiorũ, habens folia oblonga, quorum color uergit ad rubedinẽ B ſanguinis, & habet ramos altos, & fructũ ſimilẽ racemis, & grana ſunt ibi in magnitudine granorũ lentiſci, aliquantulũ lata, iuuamentum eius eſt in cortice granorum. Galenus.) Melius quod eſt in tota arbore, eſt cortex grani eius, & ſuccus eius quando exiſtit in eo ſapor ſtipticus fortis. Et uirtus eius prima infrigidat in ſecundo, & deſiccat in tertio. Et ſecunda fortificat. Dioſcorides.) Virtus foliorum eſt ſtiptica, & conferunt ad omnia, ad quæ conferũt acacia, & decoctio foliorum eius denigrat capillos, & fit cum eo cliſtere ad hulcera inteſtinorum, & datur in potu etiam ad ipſa, & fiunt ſeſſiones ſimiliter in ea, & diſtillatur de ea in aurem, unde fluit ſanies, & deſiccat eam, & quando fit emplaſtrum cũ foliis eius, cum aceto & melle, deſtruit paraticium, & prohibet apoſtemata corroſiua, quæ dicuntur ancora, & decoctio foliorum eius poſtq̃ ſunt ſicca, & teruntur cum aqua ipſa, & coquuntur, donec fiat decoctio ipſa ſicut mel ſpiſſa, præparatur, & fit de ea ſicut de licio, & cõuenit ad ea, ad quę conuenit licium, & fructus eius ſeu grana faciunt hoc idem quod folia, & conuenit quando ponitur in cibis ad illum qui habet fluxum antiquum, & ad hulcera inteſtinorum, & quando fit emplaſtrum ex eo cum aqua, prohibet apoſtemata quæ fiunt in capite, & apoſtemata quæ accidunt à percuſſione ſeu caſu, & prohibet uiriditatẽ quæ cõtingit inde, & excoriationẽ quę fit à ſcalpſione in cute, & quando miſcetur cũ melle, aufert aſperitatẽ linguæ, & ipſum abſcindit curſum humiditatũ albarũ ex matrice, & curat fluxũ hemorrhoidarũ. Et miſcetur cũ carbonibus ligni quercus, & ponitur ſuper hemorrhoidas, curat eas, & infuſio fructus eius quando coquitur donec inſpiſſatur, eſt operatio eius melior operatione fructus ipſius, & reperitur in arbore eius gummi, quod ponitur in corroſionibus dentiũ, ad ſedandum dolores earum. Aben meſuai.) Eſt acetũ, niſi quia acetũ eſt ſubtilius eo, & quando coquitur cũ carnibus pullinis, uel alijs, ſtringit uentrem. Similiter autẽ facit quando fit emplaſtrũ cũ eo, & cõfert curſui choleræ ad ſtomachũ, & ad epar, & ad inteſtina, & quando aſſatur, fit fortius ſtringens uentrẽ, & quãdo infunditur in aqua roſacea, confert in principio ophthalmiæ calidæ, & decoctio eius quando ponitur ſuper exituras, prohibet

C apostemationem earum. Et sauich ex sumach stringit uentrem, & incoriat stomachum, & confert uomitui choleræ, & fluxui eius.

DE RAMNO. CCXXVI.

HAusig, id est, ramnus. Dioscorides.) Est planta quæ nascitur in uallibus, et sunt ei tres species, una habet stipité rectũ spinosum, sicut arbor quę dicit achsiachis, in ramis & spinis eius, et folia sunt oblõga habétia humiditatem uiscosam, quę adhęret manui. Secunda uero est fortius alba q̃ ipsa, sed tertia habet minora folia q̃ ipsa, & latiora, et declinãt parũ rubori, et rami eius sunt longi lõgitudine unius brachij, et est spinosior alijs, et debilior, et spina eius est acutior, et fructus est latus subtilis, et est uelut in uaginis sicut herbę quę dicũtur sachidálion. Galenus.) Quod administrat ex ausig, sunt folia eius dũ sunt recétia. Et uirtus eius prima infrigidat et desiccat in ij. gradu. Et tertia curat formicã, et erisipilã quę est tepidę caliditatis. Dioscorides.) Folia specierũ ramni quãdo fit emplastrũ cũ eis, curãt erisipilã, et formicã. Et dicunt aliqui, q̃ quãdo rami eius suspendunt in ostijs et fenestris, cessat operatio arboris eoꝝ.

DE GALLA. CCXXVII.

HAfs, id est, galla. Dioscorides.) Est ex ea quę accipitur ex arbore sua recens, immatura, parua, rotunda, nodosa, nõ perforata, & grauis: & est alia, quę est leuis, perforata, sed melior est nõ matura parua, quę primo dicta est. Galenus.) Virides ex gallis, et sunt acerbę plurimũ, quod est in eis, est substãtia terrea, et sapor earũ est stipticus multũ. Et uirtus earũ prima est uirtꝰ frigida in ij. gradu, sicca in iij. Et secũda est uirtus quę repercutit, phibet, et aggregat. Tertia uirtus fortificat mẽbra fluxa debilia, et prohibet omnes egritudines quę sunt dissolutiuę humorũ, et phibet fluxus eorũ.

Sunt alię gallę quasi rubeę, et sunt magnæ, ipsę desiccãt, et minoratur earũ desiccatio minoratione suę stipticitatis. Et uirtus earũ tertia est, q̃ quãdo coquũtur gallæ solæ, sicut sunt, terũtur, et fit emplastrũ cũ eis, est Medicina cõferens iuuamẽto magno
D apostematibꝰ calidis quę fiũt in ano, et fici, et oportet q̃ quãdo egemus stipticatiõe pauca, q̃ decoquãtur gallę in aqua sola, & quãdo uolumus stipticitatẽ fortẽ, coquantur in uino: & quando uolumus adhuc stipticitatem maiorẽ et fortiorẽ satis, sit uinũ in quo coquũtur, uinũ ponticũ multũ. Et species quidẽ gallarũ quando cõburũntur, acquirũt caliditatẽ et acuitatẽ, et fiũt subtiliores, & plus desiccatiuę q̃ nõ cõbustæ, & fit uirtus earũ abscindens fluxũ sanguinis, & quãdo tu uis hoc, oportet q̃ tu asses eas super carbões, deinde extinguas eas in aceto, aut in uino. Dioscorides.) Omnes species gallarũ sunt stipticę fortiter, quę quãdo terũtur et puluerizãtur super carnẽ superfluam, delent eã, et cõferunt ad hulcera corrosiua, et prohibẽt humiditatẽ quę currit ad gingiuas, & cõferunt ad culla. Et quando accipitur id quod est intra gallã, et ponitur in corrosuram dentis, sedat dolorẽ eius, & quando cõburuntur super prunas, & extinguuntur in aceto & sale, stringũt fluxũ sanguinis. Et decoctio gallarũ quãdo fit sessio in ea, cõfert exitui matricis, & cursui humiditatũ eius antiquo, & exitui ani, et quando infunduntur in aceto aut aqua, nigrificant capillos. Et quãdo puluerizantur, & dantur in potu in aqua, aut uino, conferunt humiditatibus hulcerũ intestinorum, & ad fluxum antiquum, & sunt conuenientes in cibis eorũ: similiter etiã quando coquitur cibus eorum in aqua in qua bulierint. Et uniuersaliter quidem administrandæ sunt ad stipticandum, retinendum, & desiccandum, & infrigidant satis.

DE SOLATRO. CCXXVIII.

HAmeb athahaleb, uel hameb alchahaich, id est, uua uulpis, & est solatrum. Dioscorides.) Sunt ei quatuor species, una earũ comeditur, alia uero nõ, sed illa quę comeditur, et est domestica, est herba nõ magna, habens ramulos plurimos & folia nigra, similia folijs bedarog, id est, ozimi, sed maiora, & latiora, & habet semen rotundũ, cuius color est uiridis et niger, sed quando maturauerint, fit rubeus, et quãdo frangitur, inuenitur in eo humiditas multa, et granula, quę sunt semina eius. Galenus.) Sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima infrigidat in ij. Et dixit in v. quod solatri cõplexio nõ est humida, sed est media inter Medicinas quę humectant, & inter illas quæ desiccant, quia ipsum est cõpositum ex uirtutibus contrarijs, uolo dicere

A dicere, ex uirtute humida & sicca, & hoc ideo, quia sunt in eo duę substantiæ, scilicet terrea, & aquosa. Dioscorides.) Habent uirtutem stipticam & infrigidatiuã, quando fit emplastrũ cũ folijs eius, & succus eius confert formicæ, & erisipilæ, & quando teruntur contritione forti, & fit emplastrũ cũ eis, resoluunt apostemata, & curant scabiem hulcerosam, & pruritũ eius, & confert dolori capitis, & inflammationi stomachi, & quando teruntur fortiter, & miscentur cũ sale, & fit emplastrũ cũ eis, resoluit apostemata quę fiũt in radice auris, et quando succus eius miscetur cũ cęrusa, et lithargyrio, et oleo rosaceo, cõfert erisipilę, et formicę, & quando miscetur cũ pane, cõfert scabiei hulceratæ. Et quando fit emplastrum cum eo, addito oleo rosaceo, & mutatur hora post horam, confert apostematibus calidis quę fiunt in cerebro infantium, & miscetur succus eius cum sief, quæ fiunt ad cursum humiditatum acutarũ ad oculum loco aquæ rosaceæ, & loco albuminis oui, & quando instillatur in aurem, confert dolori eius, & quando fit nasale cum eo, confert cursui humiditatum matricis.

Sed illud quod nõ comeditur, et est una ex speciebus eius illa quę dicitur kekengi, & grana eius sunt lehu. Dioscorides.) Sed aliud solatrũ quod quidam nominant kakemb, aut keleb, kekengi, habet folia similia folijs primi, nisi quia sunt latiora eis, & rami eius quãdo elongantur, declinant inferius uersus terrã, et habet fructũ in kisti rotũda, similis uesicę, et est fructus eius granũ rotundũ, rubeũ, leue, simile grano uuę.

Galenus.) Virtus foliorũ huius est sicut uirtus foliorũ domestici, et fructus eius prouocat urinã, & ideo admiscetur iste fructus, et est granũ alkekengi in multis Medicinis quę conferũt epati, uesicę, et renibus. Dioscorides.) Hęc herba administratur ad ea, et tali modo, sicut supradicta, nisi quia ipsa nõ comeditur, et fructus huius mundificat ictericiã per prouocationẽ urinæ, et exprimitur succus foliorũ eius, et similiter foliorũ speciei primę, et desiccatur in umbra, et reponitur, et operatio amborũ est una.

Habix.) Alkekengi est montanũ, et domesticũ. Montanum est albũ, et est simile in forma et natura sua solatro, et est ex Medicinis, quarũ succus bulitur in igne, et cõfert
B apostematibus calidis, tã intrinsecis, q̃ extrinsecis, et quãdo linitur super apostemata exterius, cõfert eis, et quãdo granũ eius bibitur, cõfert hulceribus renũ, et uesicę, non tanum quidem est fortius domestico. Et alia est species eius quæ facit somnum.

Dioscorides.) Est plãta habẽs ramos multos et spissos egrediẽtes ab ea, et sunt difficiles ad frangendũ, et sunt pleni folijs, in quibus est humiditas quę adhęret manui, et assimilãtur folijs citonioꝝ, et flos eius est rubeus sicut sanguis, nõ magnus, et semẽ eius est in theca, cuius seminis color est croceus, et habet radicẽ nõ magnã multũ, cuius cortex est rubei coloris, et nascitur in locis asperis et petrosis. Galenus.) Virtus huius prima infrigidat in iij. gradu. Secũda uirtus facit dormire. Tertia est uirtus, quę quãdo accipitur corticis radicis eius aur. i. et bibitur cũ uino, facit dormire, et in proprietatibus eius alijs est similis opio, nisi quia est debilior eo, et uirtus seminis prouocat urinã, et ideo administratur in hydropisi. Et si bibũtur de eo plus xij. granis, facit hominẽ insanũ. Dioscorides.) Quãdo bibitur ex cortice radicis huius drachma. i. facit dormire leniori somno q̃ gũmi papaueris, et succus eius puocat urinã fortiter, et dãtur hydropico ex semine eius grana xij. et curatur, sed si plus datur, inducit maniã, uerũ cui acciderit hoc, si biberit multũ melicratũ, curatur. Et cortex radicis eius ingreditur in Medicinis sedãtibus dolorẽ narcotizãdo: ingrediẽ etiã in trociscis aliquibus ad hoc, et quãdo coquitur in uino et tenetur decoctio eius in ore, sedat dolorẽ dẽtiũ, et quãdo miscetur succus radicis eius cũ melle, acuit uisum. Sed est alia quę facit maniã. Dios.) Illud autẽ qd̃ dicitur furiale, eò q̃ facit furorẽ, seu maniale, eò q̃ facit maniã, est plãta habẽs folia similia folijs erucę, nisi quia sunt maiora eis, et spinosa, sicut spina quę dicitur caradis, et habet ramos uel uirgas magnas egrediẽtes ab una radice x. aut xij. et lõgitudo earũ est duorũ brachiorũ, et in summitatibus eorũ sunt capitella similia oliuis, nisi quia sunt super ea pili amygdalarũ arboris dulb, et sunt maiora olivis, et latiora, et flos eius est niger, et post florẽ emittit uelut racemũ, x. uel xij. grana habentẽ, et grana sunt rotũda, mollia, nigra, in mollicie uuę, similia granis cussus, id est, hederę, et habet radices albas, grossas, cõcauas, quarũ lõgitudo est unius brachij,

& nascitur

C & nascitur in locis montuosis,& locis uentosis,inter arbores dulb,id est, platani.

Galenus.) Virtus corticis radicis eius est frigida in tertio gradu circa principium, & desiccat in secundo prope finem eius. Secunda indurat. Et tertia curat hulcera ma ligna,quando fit emplastrum cũ eo. Aliæ uero partes huius plantę non sunt alicuius iuuamenti,receptæ interius,immo si biberit aliquis ex eo aur.iiij.moritur inde, & si biberit minus,inducit insaniã. Sed unus aureus aliquando non nocet. Exterius autẽ apposita,facit operationẽ corticis radicis, nisi quia cortex est fortior. Dioscorides.) Quando bibitur ex radice eius drachma una cum uino, inducit somnia non recta, sed aliena,& accidentia nõ bona,nec nimis mala inducit,& quando bibuntur ex eo drachmę ij. inducunt furorem, et uelut ebrietatẽ tribus uel quatuor diebus,& quando bibuntur ex eo drachmę iiij. faciunt hoc idem,& cum hoc occidunt, & cura eius est melicratum,quando bibitur ex eo quãtitas plurima,& euomitur, & fit hoc sępe. Mesęha.) Solatrum est frigidum & siccum in fine tertij gradus,& est plus stipticũ, q̃ omnis alia herba,cõfert ubi oportet,extinguit caliditatem igneam, & fructus eius generat semper permixtionem sensus, quare oportet caueri ab eo.

DE GVMMI ARABICO. CCXXIX.

SAnig,uel sanag Arabicum,id est,gummi Arabicum. Dioscorides.) Est gummi quod reperitur super arborem Acaciæ, sicut aliæ species gummarum, & melius ex eo est illud,quod est ex hac arbore,quod est simile uermiculis in figura sua, color eius est sicut uitrum clarum,& non habet lignum,secundum uero post ipsum est al bum. Sed illud quod est simile sordiciei resinæ pini,est malum. Galenus.) Virtus eius prima desiccat. Secunda conglutinat. Et tertia curat & aufert asperitates, & fran git uirtutem Medicinarum acutarum. Dioscorides.) Virtus eius est glutinatiua,re primit acuitatem Medicinarum acutarum,quando admiscetur ei albumen oui,& si ponitur super combustionem ignis, non sinit locum uesicari. Bedigoras.) Lenit D asperitatem pectoris,& stringit uentrem. Abugerig.) Retinet uentrem, & fortifi cat intestina,& meliorat ossa fracta,quando fit emplastrum cum eo, & confert ma lignitati hulcerum pulmonis,& est frigidum & siccum. Abix.) Frigidum est pau cæ humiditatis,retinet uentrem quando nimis fluit,et conglutinat intestinũ,in quo est tenasmon,& consolidat ossa fracta,quando fit emplastrum cũ eo. Et sedat tussim quando tenetur in ore,et transglutitur quod inde soluitur, aut quãdo miscetur cũ ali quibus Medicinis quę cõferunt tussi,& conferũt hulceribus pulmonis, qñ bibitur ex eo,& cõfert ophthalmię,et rectificat Medicinas laxatiuas,qñ miscet cũ eis,& phibet acuitatẽ earũ,et frangit uomitũ qui prouenit ab eis, & quãtitas dosis eius ad tussim, & ad retinendũ uentrẽ, est aur.i. & qñ miscetur cũ alijs Medicinis, est aur. dimidius.

DE RAMICH. CCXXX.

RAmich est galia,seu materia ex qua fit galia. Albasari.) Accipitur ex multis spe ciebus,& aliquod accipitur ex gallis, & aliquod accipitur ex dactylis immatu ris,& est aliud quod accipitur ex corticibus granatorũ,& ex herbis asperis,et omnes species eius sunt frigidæ & stipticæ,& ipsum est radix such,id est,galię,& quando fit ex eo galia,miscentur cum eo species,& muscus, & secũdum quod admiscetur ei de speciebus & musco,erit ampliꝰ uel minor caliditas eius,& erit tunc Medicina com posita ex uirtutibus diuersis,uolo dicere,ex stipticitate & caliditate quam acquisiuit à musco & speciebus. Isaac eben amram.) Ramich fit ex galla,& est frigidum in fi ne gradus secundi,& stringit naturam propter suam stipticitatem,& prohibet calo rem propter suam frigiditatem,& ex ramich fit galia,quando admiscẽtur ei muscus & species,& secundum quod admiscetur ei ex musco & speciebus,est caliditas eius. Et modus operis eius est istæ. Accipiatur ex gallis pondus librarum decem, & teran tur subtiliter,deinde accipiantur ex passulis libræ tres,& buliant in aqua fortiter,de bent autem poni super unamquanq; mensuram passularum duæ mensuræ & dimi dia aquæ,& postq̃ bulierit,cola eas,& exprime,& proijce substantiam passularum, & deinde accipe ex melle apum libras duas, & misce cum decoctione passularum, & proijce in omnibus libras x. huius mixturæ,libram unam olei kadi,quod si nõ ha

bes,pone

A bes,pone loco eius oleum sisaminum, & fac bulire simul fortiter, & moue semper, donec scias quod bene sit coctum,& caue quod si minuitur nimis aqua passularum pone in ea de aqua,ne aduraẽ Medicina, deinde accipe de rosis & cinnamomo,ga riophylis, & ex folio cassię,uel ex ligno eius, si nõ habes folia,& tere omnia bene,& pone super decem libras gallæ,libram unam istarum specierum, deinde misce totũ cum decoctione aquæ passularũ,& mellis in olla ubi est,& coque suauiter cũ discre tione,& moue semper,& quando finieris decoctionem eius, extende super sestoriũ in sole,& quando desiccatum fuerit,fac trociscos,& extende eos super cribrum in so le,donec siccentur bene,& serua,& utere.

DE RIBES. CCXXXI.

Ribes. Isaac eben amram.). Ribes est planta,habens capreolos recentes, rube os,ad uiriditatem tendentes. & habet folia magna,lata,rotunda,uiridia,& ha bet grana,quorum sapor est dulcis,cũ acetositate,& ipsa est frigida & sicca in secun do gradu,& signum super hoc est acetositas eius & stipticitas,& ex hoc contingit,q̃ infrigidat stomachum,& incoriat eum,& abscindit sitim,& fluxum uentris, & uo mitum,& rob eius confert cardiacis,& uomitui,& fluxui qui fit à cholera,& prouo cat appetitum cibi,& in rob eius est dulcedo, & acetositas sine stipticitate, & expri mitur succus capreolorum eius,quoniam ipsi teruntur & exprimuntur, & coquitur expressura illa,donec habeat spissam substantiam. Ignotus.) Est frigida,& sicca in secundo gradu,& est stiptica & pontica acetosa. Nascitur autem planta ista in mon tibus frigidis niuosis,& ipsa abscindit sitim quæ accidit à caliditate,& à cholera, reti net fluxum,& confert speciebus rahaon,id est, morbillis, & bothor quæ fiunt in cor pore,sicut sunt edria,uariolæ,& similia. Et modus sirupi eius est sicut modus sirupi de citro,& est frigidus,& siccus. Rasis.) Ribes est frigida & sicca,stringit uentrem,& extinguit choleram,& acuitatem sanguinis. Mesęha.) Ribes est frigida & sicca in B secundo gradu,stiptica,& propter suam ponticicitatem incoriat stomachum, strin git uentrem,& extinguit sitim,& est bona planta ualde,& non stupefacit dentes.

Aben mesuai.) Frigida est & sicca in secundo,abscindit sitim, & reprimit acuitatẽ choleræ,& fluxum cholericum,& est bona uariolis,& morbillo,& rob eius est sicut rob acetositatis citri & agrestę. Sindaxar.) Est bona hęmorrhoidibus, & ebrietati. Et putauerunt aliqui Medicorum,quod sit illa,quam nominamus acetosam,id est, lapacium: & putauerunt alij,quod ipsa sit granum acetosum, quod affertur ex Co tasceni. Et Rasis memorauit eam inter fructus.

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET HV midis secundi gradus.

DE HOLERE IAMENO, ET est blitus. CCXXXII.

BAchala Iemenia,id est,holus Iamenum. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat & humectat in secundo gradu. Dioscorides.) Hęc herba co meditur,& mollit uentrem,& non est aliqua uirtus in ea ex rebus Medi cinalibus. Aben mesuai.) Haber in se aqueitatẽ multã, plus q̃ alia om nia holera,& est frigidũ,& quãdo fit emplastrũ cũ eo super apostemata calida,con fert,et sedat sitim & tussim,quando fiunt à caliditate,et ipsum pauci est nutrimenti, quando comeditur,et tardę penetrationis. Isaac eben amram.) Quãdo fit empla strum cum radice ipsius,confert hulceribus quæ dicuntur faui, à quibus emanat hu miditas similis melle. Habix.) Est frigidũ et humidum in secundo gradu,et humi ditas eius est amplior q̃ humiditas lactucę,et cucurbitę,et substantia eius est aquosa, non habens in se grossiciem,quare cito descẽdit,et mollit uentrẽ, et ideo modicum cedit in nutrimentum ex ipso. Et quando exprimitur succus foliorũ eius, et miscetur cum oleo rosaceo,confert dolori capitis,qui accidit ex calore solis,& quando coqui tur herba ipsa,& proijcitur super ipsum oleum amygdalinum, & succus malorum granatorum dulcium,confert tussi siccæ,quę est cum caliditate & asperitati pectoris.

De melone

C

DE MELONE, CVCVMERE, citrullo. CCXXXIII.

BAthecha,& charhe,& kura,id eſt,melo,& citrullus,& cucumer. Galenus.)Melonis maturi ſubſtantia eſt ſubtilis, & non perfecte maturi ſubſtantia eſt groſſa. Et uirtus eius prima infrigidat & humectat in ſecundo gradu. Et ſecunda incidit & abſtergit. Et tertia eſt uirtus quæ prouocat urinam, & mundificat cutem, & proprie ſemen eius quando ſiccũ teritur,& cribratur, & adminiſtratur in lauaturis corporis, Et radix eius & ſemen quando ſiccantur,ſunt in primo gradu ſiccitatis, aut in principio ſecundi,& eſt in eis plus de abſterſione,ꝙ in carne eius, & ꝙ in carne cucumeris qui comeditur. Dioſcorides.) Caro melonis maturi quãdo comeditur,prouocat urinam,& quando fit emplaſtrum cum ea,ſedat apoſtemata oculorũ calida, et cortex eius quando ponitur ſuper caput infantis, ſedat apoſtema calidum, quod fit in eius cerebro,& ponitur ſuper frontem illius,ad cuius oculos currunt humiditates,et prohibet eas. Totum autem quod eſt intra melonem cum ſemine ſuo, quando conficitur cum farina,et ſiccatur in ſole,mundificat cutem mulierum,quando lauant cũ eo facies ſuas,& reddit eam ſplendidam. Sed radix melonis quando deſiccatur,& ſumitur de eo in potu drachma una,cum hydromelle,prouocat uomitũ,et quando accipitur poſt cibum in hunc modũ, facit euomere ſine labore, & eſt ſufficiens doſis uſq; ad duos onoloſat, & quãdo fit emplaſtrũ cũ ea,curat hulcera quæ dicũtur fauꝛi.

Sed cucumer. Galenus.) Subſtantia cucumeris eſt groſſa,dura digeſtioni,generat chimum malum, paratum corrumpi,& fieri materia febrium putridarum malarum,quamuis melo ſit citius corruptibilis. Et uirtus eius prima infrigidat & humectat in ſecundo gradu. Et ſecunda abſtergit,ſed non eſt ſicut melo. Et uirtus tertia eſt uirtus quæ mollificat uentrem,& prouocat urinam, & quando ſumitur cũ rob, aut cum lacte, confert hulceribus ueſicæ, & ſedat inflammationem ſtomachi, & ſitim
D quando comeditur,& quando habens ſyncopim ex caliditate odorat ipſum, confert ei ex proprietate quam habet.

Sed citrulli. Galenus.) Citrullus frigidior eſt cucũmere, & generat chimum uiſcoſum,& humores crudos in uenis,& accidũt ex uſu eius febres antiquę malæ, neq; prouocat urinã ſicut melo,& nocet ſtomacho, quare oportet, quod qui uult eo uti, utatur ameos, niſi ſtomachus eius ſit ualde calidus. Dioſcorides.) Cucumer domeſticus mollit uentrem,& eſt bonus uentri & ſtomacho,& infrigidat ſine nocumento,& confert ueſicæ,& reuiuiſcere facit ſyncopizantes quando odorant eum, & prouocat urinam fortiter,& quando bibitur cum lacte & rob, confert hulceribus ueſicę, quando autem fit emplaſtrum cum foliis eius & uino, curãt morſum canis, & quando ſit ex eis emplaſtrum cum melle, curat ſyrę. Aben meſuai.) In cucumere & citrullo eſt frigiditas & humiditas in tertio. Meſehah.) Aqua cheriar,id eſt, cucumeris,ſedat ſyncopim, & eſt mala ſtomacho. Aben meſuai.) Proprietas cucumeris dulcis eſt,quod laxat choleram quæ eſt in ſtomacho & inteſtinis, & extinguit acutatem eius,& lenit pectus,& doſis aquæ eius eſt à tertia parte libræ, uſq; ad libram unã.

Habix.) Aqua cucumeris & citrulli confert inflammationi febrium, ſedat ſitim, & laxat uentrem laxatione bona,ſine nocumento aliquo, & debent buliri cum zucharo albo,& doſis cuiuſq; earũ eſt drachmarũ iiij. & nõ oportet quod detur de eis in potu habenti naturam duram nimis ad mouendum,quia iſtorum aquæ non habent tantam uirtutem,quod laxant naturam duram,& ſi ipſę facerent moram in ſtomacho,forſitan inducerent laborem,& inducerent forſitan uomitum, & forſitan facerent inflãmationes,& conferunt,ſiue ſimul datæ,ſiue unaquæq; per ſe, & aliquando datur in potu cum aliquibus trociſcis conferentibus ad febres, & iſti fructus elixantur,& datur elixatura habentibus febres acutas,& confert, & ſunt frigidæ & humidæ complexionis,& habent ferè ſimilem ſaporem ambo.

DE MELONE MAGNO VIRIDI CCXXXIIII.

DVllaha,id eſt,melo magnus uiridis. Raſis.) Eſt fortis humectationis & extinctionis,& confert febribus adurentibus, & illi, in cuius corpore oportet quod generetur

A generetur phlegma humidum, ad reſiſtendũ humoribus acutis exiſtentibus in ſtomacho,epate,& uenis, ſcilicet quando ipſæ ſunt malæ qualitatis, & paucæ quantitatis,quoniã huiuſmodi melo non laxat in principio laxatione forti, & illi quidem qui ſunt cum hoc debilis corporis,& diminutę carnis & ſanguinis, quoniã oportet ꝙ in iſtis permutemus complexionem cholerę eorum omnino,& quãuis poſſemus immutare complexionem eius cum rebus acetoſis, res tamen inſipidæ in hoc caſu ſunt conuenientiores,quoniã impoſſibile eſt quin res acetoſę incidant & ſubtilient, & huiuſmodi corpus non poteſt hoc ſuſtinere, quia ſi tu aſſuefacis ei ſquingibin,facis augere in corpore ſuo maciem, & debilitatem ſuæ uirtutis, & diſrumpis ſtomachum eius,& fortaſſis inducis excoriationem,& tenaſmonem in ſuis inteſtinis,& ſi tu facis eum aſſueſcere acetoſis habentibus ſtipticitatem, non eſt poſſibile quin augeant opilationes,ſi adſunt in ſuo epate,& in poris,& non humectant etiam cum hoc quia res acetoſæ ſtipticæ deſiccant,& non humectãt,ſed res inſipidæ, & maxime habentes groſſitiem ſubſtantiæ cum aliqua dulcedine, ſicut dullaha, ipſæ humectant & infrigidant complexionem, & generant in epate ſanguinem aquoſum,qui rectificat malitiam ſanguinis cholerici, qui eſt in uenis, quando miſcetur cum eo. Et cucumer quidem facit operationem propinquam huic, niſi quia prouocat urinã plus quàm dullaha,quare iuuamentum eius eſt minus in hac diſpoſitione. Meſehah.) Melo iſte eſt frigidior aliis ſpeciebus melonum, & tardioris immutationis in ſtomacho. Iſmahelita.) Eſt minoris humectationis omnibus ſpeciebus melonũ, & amplioris frigiditatis,& ideo eſt groſſior,& tardioris immutatiõis in ſtomacho,& longinquior à corruptione. Et propter iſtam cauſſam eſt conueniens febrientibus,& habentibus caliditatem in ſtomacho,& propter ſuam groſſitiem,& propter elongationem à conuerſione, eſt conueniens calori febrili, quia extinguit caliditatem, & ſedat inflammationem eius.

DE LENTICVLA AQVAE. CCXXXV.

B TAhaleb,id eſt,lenticula aquæ,& eſt ex ea marina,& eſt ex ea aqua dulcis,ſed illa quæ eſt aqua dulcis, utimur ut plurimum. Dioſcorides.) Eſt lenticula quæ reperitur ſuper aquam erecta,habens colorem uiridem, & eſt rotunda ſicut lenticula,ſimilis ei in figura ſua,& reperitur in paludibus ſuper aquam erecta, natans ſuper faciem aquæ. Galenus.) Complexio huius eſt frigida & humida in ſecũdo gradu. Dioſcorides.) Eſt frigida,& ideo cum fit emplaſtrum cum ea ſola, aut cum ſauich, conuenit eriſipilæ,& apoſtematibus calidis,& podagræ, & confert crepaturæ inteſtinali infantium. Sed marina. Dioſcorides.) Eſt res naſcens in lapidibus iuxta mare,& in littoribus, & eſt ſubtilis, ſimilis capillis in ſua ſubtilitate, & non habet crus. Galenus.) Virtus eius eſt compoſita ex ſubſtantia terrea,& aquoſa, & ſapor eius eſt ſtipticus,& uirtus eius prima eſt frigida, quando fit emplaſtrũ cum ea, confert ægritudinibus calidis,iuuamento manifeſto. Dioſcorides.) Eſt herba multum ſtiptica, & conuenit apoſtematibus calidis,& eſt bona ad infrigidandũ podagrã calidam.

DE TVBERE. CCXXXVI.

RAmech,id eſt,tubera. Dioſcorides.) Eſt radix rotunda,non habens folia,neq; crus,& color eius eſt rubeus,& reperitur in uere,& comeditur crudũ & coctum. Galenus.) Subſtantia eius eſt terrea multum, & admiſcetur ei parum ſubſtantiæ ſubtilis. Et dixit in libro de chimis,ꝙ ramech generat groſſum humorem,& non eſt multum mali chimi,& dixit in libro uenenorum, ꝙ generat ſtranguriam & colicã, & ſimiliter faciunt fungi. Alchalahamen.) Alchamech eſt minus groſſum quàm fungi,& melius eorum eſt illud quod reperitur in harena,habente paucam aquam. Meſehah.) Generat ſanguinem aquoſum,& aqua eius abſtergit uiſum.

DE CHRYSOMILLA. CCXXXVII.

MErmex uel mirmix,id eſt,chryſomilla. Galenus.) Virtus eius prima eſt frigida, & humida in ſecundo gradu. Et dixit in libro de chimis, ꝙ ipſum proportionatur Perſicis, niſi quia eſt melius eis, quia ipſum nõ corrumpitur in ſtomacho ſicut Perſica,& non generat acetoſitatem. Alchanzi.) Laxat choleram, & generat humo-

C res grossos. Rasis.) Quidam patiebatur fumositates ab aliquo humore existente in stomacho suo, et dedit sibi in cibo ex chrysomellis recentibus, et sedatus est fumus ille, quare post hoc usus est infusione eorũ assidue, & ego nõ credo ꝙ reperiatur cibus aliquis frigidior stomacho, & magis iuuatiuus stomachi quàm ipsa. Dioscorides.) Sunt meliora stomacho quàm Persica, & auferũt fastidium cibi, & qui uult ea comedere, sine nocumẽto sumat post ipsa anisum & masticem de unoquoq; drachmam unam uel duas, & bibat postea uinum purum, bonũ, aut uinũ dulce coctũ uel mel.

DE CVCVRBITA. CCXXXVIII.

HAraha, id est, cucurbita. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat, & humectat in secundo gradu. Secunda est ꝙ succus abrasionis eius confert doloribus aurium qui accidunt ab apostematibus calidis, quando administratur cum oleo rosaceo. Similiter autem caro ipsa cucurbitę, quando fit emplastrũ cum ea, extinguit & infrigidat apostemata calida extinctione & infrigidatione cum temperamento. Et dixit Sapra, cucurbita est minoris maliciei quàm fructus æstiui omnes, quando bene digeritur, quia si corrumpatur & non bene digeratur, nec descendat à stomacho citò corruptio eius, est mala ualde. Dioscorides.) Quando fit emplastrũ cum ea cruda, confert apostematibus phlegmaticis, & doloribus apostematũ calidorum, & quando aqua rasuræ ponitur super capita infantium, cõfert apostematibus calidis quæ fiunt in cerebro eorũ. Similiter autem facit quando ponitur super apostemata calida oculorum & podagræ quando superponitur, & quando succus rasuræ eius miscetur cũ oleo rosaceo, & distillatur in aurem, sedat dolorem eius, qui fit à caliditate, & quando fit collutio oris cum eo, confert dolori dentiũ, & quando coquitur cucurbita integra sicut est, & exprimitur ab ea aqua eius, & ei additur mel cũ pauco nitro, & datur in potu, laxat uentrem leuiter. Similiter autem facit, si cauetur cucurbita, & ponatur in cauatura illa uinum, & calefiat, & bibatur uinum illud. Et quando aqua eius admiscetur cum oleo rosaceo, & linitur inde corpus febrientis, mitigat calorẽ febris.
D Et quando fit emplastrũ cum rasura eius, & medulla panis super podagrã calidam, aut super erisipilã, confert. Sed quando cucurbita sicca cõburitur, & puluerizatur super combustionẽ ignis, confert, & quando puluerizatur iste cinis super hulcera uitæ putrida, mundificat ea, & consolidat perfectè, & hoc nos uidimus multoties per experientiã. Sed semen eius prouocat urinã, & mollificat stomachũ, & aufert sitim, & quando desiccatur, & puluerizatur iterũ super hulcera concaua, replet ea. Abenmesuai.) Sauich cucurbitæ confert tussi & dolori pectoris, qui à calore contingit, & abscindit sitim, & cõfert anxietati quæ fit à cholera. Mesarugiæ.) Quando cucurbita inuoluitur in pasta & assatur, deinde exprimitur aqua eius, & datur in potu, confert febribus acutis, & tussi, & sedat sitim, & quando sumitur cum zucharo, mollificat uentrem leuiter. Habix.) Est frigida & humida, extinguit cholerã, quando coquitur cum mes, id est, robilijs, & cum lentibus. Et si elixatur, aut assatur in igne, & accipitur aqua eius, & bibitur cum zucharo, cõfert febribus aduretibus, & abscindit sitim, & mollit uentrem, maxime si bibatur cum iuleb, pondere drachmarum uigintì, zuchari albi, & quantitas quæ sumitur in potu de aqua cucurbitæ, est ab uncijs. 4. usq; ad libram dimidiam, cum eo quod diximus.

DE LACTVCA. CCXXXIX.

CHerbas, id est, lactuca. Galenus.) Est de ea domestica & siluestris. Sed domesticę uirtus prima infrigidat & humectat, sicut aqua stagnorum, uel lacunarum. Et secunda est uirtus quæ indurat. Et tertia est uirtus quæ confert apostematibus calidis, & erisipilæ, quãdo ambo sunt debilia. Et secundum uiam cibi abscindit sitim, & semen eius quando bibitur, abscindit distillationem humiditatis spermaticæ, & confert pollutioni quæ fit in somnis. Ex rebus enim quæ sunt contrariæ spermati, est semen lactucæ quando bibitur cum aqua. Et dixit in libro de cibis. Lactuca est melioris nutrimẽti, & melioris chimi, omnibus alijs holeribus, quia ipsa generat sanguinem, quanꝯ multum non malum, immo bonum in fine bonitatis. Et ego quidem comedebam lactucas, quando eram iuuenis, quia in stomacho meo generabatur cholera

A cholera, & sic infrigidabam ipsum, & nunc postꝯ etiam senui, comedo eas elixas, ideo, quia non reperio aliquam herbam, cum qua possim adeo curare uigilias, sicut cum ipsa. Humor uero qui generatur ex ea, est frigidus & humidus, & neq; accidit ex ea nocumentũ, sicut accidit ex alijs holeribus, & nõ stringit uentrem, neq; laxat eum, quia non habet stipticitatem, nec ponticitatem, nec salsedinẽ, nec acuitatem, & uniuersaliter non est in ea uirtus abstersiua, nec laxatiua uentris. Et dixit, quãdo locutus est de malua, si facis ex lactuca emplastrum super apostemata calida, manifestabitur ꝙ ipsa infrigidat in secundo gradu, & si tu facis comparationem istarum trium herbarum adinuicem, scilicet siclę, & molochiæ, & lactucæ, tu reperies molochiã grossiorem, & uiscosioris humiditatis, & lactucã subtilioris, & tenuioris humiditatis, siclã uero est media inter eas, & lactuca est media in humiditate & siccitate, inter caules, & holus iamenum, id est, blitus. Dioscorides.) Domestica est bona stomacho, & infrigidat uentrem, facit dormire, & prouocat lac, & quãdo ipsa decoquitur, est magis nutritiua, & quando comeditur sicut euellitur sine ablutione, cõfert illis qui conqueruntur de stomacho suo. Et assiduus usus comestionis eius obtenebrat uisum, & quando fit emplastrum cum ea, confert apostematibus calidis, & erisipilæ, dummodo non sint uehementis inflammationis, similiter autem comesta facit hoc. Sed semen eius quando bibitur, confert fluxui uentris, & extinguit libidinem, & pollutionem seminis in somnis, sed quando lactuca emiserit stipitem suum, tunc efficitur uirtus eius, & uirtus succi, & lactis ipsius, similis uirtuti lactucæ agrestis.

Sed lactuca agrestis. Galenus.) Lac eius abstergit hulcera quæ fiunt in tunica cornea. Quorum hulcerũ sunt tres species, quarum una nominatur galicetua, & est expositio eius regens. Et color eius est sicut color fumi, & occupat ex magnitudine oculi locũ magnum. Et alia nominatur mustokeheden, & expositio eius est effusio sanguinis, & est in corona nigredinis oculi, & occupat ex albedine oculi, sed de nigredine occupat locum paucum. Et tertia nominatur aliechettirach, & est eius expositio
B frangẽs, & est hulcus quod apparet in tunica cornea simile denario. Dioscorides.) Lactuca agrestis est similis domesticę, nisi quia habet stipitem maiorem, & folia eius sunt albiora folijs illius, & subtiliora, & asperiora, & sapor est amarus, & est in uirtute similis papaueri nigro, & propter hoc multi admiscent lac eius cum lacte papaueris, & quando bibitur ex lacte eius drachma una cum aqua lactucæ, temperata cum aceto, laxat chimum aquosum, & ipsum mundificat hulcera tunicæ corneæ oculi, quæ dicuntur aclijs, & illa quæ dicuntur argaman quæ sunt in cornea etiã, & quando fit collyrium cum eo, & cum lacte iuuenculæ, confert hulceri corneæ, quod dicitur angoria, & quando linitur super frontem, inducit somnum, & placat dolores capitis, & prouocat menstrua, & curat morsum rutellæ & scorpionis, & quãdo semen eius bibitur, abscindit pollutiones quæ fiunt in somnis, & libidinem, sicut facit domestica, & aqua eius etiam facit hoc, sed debilius, & exprimitur succus eius, & exiccatur in sole sicut opium, & seruatur, & lac eius similiter deponitur in uase uitreato, postꝯ exiccatum fuerit in sole, sicut fit ex alijs huiusmodi. Ruffus.) Lactuca curat ægritudines quæ fiunt ab ebrietate, quando sumitur in medio potationis uini, & confert unctioni quæ accidit in ano, sed ipsa nocet intestinis, & lenit uentrem, & abscindit libidinem, & facit dormire. Aben mesuai.) Lactuca abluta cum aqua, auget in conturbationem uentris, nam omne holus ablutum cum aqua, auget in cõturbationem uentris, & si assiduetur comestio eius ablutæ cum aqua, debilitat uisum. Constãtinus in libro de agricultura.) Quando lactuca coquitur cum oleo sisamino, & comeditur, expellit ictericiam, & est Medicina bona opilationibus narium, & coriçæ, & mutationi diuersarum aquarum, quando comeditur in ieiunio, sed si assiduetur cibus eius, obscurat uisum, & mollit uentrem. Ignotus.) Confert mutationi aquarum ignotarum, quando comeditur ieiuno stomacho, & sedat dolores mammillarum, & dolores pectoris, & semen eius sedat dolorem punctuæ scorpionis, quando teritur & comeditur cum alijs.

PERSICA. CCXL.

C SHauch,id eſt,perſicum. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat & humectat,ſed in ſapore arboris ramoꝝ & folioꝝ eius eſt amaritudo, & uirtus eoꝝ ſecunda, eſt uirtus quæ abſtergit & reſoluit,& tertia uirtus occidit lumbricos, quando teruntur, & ponuntur ſuper umbilicum. Dioſcorides.) Matura ex perſicis ſunt bona ſtomacho,& molliunt uentrem. Immatura uero ſtringunt uentrem, & quando deſiccantur,ſtringunt fortius,& decoctio ſiccorũ quando bibitur, prohiber curſum ſuperfluitatum ad ſtomachũ &uentrem,& quando ſicca trita puluerizantur ſuper locũ unde fluit ſanguis,abſcindunt eum. Aben meſuai.) Quando teruntur folia, & flos eius, & exprimuntur,& bibitur expreſſura illa,ejicit aſcarides cum fluxu, & quando linitur pecten ex ea,abſcindit odorem pſilotri, & quando ſuccus foliorũ injicitur in aurem,occidit uermes quæ ſunt in ea,& oleum nucleorum perſicorum, confert doloꝛi aurium frigido,& confert ſahapa,& morbillo,quando linitur cum eo.

Completus eſt Tractatus tertius ſecundæ partis Medicinarum ſimplicium ſecundi gradus.

INCIPIT QVARTVS, DE MEDICINIS tertij gradus. Et primo de Medicinis calidis & ſiccis in eo.

DE ASSA ET PLANTA EIVS, & eſt aniuden. CCXLI.

ANiuden,id eſt,folium arboris aſſæ. Iſaac eben amram.) Huius arboris folium dicitur aniuden, & gummi eius dicitur altith, & radix eius dicitur maharoth. Dioſcorides.) Planta iſta habet ſtipitem qui dicitur maſcaſtes,& eſt ſimilis ferulæ, & folia eius ſunt ſimilia folijs apij, & ſemen

D huius arboris eſt aerea,& uirtus gummi eius,& eſt aſſa. Et uirtus ramorum, & radicis,& foliorũ eius,eſt uirtus quæ calefacit fortiter, & id quod de ipſo eſt maioris operationis eſt gummi eius,Et dixit in octauo, aſſa eſt calidior & ſubtilior lacte aliarum plantarum omniũ,& propter hoc eſt magis reſolutiua,& ita lac arborũ aliarũ omnium eſt in fine caliditatis, & eſt in eo ſubſtantia uentoſa, niſi quia ꝙ eſt plus in eo,eſt ſubſtantia ignea & aerea,& uirtus eius tertia & ſecunda,& proprie gummi eſt uirtus quæ reſoluit & attrahit,& eſt in ea res quæ minuit carnem & liquefacit eam.Et dixit in ſexto ꝙ aſſa facit in apoſtemate uuulæ, id quod facit peonia in epilepſia. Et dixit in katagenis,ꝙ caliditas ieuſis,id eſt,oppoponacis,non eſt ſicut caliditas aſſę aliquo modo. Dioſcorides.) Radix huius arboris eſt deſiccatiua, difficilis digeſtionis,& eſt nociua ueſicæ, quando miſcetur cum ęroto, reſoluit ſcrophulas & exituras, & quando fit emplaſtrum cum ea,& oleo,aufert liuorem qui fit ſub oculo, & quando miſcetur cum ęroto facto cum oleo de ireos, uel oleo alkannæ, & fit inde emplaſtrum,conuenit ſciaticę,& quando coquitur cum aceto in cortice granati, & fit inde emplaſtrum,curat hemorrhoidas ani, & quãdo bibitur cum tyriaca Medicinarum mortiferarum & uenenorum,& ipſa præparatur,& comeditur cum ſeminibus,& ſale,& comeditur,& eſt bona ſtomacho, quia ſine his eſt inflatiua, & facit eructuare, & homines ſcindunt ſtipitem & radicem eius, & egreditur inde lachryma quę colligitur & ſiccatur, & eſt id quod dicitur aſſa. Et melior ex aſſa eſt illa quæ uergit ad rubedinem,& eſt clara ſimilis myrrhæ,habens fortem odorem,non ſimilem odori porri,nec habet odorem horribilem ſubito, & quãdo infunditur, cito reſoluitur,& quando tenetur in ore,prouocat ſaliuam cito, & aſſa quæ dicitur kurbanchas,quando teritur de ea aliquid,facit terentis ſe corpus ſudare ſubito, & odor eius nõ eſt abominabilis, & ideo quando accipitur de ea in ore, non apparet odoris horribilis, nec fortis, ſed aſſa quæ naſcitur in ſordachos, & eſt illa quæ naſcitur in Syria, & eſt debilioris uirtutis,quàm illa quæ eſt ex Corienatos,& peioris odoris.

Et adulterantur ſpecies aſſæ omnes,anteꝙ deſiccentur cum ſerapino,& farina fabarum,ſed diſcernitur facile adulterata per ſaporem,& odorem,& colorẽ,& quidã

A nominant plantam eius,ſeu crus eius ſilphion,& radicem nominant magitadas,& folium nominant maſcaſten,fortius autem quod eſt in toto eius,eſt gummi,& poſt ipſum eſt folium,& poſt folium ſtipes.Sed gummi eius,ſcilicet aſſa,eſt inflatiuũ acutum,quod non miſcetur cum uino,& aceto,& pipere,& ponitur ſuper alopiciã,curat eam,& quando miſcetur cum melle,& fit collyriũ cum eo, acuit uiſum,& aufert aquam quæ deſcẽdit ad oculum in principio eius, & ponitur in corroſionibus dentium,& ſedat dolorem eorum, & ſi coquitur cum hyſopo & ficubus in aceto, aqua temperato,aut miſcetur cũ thure,facit hoc idem quãdo tenetur in ore, & aſſa quando ponitur ſuper hulcera,quæ fiunt à morſu canis rabidi, confert ualde, & quando bibitur,aut linitur cum ea,confert nocumento uenenorũ ſumptorum, ſeu morſibus uenenoſorũ,& uulneribus quæ fiunt à ſagittis uenenoſis, & diſſoluitur in oleo,& linitur ſuper punctũrã ſcorpionis,& quãdo ſcinduntur apoſtemata quæ dicuntur ancoria,& ſunt apoſtemata pernicioſa,& intermittitur aſſa,confert eis,& quando ponitur ſuper duricies quæ fiunt ſuper hulcera,mollit eas, & quãdo ponitur ſuper loca unde euulſæ ſunt uerrucę,& glandulę apparentes,poſtꝙ admiſcetur ei ęrotũ aut ficus ſiccę,confert eis,& aufert reſiduũ eoꝝ,& quãdo miſcetur cum aceto,curat impetiginem,& quando admiſcetur ei calcantũ & çiniar, & ponitur in naſum, & fit hoc pluribus diebus,curat carnem eminentẽ in eo,& eſt polypus,& oportet ꝙ euellatur caro illa, poſtꝙ comedit eam Medicamen cum forpicibus nominatis ſacolanis, & confert aſperitati gutturis antiquę,& quãdo diſſoluitur cum aqua,& bibitur, poſtꝙ fuerit colata, curat raucedinem uocis quæ fit ſubito, & quando diſſoluitur in aqua, & admiſcetur melli,& linitur inde apoſtema uuluę intrinſecus, reſoluit ipſum, & fit cum ea gargariſma,& cum mellicrato,& confert fœtori anhelitus,& quando utitur ea aliquis in cibis ſuis,meliorat colorẽ eius,& ſumitur in ouo ſorbili,& confert tuſſi, & quando proijcitur in polentis & bibitur,confert pleureſi,& cũ ficubus ſiccis,con-

B fert ictericię & hydropiſi,& quando bibitur cũ uino,& pipere,& ruta,ualet ad alcuę eę,id eſt,ſpaſmũ,& ualet ad rigores febriũ, & accipitur de ea põdus unius onoloſar, & miſcetur cum cęra,& tranſglutitur,cõfert paralyſi,& ſpaſmo,qui facit reclinari hominem ad poſteriora,& ſpleni duro,& quando fit gargariſmus cum ea,& aceto,aufert ſanguiſugas adhęrentes in gutture, & quando bibitur cum ſerapino, cõfert lacti coagulato in uentre, & epilepſię maxime cum uino aqua mixto, & quando bibitur cum myrrha & pipere, prouocat menſtrua, & quando tranſglutitur in granis uuæ, curat fluxũ antiquũ,& quando bibitur cum aqua cineris,confert attractioni neruoꝝ & lacertoꝝ, & quando miſcetur cum ruta, & amygdalis amaris,aut cum pane calido,quando egemus adminiſtratione in potu, uel alio modo. Exprimitur autem ex folijs eius ſuccus,qui facit operationes aſſę, ſed eſt debilioris operationis ſatis,& comeduntur folia eius cum ſecaniabin,& ſunt conuenientia doloribus cannę pulmonis,& abſciſioni uocis,& ipſa comeduntur cum pane,ſicut comeditur eruca. Comeditur autem & radicis pars interior cuiuſdã plantæ quæ dicitur moly, quæ aſſimilatur radici aniuden,niſi quia eſt minor ea, & eſt acuti ſaporis, & nõ habet lachrymã, & habet eaſdẽ operationes quas habet ſilphium. Abugerig.) Aſſa eſt calida in quarto gradu,& eſt nociua ſtomacho,& epati,& quando ponitur in dente corroſo,frangit eum. Meſarugię.) Aſſa fœtẽs eſt ſubtilior, & calidior,& fortior quàm odorifera. Aben meſuai.) Eſt bona puſtulis intrinſecis, & confert uentoſitati hemorrhoidarũ, & ſtringit uentrem. Açaraui.) Repperi aſſam multũ bonã in ægritudinibus neruoꝝ phlegmaticis,& non cõparatur aliquid ei in calefaciendo,& inducendo febrem, & datur ex ea ęgroto in quantitate fabæ in mane,& tantundẽ in ſero, & datur in potu cum uino bono, quia inflãmatur corpus eius ſtatim. Abohanifa Almahareth.) Et eſt radix aniuden,& una dicitur almohorocha, & naſcitur in arenis. Meſehah.) Almaharoch eſt minus quàm aſſa in uirtute ſua,& iuuamẽtis ſuis, & in nocumento quod ipſa infert ſtomacho,& eſt facilioris digeſtionis. Raſis.) Almaharoch eſt calidum & ſiccũ,& confortat ſtomachũ & epar,& confert digeſtioni. Habix.) Eſt calida in quarto gradu,appropinquat operatio eius operationi uenenorũ, & eſt mala

C epati & ſtomacho, & quando imponitur denti corroſo, frangit eum, & ipſa habet odorem fortem multum, & caliditas eius eſt prope caliditatem anacardi. Et dicunt quidam ꝙ aliquæ gentes, cum non poſſunt præſeruare ſata ſua à rebus nociuis ſine ipſa, quia ipſi ſuſpendũt aſſam ligatã in petia, in campis ſuis ſuper bladũ, & ſuper flumina, quoniã ipſa occidit, & fugat ſuo odore canes fluuiales, & omne quod generatur in ſeminibus, ex uermibus & alijs nociuis, & homines quidẽ Armenię, quãdo inueniũt ꝙ in uulneribus ſuis quę fuerũt à ſagittis, apparet uenenũ, ꝓpterea ꝙ ſagitta fuerit toxicata, apponũt in uulnere aſſam, & euadũt à ueneno illo ſine nocumento.

DE ANISO. CCXLII.

ANeiſum, id eſt, aniſum. Dioſcorides.) Melius ex eo eſt recens, habens groſſa grana plena, & non excoriatur quando fricatur excoriationibus ſimilibus furfuri, habens odoré bonum, fortem, & illud quod eſt ex inſula Cretenſi, eſt melius, & poſt ipſum eſt Babylonicum. Hiſpanicũ uero eſt deterius, & ꝙ ex planta eius eſt, magis iuuatiuũ eſt ſemen eius. Galenus.) Sapor eius eſt acutus, amarus modicum. Et uirtus eius prima calefacit, & deſiccat in tertio gradu. Secũda reſoluit. Et tertia prouocat urinã, & expellit inflatiões uentris. Dioſcorides.) Virtus eius principaliter eſt deſiccatiua & calefactiua, & expellit uentoſitates à corpore, & ſedat dolores, & reſoluit, prouocat urinã & ſudoré, & cõfert hydropiſi, & abſcindit ſitim, quæ fit ab humiditatibus ſalſis, quãdo ſumitur in potu, et eſt cõueniẽs uenenis & inflationibus, ſtringit uentrẽ, abſcindit humiditates albas à matrice fluentes, prouocat lac, & excitat libidinẽ, & quando attrahitur odoratu fumigatio uaporis eius, ſedat ſoda, & quãdo teritur & miſcetur cum oleo roſaceo, & diſtillatur in aurem, curat, quod intra ipſam accidit ex caſu, aut ex percuſſione, & ſedat dolorem. Abugerig.) Aperit opilationes epatis, & ſplenis, renum, & matricis, & mundificat uias ab humiditatibus opilantibus, & propter hoc confert febribus antiquis, & habet in ſe acuitatem propinquam aduſtioni, quare reſoluit uentoſitates, maxime quando aſſatur.

D DE MATRICARIA. CCXLIII.

ACheuen, id eſt, matricaria. Dioſcorides.) Habet folia ſimilia folijs coriandri, & florem albũ circũquaq;, & in medio citrinũ, & habet grauẽ odoré, & in ſapore eius eſt amaritudo. Galenus.) Virtus eius prima calefacit in tertio gradu, & deſiccat in ſecundo. Dioſcorides.) Eſt calidæ uirtutis, & quando bibitur ſicca cũ oximelle, purgat phlegma & melancholiã ſicut epithymũ, & cõfert aſmaticis & melãcholicis, & quãdo bibitur herba ipſa ſine flore ſuo, frangit lapidẽ, & cõfert ſtrangurię & aſmati, & quando ex elixatura eius fit encatiſma, in quo ſedent mulieres, confert duricie matricis, & apoſtematibus eius, & fit emplaſtrũ cũ flore eius, & confert eriſipilæ, & apoſtematibus calidis. Hunaim.) Virtus eius eſt calida cũ ſtipticitate, digerit & aperit opilationes quando bibitur ex ea cũ hydromelle, & prouocat urinã, & diſſoluit ſanguinẽ congelatũ, & prouocat ſudorẽ, & quãdo bibũtur in potu ſummitates eius, & flores cũ uino, prouocant menſtrua, & confert potus eoꝝ aſmati, & reſoluit & abſtergit humores fluẽtes ad os ſtomachi, uerũ nimius uſus eius nocet ori ſtomachi ſico, & laxat phlegma, & melancholiã proprie cũ oximelle, & propter hoc cõfert duricie ſplenis & colicę, ac doloribus ueſicę. Et quando fit emplaſtrũ cũ ea, cõfert apoſtematibus frigidis, & reſoluit ea, & confert hulceribus antiquis difficilis cõſolidatiõnis, & diſſoluit calloſitates quæ ſunt in eis, & aperit hemorrhoidas, & confert apoſtematibus ani, & quando coquitur in aqua, & ſedent in ea mulieres, aperit orificiũ matricis, & reſoluit duriciẽ eius, & propter hoc prouocat menſtrua, & quãdo infunditur in ea ſpongia, & ipſa eſt calida, confert attritioni lacertoꝝ, & contorſioni neruorum. Et quando inciditur locus creparturæ ſeu hernię aquoſæ, & extracta eſt aqua eius, eſt ſibi Medicamen conueniens, & fit oleũ ex ea, habens uirtutẽ reſolutiuã, & calefactiuã, & ſubtiliatiuã, & propter hoc quando fit cum eo naſale, facit in aperiendo os matricis, & reſoluendo duritiem eius, & in prouocando menſtrua, id quod facit herba ipſa, & quando diſtillatur ex eo in aurem, confert doloribus eius. Alcanç.) Quando odoratur humida, facit dormire, & nimius uſus eius inducit ſubeth.

De Aſaro

A DE ASARO. CCXLIIII.

ASaron, id eſt, aſarum. Dioſcorides.) Quidam nominant ipſum nardum agrẽſte, habet folia ſimilia folijs cuſſus, id eſt, hederæ, niſi quia ſunt minora ſatis, & rotundiora, & non frangibilia, & habent florem inter folia iuxta radicem, cuius color eſt purpureus, ſimilis flori iuſquiami, & habet ſemen ſimile cartamo, & habet multas radices, in quibus ſunt nodi tortuoſi, ſimiles granis, niſi quia ſunt ſubtiliores ſatis, & habet odoré bonũ, & naſcitur in mõtibus, in quibus ſunt multę arbores. Galenus.) Illud quod eſt iuuatiuum in eo, eſt radix. Et uirtus eius eſt ſimilis uirtuti acori, niſi quia eſt fortior ea. Dioſcorides.) Calefacit & pungit linguam multum. Et uirtus eius eſt quæ prouocat urinam, & menſtrua, & confert hydropiſi, & ſciaticæ. Et quando miſcetur cum uino & oleo, & inungitur corpus, calefacit ipſum. Et quando bibuntur ex eo drachmæ ſeptem, aut aurei ſeptem, cum aqua mellis, purgat ſicut elleborus albus. Et ipſum quidẽ admiſcetur in confectionibus aromaticis. Aben meſuai.) Eſt calidum & ſiccum in tertio gradu, & ſiccitas eius eſt fortior ſua caliditate. Et quando accipiuntur ex eo tres aurei, & ponuntur in duodecim conſat muſti noui, & dimittitur ſic in uaſe duobus menſibus, poſtquam obturatum fuerit os uaſis, deinde colatur, & datur in potu hydropico, confert iuuamentum magnum. Et ſimiliter curat ictericiam, & confert febribus antiquis multum, nam aperit opilationes epatis, & ſplenis, & confert duriciei eius, et prouocat urinã, et menſtrua. Ignotus.) Prouocat urinam, & fortificat renes, & ueſicam, & ſedat dolores membrorum intrinſecorum. Et quando ponitur in collyrijs, attenuat tunicam, quæ dicitur cornea, & clarificat uiſum.

DE SAVINA. CCXLV.

ABel, id eſt, ſauina. Dioſcorides.) Sunt eius duę ſpecies, una eſt, cuius folia ſunt ſimilia folijs cupreſſi, et eſt magis ſpinoſa ꝙ alia, habens non bonum odorem.
B Et arbor eius eſt fortis, & creſcit amplius in latũ, quàm in longum. Et quidam utuntur folijs eius pro fumigio. Sed alterius ſpeciei folia ſunt ſimilia folijs tamariſci. Et ſapor ipſius eſt ſicut ſapor cupreſſi. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis, & in odore ipſius eſt aromaticitas, & in ſapore amaritudo & ſtipticitas, minus tamen quàm in xerbim. Et in quantum xerbim ſuperat eam in acuitate, & ponticitate, in tantum eſt minus ſtipticum. Et uirtus eius prima calefacit & deſiccat in tertio gradu. Et ſecunda uirtus ſubtiliat & diſſoluit quando bibitur. Et tertia abſtergit putredinem hulcerum putridorum malorum corrodentium antiquorum, quoniam putrefactio eorũ quando eſt ſecundum hunc modum, poteſt ſubtiliare fortitudinem huius Medicinæ ſine nocumento, & ipſa ſimiliter mũdificat hulcera melancholica ſordida, quando ponitur ſuper ea cum melle, & aufert eriſipilam. Et propter cauſſam ſuæ ſubtilitatis prouocat menſtrua plus omni alia Medicina, & facit mingi ſanguinem, & interficit fœtum uiuentẽ, & expellit mortuum, & ingreditur in unguentis * mortiferis, et proprie in unguento dicto alocas, et ponitur pro cinnamomo duplũ ponderis eius. * Alias odoriferis.

Dioſcorides.) Folia ambarum ſpecierum prohibent dilatationem hulcerum corrodentium, & ſedant apoſtemata calida. Et quando fit emplaſtrum cum eis, aufert liuores cutis, & ſordicies eius, quæ accidunt propter ſuperfluitates corporis, & aufert eſcaram ignis. Et quando bibitur, facit exire ſanguinem cum urina, & expellit fœtum. Et quando fit fumigium cum ea, aut fit naſale ex ea, facit hoc. Et ingreditur in confectionibus unguentorum calidorum, & proprie in eo, quod fit ex ſucco uuæ.

DE EPITHYMO. CCXLVI.

EPhitimo, id eſt, epithymum. Dioſcorides.) Eſt flos cuiuſdam herbæ, quæ eſt ſimilis tymbrę, & eſt habens capitella parua, leuia, & rotunda, habentia caudas ſimiles capillis. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & deſiccat in tertio gradu, & eſt ſimilis uirtuti haſce thymi in omnibus, uerum eſt fortior uirtute eius. Dioſcorides.) Quando bibuntur de eo drachmæ quatuor cum melle & modico ſale, & aceto, purgat choleram, & melancholiam, & eſt conueniens proprie melancholiæ

C choliæ inflammationibus,& uertigini,sed ipsum facit nauseam, maxime uiride. Et quando miscetur cum radice ireos et melle,et datur sicut electuarium,educit humores à pectore. Damascenus.) Confert spasmo. Aben mesuai.) Melior ex eo est graue, cuius color est propinquus rubedini, acuti odoris, & illud quod defertur ab insula Cretensi,& à domo sancta. Et proprietas eius est, quod purgat melancholiã, nisi quia facit anxietatem,& sitim,& siccitatem oris,propter sui multam siccitatem. Et rectificatio eius est, quod admisceatur cum oleo amygdalarum dulcium. Et dosis eius est infusi à drachma una usq; ad quatuor, & sicci triti ab una drachma usq; ad duas drachmas. Abix.) Virtus epithimi est fortis in educendo melancholiam à corporibus,& quando datur de eo melancholicis, ingrossat naturam ipsorum,& accidit eis ex potestate eius anxietas,& fortassis facit eos euomere. Et ipsum quidem confert senibus,& plures curati sunt cum eo ex melancholia, quando admisceatur ei absinthium. Sed quando bibitur simplex,oportet quod ungatur cũ oleo amygdalino,aut uiolaceo. Et dosis eius est à drachma una usq; ad drachmas duas,sed cum alijs Medicinis drachma una sola. Et melius ex eo habens colorem rubeum, & acutum odorem,& proprie illud quod defertur ex insula Creta. Et quando coquitur, in decoctionibus non debet multum bulire.

DE VSNEN ET KALI. CCXLVII.

VSnen est herba kali. Abohanifa.) Species usnen sunt multæ,& omnes sunt ex Hanidh,& usnen est hari, & est illud quo lauãtur panni. Albuzid alharabi.) Non uidi harum albidius,nec purius illo quod nascitur in terra Armeniæ. Sed aliud est quod est supra ipsum in bonitate,quod nominatur iohal chansarin,& habet subtiles summitates. Et arbor eius est magna adeo,quod forsitã possemus stare sub umbra eius,& habet lignum. Aben mesuai.) Vsnen est quo dealbant pannos, & est alumen affor. Aliud est illud quo lauantur panni, & liquefit cum eo lacca, donec posset cum ea pingi,& accipitur ex arbore channis, ex quo accipitur salalkali.

D Mesarugie.) Est calidum adurens,& caliditas eius est adurens in gradu tertio.
Alcanzi.) Expellit animalia uenenosa, facta fumigatione cum eo.
Liber uenenorum.) Si bibatur à muliere ex usnen pondus drachmarum quinq;, ejicit fœtum uiuum, siue mortuum: & si bibatur à drachma una cum dimidia usq; ad drachmam unam,prouocat urinam & menstrua: & si dentur hydropico drachmæ tres,confert ei,sed pondus drachmarum decem de ipso,interficit. Mesehah.) Alkali est calidum & siccum in quarto gradu,& iuuamentum eius est sicut iuuamentum salis,nisi quia est acutius eo, & administratur in Medicinis conferentibus morpheæ,& scabiei,& destruit carnem superfluam in hulceribus.

DE POLYPODIO. CCXLVIII.

BIsberg,id est,polypodiũ. Dioscorides.) Est planta nascens in saxis,& rupibus, & muris antiquis humidis,& super stipites, & iuxta radices arborum antiquarum,maxime quercus, cuius longitudo est unius palmi,& est similis herbæ dictę bataros,et super ipsam sunt pili,et est alta,sed nõ est exaltatio eius subtilis sicut bataros, & habet radicem super quam sunt pili,à qua egrediũtur ramuli eius. Et est radix eius similis animali quod dicitur quadraginta quatuor pedum. Et grossitudo eius est sicut digitus,& color eius interior est uiridis,ad albedinem decliuis,et dulcis saporis, & est illa quæ cedit in usum Medicinæ. Galenus.) In sapore eius est dulcedo & stipticitas. Et uirtus eius prima desiccat fortiter sine mordicatione. Dioscorides.) Virtus huius radicis est laxatiua,& datur ex ea cocta in iure alicuius pulli, aut pisciũ, aut molochia,aut sicla,& similibus. Et quando desiccatur,& teritur,& datur cũ melicrato,purgat phlegma,& melancholiam. Et quando fit emplastrum cum ea, confert attritionibus neruorum, & scissuris digitorum, & hemorrhoidibus.

Aben mesuai.) Proprietas eius est,quod purgat melancholiam,& phlegma,sine punctione & malicia. Et melius ex eo est citrinum,cuius sapor uergit ad ponticitatẽ, & dulcedinem. Et grossitudo eius est sicut digitus. Et qui uult ipsum sumere, decoquat ipsum in aqua hordei,& in aqua siclæ decoctæ, postea bibat. Quando autem ipsum

A ipsum uis ponere in decoctionibus, non oportet quod rectificetur aliter, nisi quod teratur,& misceatur cũ eis. Et dosis eius decocti aut infusi est à drachmis duabus usq; ad drachmas quinq;,et sine decoctione & infusiõe à drachma una usq; ad drachmas duas. Mesehа.) Proprietas polypodij est,quod purgat melancholiã leuiter,quando bibitur simplex,aut cum zucharo,aut quando admiscetur cum aliquibus decoctionibus,aut confectionibus, & ingeniati fuerunt aliqui Medicorum ad illos,qui non poterant potare Medicinas,& proijciebant ipsum tritum in aliquibus cibis eorum,& purgat melancholiam leuiter. Et dosis eius cum zucharo est drachmarum duarum,& decocti cum alijs Medicinis drachmarum quatuor.

DE CICLAMINE. CCXLIX.

BVchormarien, id est, ciclamen. Dioscorides.) Ciclamen habet folia similia plantæ quæ dicitur cussus,id est,hedera,nisi quia sunt maculata maculis albedini trahentibus. Et habet uirgam ad nigredinem tendentem,sine foliis, cuius longitudo est digitorum quatuor,& amplius,super quam est flos similis rosæ,rubeus,aut purpureus,& habet radicem nigram,grossam,rotundam,latam,uel pressam,similem rapæ. Nascitur in locis umbrosis,maxime ad umbram arborũ. Et inciditur hæc radix,& siccatur sicut squilla. Galenus.) Virtus huius plantæ est aperitiua,& hoc, quia uirtus eius secunda abstergit,aperit,et resoluit,& in hoc est signum operationis eius particularis,quam facit in primis, quia succus eius aperit orificia uenarum quæ sunt in ano,& extrahit stercus,quando infunditur in eo lana, & imponitur ano: & ipse admiscetur cum Medicinis quæ resoluunt apostemata, & scrophulas, & duricies alias. Et quando fit cum eo cohol mixto cum melle, confert aquæ descendenti ad oculum,& mundificat cerebrum,quando fit sternutatorium cum eo,& est ei cum hoc tanta uirtus,quod quando fit emplastrum cum eo super uentrem, laxat eum,& expellit fœtum,& absq; hoc quando fit cum eo nasale, est ex fortioribus Medicinis ad expellendum fœtum. Et uirtus quidem radicis eius est debilior uirtuti succi eius,uerum cum hoc est fortis multum,& propter hoc prouocat menstrua. Quando bibitur,aut fit nasale cum ea,confert ictericis, & hoc non propterea solum, quia mundificat epar,& aperit opilationes eius, sed quia cum toto hoc diminuit choleram quæ est in toto corpore, & expellit eam per sudorem. Verum tamen oportet, postquam biberit eam potator eius, quod ingenietur ad faciendum ipsum sudare. Et dosis eius quidem non pertranseat aureos tres,cum uino dulci, aut cũ aqua mellis. Et semen eius similiter abstergit,& ideo acuit, quod curat alopiciam, impetiginem,lentigenes,& egritudines alias similes his. Et ista quidem planta curat duricies splenis,quando fit emplastrum cum ea sicca uel recenti, & datur etiam ex radice eius postquam desiccatur,asmaticis,& confert. Dioscorides.) Quando datur de radice eius cum hydromelle in potu,purgat multum phlegma,et chimos corporis. Et quando bibitur,& fit nasale cum ea,prouocat menstrua. Et putauere quidam,ꝙ si mulier super ipsam transierit abortit,& quando suspendit eam mulier in collo uel humero suo,prohibet impregnationem,& si ligata fuerit super fœmur parturientis, facit eam cito parere,& sumitur de ea in potu cum uino,ad Medicinas mortiferas,et ad uenena,& proprie contra uenenum leporis marini. Similiter autem quando fit emplastrũ cum ea,est bezaar contra uenena. Et quãdo admiscetur cũ uino,& bibitur inducit ebrietatẽ,& quãdo bibũtur de ea aurei tres cũ sapa,aut cũ melicrato, & aqua calida,curat ictericiam. Oportet tamen quãdo datur in potu icterico,ꝙ constituatur in domo calida,& cooperiatur multis pannis,ut sudet,nã tunc apparebit sudor eius croceus,similis choleræ. Succus uero eius admiscetur cũ melle,& fit sternutatoriũ cũ eo ad purgandum cerebrũ,& attrahit multas humiditates. Et cũ imbibitur in eo lana,& fit inde suppositorium,laxat uentrem: & quando emplastratur uenter cũ eo, laxat uentrem,& expellit fœtum. Et succus eius confert cum mellẽ,& fit inde collyrium,& confert aquæ descendenti ad oculum,& debilitati uisus, & ipsum ingreditur in Medicinis,quæ fiunt ad aborsum faciendum: & misceatur succus cum aceto, & ponitur super anũ egressum,& reducit eũ. Similiter & puluis ipsius radicis quãdo

puluerizatur

C puluerizatur ſuper eum,& excoriatur radix eius,& teritur,& exprimitur ſuccus,et coquitur,donec fit ſicut mel,& reponitur,cum quo ſi liuores,qui fiunt in corpore,liniuntur,auferuntur. Et ſimiliter curat puſtulas,& hulcera,maxime cum aceto mixtus. Similiter autem & radix eius mundificat faciem,& aufert bothor, & quando miſcetur cum aceto & melle,curat exituras quaſcunq;.Et quando fit emplaſtrum cum ea, curat ſcrophulas,& duricies ſplenis,& mũdificat impetiginem, & curat alopiciam, eſt conueniens contorſioni neruorum,& podagræ.Et quando decoctio eius proijcitur ſuper tibias, confert hulceribus quę fiunt in eis,& ſciſſuris quæ fiunt in calcaneis & pedibus propter frigus. Et quando teritur cum oleo ueteri, & iungitur cum ea, facit hoc,& confert hulceribus uirgæ,& ponitur in Medicinis quæ mundificant hulcera ſordida,& hulceribus capitis ſimiliter confert. Oportet autem quod caueatur in radice eius fouea,quæ impleatur oleo,& ponatur ſuper cinerem calidum,donec bulire incipiat,& fortaſſis ponitur ibi aliquantulum minũ,maximæ regionis, quæ dicitur Trana. Armaſius.) In ſucco eius eſt quod laxat uentrem, quando fit ſuppoſitorium cum eo,& ſemen eius aufert impetiginem, & omne quod naſcitur in cute, quando fit emplaſtrum cum eo ſicco,ſiue recenti. Paulus.) Quando bibuntur ex radice eius drachmę quinq; cum melle & aqua calida,laxat uentrem fortiter,& cum ſapa mundificat cutem,& ſuccus eius abſtergit oculum à panno,qui fit ab humiditate groſſa. Aben meſuai.) Buchormarien reſoluit exituras & apoſtemata, & quando fit ſuppoſitorium cum eo,ſoluit uentrem, & quando fit cohol cum eo & melle, confert aquæ congregatæ in oculo,& ſi fiat ſternutatorium cum eo, facit hoc etiam. Et ſi fiat unguentum cum eo ſuper uentrem,ſoluit eum,& mundificat impetiginem alopiciam,& ſedat ſoda, confert ſpleni, & bothor,& hulceribus. Dioſcorides.) Ciclamis eſt alia ſpecies,habẽs folia ſimilia folijs cuſſus,id eſt,hederæ, niſi quia ſunt minora eis,& ramos groſſos habentes,& nodos,qui inuoluũt ſe uicinis arboribus,

D & flos eius eſt albus odoriferus,& ſemen eius eſt ſicut grana uuæ, ſimile ſemini cuſſus,id eſt,hederæ,in quo eſt acuitas non multa cum uiſcoſitate, & habet radicem in qua nullum eſt iuuamentum,& naſcitur in locis aſperis & ſiccis. Galenus.)Radix huius non eſt alicuius iuuamenti,ſed ſeminis eius uirtus eſt fortis. Sapor eius eſt calidus acutus,& eſt cum hoc in eo uiſcoſitas. Si bibitur de ſemine eius pluribus diebus cum tribus uncijs uini,curat ſplenem durum,ideo quia prouocat urinam, & mollit uentrem,& extrahit ſecundinam,& confert aſmaticis. Dioſcorides.)Quando bibuntur ex ſemine eius drachmæ duæ,cum duobus conob uini albi, reſoluit apoſtemata ſplenis,& datur de eo in potu aſmaticis,qui non poſſunt iacere,& confert eis. Et quando datur de eo in potu puerperæ,mundificat eam.

DE BVZEIDEN. CCL.

BVzeiden eſt ſpecies ſatyrionis. Salomon eben haſem.) Buzeiden ſunt radices duræ,albæ,ſimiles behen albo, confert podagræ,& doloribus iuncturarum. Et eſt Medicina Indiæ,qua nos parum utimur. Quidam uero detulere eam ad nos, & uidimus eam ſæpe. Aben meſuai.) Melius quod eſt ex buzeiden,eſt album,habens lignum groſſum,& multas rugas. Illud uero quod eſt ſubtilis ligni,habens ſuperficiem lenem paruę albedinis,eſt non bonum,nullius iuuamenti. Habix dixit ſicut iſte. Et dixit cum hoc,quod iuuamentum eius eſt ſicut iuuamentum hermodactylorum,ad remouendos dolores iuncturarum, & ad conferendum podagræ.

Meſarugiæ.) Buzeiden eſt calidum, auget in ſpermate. Et de proprietate eius eſt, quod laxat aquam citrinam.Sed illud eſt malum teſticulis. Et rectificatio eius eſt cũ ſinapi,& melius ex eo eſt nouum.Et doſis eius eſt pondus drachmarum duarum.

DE BEL, ET SEL, ET PHEL. CCLI.

BEl,& ſel,& phel. Iſaac eben amram.) Bel eſt Medicina Indiæ.Et ſunt capitella nigra,ſimilia dora,niſi quia ſunt minora eis. Et in acuitate capitum ipſorum, & intra ipſa eſt ſemen pingue,& eſt illud quod adminiſtratur. Et eſt in eo ſubtilitas, & defertur ab India,& eſt calidum & ſiccũ in tertio gradu. Confert fluxibilitati neruorum,& podagrę,& augmentum facit in ſpermate. Meſehah.)Bel eſt Medicina Indiæ,

A Indiæ,& eſt ſicut ſel, & confert uentoſitati hemorrhoidarum. Meſarugiæ.) Bel,& ſel,& phel,ſunt Medicinæ Indiæ,et uirtus earum omnium eſt calida & ſicca.

Sed ſel. Iſaac eben amram.) Eſt citonium Indum, & eſt fructus rotundus ſicut auellana,non habens corticem ſuper ſe,& eſt id quod de ipſo adminiſtratur.Et uirtus eius eſt ſicut uirtus zinziberis. Et calefacit in tertio gradu, & humectat in primo, & ſubtiliat chimos groſſos,& confert duriciebus neruorum. Meſehah.)Sel eſt Medicina Indiæ,calida in tertio gradu,& humida in primo gradu. Et eſt ſimilis zinziberi.Et ſubtiliat chimos groſſos,& confert duriciebus neruorum. Alius.) Sel eſt ſimilis zinziberi,et eſt calidũ,et cõfert ſiccitati neruorũ. Albaçari,& Raſis, ſicut iſti.

Sed phel eſt fructus,ſuper quem eſt cortex,ſimilis cortici auellanæ, & eſt in quantitate fiſtici,& intra ipſum eſt nucleus pinguis, qui eſt ſicut granum pini maioris. Et color eius eſt inter citrinitatem & inter albedinem. Et eſt id quod adminiſtratur. Et poteſt dici uniuerſaliter,q; ſunt omnia tria Medicinæ Indiæ,& ſunt calidæ, & confortant fluxibilitati neruorum,& phel confert uentoſitati hemorrhoidarum.

DE OPPOPONACE. CCLII.

STenſir,id eſt,oppoponax. Dioſcorides.) Arbor oppoponacis plantatur in hortis & pomerijs,eò quod habet parum gummi ad hoc quod plus de ipſo colligatur.Et eſt planta habens folia aſpera ſicut ficus,non magna,ſparſa ſuper terram,uitidia,rotunda,et diuiſa in quinq; partes,ſimilia folijs ficuum in ſua ſimilitudine.Et ſtipes eius eſt longus,ſimilis ſtipiti galbani,albus, ſuper quã ſunt pili albi, ſimiles pulueri albo,in cuius circuitu ſunt folia parua, & in ſummitatibus eius ſunt capitella ſimilia capitellis aneti,in quibus ſunt flores crocei coloris, habẽtes odorem bonum, & habet ſemen odoriferum & calidum,& habet radices multas egredientes ab una radice alba,grauis odoris ſolida,ſuper quam eſt cortex groſſus amari ſaporis.Quod autem ex ſemine huius plantæ eſt melius,eſt illud quod eſt ſuper ſtipitem eius, nam

B illud quod reperitur ſuper herbam,non eſt tantæ bonitatis. Et ex radicibus eius melior eſt alba ſicca, quæ non eſt rugoſa, nec corroſa, pungens linguã quando guſtatur. Et eſt odorifera. Et colligitur gummi ab iſta planta quod oppoponax dicitur,in hunc modum. Foditur terra circa radicem in æſtiuo tẽpore, & ſternuntur folia eius in fouea iuxta radicem,deinde uulneratur radix & ſtipes eius,donec appareat cor,ſi ue medium eius,& tunc emanat lachryma currens ſuper folia,quæ quando deſiccata eſt,accipitur,& reponitur. Et color huius gummi eſt albus, ſed quando deſiccatur,fit color eius exterior croceus. Et melius oppoponax eſt amarum, interius albũ, exterius croceum,adhærens manui,facile frangibile,quod cito diſſoluitur, grauem habens odorem,lene,& pingue.Illud uero quod eſt nigrum,eſt malum,ſimiliter & molle,nam tale eſt adulteratum cum ammoniaco & mum, Sed cognoſcitur, quod quando ponitur in aqua,& fricatur digitis, quod eſt bonum, diſſoluitur cito, & fit ſicut unguentũ,aliud uero non facit hoc. Galenus.) Fructus huius plantæ eſt amarus,calidus.& propter hoc prouocat menſtrua.Sed radix eius eſt Medicina quę deſiccat,& calefacit,& in hoc eſt melior q̃ oppoponax ipſum. Et in cortice eius eſt uirtus abſterſiua.Et nos quidem utimur eo in medicatione oſſium denudatorum,et in Medicinis uulnerum fraudulentorum,quia Medicinæ quæ faciunt hoc,poſſunt generare carnem in uulneribus forti generatione. Hęc nanq; Medicina abſtergit & deſiccat,& non calefacit fortiter. Et his proprietatibus æget Medicina,quæ debet generare carnem. Sed lac huius plantæ. Et eſt oppoponax uirtus eius prima calefacit in ſecundo gradu.Et ſecunda mollificat & reſoluit. Et dixit in Epiſtola ad Glauconẽ, quando memorauit ei de apoſtemate duro,quod erat in puero quod erat exitiale.) Et miſcui in Medicina illius de oppoponace illud quod erat plus pingue ex eo, & elegi illud quod erat magis nouum,nam non poteſt eſſe pingue & molliſſimum, niſi illud quod eſt nouum,quod etiam cõtingit de bdellio,& ammoniaco, et galbano.

Dioſcorides.) Virtus huius gummi & eſt oppoponax, eſt calefactiua, ſubtiliatiua,mollificatiua,& ideo quando datur ex eo in potu cum melicrato,aut cum uino, confert rigoribus & frigoribus febrium petiodicarum, et contuſionibus neruorum,

& doloribus

C & doloribus laterum,& torsionibus uentris,& tussi,& distillationi urinę,& scabiei, & uesicæ. Et quando dissoluitur cum melle,& administratur, prouocat menstrua, & corrumpit fœtum,et resoluit inflationes matricis,& duricies eius,& cum ponitur super sciam,confert dolori eius,& ingreditur in confectionibus oleorum & unguentorum,quæ fiunt ad lassitudinẽ,& in Medicinis soda.Et quando ponitur super apostemata quæ dicuntur carbunculi,aperit ea maxime cum passulis. Et quando fit emplastrum cum eo & oleo, conuenit podagræ, & quando ponitur in corrosionibus dentium,sedat dolores eorum,& quãdo fit collyrium cum eo,acuit uisum, et quando miscetur cum tantundem picis, fit emplastrum conueniens,& iuuatiuum multum morsui canis rabidi. Radix uero plantæ huius quando abraditur, & subijcitur mulieri,expellit fœtum,& sanat hulcera antiqua.Et quando teritur,et miscetur cum melle,& fit emplastrum cum ea,uestit carne ossa denudata.Sed semen eius quando datur in potu cum absinthio,prouocat menstrua, & quando datur in potu cum aristologia longa,confert morsibus uenenosis. Et quando bibitur cum uino, confert suffocationibus matricis. Aben mesuai.) Proprietas eius est,quod confert ad omnia quæ iuuat ammoniacum. Et dosis eius est à drachmis quinq; usq; ad aureũ unũ, postquam infunditur in decoctione. Açaraui.) Oppoponax confert neruis.

Habix.) Est calidum & siccum in tertio gradu,in ultima eius mansione,& siccitas eius est amplior caliditate eius,& habet odorem acutum multum, & confert hulceribus,quando admiscetur cum unguentis,& laxat uentrem, quando admiscetur cũ alijs Medicinis,& confert colicæ quæ fit à frigore, & expellit uentositates à corpore grossas,& extrahit humores crudos,& resoluit dolores iuncturarum.

DE GENTIANA CCLIII.

GEntiana est basilica. Dioscorides.) Est planta habens folia quæ sunt iuxta radicem,similia foliis nucis,uel plantaginis,uel lactucæ,& color eorum trahit ad
D rubedinem sanguinis,& à medietate eorum superius usq; ad summitatem sunt incisa incisione minuta sicut serra,& habet hastam concauã interius & lenem, in grossitudine digiti,& in longitudine unius brachij,& habet nodos à se inuicem distantes in quibus nascuntur folia,& habet semen uelut in pomulis latis lenibus,sicut semen plantæ quæ dicitur sachilios,& habet radicem longam, similem radici aristologiæ longæ,grossam,amaram,ad nigredinem tendentem,& fragilem, nascitur in montibus excelsis,& locis umbrosis,& humidis. Galenus.) Id quod de ipsa administratur,est radix eius,sapor eius est amatus in fine amaritudinis. Et uirtus eis est magna in mundificatione & abstersione, & in aperiendo opilationes. Dioscorides.) Virtus radicis eius est calefactiua & stiptica,& quando datur ex ea in potu quantitas drachmæ unius cum pipere,& ruta,cum uino,resistit morsui uenenoso. Et quando bibitur ex succo eius drachma una cum aqua, confert doloribus lateris, & casui, & attritioni neruorum,& contorsioni eorũ,& doloribus epatis,& stomacho.Et quando fit cum ea nasale,expellit fœtum.Et quãdo ponitur in uulneribus cum licio,confert eis,& curat hulcera corrosiua,sed succus eius est melior in hoc, & fit cum eo Medicina apostemati calido oculorum, & miscetur in sief calidis loco succi papaueris nigri,& radix ipsa delet morpheam albam,et exprimitur succus quando contunditur,& infunditur in aqua quinq; diebus, & postea coquitur in eadem aqua, donec uirtus tota in aquam transeat,& fricatur,& colatur,& iterum aqua ipsa coquitur,donec fit sicut mel,& reponitur in uase terreo. Abix.) In gentiana est proprietas,quę confert morsui canis rabiosi, & quæ est contraria uenenis mortiferis,bibita, aut imposita super locum morsuræ,& morsui tyri,& serpentum, & scorpionum, & aliorũ uenenosorum. Et ego non uidi Medicinam meliorem ista in morsu canis rabidi, quando datur ex ea qualibet die drachma una trita,cribrata cum drachma una myrrhæ,& cum drachmis duabus puleris cancrorum fluuialium adustorum, in principio egritudinis,antequam timeatur aqua. Et hæc quidem planta est contratia uenenis mortiferis,& aufert nocumentum eorum,cum auxilio Dei.

DE DAVCO CCLIIII.

Daucus

A DAucus. Dioscorides.) Sunt eius tres species, una habet folia similia foliis mathri,nisi quia sunt minora, subtiliora, & mollia,& habet hastã in longitudine circa palmos duos,& habet capitella similia capitellis coriandri,& habet florem album,& est ibi semen asperum,& quasi pilosum,minutum, quod quando mastigatur,est acuti saporis,& boni odoris, & habet radicem grossitudinem unius pollicis habentem, & longitudinem circa palmum, & nascitur in locis siccis, & asperis, & soli expositis.Et secunda species eius est similis apio agresti, habens odorem aromaticũ,& acutum saporem,pungens linguam,sed melius est Creticum, de quo supra diximus. Tertia uero species habet folia similia foliis coriandri, & florem albũ, & semen in capitello simile capitello aneti, & semen & capitellum assimilantur capitello baucię,in sua figura,& est plenum semine oblongo, simile cimino agresti,& est acutum. Galenus.) Virtus seminis dauci est calida fortiter, & secunda est quæ resoluit,quando ponitur exterius,& incidit,& subtiliat,quando sumitur interius,& tertia prouocat urinam, & in hoc fortius omni Medicina, & prouocat menstrua,& foliorum uirtus est eadem,nisi quia est debilior seminis uirtute, propterea q; admiscetur foliis de humiditate aquosa, quæ est frigidæ complexionis. Dioscorides.) Semen omnium istarum specierum quando bibitur,calefacit, & prouocat urinam, & menstrua,& expellit fœtum, & sedat tortiones, & tussim antiquam, & quando bibitur cum uino,confert morsui rutellæ, & quando fit emplastrum cum eo, resolui apostemata phlegmatica, & curat pustulas. Et omnium specierum dauci administrantur semina in usu Medicinæ,præter semen illius speciei quæ dicitur karticon, & est species prima,quoniam radix eius administratur, radix enim eius datur in potu cum uino ad morsus uenenosos.

DE FVMO. CCLV.

DOchan,id est, fumus. Galenus.) Subtantia eius est terrea,subtilis,& est in eo cum hoc residuum paucum exigne. Et omnis quidem fumus desiccat, sed di-
B uersificantur species eius secundum diuersitatem corporum, à quibus resoluuntur, nam ex Medicina quæ est calidior & acutior,generatur fumus, qui est secundum naturam ipsius. Et à Medicina quæ declinat ad dulcedinem, & est parum mordicatiua,generatur fumus qui est similis ei. Et fumus olibani administratur à quàmpluribus Medicis,in Medicinis oculorum,habentibus apostemata & hulcera,nam mundificat ea,& replet ea carne,& administratur etiam in cohol,quæ fiunt ad restaurandum pilos palpebrarum. Et fumus myrrhę & terebinthinę sunt longinqui à nocumento. Sed fumus storacis est fortior istis. Et fumus picis adhuc fortior. Et fumus alkitran est fortior fumo picis. Et Medici quidem administrãt illos qui fiunt ex fortioribus speciebus in Medicatione palpebrarũ, quãdo est in eis ęgritudo, quę dicitur sulach, & est ægritudo cũ qua cadunt pili cũ duricie palpebrę,& rubore,& & in Medicatione corrosionis & pruritui,oui sunt in lachrymali oculi, & in Medicatiõe oculorũ humidorũ,in quibus non est apostema. Et administrant alias species quæ sunt magis mollificatiuę in alijs ægritudinibus, in quibus administratur fumus olibani.

DE CINNAMOMO. CCLVI.

DArseni, id est, cinamomum. Dioscorides.) Dicitur lingua Persica arbor seni. Et darseni quidem sunt multę species, & denominantur pluribus nominibus, & diuersis,secundum diuersitates locorum, sed melior ex speciebus eius est illa quæ dicitur masolites,quia habet cum cassia lignea,quę etiam dicitur masolites aliquam similitudinem. Et melius cinnamomum ex ista specie est illud quod est nouum, nigrum,cinericium cum rubore,& est subtile, lene, & rami eius sunt spissi adinuicem, lenes, & pleni nodis, habentes odorem bonum, & melius ex hoc etiam est, quod cum odore optimo suo trahit odorem rutæ, & cordumeni, & est in eo acuitas & mordicatio linguæ,& parum salsedinis cum caliditate,& quando franguntur rami eius, egreditur uel eleuatur inde puluis odoriferus, cuius odor superat omnia quæ sunt circa se. Et de experientia bonitatis eius est, quod quando ramos eius euellis à terra,radices eius euelluntur facile cum eis. Et melius quidem ex hoc est illud quod

C repleat subito fauces suo odore, in primis quando gustatur. Et est species alia, ex eo quod est montanum, asperum, breue in sua altitudine, & grossum, cuius color est subruffus. Tertia uero species est propinqua speciei quæ dicitur masolen, id est, cassiæ masolites, cuius color est subniger, lene, non habens multos nodos. Et est species quarta cinnamomi, cuius color est albus, teneri tactus, tumens, cuius rami sunt facile frágibiles, & tale cinnamomum est utile ad plantandũ, nam radices habet magnas. Et est species quinta, cuius odor est similis odori cassiæ, habens odorem bonum, subruffi coloris, cuius cortex est similis cortici cassiæ lignæ rubeæ, & tale est durum tactu, & habet grossam radicem, & odor illius est similis odori kaud & odori myrrhæ, aut cassiæ, & est odor eius cum quadam pinguedine, & est minus in bonitate quàm optimum, & melius ex hoc est album, habens ligna grossa. Illud uero quod est lene grossum, non est alicuius iuuamenti. Et inuenitur alia species cinnamomi quæ dicitur uasor, & cinnamũ, & est grossę plantæ, non habens fortem odorem, & est debilis uirtutis, & est ex canna cinnamomi quod nominatur cinnamum, quod habet similitudinem cum cinnamomo in apparentia, sed differentia quæ est in eis, est pinguedo ipsius odoris. Sed id quod dicitur kerfe, est simile cinnamomo, in radice sua, & multitudine nodorum, & est cinnamomum lignosum, habens ligna fortia & longa, & bonitas odoris eius est minor quàm cinnamomi, & quidam putant quod kerfe est alia species à cinnamomo, & quod sit alterius naturæ ab eo. Galenus.) Substantia eius est subtilis, & uirtus eius prima est calida in tertio gradu, & nõ est in aliqua Medicina calefactiua desiccatio, sicut est desiccatio ipsius propter subtilitatem suæ substantiæ, sed kerfe cinnamomi est quasi cinnamomum debile, & quidam sunt qui nominant cinnamomum çor, & dixit in libro de cibis, quod cinnamomum aromatiçat stomachũ, & confert frigiditati epatis, & facit euenire somnum, & aperit opilationes, & prouocat menstrua, & abstergit obscuritatem uisus, &
D desiccat humiditates quæ sunt in capite & stomacho, & de proprietate eius est, ꝙ usus comestionis eius confert obscuritati uisus, quæ accidit ab humiditate. Dioscorides.) Virtus cinnamomi est calefactiua, prouocatiua urinæ, mollificatiua, maturatiua, prouocatiua menstruũ, si cum aqua bibitum fuerit, & expellit fœtum, quando fit nasale cum eo solo, aut cum myrrha, & est conueniens morsibus uenenosis, & Medicinis mortiferis sumptis per os, & abstergit obscuritatem uisus, & aufert humiditatem lacteam quæ est in oculo, & maculã, & lentigines quæ sunt in oculu, quando fit linimentum cum eo, & melle, & confert tussi, & catarro, & hydropisi, & doluri renum, & stranguriæ. Et ipsum quidem ingreditur in confectione Medicinarum odoriferarum bonarum, & est maximi iuuamenti. Cinnamomum quidem teritur, & conficitur cum uino bono, & fiunt inde trocisci qui desiccantur in umbra, & reponuntur, & sic uirtus eius diutius seruari potest. Reperitur autem species alia cinnamomi quæ nominatur bramonium, & quidam nominant illud fictitium cinnamomum, habens apparentiam boni, habet ramos asperos multum, & grossum ligum, plusquàm cinnamomum multum, & nõ est ita subtile, nec boni odoris, nec saporis, nec uirtutis, ut ipsum.

DE HYPERICONE. CCLVII.

RHeiofricon, id est, hypericon. Dioscorides.) Sunt quidam qui nominant hanc herbam camepitheos, propter similitudinem quam habet semen eius in odore cum resina pini, nam pitheos, id est, pinus, & est arbustum, quod est idoneum ad accendendum ignem sicut ligna, & habet folia similia foliis rutæ, & longitudo eius est circa palmum unum, & color ipsius est uergens ad ruborem sanguinis, & habet florem subtilem, album, similem flori keiri albo, & semen eius est in cortice longo, & rotundo, magnitudo seminis est in quantitate grani hordei, & color eius est niger, & habet odorem similem odori resinæ pini, nascitur in locis asperis & domesticis, & usus eius est quod administretur sicut est, ita quod non simus contenti semine solo interiori. Galenus.) Substantia eius est subtilis. Et uirtus eius prima est quæ calefacit & desiccat. Secunda est quæ subtiliat. Et tertia eius uirtus prouocat urinam & menstrua

A menstrua, & quando uolumus ex ipso dare in potu, oportet quod exhibeatur fructus eius sicut est, & non simus contenti solo semine interiori, & cum hoc si accipiuntur folia eius, & fit emplastrum cum eis super locum combustionis ignis, confert, & quando ponitur super hulcera, facit ea incarnari cito, & quando desiccatur & teritur, & puluerizatur puluis ipsorum super hulcera putrida, curat ea, & iam curauit iste puluis plurimos à dolore sciæ, datus in potu. Dioscorides.) Quando fit nasale, prouocat menstrua, & quando bibitur semen cum uino, curat quartanam, & quando bibitur eodem modo quadraginta diebus continuis, sciaticam curat, & quando fit emplastrum ex foliis & semine, curat combustionem ignis. Et ex hypericon est alia species quæ dicitur asbirach, uel asquiron, diuersa à specie prima in magnitudine sua, nam hæc est maior, & habet plures ramos maiores, & magis lignosos, & est plus apta accensioni ignis, & color eius est rubeus, & flos citrinus, sed semen eius est simile semini hypericon supradicti, & quando fricatur inter digitos, inficit eos colore rubeo sicut sanguinis, & odor eius ab ipso est sicut odor resinæ pini. Est alia eius species quæ dicitur androseman, & differt ab hypericon primo, & est arbustũ quod administratur ad accendendum ignem, sicut supradictæ species, habens semen subtile, & ramos rubicundos, plurima rubicunditate ualde, & folia ferè triplo maiora foliis rutæ in quantitate sua, & quando folium eius frangitur, egreditur inde humiditas similis humiditati rutæ, & habet ramulos plurimos, habentes summitates diuisas, super quas sunt flores subtiles, citrini, parui, & semẽ eius est in thecis, similibus thecis papaueris nigri, & quando hæc herba frangitur, flagrat odorem similem odori resinæ pini. Galenus.) Fructus ambarum istarum specierum laxant uentrem. Sed folij eius uirtus est quæ desiccat, & abstergit parum, & confidunt de eis quidam ꝙ curent combustionem ignis, & quando coquuntur in uino stiptico, habet uinum illud uirtutem incarnandi uulnera magna. Dioscorides.) In specie quæ dicitur asbirach, uel asquiron, quando bibitur ex foliis huius plantę cum cotyla una hydromelis,
B confert sciaticæ, & laxat uentrem, & expellit choleram, & oportet quod utatur eo, habens sciaticam donec sanetur, & quando fit emplastrum cum hac planta, confert combustioni ignis, & dicitur andresegian, quando semen huius plantæ teritur, & bibuntur de eo drachmæ duæ, laxat uentrem, & purgat choleram, & curat proprie sciaticam, & oportet quod ille qui sumit hanc Medicinam, bibat post eius purgationem suctinos siue sursos aquæ, & quando fit emplastrum cum hac herba, curat combustiones ignis. Et ex hypericon est alia species quæ dicitur coras, habens folia similia foliis herbæ quæ dicitur arich, nisi quia sunt minora eis, & est in ea humiditas quædam pauca, quæ adhęret manui, & color eius est rubeus, uergens ad ruborem sanguinis, & habet ramulos multos, longos & graciles, & longitudo eius est quasi palmorum duorum, habet odorem bonum, & saporem acutum. Galenus.) Virtus huius est subtilis desiccatiua. Et ideo dicunt quod confert habenti tortiones in uentre. Et nomen quidem eius deriuatur à nomine rutellæ, quia ipsa confert morsui eius. Dioscorides.) Semen huius quando sumitur in potu, prouocat menstrua & urinam, & quando bibitur cum uino, confert morsui rutellæ, & confert speciei paralysis, quę facit hominem declinare caput ad posteriora, & quando bibitur cum pipere, confert ad alcuçeç, & fit ex eo cum bacis lauri unguentum, quod confert paralysi, quæ facit declinare caput ad posteriora.

DE AMONIACO. CCLVIII.

RAxach, id est, amoniacũ. Dioscorides.) Est gummi plantę similis plantę galbani in figura sua, nascitur in terra dicta à rege Minois, et est in partibus Codi, et dicitur herba eius Græce afios. Huius radix uulneratur, & egreditur inde lachryma, quę colligitur & seruatur, sed aliquando de ipso cadit super terram, quare admiscetur cum eo terra, & lapilli, & aliæ sordes, sed melius ex eo est habens odorem bonum, in quo non sunt lapides, nec ligna, & recens ad albedinem approximans, cuius fractiones sunt similes fructus olibani, & est purum sine sorde, & odor eius uergit ad odorem castorei, & sapor eius est amarus, & habet in se pinguedinẽ & splen-

C dorem cũ soliditate, & illud quod est huiusmodi, dicitur carnisima, sed illud quod continet terram & lapides, nominatur chironia, & defertur à terra quæ dicitur Monacon, & est succus plantæ, similis plantę galbani in similitudine sua, & nascitur ibi. Galenus.) Virtus eius prima est quæ calefacit & desiccat, & secunda est quæ mollit & resoluit, & attrahit, & tertia est uirtus quæ resoluit duricies quæ sunt in iuncturis, & resoluit duricies splenis, & resoluit scrophulas. Dioscorides.) Virtus amoniaci est uirtus mollificatiua, attractiua, calefactiua, resolutiua duricietum, & exiturarum, & quando bibitur, laxat uentrem, & extrahit fœtum, & quando bibuntur de ipso drachmæ duæ cum aceto, resoluit duricies splenis, & curat dolores iuncturarum & sciaticæ, & quando miscetur cum melle, & fit cum eo lohoc, aut miscetur cum aqua hordei, & bibitur, confert asmati & coartationi anhelitus, quæ cogit hominem stare erectum, & epilepsiæ, & humiditatibus quæ sunt in pectore, & prouocat urinam, & mundificat hulcera quæ sunt in oculo, quæ dicuntur leucomate, & lenit asperitatem palpebrarum, & quãdo dissoluitur in aceto, & ponitur super splenem, & eparesoluit duricies eorum, & quando fit emplastrum cum eo, cum pice & melle, resoluit humores petrificatos in iuncturis, & quãdo miscetur cum aceto, & nitro, & oleo alcannæ, & fit linimentum cum eo, confert laxitudini & sciaticæ. Abugerig.) Confert hulceribus ipsum, & myrrha in unguentis positum, & comedit carnem corruptam, & facit nasci bonam, & maturat apostemata dura, & rectificat Medicinas laxatiuas, & ipsum purgat phlegma uiscosum, & confert aquæ citrinæ quando bibitur, aut fit emplastrum cum eo, & quando dissoluitur in aqua, & fit collyrium cum eo, confert lachrymis oculorum. Atabari.) Interficit ascarides, prouocat menstrua & urinam, & expellit humiditatem à corpore. Aben mesuai.) Proprietas eius est conferre sciaticæ, & podagræ, & doloribus iuncturarum, qui fiunt à phlegmate uiscoso, quãdo datur ex eo aureus unus, postquàm resolutum fuerit in decoctione, & ipsum bibitur simplex & mixtum cum alijs Medicinis.

D

DE ACORO. CCLIX.

VAeg, id est, acorus, & nominatur spatella. Dioscorides.) Folia eius sunt similia folijs iris, nisi quia sunt subtiliora, & latiora. & longiora ad albedinem trahentia, & in summitate ipsorum sunt rigida & acuta, ad similitudinem gladij, & habet florem crocei coloris, & radices non multũ dissimiles à radice iris, nisi quia sunt cohærentes adinuicem, & non sunt rectæ, sed tortuosæ, habentes nodos, & genicula tos, & color earum exterior est trahens ad rubedinem, & habent acutum saporem, & odorem non malum, & habet semen plenum, densum, & tumidum, odoris placibilis, & melior ex acoro est radix eius, & est ille qui est albus, non corrosus plenus, odorem bonum habens, & ille qui defertur ex regione Halchis, est huiusmodi. Galenus.) Quod de ipso administratur, est radix, & substantia eius est subtilis, & sapor eius est acutus, cum pauca amaritudine, & odor eius non est malus, & uirtus eius prima est calida & sicca in secundo gradu, & secũda est quæ abstergit & subtiliat, & tertia eius uirtus est quæ prouocat urinam, & confert duriciei splenis, abstergit & subtiliat quod generatur in tunica cornea oculi, & id quod ex eo est magis iuuatiuum ad hoc est succus radicis eius. Et dixit in secundo timęi, quod acorus abstergit sine mordicatione, & natura eius est sicut natura aristologiæ, & radicis liquiritiæ. Dioscorides.) Virtus radicis eius est calida, & operatio eius, & meu sunt similes in omnibus, nisi quia acorus est fortioris operationis, & fortioris caliditatis, elixatura eius prouocat urinam quando sumitur in potu, & confert dolori lateris, pulmonis, & pectoris, & epatis, & torsionibus, & attritionibus neruorum, & resoluit duriciem splenis, & confert difficultati urinæ, & morsibus uenenosis, & fit encatisma in qua mulieres sedent ex decoctione eius, sicut fit ex decoctione ireos ad dolores matricis, sed succus radicis eius abstergit obscuritatem uisus. Et radix quidem acori ingreditur in confectionibus tyriacarum, & aliorum antidotorum.

Mesarugiæ

A Mesarugię.) Acorus resoluit uentositates quæ sunt coarctatæ sub splene. Sindaxar.) Est bonus grauitati linguæ. Aben mesuai.) Proprietas eius est subtiliare albuginem oculi, & abstergere eam.

DE HYSOPO SICCA. CCLX.

CYfæ, id est, hysopus sicca. Isaac eben amram.) Est herba nascens in montibus domus sanctæ, quæ extendit ramos suos super faciem terræ, quantitate unius brachij, & minus. Ramuli eius & folia sunt similia folijs maioranæ, & herba quidem est uiridis primo, sed postea citrinescit. Et ramuli eius sunt puluerulenti, quorum grossitudo est sicut ramulorum maioranæ, & habet odorem bonum, & saporem amarum, & colligitur in Vere. Dioscorides.) Est herba nota, & est duarum specierum, scilicet, montana, & domestica. Galenus.) Substantia eius est subtilis, & uirtus eius prima est quæ calefacit & desiccat in tertio gradu. Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua, quando ipsa coquitur cum aqua, & ficubus, melle, & ruta, & datur in potu, confert apostemati splenis, pulmonis, & asmati, & tussi antiquæ, & catarro qui descendit à capite ad guttur, & pectus, & confert strictutæ anhelitus, & difficultati eius, in qua cogitur homo stare erectus, & occidit lumbricos, & quando fit lohoc cum ea & melle, facit hoc, & quando bibitur decoctio eius cum oximelle, purgat chimum grossum, & comeditur cum ficubus recentibus, ad molliendum uentrem. Et quando admiscentur cum eo cordumeni, & iteos, est fortiotis laxationis, & meliorat colorem. Et fit cum eo emplastrum cum ficubus & nitro, ad splenem, & hydropisim. Et quando bibitur cum uino, resoluit apostemata dura, & fit ex eo emplastrum cum uino ad apostemata calida, & quando fit cum eo emplastrum bulito in aqua, resoluit liuorem sanguinis qui est sub oculo, & quando sumitur cum decoctione ficuum, est bonũ squinantiæ quæ dicitur sangi, & quando coquitur cum aceto, & fit cum eo collutio oris, sedat dolorem dentium, & fit fumigium cum decoctione eius auribus, & resoluit uentositatem quæ est in eis.

B Alkanzi.) Mollificat duricies corporis, & ualet ad duricies & frigiditates quæ sunt in matrice, & in renibus, & uesica, & epate. Rursus laxat humores crudos.

DE ZVRVMBETH. CCLXI.

ZVrumbeth. Galenus in translatione Arabica.) Tarich adhueba est zurumbeth, & est ex speciebus odoriferis, & propter hoc admiscetur in confectionibus aromaticis, & est calidum & siccum prope tertium gradum, & est in uirtute sua simile cassiæ lignæ, & cubebis. Et dixit Cassidonius.) Si non habes cinnamomum, pone pro eo zurumbeth. Paulus sicut Galenus, nec plus, nec minus una litera, quare signatur, quod ab eo transtulit. Isaac eben amram.) Est arbor magna quæ nascitur in montibus Lubnen, id est, in Oriente, nullum faciens fructum, habens folia longa, quorum color est inter uiriditatem & citrinitatem, similia folijs salicis, & ita est color ramorum etiam, & habet odorem sicut odor citri, & est calida & sicca, & stiptica, resoluit & stringit uentrem. Mesch.) Est in ea stipticitas, & cũ hac est in ea subtilitas, & caliditas, & stringit uentrem. Mesarugiæ.) Virtus eius est sicut uirtus nucis muscatæ, uerum est subtilior ea. Quando fit sternutatorium cũ eo, & oleo uiolaceo, confert dolori capitis frigido & humido, & confert stomacho & epati propter suam aromaticitatem.

DE PICE. CCLXII.

EErf, id est, pix, est ex ea humida & sicca. Dioscorides.) Humida colligitur ex humidiori parte ligni aridi, & est masculus pini, & non profert fructum, & est lacaur, & melior ex ea est alba, splendens, lenis, & munda. Galenus.) In substantia eius est de subtilitate, & in eius sapore est sapor ex siccitate. Et uirtus eius prima calefacit plusquam desiccat, & admiscetur ei ex humiditate acuta nõ pauca quantitas. Secunda uirtus est uirtus sicut picis siccæ, nisi quia ipsa non incarnat. Et tertia uirtus est uirtus quę confert asmaticis, & spuentibus saniem, quando de ipsa sumitur in pondus unius conos, & est uncia una et semis cũ melle, & ipsa aufert maculas albas unguium, & aufert impetiginem, & maturat apostemata dura plus satis & facit

C ficca. Et fit ex pice iſta oleum, quod colligitur quando ipſa coquitur, & colligitur ex ea fumus etiam, & oleum picis humidæ eſt ſimile ei in corporeitate ſua, uerum ſubſtantia eius eſt ſubtilior ſubſtantia picis humidæ. Dioſcorides.) Pix humida confert Medicinis mortiferis bibita, & quãdo accipitur ex ea ſicut lohoc in pondere unciæ unius & dimidiæ cum melle, confert habenti hulcera in pulmone, & ſaniem in pectore, & pulmone, & tuſſi, & aſmati, & quando fit linimentum cum ea, & melle, & confert apoſtemati neruorum, quod dicitur kariſmon, & eſt apoſtema quod fit inter tracheam arteriam, & meri, & apoſtemati uuulæ, & apoſtematibus faucium, & apoſtemati quod fit in lateribus gutturis, & quod tendit ad interiora, & dicitur ſquinantia, & confert, & quando adminiſtratur cum oleo roſaceo, confert auri, ex qua egreditur ſanies, & quando fit emplaſtrum cum ea, & ſale, confert morſibus uenenoſis, & quando miſcetur cum mum in æquali proportione, aufert maculas quæ fiunt in unguibus, & imperiginem, & reſoluit apoſtemata dura, & duricies matricis & ani, & quando coquitur cum farina hordei, & cum urina infantium, tunc aperit ſcrophulas, & quando miſcetur cum furfure, aut cum cortice iacut, & eſt pinus maſcula, & linitur cum ea formica, confert, non ſinens eam dilatari in corpore, & quando cum puluere thuris miſcetur & mum, incarnat hulcera profunda, & quando coquitur ſola, & ponitur ſuper ſciſſuras quæ fiunt in pedibus, & in hulceribus quæ fiunt in ano, conuenit eis, & admiſcetur melli, & mundificat apoſtemata & hulcera, & facit naſci carnem in eis, & quando admiſcetur cum paſta & melle, aufert eſcaras quæ fiunt in hulceribus, quæ dicuntur pruna, & hulcera putrida, & confert ægritudinibus epatis ac ſtomachi, & datur ex ea uncia una, & facit hoc, & quando admiſcetur cum unguentis putrefactiuis, confert.

Et eſt ex pice quæ dicitur kepſen, quæ fit quando aufertur ab ea aqueitas eius, quando apparet in ea aqueitas ſimilis aquæ caſei, quæ colligitur quando decoquitur pix, quoniam ſuſpenditur lana ſuper picem, & quãdo lana illa fuerit madida ex humiditate quæ elęuatur ex pice, exprimitur in uaſe alio, & pix decoquitur, uel kapſæ, quouſq; auferatur tota humiditas, & confert ad omnia ad quæ confert pix humida, & quando fit emplaſtrum cum ea, & farina hordei, facit naſci pilos in alopicia, & pix humida curat hulcera animalium, & ſcabies eorum, quando liniuntur hulcera cum ea, & confert contuſioni neruorum, & chordarum ac ſciaticę, & colligitur ex pice humida fumus, quem ſic colligere debes, accipe lucernam ferream, & pone in ea licinium, & parum picis, & accende licinium, & cooperi lucernam cum cooperatorio, habente culmum in ſummitate perforatum, & dimittas ardere, & quando finietur pix quæ fuit impoſita in lucerna, pone de pice iterum, & facias hoc donec habeas de fumo quantum uoluerit, & uirtus huius fumi eſt ſtiptica, ſicut fumi olibani, & adminiſtratur in collyrijs quæ præparant oculũ, ac in unguentis quæ faciũt naſci pilos palpebratũ qui cecidere, & in debilitate oculorum, lachrymis, & hulceribus.

Sed pix ſicca fit ex pice humida quando coquitur, & eſt quædam ex ea quæ eſt ſimilis uiſco in uiſcoſitate ſua, & nominatur uiſcoſa, & eſt alia quæ eſt ex toto ſicca, & melior ex ea eſt illa quæ eſt pura, tenax, odorifera, ſimilis reſinæ pini. Galenus.) Sapor eius eſt acutus, & ferè amarus, & uirtus eius prima eſt calida in tertio gradu, & deſiccatio eius eſt pluſquàm calefactio ipſius, ſecunda uirtus eſt, in qua eſt parum abſterſionis, & parum maturationis, & parum reſolutionis, & incarnationis, & tertia uirtus eius eſt, quæ aufert maculas albas quæ ſunt in unguibus, quãdo miſcetur cum cæra, & aufert imperiginem, ac maturat omnia apoſtemata dura, quando ponitur in emplaſtris, & incarnat loca percuſſionum fortiter. Dioſcorides.) Virtus eius ſicca eſt calefactiua, mollitiua, aperitiua, reſolutiua apoſtematum, & generat carnem in hulceribus, & ingreditur in unguentis quæ fiunt ad uulnera.

Sed pix quæ abraditur à nauibus, quidam dixerũt quod eſt ſicut reſina pini mixta cum mum, & ipſa deſiccat ſuperfluitates, ac diſſoluit eas propter moram quam facit in aqua maris Galenus.) Diſſoluit ſuperfluitates, quia ipſa acquiſiuit uirtutẽ iſtam à marina aqua.

De Cardo

D

A

DE CARDO. CCLXIII.

RAxos eſt ſpecies cardi. Dioſcorides.) Sacolomas eſt ex ſpeciebus ſpinarum, & folia eius ſunt ſicut folia cameleontæ albæ, niſi quia ſunt nigriora, & habet uirgam longam plenam folijs, & ſuper ipſum eſt capitellum ſpinoſum, & habet radicẽ nigram & groſſam, & eſt id quod de ipſa planta adminiſtratur. Galenus.) Virtus eius prima calefacit in ſecundo gradu, in ultimo eius, & in principio tertij, ſicca in tertio. Et uirtus tertia radicis eius eſt, quæ prouocat urinam multam fœtidam, quando coquitur in uino, & bibitur illud uinum: & propter iſtam cauſſam aufert fœtorem aſſellarum, ac fœtorem totius corporis. Et operatio eius in hoc fit à tota ſubſtantia ſui, quia expellit à corpore humores tales. Dioſcorides.) Quando decoquitur radix eius in uino, et bibitur uinum illud, aufert fœtorem aſſellarum, ac prouocat urinam multam fœtidam. Et comeditur planta iſta recens, ſicut comeduntur ſparagi.

DE CAMELEONTA ALBA. CCLXIIII.

KEmeleon leuce, id eſt, cameleonta alba. Dioſcorides.) Sunt homines qui nominant eam accia, & eſt planta quæ reperitur iuxta radicem cuſſus, & nominatur ex nomine cuſſus. Hoc nomen accia & eſt dictum uiſcoſum, nam uiſcoſitas quædam reperitur prope radicem huius plantæ, qua mulieres utuntur loco maſticis, & folia eius ſunt ſimilia folijs ſpinæ, quam homines Orientis nominant harub, & folijs ſpeciei ſpinæ, quæ dicitur ſacolomas, & folia eius ſunt aſperiora, & acuitates ſummitatum magis quàm cameleontæ nigræ, & non habet uirgam, ſed naſcitur in medio eius ſpina ſimilis Ericio marino, aut ſpinæ quæ dicitur alkareozan, id eſt, cardo, in qua eſt flos coloris purpurei, ſpiſſus paruus, ſeu ſubtilis ſicut capilli, & ſemen eius eſt ſimile grano cartami, & radix eius cũ ipſa oritur in bona terra, & pingui, eſt groſſa, ſed quando naſcitur in montibus, eſt ſubtilis, color eius interior eſt albus, & in odore ſuo eſt odor grauis, & odor aromaticus ſimul, eſt tenera, & dulcis ſaporis.

Galenus.) Sapor eius eſt amarus, & pluris amaritudinis quàm nigra. Et ipſa calefacit in ſecundo gradu prope finem eius, & deſiccat in tertio. Et datur in potu de radice eius acſotaphen unum cum uino ſtiptico, & occidit aſcarides, & datur ſimiliter hydropicis. Dioſcorides.) Quando de ipſa bibitur pondus unius acſotafen cum uino ſtiptico, in quo decoquitur polium montanum, expellit aſcarides, & datur hydropicis in quantitate unius alchiman, & attenuat tumorem eorum. Et bibitur decoctio eius ad ſtranguriam, & quando decoquitur & bibitur, confert morſibus uenenoſorum, & diſſenteriæ. Et quando miſcetur cum ſauich, & conficitur cum aqua & oleo, occidit canes, porcos, & mures.

B

DE CAMELEONTA NIGRA. CCLXV.

KAmeleon melanos, id eſt, cameleonta nigra. Dioſcorides.) Nominant eam homines cameleonta, propter uarietatem florum eius, quia de eis reperiuntur uirides multum, & aliqui ad albedinem declinantes, & aliqui ad cœleſtem colorem, & quidam ad rubedinem ſanguinis, ſecundum diuerſitatem locorum in quibus naſcitur. Eſt planta, cuius folia ſunt ſimilia folijs ſpinæ quæ dicitur ſcoloimas, niſi quia ſunt minora eis, & ſubtiliora. Et eſt in eis rubedo trahens ad ruborem ſanguinis, & habet ſtipitem in groſſitudine digiti, & in longitudine palmi unius, & color eius eſt ad rubedinem ſanguinis, & ſuper ipſum eſt capitellum ſpinoſum, in quo eſt flos ſubtilis, ſimilis in colore flori herbæ quæ dicitur boachis, & ſunt in eo maculæ. Et radix eius eſt groſſa, nigra, & ueluti corroſa, cuius color interior eſt declinis ad rubedinem, & quando maſticatur, mordicat linguam, & naſcitur in locis petroſis, & in littoribus maris. Galenus.) In radice huius nigræ ſpeciei eſt res occidẽs, & propter hoc adminiſtratur exterius tantum. Et uirtus eius prima calefacit in tertio gradu in fine eius, & deſiccat in tertio. Et uirtus eius ſecunda eſt quæ abſtergit. Et tertia uirtus eius eſt, quæ curat ſcabiem, imperiginem, & morpheam. Et uniuerſaliter aufert omnes egritudines quæ egent abſterſione. Et quando fit cum ea emplaſtrum, curat hulcera corroſiua. Dioſcorides.) Quando teritur radix huius plantæ, & miſcetur cum calcanto, cum alchitram, & ſepo antiquo, curat ſcabiem. Et quan-

C do miſcetur cum ſulphure & aſphalto, & coquitur cum aceto, & linitur impetigo, curat eam, & quando fit cum decoctione eius oris collutio, aufert dolorem dentiũ, & quando miſcetur cum æquali quantitate eius ex pipere, & cæra, confirmat dentes commotos, & calefacit eos, & aufert dolorem eorum, & decoquitur cum aceto, & eſt emplaſtrum conueniens dentibus & naſo, & quando teritur, & ponitur in ſummitate ſtili, & ponitur ſuper dentem malum, frangit ipſum, & quando miſcetur cũ ſulphure, mundificat impetiginem, & morpheam, & cicatrices, et quando miſcetur in unguentis corrodentibus, facit hoc, hulcera ſordida corrodentia & fraudulenta curat, & mundificat, quando emplaſtratur cum ea, ſi Deo placet.

DE KARABE VEL KAKABRE. CCLXVI.

HAur romi, id eſt, karabe uel kakabre. Galenus.) In roſa huius arboris eſt ſubtilitas plusq; groſſities. Et uirtus eius prima eſt calefactiua in tertio gradu, ſed deſiccatio uel humectatio non ſunt in ea multum, uerum declinat ad ſiccitatem paululum, ſed gummi eius eſt karabe. Et uirtus eius eſt ſimilis uirtuti floris eius, niſi quia eſt calidior parum, & ſemen eius ſeu fructus eſt ſubtilioris ſubſtantiæ q; gummi, & maioris deſiccationis, & eſt hoc plus q; flos, niſi quia non eſt multæ caliditatis. Sed foliorum uirtus eſt ſicut uirtus roſæ eius, niſi quia operatio eorum eſt debilior operatione ipſius. Dioſcorides.) Quando fit emplaſtrum cum folijs haur romi, cõfert pulſationi podagræ, gummi eius ingreditur in confectionibus unguentorũ, & quando bibitur ſemen eius cum aceto, curat epilepſiam. Et dicitur, quod gummi haur romi, quod naſcitur iuxta fluuium quod dicitur Rhodanum quando diſtillatur in flumine illo, cõgelatur ibi, & eſt illud quod dicitur alapton, et ſunt qui nominãt ipſum arſopodon, & eſt karabe. Et hoc gummi quando frangitur, procedit ex eo odor bonus, & color eius eſt ſicut color auri, & quando ſumitur in potu, prohibet curſum humiditatum ad ſtomachum & inteſtina, & ſtringit uentrem, & ſtomachum confortat, & abſcindit fluxum ſanguinis. Paulus.) Karabe eſt gummi arboris haur romi,
D emanat ab haur romi, & coagulatur, & eſt coloris auri, & quando ipſum bibitur, retinet fluxum uentris & ſtomachi, & abſcindit fluxum ſanguinis: putant quidam, q; iſtud karabe ſit ſandaracha, & dicunt, q; karabe Sodoniæ eſt huiuſmodi gummi, & eſt gummi funeris, eò quod Latini ponebant ipſum ſuper corpora defunctorum.

Bedigoras.) Karabe calefacit, & retinet ſanguinem undecunq; fluat.

Abugerig.) Caliditas eius eſt temperata cũ pauca frigiditate, & habet proprietatem retinendi ſanguiné, proprie in tenaſmone. & cõfert cardiacæ, et ſtringit uentré.

Meſarugie.) Retinet ſanguinem undecunq; fluat à corpore.

Alcanzi.) Suſpenditur ſuper apoſtemata calida, & confert, & eſt frigidum, & confert cardiacæ, & ſputo ſanguinis, & fluxui eius à naribus.

Meſeach, & Aben meſuai, Raſis, & habix, Iſaac eben amram, ſicut ipſe, dixere.

STAPHYSAGRIA, VEL STAphylagria. CCLXVII.

ALberas, id eſt, ſtaphyſagria, id eſt, granũ capitis. Dioſcorides.) Staphyſagria eſt dicta paſſula montana, & eſt illa quæ dicitur muibazagi, & eſt planta habés folia ſimilia folijs uitis agreſtis, inciſa ſicut folia maluæ agreſtis, & habet ramos longos, rectos, nigros, & flores ſimiles floribus plantæ, quæ dicitur batatis, uel katartis, & habet ſemen in uaginibus uiridibus ſicut cicer, habens tres angulos aſperos, cuius color eſt ad rubedinem & nigredinem decliuis, ſed interius eſt album, & ſapor eius eſt acutus. Galenus.) Eſt acuta fortiter multum, & uirtus eius prima eſt calida adurens. Et ſecunda eſt quę attrahit & abſtergit fortiter, & tertia facit deſcendere à capite quando maſticatur, aut fit gargariſma cum ea, phlegma multum, & confert egritudini cum qua eleuatur cutis. Dioſcorides.) Si accipiantur ex granis eius xv. & teratur, & purificantur, & bibantur cum melicrato, faciũt hominem euomere humores groſſos, uiſcoſos, phlegmaticos, & oportet ut cuſtodiatur ille qui potauerit eam, ita ut detur ſibi in potu ſepe ex melicrato, & perambulet, propter accidentia quę proueniunt ei ex ſuffocatione & aſperitate, & ardore gutturis eius. Et quando ſemen ipſum

A ipſum teritur, & miſcetur cum auripigmẽto & oleo, confert pediculis, & pruritui, & ſcabiei non hulceratæ, & quando maſticatur, attrahit multum phlegma, et quando coquitur cum aceto, & fit collutio oris cum illo aceto, confert dolori dentium, & aufert humiditatem gingiuarum, & quãdo admiſcetur ei mel, curat culla, & ipſum ingreditur in cõfectionibus unguentorũ mollificatiuorũ, et naſcitur in umbroſis locis.

DE GRANO BEN. CCLXVIII.

HAbben, id eſt, granum ben. Dioſcorides.) Eſt granum, & eſt fructus arboris ſimilis tamariſco, & fructus iſte eſt ſimilis auellanis, & interius eius, ſcilicet, medulla, exprimitur, ſicut exprimuntur amygdalę amaræ, & egreditur inde humiditas quæ ponitur in Medicinis odoriferis loco olei, & naſcitur hęc arbor in terris Haabex & Babyloniæ, & in locis Arabum, & terris Paleſtinæ, quæ nominantur Nitran, & melior ex hoc fructu eſt nouus, plenus, albus, facilis excoriationis. Galenus.) Hæc Medicina defertur ad nos ex terris Arabum, & apothecarij uruntur ſucco medullæ eius, & lacte ipſius, & complexio eius eſt calida, ſed id quod ejicitur ex reſiduo eius, poſtquam extractus eſt ſuccus eius, & ſubſtantia eius eſt terrea, et ſapor amarus eſt in eo plus dominans, & admiſcetur cum amaritudine eius ſtipticitas. Et uirtus ſecunda eſt, quæ incidit, & abſtergit, & aggregat. Et tertia confert impetigini, & lentigini bus quæ ſunt in facie, & ſcabiei, & pruritui, & egritudini, cum qua eleuatur cutis, & attenuat duriciem paris & ſplenis, ſed in ſucco eius eſt parum ſtipticitatis. Et uirtus ſecunda abſtergit, & incidit res groſſas cum pauca aggregatione. Et tertia mouet uomitum multum, quando bibitur ex eo aureus unus cum melle & aqua, & laxat uentrem laxatione non mala, et quando neceſſe eſt mundificare proprie epar & ſplenẽ, bibitur cũ aceto & aqua, & quando adminiſtratur extra, augetur eius abſterſio adeo quod abſtergit ſcabiem & egritudinem cum qua eleuatur cutis, & abſtergit adhuc plus, adeo quod abſtergit morpheam, impetiginem, & lentigines, & botor ulceratum, & omnes egritudines quæ generantur ab humoribus groſſis, & aufert cicatri-
B ces hulcerum. Et quando oportet illud imponi in emplaſtris quæ fiunt ad ſplenem, debemus ei admiſcere aliquã ex farinis, ſicut eſt farina orobi, & radicis lilij. Sed cortex exterior grani ben, ſtipticitas eius eſt amplior multũ, & propter hoc adminiſtratur in locis, quibus neceſſaria eſt ſtipticitas multa. Dioſcorides.) Quando bibitur ex eo trito pondus drachmæ unius cum aceto mixto cum aqua, extenuat ſplenem, & fit emplaſtrum cum eo podagræ cum ireos. Et quando adminiſtratur cum aceto, aufert ſcabiem hulceratam, & morpheam, & cicatrices nigras quæ fiunt à conſolidatione hulcerũ. Et quando adminiſtratur cũ urina, aufert borhor phlegmaticũ, prouocat uomitũ, et laxat uentrẽ, & eſt nociuũ ſtomacho multũ. Oleũ uero eius quãdo bibitur, laxat uentrem ſimiliter. Et cortex eius eſt ſtipticior. Et reſiduũ ſubſtantię eius poſtq; expreſſum eſt oleũ ex eo, admiſcetur Medicaminibus cõuenientibus aſperitati & pruritui. Salmuie.) Stringit gingiuam, & abſcindit fluxum ſanguinis narium.

DE AMOMO. CCLXIX.

HAmenis, id eſt, pes columbinus, & eſt amomum. Dioſcorides.) Eſt planta ſicut racemus, tota ſimul connexa, habens florem paruum, ſimilem flori plantæ dictæ locadan, & habet folia ſimilia folijs brioniæ, & habet ramos duros cũ ramulis ſuis, quorum color trahit ad rubedinem, & circumquaq; ſunt folia multa conglobata, & ſemen eius in racemis, & habet florem albũ ſimilẽ flori uiolę in figura ſua, & melius amomum eſt Armenum, cuius color eſt uelut aureus, & color ligni eius eſt ad ruborem uergens, & habet odorem bonum ualde. Sed quod eſt aquaticum, naſcitur in locis perroſis & humidis, et eſt debilius altero, et eſt magnũ, cuius color eſt ad uiriditatem tendens, ac mollis tactus, lignũ eius eſt uelut ſquamoſum, et in odore ſuo eſt ſimile odori rutæ, et in ſapore ſimile origani. Sed illud quod eſt ex terra quæ dicitur Pontus, lignum eius eſt ad rubedinem declinę, non longũ, nec difficile fragile, et hortus eius eſt ſicut racemi, et eſt plenũ ſemine, et odor eius eſt purus et ſtipticus. Et illud quod eſt peioris odoris, eſt nouum, album, ac eſt optimũ, et habet ramulos coloris ſanguinei, et quando non eſt maturũ, eſt expanſum, plenũ ſemine, ſimile racemis

racemis paruis,graue,habens odorem bonum multum, mordicat linguam, & color eius est unicus,non diuersus. Et quidam adulterant amomum cum planta, quæ dicitur amomides,eò quod assimilatur amomo, nisi quia non habet odorem eius, nec semen tale,& nascitur in Armenia,& flos eius est similis flori origani.Et si uis nõ decipi ab hac,uel à similibus,caue à planta quæ est nimis iuuenis,& elige illam, cuius rami egrediuntur ab una radice. Galenus.)Virtus amomi est similis uirtuti acori,nisi quia acorus est magis deficcatiuus,& amomum est plus maturatiuum. Et dixit in quinto aphorismorũ,quod omnia ista sunt calida fortiter,uidelicet,cassia lignea,costus,cinamomum,acorus,& amomum,& faciunt soda. Similiter autẽ & plures ex speciebus faciunt,quia sunt calidæ subtiles. Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua,inducit somnum,sedat sodam,quando emplastrum fit cum eo super frontem,& maturat apostemata calida,& confert punctura scorpionis, quando fit emplastrum cum eo,& bedarog,id est,ozimo,& ponitur super locum punctura, & cõfert apostematibus oculorum calidis,quando fomẽtantur ex decoctione eius,& cõfert intrinsecis,quando ponitur exterius,facto ex eo emplastro cũ passulis,& confert doloribus matricis, quando fit nasale cũ eo, & quando fit encarisma ex decoctione eius,& quando bibitur decoctio eius,est conueniens illi,cuius epar est infirmũ,et cõfert egritudinibus renum & podagrę,& ipsum ingreditur in confectionibus multis, ex magnis confectionibus & odoriferis. Humaim filius Isaac in tyriaca.)Amomũ est ex rebus quæ inebriant,est enim in proprietate eius q̃ inebriat, & facit dormire.

C

D

DE IVNIPERO. CCLXX.

HAbhagar,id est,granum iuniperi. Dioscorides.) Iuniperus est una ex speciebus cupressi masculi.Et omnes sunt quatuor specierum,& sunt iuniperus,& habel,id est,sauina,& xerbin,& gar,uidelicet iuniperus, quæ nominatur arconas, uel archencas. Est ex ea alia,quæ est magna,& alia parua,& habet fructum,& quædam repetitur,cuius fructus est magnus, sicut nabach, & quædam cuius est paruus, sicut faba, nisi quia ipse est rotundus. Virtus arboris primæ est calida & sicca in tertio gradu,sed & caliditas ipsius fructus est secundũ hoc, & siccitas eius est in primo, Sed sauina,& est illa quæ dicitur brachos,nõ habet fructum, & nos iam diximus de ea superius.Sed xerbin est illa,quæ nominatur padras,& habet fructum similem fructui cupressi,nisi quia est minor eo satis,& est ex xerbin arbor parua,spinosa, habens fructum similem fructui iuniperi,cuius magnitudo est sicut granum myrti, sed est rotundum,& sermo de ipso ueniet postea in capitulo de alkitran. Et uirtus xerbin est calida & sicca in tertio gradu.Et uirtus fructus eius est tẽperata, æqualis adeo, quod possibile est quod comedatur,nisi quia si quis comederet ex eo multum, induceret sodam, & calefaceret corpus, & induceret mordicationem in stomacho suo. Sed gar,& est species parua xerbin,memoratio eius ueniet infra. Dioscorides.) Arconas,& est iuniperus magna & parua,ambæ calefaciunt, & subtiliant, & prouocant urinam,& quando fit fumigatio cum eis,expellit uenenosa reptilia,& habet fructũ, cuius quidam reperitur in magnitudine auellanæ,& quidam in magnitudine fabę, nisi quia est rotundus,& habet odorem bonum,& est dulcis, habens in se aliquantulum amaritudinis,& nominant eum arconas, & calefacit parum, & est stipticus, ac bonus stomacho,& quando sumitur ex eo in potu,confert dolori pectoris, & inflammationibus,& tortionibus,& expellit uenena,ac prouocat urinam, & est conueniens attritioni neruorum,& doloribus matricis.

DE THYMO. CCLXXI.

HAsce,id est,thymus. Dioscorides.) Est planta nota omnibus, & est arbustum paruum,in quantitate tanta,quod possumus accipere ex ramulis eius, & inuoluere circa eos cotũ,& uti pro licinio ad ignem accendendũ,& habet folia parua, minuta multum,stricta, & oblonga, & in summitatibus eius sunt capitella parua sicut formicæ,circunuoluta inuicem,& tota planta eius est breuis, & non eleuatur à terra multum,& est dura,lignosa,similiter & ramuli sunt lignosi, & flos eius est purpurei coloris,& plurimum quod ex ea nascitur, est in locis petrosis & asperis.

Galenus.

A Galenus.) Virtus eius prima est uirtus quæ calefacit & deficcat in tertio gradu. Et uirtus eius secunda incidit.Et tertia est,quæ prouocat urinam & menstrua,& expellit fœtum,& aperit opilationes uiscerum,& confert excreatui pectoris & pulmonis.

Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua multum,& deficcatiua,& est conueniens stomacho ac pectori. Quando sumitur in potu cum sale & acero, laxat chimũ grossum,& phlegmaticum,& quando administratur decoctio eius cum melle, confert difficultati anhelitus,in qua oportet hominẽ erigi,& asmati, & expellit lumbricos longos,& prouocat menstrua,& expellit fœtum, & secundinam, & prouocat urinam,& qnando conficitur cum melle,& fit inde lohoc,excludit superfluitates à pectore,& quando fit emplastrum ex eo cum aceto, resoluit apostemata phlegmatica dum sunt noua,& resoluit sanguinem coagulatum, & euellit hemorrhoidas quæ sunt in ano,& uerrucas.Et quando miscetur cum sauich, & conficitur cum uino, & apponitur calidum super sciaticam,confert ei, & quando puluerizatur super cibos, & comeditur, confert obscuritati uisus, & quando teritur, & conficitur cum aceto, & administratur, delet uerrucas, & abscindit superexcrescentia mala.

Ruffus.) Non est ex speciebus origani, & ipse quidem curat obscuritatem uisus, & resoluit phlegma à corpore.

DE COLOQVINTIDA. CCLXXII.

KAndel,id est,coloquintida. Dioscorides.) Est planta quæ emittit ramos & folia extensa super terram,similia foliis & ramis cucumeris domestici,et habet fructum rotundum,similem pilę, mediocris magnitudinis, & folia eius sunt habentia incisuras,& amara,fructus uero colligendus est,quando color eius muratur ad citrinitatem. Galenus.) Sapor eius est amarus fortiter, & quando sumitur, non facit operationem malam,nec periculosam,quoniam uelociter egreditur,propter uirtutem magnam quam habet in laxando. Et quando coloquintida est recens, & fricatur cum ea scia in qua est dolor,confert iuuamentum magnum. Quod autem de coloquintida administratur,est pulpa eius. Dioscorides.) Pulpa huius fructus quando accipiuntur ex ea quatuor onolosat,& conficiũtur cum hydromelle,aut miscentur cum mirrha,& nitro,& melle cocto,& fiunt inde pillulæ,laxãt uentrem. Fructus ipse sicut est,quando deficcatur & teritur,& ponitur in clisteribus,confert sciaticæ,et paralysi,& colicæ,laxat enim phlegma,& humores crudos,ac quando cũ sanguiné, & quando fit nasale cum ea,occidit fœtum, & prouocat menstrua, & quando ipsa cauatur,& extrahuntur interiora eius,deinde inuoluitur circa ipsam lutum, & ponitur in ipsa acetum,& calefit super ignem,& fit cum illo aceto oris collutio, aufert dolorem dentium. Et quãdo decoquitur in ea uinum quod dicitur melicratũ, & aqua mellis,& uinum quod dicitur alkokeos,& bibitur ex eo,laxat humores grossos, & confert doloribus intestinorum,ueruntamen est malum stomacho, & fit suppositorium cum pulpa eius,& laxat uentrem,& accipitur fructus ipse dum color eius est uitidis,ac ipse est recens,& extrahitur succus eius,& fricatur super sciaticam, & est iuuatiuus ualde. Habix.) Coloquintida est melo agrestis,quæ quando sumitur in potu,purgat phlegma grossum,quod aduenit iuncturis,& illud phlegma quod emittit fumositates ad capur,& expellit humores qui aggregantur in corpore ex melancholia, & alijs malis humoribus. Et oportet quod ille qui colligit coloquintidas, colligat eas in fine sui anni,quando sunt maturæ, & color earũ incipit fieri citrinus, & non colligatur illa,quæ est uiridis, quando uidelicet incipit condensari sua rosa, aut dum ipsa habet aliquid uiriditatis,quoniam modicũ ex ipsa occidit, & proprie illa quæ reperitur sola in arbore sua,occidit potantem se sine dubio,quoniam quando datur ex pulpa sua,facit tortiones fortes,& euomere fortiter,& est laxatio eius sine iuuamento,& inducit tenasmonem,& anxietatem animi,& coartationem anhelitus,& frequentiam eius,& syncopim,& sudorem frigidum, & fortassis interficit, sicut dixi. Sed quando colligitur postquam citrinatur pomum eius, & est perfecte maturum,& hoc est,quando aduenit frigus ei, uidelicet, quando accenditur lampas,scilicet in mense Septembri, in principio autumni, confert potanti, & expellit

B

humores

C humores quos uolumus purgare, & non est necesse, quod misceatur cum Medicina alia. Sed est ualde cauendum, ne detur in potu in tempore magni frigoris, uel magni caloris, nam ista sunt duo tempora, in quibus nos docuit Hippocrates, non debere dare Medicinam laxatiuã, in libro suo Aphorismorum, dixit enim, Non oportet quod detur Medicina laxatiua, quando ascendit scahari, & in magna hyeme: & intelligit in Iunio, & Iulio, & Augusto, & per hyemem uoluit intelligi, in Nouembri, Decembri, & Ianuario. In istis igitur duobus temporibus anni, nõ oportet quod detur Medicina laxatiua, & proprie acuta, sed solum duobus temporibus alijs, uolo dicere, in Vere, & Autumno. Quando igitur bibitur coloquintida in hora magni caloris, nocet membris interioribus fortiter, & nocet etiam stomacho, & expellit sanguinem per ora uenarum, abradendo ea. Et quando datur in hora magni frigoris, fatigat patientem fortiter, quia natura non assentit ei, quare facit tortiones. Si igitur uolueris coloquintidam rectificare, et miscere cum alijs Medicinis, purga ipsam primo à granis suis, & à cortice exteriori, adeo quod remaneat pulpa sua pura, deinde tere ipsam cum gummi Arabico, & dragaganto, & amilo, cum omnibus istis, uel cũ uno ipsorum, & quando addis ei aliqua ex istis Medicinis, pone de ea quantitatem equalem ei, sed si uis admiscere ei omnes, pone de unaquaq; Medicina æqualiter, ita q̃ summa quæ proueniet, fit æqualis coloquintidæ in põdere, & hoc quando facis Medicinam laxatiuam, sicut sunt pillulæ. Verum quando uis ipsam ponere in ieris, & Medicinis magnis, non oportet quod temperes eam cum aliqua Medicina alia, nisi cum illis quæ ingrediuntur in Medicina illa, nec cures multum reprimere acuitatem eius. Et quantitas quæ datur ex ea, quando præparatur secundum istum modũ cum Medicinis alijs, est à duobus dauich usq; ad unum kirat. Et scias quod coloquintida quando extrahitur à pomo suo, & permanet sic diu, est minoris uirtutis in laxando, & minuitur acuitas eius. Et quando teritur, & dimittitur sic tempore longo, fit
D adhuc in hoc minus, & magis remissa uirtus eius, sed quando dimittitur in pomo suo, non recipit immutationem, nisi in longo tempore. Et oportet quod non colligatur coloquintida ex arbore, in qua ex una radice non est ortum, nisi pomũ illud solum, quoniam nutrimentum totius radicis uenit ad illud pomum solum, et auget in eo uirtutem multam laxandi. Talis igitur coloquintida interficit propter acuitatẽ suam nimiam, & fortitudinem, nam qui sumpserit ex ea duos dauich, non retinebitur fluxus eius quousq; moriatur. Et scias quod ego uidi in omnibus hominibus qui degunt in terris magnæ frigiditatis, quod in pluribus eorum uincit super naturam eorum cholera nigra, quapropter non possunt in eis operari, nisi Medicinæ fortes & acutę, sicut est coloquintida, & folia eius, proprie & esula, et mezerion, & damiseni, & similia horum. Scamonea uero non est eis necessaria. Et oportet cauere, ne apponatur in aliqua Medicina ex cortice coloquintidæ, neq; ex seminibus eius, quoniã cortex est durus & siccus, & adhęret uillis stomachi, & intestinis, & pungit punctione forti, & prohibet affellationes: similiter etiam facit cortex seminum, sed seminis ipsius oleum est calidum mollificatiuum. Et Arabes quidem infundunt semina ipsa in aqua pluuiali, donec recedat amaritudo eorum, & sic comedunt ea decocta, & alio aliquo modo, & præbet eis nutrimentum, uerum quando comeditur ex eis nimis, inducunt fastidium, sed quando fricantur plantę pedum in domo prima balnei frictione forti, facit eos hæc frictio egerere, & euomere, & confert, & non augetur nocumentum. Et quãdo fuerit necesse apponi coloquintida in clisteri aliquo, oportet quod apponatur in decoctione clisteris integra sine contritione & repressione aliqua, quia tunc confert colicę, & facit descendere humores grossos, crudos, & melancholiam. Sed folia coloquintidæ quando aliquis uult purgare cum eis, oportet quod colligantur ex arbore sua postquã maturauerint poma eius, & citrinescant, quando scilicet incipit aer infrigidari, in tempore uidelicet, quo diximus debere colligi poma ipsa, & siccentur in umbra, donec non remaneat in eis aliquid humiditatis, & sic reponantur, & quando fuerit necesse, quod exhibeatur de eis in potu, oportet quod temperetur cũ amilo, aut gummi Arabico, aut dragaganto, cũ uino istorũ, uel cum

A uel cum pluribus, sicut diximus in colloquintida ipsa. Quando igitur ponũtur cum eis, ex istis faciunt operationem mirabilem in expellendo melancholiam, & quando admiscentur cum eis Medicinæ conuenientes ad hoc, sicut aloes, anisum, & epithymum, & sal indum, & si dantur in potu cum hiera picra, erit Medicina iuuatiua multum. Et ego non uidi aliquam ex Medicinis laxatiuis magis conferentem in doloribus melancholicis quàm folia coloquintidæ. Et antiqui quidem defecerunt in memoratione ipsorum, & omiserunt usum eorum. Et ego tentaui, & dedi de eis in melancholia, & alopicia, & tyria, & lepra, & inueni iuuamentum magnum, & fortassis facient euomere illum qui sumpserit ex eis, & nihilominus confert multum leprosis, & faciunt consistere ægritudinem suam, & dolores suos, & non permittunt augeri. Et scis tu q̃ ista est cura eorum, in quibus confirmata fuerit ægritudo, nam à quibus membra ceciderunt, impossibile est q̃ renascantur eis, propter hanc Medicinam modo aliquo. Et scias q̃ coloquintida quę oritur in rupibus & locis altis, quę non est imbibita humiditate pluuiæ, est fortioris & melioris operationis quàm illa quæ est propinqua aquis, & imbibitur ex eis, & quantitas quæ datur ex colloquintida illi qui est fortis, est pondus drach. semis, usque ad duos dauich, & est operatio eius conueniens hominibus qui sunt duræ naturæ ad laxandum, sicut illi qui degunt in regionibus frigidis, & qui utuntur in cibis eorum lacte, & caseo, & similibus, quia istorum natura non mouetur, nisi per fortes Medicinas, & quando ponitur in clisteris, laxat humores crudos, & melancholiam, & confert colicę, quando ponitur de ea in Medicinis, cum quibus clisteriçantur à drachmis. 4. usq; ad. 5. & coquitur, & colatur aqua, & fit clistere cum ea. Et scias q̃ folia coloquintidæ quando accipiuntur ex arbore sua, & seruantur, quousq; annus unus pertranseat super ea, aut anni duo, aut tres, minuitur de uirtute eorum, & propter hoc necesse est q̃ Medicus augeat in pondere eorũ, quando uoluerit ex ipsis exhibere. Rasis.) Dixit mihi quidam q̃ radix coloquintidæ est melior Medicina quæ esse possit punctura scorpio-
B nis, & Arabes habent ipsam pro communi & manifesta Medicina ad hoc. Et dixit mihi Arabs q̃ scorpio pupugerat filium suum in quatuor locis corporis, & dedit sibi in potu drachmã unam de radice coloquintidæ, & sedata sunt statim omnia quæ patiebatur. Christianus.) Quando teritur & linitur super locum punctura, sedat dolorem eius, maxime radix coloquintidæ masculi, nam fœmina est mollis, alba, & est debilior in hoc. Aben mesuai.) Proprietas colloquintidæ est q̃ mundificat cerebrum ab humiditatibus malis, & expellit humores crudos, sed ipsa inducit punctiones & tortiones, & tenasmonem in intestinis, & uomitum, & rectificatio eius est q̃ admisceatur ei dragagantum, & quidam admiscent ei gummi Arabicum, sed dragagantum est melius eo, quia iuuat ad laxandũ, gummi uero est stipticum, & oportet quidem q̃ coloquintida non teratur multum, ne adhęreat intestinis, & hulceret ea. Et melior coloquintida est illa quæ est matura, citrina in cortice suo, & interius alba, & lenis. Et cauendum est ab illa quæ est sola in suo arbore, quia est mortifera. Et dosis coloquintidæ est à tribus kirat usq; ad sex. Abugerig.) Coloquintida purgat choleram admixtam humiditati uiscosæ, non illam quæ est admixta sanguini, quemadmodum facit elleborus niger, & scamonea, sed ipsa trahit à membris neruosis, & ille cui conuenit potus coloquintidæ est ille qui habet ægritudinem in capite suo, aut in uelamine cerebri, quod est simile rethi, aut in alio uelamine propinquo craneo, sicut est, habens scotomiam, & hemicraneã, & cephaleã, id est, ouum, & soda, & habens stuporem, & paralysim, & spasmum, & humiditatem oculorum antiquam, & strictura anhelitus ab humoribus grossis, & dolores iuncturarum, et sciaticæ ab humoribus grossis, & ægritudines tenum & uesicæ. Rasis.) Rectificatio eius est cum bdellio.

DE GRANO INDICO. CCLXXIII.

HAbel, id est, nil, & est granum Indicum. Isaac eben amram.) Planta eius est similis plantæ lebleb, adhęrens arboribus duobus brachijs, uel tribus, & habet ramos & folia uiridia, & in radice cuiusq; folij est flos coloris purpurei, similis po-

C mulis in figura sua, & quando cadit flos, dimittit semen in uaginis, in quibus sunt tria grana minora granis staphisagriæ lenia, in tribus partibus diuisa, & ista grana sunt id quod de ea administratur in Medicina. Aben mesuai.) Proprietas eius est laxare phlegma, & mundificare ipsum. Et præparatio eius est quod bene teratur, misceatur cum oleo amygdalarum dulcium. Et melius ex eo est nouum, pondero sum, & non stipticum in sapore suo. Et dosis eius est à quatuor kirat usq; ad octo.

Habix.) Granum nil, est cartamum Indum, calidum est & siccum in primo gradu, & habet hoc, quod quando miscetur cum Medicinis, facit moram in intestino duodeno, atq; in illo quod sequitur ipsum, & est propinquum meseraicis, & facit ibi punctiones, & quando sumitur in potu solum, non laxat eadem die, nisi completis uigintiquatuor horis post eius iunctionem, & quãdo admiscetur ei scamonea, facit ipsum descendere, & tunc laxat phlegma uiscosum, & operatio eius est etiã in educendo choleram, & fortassis accidũt ex potu eius iuuenibus stipticitas in ore stomachi, & tortiones magnæ, & si nimis sumpserint, faciet eos euomere, & fortassis incidit tenasmonem. Et dosis eius cum alijs Medicinis est drach. semis, sed simplex nunquàm uidi dari in potu, nisi admisceatur ei scamonea, quia iuuat ipsum ad expellendum phlegma, & choleram, quoniam ipsum expellit humores duorum diuersorum colorum per secessum.

DE EBVLO ET SAMBVCO. CCLXXIIII.

KAmeactis & iaphacti sunt duæ species, quarum una dicitur in Græco actis, & in Latino sabuca, uoluit dicere sambucus. Et secunda nominatur in Greco kameactis, et est eius intentio terrena uel infima actis, & in Latino dicitur abolas, uoluit dicere ebulus, & est arbor ebuli. Dioscorides.) Ista planta est habens duas species, una earum assimilatur arboribus, habens ramos similes cannis rotundos, quarum color est ad albedinem tendens, & sunt longi, & sunt in eis folia quatuor aut quinq; sortita super ramos quoslibet, & sunt similia foliꝫ nucis, minora tamen eis, habentia grauem odorem, & in summitatibus ramorum sunt coronæ, in quibus sunt flores albi, & grana similia granis lentisci, uel granis uiridibus, quorum color declinat ad purpureitatem cum nigredine, & sunt uelut in racemis, & habent multam humiditatem, habentem odorem uini, & ista dicitur actis. Alia uero species quæ dicitur kameactis, est minor prima, habet ramos magis herbæ pertinentes quadratos, & in quibus sunt multi nodi, & folia inuicem distãtia in singulis nodis, similia foliꝫ amygdalæ in summitatibus suis, nisi quia habent uenas, & sunt longiora eis, habentia grauem odorem, & in summitatibus ramorum sunt capitella, seu coronæ similes coronis supradictæ speciei, & semen, & flos similiter, & habet radicem longam, grossitudinem digiti habentem. Galenus.) Virtus eius prima desiccat, & secunda incarnat, & resoluit, resolutione temperata. Dioscorides.) Virtus kameactis simplex est stiptica, quæ quando sumitur, laxat humiditates aquosas, sed ipsa est mala stomacho, & folia eius quando coquuntur in aqua, & comeduntur sicut alia holera, laxãt phlegma, similiter & summitates ramulorum ipsius elixatæ & comestæ faciunt, radix uero eius quãdo coquitur in uino, & datur in cibo hydropicis, miro modo confert, & quando sumitur in potu de ipsa, uel ponitur super locũ morsus, confert morsui tyri, & quando decoquitur in aqua, & fit encatisma, in quo si sedeat mulier, mollificat duriciem matricis, & dilatat orificium eius, & coaptat omnes deuastationes eius, & quando eius semen sumitur in potu, facit hoc, & quando fit linimentũ cum eo, & oleo, denigrat capillos, folia uero eius recentia quando miscentur cum sauich hordei, & fit inde emplastrum; sedat apostemata calida, & est bonum combustionibus ignis, & morsui canis, & conglutinat fistulas, & hulcera concaua, & quando fit emplastrum cum eis, & sepo hircino, confert podagræ, & quando fit in decoctione eorum sessio, expellit secundinam, & confert hydropisi, & quando teruntur folia, & exprimitur succus eorum, & distillatur de eo in aures, aufert sibilum, & tinnitum, & occidit uermes qui sunt in eis, & quando linitur cum eo tepido, prohibet scabiem, & pruritum, & quando sumitur de eo in potu, confert morsibus uenenosorum

A sorum, & dissoluit sanguinem, & lac quando coagulatur in stomacho, & occidit sanguisugas quæ adhærent in gutture, & confert tussi antiquæ, uerum multiplicat nouam, & confert coartationi anhelitus, quæ cogit hominem stare erectum, quando bibitur calefactus, & accipitur, & fit gargarisma cum eo, & confert catarro descendenti ad fauces, & squinantiæ, & augmento uulæ, & quando fit collutio oris cum eo, sedat dolorem dentium, & quando accipiuntur summitates ebuli, dum sunt teneræ, cum foliꝫ suis, & teruntur, & datur ex succo earum cum uino in potu, confert lapidi renum, & quando radix eius decoquitur in aqua, donec remaneat tertia pars eius, & datur in potu decoctio eius, habenti duriciem splenis, affert iuuamentum magnum, ambæ istæ species unius sunt uirtutis, & habent uirtutem desiccatiuam, & conglutinatiuam, & resolutiuam temperate.

DE HARMEL. CCLXXV.

HArmel, id est, pigamus. Dioscorides.) Nominatur moly, & nominant eam multi rutam siluestrem, & est planta quæ egreditur ex una radice cum multis ramulis, & habet folia longiora foliꝫ rutæ alterius, & molliora, habentia grauem odorem, & habet florem album, & capitella maiora satis quàm capitella rutæ domesticæ, diuisa tribus diuisionibus, in quibus est semen, cuius color est ad rubedinem decliuis, habens tres angulos, amarum, & est id, quod de ipsa planta uenit in usum Medicinæ, & ipsum maturatur, & colligitur in autumno. Galenus.) Virtus eius prima est calida in tertio gradu, secunda incidit, & tertia incidit humores grossos, & expellit eos per urinam. Dioscorides.) Quando conficitur cum melle, & uino, & felle galli, & croco, & succo fœniculi, confert debilitati uisus. Species ista rutæ uocatur à quibusdam moly, & in Syria nominatur uasac, & ortus eius est plurimum in terra pingui, bona, & culta, & humectis locis. Albasari.) Harmel est calidum,
B subtile, incidit chimos grossos, uiscosos, & expellit eos per urinam. Sed nos in hospitali infirmorum utimur eo, ad expellendam melancholiã, & phlegma, per fluxum uentris, & ipsum existit supra omne Medicamentum in epilepsia. Abugerig.) Facit euomere, & inebriat potãtem se, sicut inebriat uinum, ergo & per istam uirtutem confert patientibus amorem qui dicitur eroticus, nam facit eos dormire. Dixit enim mihi quidam experimentator, quod sumebat de eo in potu ab drach. semis, usq; ad drachmam unam, & faciebat eum dormire. Habix.) Harmel facit euomere, & inebriat sicut uinum, uel prope id, & modus præparationis eius ad prouocandum uomitum, est quod accipiantur ex granis eius quindecim, & abluantur in aqua dulci pluries, postea desiccentur & terantur in mortario, & cribrentur cum cribro spisso, deinde proijciantur super ipsum ex aqua fluenti unciæ quatuor, & misceatur bene in mortario cum ligno aliquo, & coletur per pannum spissum, deinde proijciantur super illam colaturam unciæ quatuor mellis, & unciæ duæ olei sisamini, & administretur, facit enim euomere fortiter. Ignotus.) Harmel est bonum melancholicis, & purificat sanguinem.

DE PEVCEDANO. CCLXXVI.

HArbatum, id est, peucedanum. Dioscorides.) Est planta habens stipitem subtilem, similem plantæ marathri, & habet uelut capillos adhærentes prope radicem, & habet florem citrinum, & radix eius est nigra, grauis odoris, grossa, plena humiditate, & nascitur in montibus, & in umbrosis locis, & in locis obumbratis ab arboribus, & radix quidem eius scinditur cum cultello, dum est recens, & extrahitur humiditas quæ est in ea, & ponitur in umbra, quia uirtus eius debilitaretur à sole, & quando colligitur humiditas illa, accidit illis qui eam colligunt soda, & obscuritas uisus, nisi ponant in naribus suis oleum rosaceum, & fundant etiam ex eo super caput suum, quando ergo extracta fuerit humiditas à radice ipsa, non remanet in ea aliquod iuuamentum, extrahitur etiam humiditas ex stipite eius, sicut extrahitur succus radicis mandragoræ, sed uirtus eius est debilior uirtute humiditatis quæ extra-

C hitur ex radice, nam uirtus eius uelociter resoluitur. Reperitur autem aliquãdo gummositas adhærens radici, similis olibano, supradictis melior, & melior ex isto succo huius plantæ est ille, qui defertur ex terra quę dicitur Sardinia, & ex terra quę dicitur Samitrachi, & est grauis odoris, & in colore suo est rubedo, & mordicat linguam, quando gustatur, & melior radix est noua, nõ corrosa, dura, puri odoris. Galenus.) Plurimum quod administratur de hac planta est radix eius, proprie etiam administratur similiter lac & succus eius, & omnium uirtus est una, nisi quia lac est fortioris uirtutis, & hoc quod uirtus eius prima calefacit fortiter, & secunda uirtus est quæ resoluit, & subtiliat, & incidit, & tertia uirtus est quæ cõfert ægritudinibus neruorum, & ægritudinibus quæ accidunt pectori, & pulmoni, ab humoribus grossis, uiscosis, quando sumuntur in potu cum uino, & fit fumigium cum eo, & odorat uel attrahit æger fumum eius, & facit idem, & quãdo ponitur ex eo in corrosionibus dentium, sedat dolorem eorum statim, & curat duriciem splenis. Radicis uero calefactio est minor, sed desiccatio eius est fortis, ipsa nanq; calefacit in principio tertij gradus, & uirtus eius secunda est, quæ abstergit, & incarnat, & tertia est talis ꝙ potest administrari in omnibus supradictis, & quando ponitur ex ea super os, cuius corticem uolumus expellere, expellit eum cito, & incarnat ipsum, & confert multum hulceribus fraudulentis malis, quando desiccatur, & teritur, & puluerizatur super ea, eo ꝙ mundificat ea, & replet carnem, & consolidat. Dioscorides.) Lachryma huius, quando miscetur cũ oleo rosaceo, confert lythargiæ, & karabito, & opilationi cerebri, & scotomiæ, & epilepsiæ, & sodæ antiquę, & paralysi, & spasmo, qui facit declinare caput ad posteriora, & diminutioni sensus, & motus membrorum, & sciaticæ. Et uniuersaliter quando fit linitio cum eo, & oleo, & aceto, confert omnibus ægritudinibus neruorum, & ipsa odoratur in suffocatione matricis, & in suberh, & quando fit fumigatio cum ea, expellit uenenosa ex domibus, & quando miscetur cum oleo rosaceo, & distillatur in aurem, confert dolori eius, & quando ponitur in corrosionibus dentium, confert doloribus eorum, & datur in ouo sorbili, & confert tussi, & est conueniens asmati, & tortionibus uentris, & inflationi eius, & lenit uentrem, leniter one pauca, & confert iuuamentũ magnum difficultati partus, & extenuat splenem, & confert dolori stomachi, & quando sumitur in potu, confert doloribus uesicæ, & renum, & dilatat orificiũ matricis. Radix uero ipsius confert ad omnia, ad quæ confert humiditas ipsa, seu lachryma, uidelicet decoctio eius, nisi quia existit debilioris operationis quàm lachryma, nam decoctio eius quando fit sessio in ea, confert ægritudinibus matricis, & quando radix ipsa siccatur, & teritur fortiter, & puluerizatur in hulceribus, mundificat ea à sordibus, & extrahit cortices ossium, & squamas, seu fragmenta ipsorum, & incarnat, & consolidat antiqua hulcera, & ipsa ingreditur in unguentis, & cærotis calefactiuis, & lachryma quidem eius dissoluitur cum amygdalis amaris, & ruta, & aneto, & pane calido frumenti, & sic administrari potest, seu confectionibus imponi.

DE CYMINO. CCLXXVII.

CAmum, id est, cyminum. Rasis.) Cyminum carmenum est agreste. Dioscorides.) Est quoddam ex eo boni saporis, & est proprie carmenum, & eius expositio est regale, & post ipsum est Babylonicum, & post hoc alię species cymini.

Galenus.) Est ex eo domesticum, & agreste, domesticum uero est illud, quod magis administratur, & maxime semen, sicut administratur semen anisi, & leuistici, & carui, & apij montani. Et uirtus eius prima est calida in tertio gradu, & secunda est uirtus quæ incidit, & tertia prouocat urinam, & expellit uentositates, & aufert inflationes.

Dioscorides.) Virtus eius est desiccatiua, calefactiua, & stiptica, & prouocat urinam, quando coquitur cum oleo, & fit clistere cum eo, aut emplastrum cum farina hordei, & confert tortionibus, & inflationibus, & datur de eo in potu cum aceto temperato

A temperato cum aqua asmaticis, & confert, & datur in potu cum uino ad morsus uenenosorum, & confert apostematibus testiculorum, quando admiscetur cum oleo & farina fabarum, & passulis, & cæroto, & superponitur, & quando miscetur cum aceto, abscindit menstrua, & cursum humiditatũ matricis, & abscindit fluxum sanguinis natium, tritum cum aceto, & quando linitur cum eo corpus, aut sumitur de eo nimis in potu, facit croceum colorem cutis, & ipsum confert dolori uesicæ, propter suam caliditatem, & confert lapidi renum & uesicæ.

Sed cyminum agreste nascitur multum in terra quæ dicitur Calcedonia, & est in regione Hispaniæ, & est planta, cuius altitudo est circa palmum unum uel amplius, & super uirgam ipsius sunt quatuor aut quinq; folia subtilissima, incisa sicut folia fumi terræ, & in summitate eius sunt capitella parua, quinq; aut sex rotũda, & mollia, in quibus est semen, & circa ipsum semen sunt granula, sicut grana ficuum, uel sicut furfur, & ipsum semen est acutioris saporis quàm cyminum domesticum. Ortus uero ipsius est in locis humidis maxime, semen autem huius quãdo bibitur cum aqua, confert tortionibus, & inflationibus, & quando bibitur cum aceto, confert singultui, & quando bibitur cum uino, conuenit uenenis sumptis, & uenenis animalium, & humiditatibus stomachi, & quando masticatur, & miscetur cum eo mel, & passulæ, aufert liuorem qui fit ex sanguine mortuo, sub oculo, aut alibi, & quando fit emplastrum cum eo, & his quæ diximus, est conueniens apostematibus calidis uesicæ. Est & alia species cymini agrestis, similis domestico, & egreditur à lateribus eius uagina similis cornu alta, in qua est semen simile nigellę, cuius semen quando sumitur in potu, confert morsibus uenenosis, & affert iuuamentum magnum parietibus distillationem urinæ, & lapidem, & dolorem uesicæ, & educit sanguinem coagulatum cum urina, maxime si sumatur cum decoctione seminis apij. Aben mesuai.) Cyminum domesticum, quando fit nasale cum eo, & oleo ueteri, aufert superfluum fluxum sanguinis.

B

DE CVBEBIS. CCLXXVIII.

CVbebe. Dioscorides.) Est myrta agria, & est myrtus siluestris, est plãta habens folia similia foliis myrti domesticæ, nisi quia sunt latiora eis, & summitates eorum sunt acutæ sicut summitas lanceæ, & habet fructum rotundũ aliquantulum depressum, & latum inter folia eius repertum, qui quando maturauerit, uergit ad rubedinem, & intra ipsum est granum triangulatũ, & habet ramulos similes ramis plantæ dictę laros, egredientes ab una radice, difficile frangibiles, longos circa brachium unum, plenos foliis, radix eius est similis radici plantæ quæ dicitur agrestis, id est, gramen, quæ quando teritur, est pontica, sapor eius declinans ad amaritudinem, & cortex eius declinat ad ruborẽ, folia huius plantæ, & fructus eius quando sumuntur in potu cum uino, prouocant urinam, & menstrua, & frangunt lapidem uesicæ, & curant ictericiam, & distillationem urinæ, & dolorem capitis, nascitur in locis asperis, & altis montibus, & quando coquitur radix huius plantæ, & bibitur decoctio eius cum uino, facit operationem foliorum, & fructus eius, & ramuli eius comedun tur sicut sparagi, dum sunt recentes, & est in sapore ipsorum amaritudo, quæ prouocat urinam. Galenus.) Est Medicina similis fu. in sapore suo, & uirtute, nisi quia est subtilior multum. Et propter hanc causſam fit aperitiua opilationũ quæ sunt in corpore toto, & prouocat urinam, & mundificat renes à lapide, qui generatur in eis.

Paulus.) Est bona gutturi, & stringit uentrem. Ego postquàm aggregaui inter sermonem Dioscoridis & Galeni, supra omnem herbam, inueni quod Galenus non memorauit myrtum agrestem, & Dioscorides non memorauit cubebas. Et uidi ꝙ descriptio Galeni super cubebas, est descriptio Dioscoridis super myrtum agrestem.

DE CARVI. CCLXXIX.

CAruia, id est, carui. Galenus.) In sapore eius est acuitas temperata. Et uirtus eius prima est uirtus quæ calefacit, & desiccat in tertio gradu, & secunda uirtus est quæ incidit & subtiliat, & tertia expellit uentositates, non solum semen eius, uerum etiam omnes eius partes. Dioscorides.) Huius semen prouocat urinam, & habet

C bonum odorem,& calefacit,& eſt bonum ſtomacho,& facit digeri cibum,& ingreditur in confectionibus Medicinarum, quæ componuntur ad faciendum deſcendere cibum à ſtomacho. Et uirtus eius eſt ſimilis uirtuti aniſi, & radix eius comeditur cocta,ſicut paſtinaca. Aben meſuai.) Eſt groſſius quàm cyminum,& expellit aſcarides ex uentre,& corroborat ſtomachum,& ſtringit uentrem, minus tamen quàm cyminum. Raſis.) Confert cardiacæ.

DE APIO. CCLXXX.

KArphs, uel carphi, id eſt, apium. Dioſcorides.) Sunt ei ſex ſpecies, & eſt ex eis domeſticum, & eſt notum omnibus. Galenus.) Domeſticum eſt illud quod comeditur. Et uirtus eius prima calefacit,& ſecũda ſubtiliat,& incidit, & tertia prouocat urinam,& menſtrua, & reſoluit uentoſitates, & menſtrua, & proprie ſemen eius. Dioſcorides.) Hæc planta conuenit ad omnia ad quæ cõuenit coriandrum, quando fit emplaſtrum cum eo,admixto pane,aut cum ẏchato, ſedat apoſtemata oculi,& inflationem ſtomachi, & ſedat apoſtemata calida mammillarum,& quando comeditur crudum,aut coctum, prouocat urinam, & quando bibitur decoctio eius,& radicis ſuæ ſimiliter,confert Medicinis mortiferis, & prouocat uomitum, & ſtringit uentrem, & ſemen eſt magis prouocatiuum urinæ quàm ipſum, & confert morſui uenenoſorum,& ei qui bibit lithargyriũ,& reſoluit inflationes,& ipſum ingreditur in confectionibus Medicinarum ſedantium dolores, & in Medicinis quæ componuntur contra nocumenta uenenoſorum,& in Medicinis tuſſis.

Sed eſt alia ſpecies quæ dicitur aſalis, & eſt apium quod naſcitur in aquis,& in locis humidis,& eſt maius apio domeſtico,ſed uirtus eius eſt ſicut uirtus illius.

Et eſt alia ſpecies apij,quæ dicitur ſalis, & apium Orientale. Dioſcorides.) Eſt maius apio domeſtico, & color eius uergit magis ad albedinem, & habet uirgam
D concauam,& longam,in qua ſunt uelut literæ, & folia latiora foliis domeſtici, cum uiriditate declinante ad rubedinem,& habet comas ſimiles comis herbæ quæ dicitur limanoris,& habet multa capitella,à quibus egreditur flos & ſemen, cuius color eſt niger,longum,& acuti ſaporis,& odoriferum, & habet radicem albam,& odoriferam,quando guſtatur,non groſſam, naſcitur in locis umbroſis, & humidis,iſta planta adminiſtratur in cibis,ſicut adminiſtratur apium domeſticũ, cruda & cocta, radix eius comeditur,& coquuntur folia eius,& ſummitates ramorũ, & comeduntur,& fortaſſis coquuntur cum piſcibus, & comeduntur, & condiuntur cruda cum ſale,& adminiſtrantur ſicut olera alia. Galenus.) Species quæ dicitur acraſelinum, & alia ſpecies quæ dicitur hypoſelinum, ſunt ſimiles apio communi in uirtute, niſi quia illud quod dicitur acraſelinum,eſt debilius eo, comparatum ad illud quod dicitur hypoſelinum,quod eſt fortius eo. Dioſcorides.) In hypoſelino ſemen quando bibitur cum oximelle,aut cum uino,prouocat urinam, & menſtrua, & quando ſumitur per os,uel fit inunctio cum eo,calefacit infrigidatos, & confert diſtillationi urinæ, radix eius ſimiliter facit hoc, & quando ſemen eius datur in potu cum uino, confert puncturæ ſcorpionis,& morſui canis, & quando coquitur in aceto, temperato cum aqua,& datur in potu, confert retentioni urinæ, & tortionibus uentris,& doloribus inteſtinorum,& quando radix eius decoquitur in uino,& ſumitur in potu,frangit lapidem, & expellit eum cum urina, & confert doloribus lateris,& lumborum,& quando teritur, & extrahitur ſuccus, & ſumitur in potu, aut linitur ex eo corpus,calefacit corpus,& expellit frigus. Et montanum apium facit hoc.

Et ſunt ei tres ſpecies, una earum nominatur oreoſelinum, & eſt planta, habens uirgam longitudinis unius palmi,aut circa,quæ egreditur à radice una ſubtili,à quæ plures uirgæ paruæ egrediuntur, & à uirga egrediuntur ramuli plures, ſuper quos ſunt capitella ſimilia comę,niſi quia ſunt minora ſatis,& rotunda,& eſt in eis ſemen longum aliquantulum,& ſubtile,acuti ſaporis, & boni odoris, ſimilis odori cymini,& naſcitur in locis montuoſis,& lapidoſis. Galenus.) Virtus eius eſt ſimilis uirtuti apij domeſtici,niſi quia eſt fortior uirtute domeſtici.

Dioſcorides

A Dioſcorides.) Virtus ſeminis & radicis eius eſt calida,quæ quando bibuntur cum uino,prouocant urinam & menſtrua,& ingrediuntur in confectionibus Medicinarum calefacientium,& aliarum compoſitarum,& non oportet ꝙ putetur,quamuis nominetur oreoſelinum,quod nõ naſcitur niſi in montibus, ſimiliter & illud quod dicitur petroſelinum,cum nominetur hoc nomine, nõ oportet quod putetur quod non naſcatur niſi in petris. Sed iſtud quod dicitur petroſelinum.

Dioſcorides.) Petroſelinum naſcitur in locis petroſis altis,& rupibus, & habet ſemen minutum ſimile ameos,niſi quia habet meliorem odorem, & acutiorem ſaporem,& eſt aromaticum aliquantulum. Galenus.) Melius quod eſt in eo,eſt ſemen eius, proprie ſapor eius eſt acutus,amarus. Et uirtus eius prima,eſt calida & deſiccatiua in tertio gradu. Secunda incidit. Et tertia eſt uirtus, quæ prouocat menſtrua & urinam,& reſoluit inflationes,& expellit eas. Et tota planta eius cum ſuis foliis & ramulis eſt ſimilis in uirtute ſemini,niſi quia uirtus eorum eſt minor uirtute ſeminis.

Dioſcorides.) Prouocat urinam,& menſtrua,& eſt conueniens inflationibus ſtomachi,& inteſtini,quod dicitur colon,& tortionibus,quãdo ſumitur in potu, propter calefactionem & deſiccationem ſuam multam,et eſt conueniens dolori lateris, & renum,& ueſicæ,& ingreditur in Medicinis quę fiunt ad urinam prouocandam, & alijs confectionibus. Tertia uero ſpecies eius dicitur ſenſulon, & habet uirgam ſimilem uirgę apij cum ramulis multis,& folia latiora foliis apij, & quod ex foliis declinat uerſus terram,conuertitur ad exteriora,& ſunt declinantia ad rubedinẽ, & eſt in eis humiditas pauca,quæ adhæret manui,& ſunt dura, habentia bonũ odorem cum acuitate. Et ſapor eorum eſt ſicut ſapor alterius ſpeciei,& ſuper ſummitates ramulorum eius eſt corona ſimilis coronæ aneti, & habet ſemen rotundum ſimile ſemini caulium,nigri coloris,acuti ſaporis,& odor eius eſt ſicut odor myrrhæ,& radix eius eſt mollis,leuis,habens multam humiditatem,pungens linguam, acuti ſaporis,& boni odoris,cuius cortex eſt niger,interius uero eſt uiridis,ad albedinẽ uergens,& naſcitur in locis petroſis. Galenus.) Hæc planta eſt media inter plantam
B apij domeſtici,& plantam apij montani, nam uirtus eius eſt fortior uirtute apij domeſtici,& debilior uirtute apij montani. Et uirtus eius prima eſt calida & deſiccatiua in tertio gradu. Et ſecũda diſſoluit & incidit. Et tertia prouocat menſtrua, & urinam,& incarnat uulnera,& reſoluit duricies. Dioſcorides.) Virtus radicis eius,& ſummitatum,& ſeminis,& florum,eſt calefactiua. Et conficiuntur folia eius cum ſale,& comeduntur,& ſtringunt uentrem,& quando bibitur radix eius,eſt conueniẽs morſibus uenenoſorum,& ſedat tuſſim,& curat aſmaticos,& ſtranguriam, & frangit lapidem,& hydropiſim,& quando fit emplaſtrum cum eo,reſoluit apoſtemata phlegmatica recentia,& apoſtemata calida & dura, & conuenit curæ exiturarum. Et quando fit naſale cum eo,expellit fœtum,et ſemen eius eſt conueniens dolori renum,& ſplenis,& ueſicæ,& expellit ſecundinam,& prouocat menſtrua,& quando ſumitur in potu,eſt bonum ſciaticæ,et ſedat tumores ſtomachi, & prouocat ſudorẽ, & aufert eructuationes,& bibitur proprie in hydropiſi,& febribus periodicis.

Galenus in libro de dieta.) Apium domeſticum eſt magis conferens ſtomacho alijs ſpeciebus,& magis ſibi delectabile, & in ſamarinion eſt aromaticinitas, & eſt melius domeſtico,& leuius ſatis,& magis prouocatiuum urinæ & menſtruorum.

Conſtantinus in libro de agricultura.) Apium excitat libidinem in uiris & mulieribus,& propter hanc cauſſam prohibetur nutricibus lactantibus pueros, quia incitat eis libidinem,et abſcindit lac earum, et ipſum facit odorem oris bonum, et propter hoc ſumunt ex eo in cibo habentes fœtorem oris,quando uolunt loqui coram principibus. Achim eben unaim.) Ingenioſi Medicorum ponunt apium in ſecundo gradu caliditatis et ſiccitatis. Hunaim in libro de tyriaca.) Proprietas ſeminis apij montani eſt,quod laxat uentrem in colica. Abugerig.) Aperit et confert opilationibus epatis, et aperit uias aquæ citrinæ. Sed ſi bibitur ſubſtantia eius ſiue decoctio, facit moram in ſtomacho, et nimius uſus eius prouocat uomitum.

Aben meſuai.) Confert inflationibus ſtomachi,et aqua eius facit nauſeam, et ra-

C dix eius est fortior semine, et semen fortius foliis, et ipsum est malum epilenticis. Mesehah.) Radices omnium conferunt stomacho.

DE CAPPARO VEL CAPPARIS. CCLXXXI.

CApar, id est, capparus. Dioscorides.) Est planta spinosa, quæ extenditur circulariter super faciem terræ, cuius spinę sunt reuolutæ uersus se, sicut spinæ rubi, et habet folia similia foliis citonij in figura sua, et fructum similem oliuæ, qui si aperitur in arbore sua, emittit florem album, sed si ceciderit ex arbore sua sicut est, inuenitur clausus, ad longitudinem decliuis, et tunc si aperitur, inueniuntur in eo semina minuta, similia granulis balaustiæ, coloris rubei uersus purpureum, et radices eius sunt magnæ, plures, et lignosæ, nascitur in locis siccis, et prope muros. Galenus.) In cortice radicis eius uincit sapor amarus, deinde stipticus. Et uirtus eius prima calefacit et desiccat. Et secunda est quæ abstergit, et mundificat, incidit, et aperit sua amaritudine, & resoluit sua acuitate, & aggregat & restringit sua stipticitate. Et tertia est uirtus, quę confert spleni, pulmoni, alia Medicina quando apponitur exterius in emplastris, & quando sumitur interius cum aceto & melle, postquam desiccatur & teritur, & hoc quia incidit humores uiscosos, grossos, quando bibitur in hunc modum, incisione manifesta, & expellit eos per urinam, & per secessum, & expellit per secessum egestiones sanguineas, & sic curat egritudines splenis, & alleuiat ipsum, & similiter hoc facit in dolore sciæ, & cum toto hoc prouocat menstrua, & facit descendere phlegma plurimum, quando fit cum eo gargarisma, aut quando masticatur, & confert attritioni neruorum, & lacertorum, & quando ponitur super hulcera fraudulenta, affert iuuamentum magnum, quando abstergit ea, & desiccat, abstersione, & desiccatione forti, & sic confert dolori dentium, quando administratur, aliquãdo coctus cum uino, aliquando cum aceto, aliquando solus masticatur, & abstergit morpheam, & D quando linitur super eam cum aceto, & resoluit scrophulas, & apostemata dura, quando admiscetur cum confectionibus ad hoc. Sed fructus huius plantæ uirtus, est sicut uirtus corticis radicis, nisi quia est debilior cortice. Et ego quidem resolui duticiem scrophularum aliquando in paucis diebus, cum foliis capparis solis, & aliquando admiscetur cum foliis aliqua ex Medicinis, quæ possunt frangere uirtutem eorum. Et postquam folia faciunt hoc, non est mirum, si succus eorum occidit uermes, qui sunt in auribꝰ, propter amaritudinẽ eius. Sed cappari qui sunt in terris, multę sunt caliditatis, sicut illi qui sunt in terris Tihema, sunt calidiores capparis, qui sunt in partibus nostris, caliditate multa, & propter hoc existit in eis de uirtute adustiua quantitas non pauca. Et dixit in libro de cibis, quod fructus eius est salsus, quando comeditur, absq; quod abluatur, laxat uentrem, & postquã abluitur, nutrit parum, & excitat appetitum cibi, & abstergit quod est in stomacho ex phlegmate, & expellit ipsum per secessum, & aperit opilationes epatis & splenis, quando coquitur cum aceto. & melle, & oleo, & comeditur ante cibum. Et summitates ipsius & pendiculi quibus suspenditur fructus, faciunt hoc, nisi quia sunt grossioris substantiæ.

Dioscorides.) Summitates eius & fructus præparantur cum sale, & administrantur in cibis, & quando comeduntur, laxant uentrem, & nocent stomacho, & faciunt sitim, & quando comeduntur cocti, sunt melioris saporis quàm crudi, & fructus eius mollit uentrem. Et quando sumitur in potu de radice eius, aut de semine, pondus drachmarũ duarum omni die, usq; ad triginta dies, cum uino, resoluit duriciem splenis, & extenuat ipsum, & prouocat urinam, & educit egestiones sanguinolentas. Et quando bibitur, confert sciaticæ, & paralysi, & attritionibus neruorum, & prouocat menstrua, & quando masticatur, attrahit phlegma. Et fructus eius quando coquitur cum aceto, & fit ex decoctione collutio oris, sedat dolorem dentium. Et cortex radicis eius est desiccatiuus, & est cõueniens ad egritudines quas diximus, qui quando teritur, & puluerizatur in hulceribus, mundificat hulcera antiqua, sordida, dura, & teruntur folia eius recentia cruda, & miscentur cum farina hordei, & fit inde emplastrum apostemati splenis, & confert multum. Et si ille qui habet dolorem

A lorem in dente suo, momorderit radicem eius cũ dente dolente, sedatur dolor eius, & si teritur bene, & miscetur cum aceto, & linitur super morpheam albam, abstergit eam. Et quando teruntur folia & radices eius, & fit inde emplastrum super scrophulas, & apostemata dura, resoluit ea. Et quando teruntur, & exprimitur succus, & distillatur in aurem, occidit uermes qui sunt in ea. Et quando radix eius coquitur cum aceto, aut cum oximelle, & bibitur decoctio eius, aut teritur sicca, & sumitur in potu puluis eius, laxat humores phlegmaticos crudos, & uiscosos, non solũ per secessum, uerum etiam per urinam, & educit multotiens egestionem sanguinolentam, ut diximus, & sic sedat dolorem sciaticum, & extenuat splenem. Cappari autem qui nascuntur in paludibus, & in terris Lochiæ, in locis ubi habitant gentes, quæ dicuntur Barbari, inflant inflatione forti. Et illi qui nascuntur in terra, quæ dicitur Aquileia, commouent uomitum. Et illi qui nascuntur in maritimis Cuzum, & qui sunt ex terra Linia, sunt acuti multum, & hulcerant os, & corrodunt gingiuas, et sic faciunt moueri dentes, & ideo hi non conueniunt cibo. Aben mesuai.) Illi qui condiuntur cum sale, faciũt istas operationes supradictas, nisi quia sunt mali stomacho, malicia tamen pauca. Sed illi qui condiuntur cum aceto, fortificant stomachum, & prouocant appetitum, quoniam acetum prohibet nocumentum eorum à stomacho.

Rasis.) Attulit mihi quidam amicus meus confectionem quandam capparorum recentium, & cum comedissem ex eis, induxerunt mihi tenasmonem, et consueui facere clistere ad sciaticam, cum succo capparorum, & iuuat multum.

DE MYRRHA. CCLXXXII.

LEr uel mura, id est, myrrha. Dioscorides.) Est gummi arboris, quæ nascitur in terris Arabũ, similis arbori, quæ dicitur in Græco spina Babylonica. Fiunt nanq; scissuræ in ligno arboris, & inde egreditur gummi quod emanat cadens super festotia quæ sternuntur sub arbore, & quædam pars eius coagulatur super stipitem, & est de ipsa res quæ dicitur bathnasas, & est grossa, à qua egreditur miha, id est, storax liquida, quando exprimitur, et dicitur mirnastaten, & est de ea quę dicitur aizen, et est B pinguis multum, & arbor eius est in terra, quæ dicitur Parthemia, & est pinguis, & quando exprimitur succus, egreditur uelut storax multum. Et melior myrrha est illa quæ dicitur tarhalud, & tanchi, & nominatur hoc nomine, eò quod defertur ex terris quæ sic dicuntur. Et color eius est ad uiriditatem tendens, pungens linguam, clati coloris. Et ex ea est quæ dicitur liti, & est litraglutichi, & est mollis tactu sicut bdellium, & in odore suo est pinguedo, & arbor eius est in locis soli expositis. Et ex ea est quæ dicitur poaclis, & est aspera multum, nigra, & apparet in ea uestigium ignis. Et deterior est illa quæ dicitur argasmi, & est leuis, non pinguis, acuti saporis, similis gummi Arabico in forma & uirtute, & ex myrrha est quæ dicitur amini, & est mala. Et fiunt quidem trocisci ex substãtijs myrrhæ, & si myrrha fuerit pinguis, trocisci qui ex substantia eius fuerint, habent bonum odorem, et pinguem, & si non est pinguis, quod fit ex substantia eius, non habet bonum odorem, nec pinguem, et habet uirtutem debilem, propterea quod admiscetur ei oleum, quando fiunt ex eo trocisci, & adulteratur myrrha, quando admiscetur ei gũmi, quod infusum fuerit in aqua myrthæ. Et melior ex myrrha est noua, leuis, & munda, quæ quando tangitur, est aliquantulum aspera, & arida, & cito frangitur, & quando frangitur, remanet in fractura eius res alba, & figura eius est sicut figura unguium, & quæ est in frusta non parua, & color eius est uniformis, non diuersus in exterioribus, sed interius est trahés ad rubedinẽ parũ, cũ lineis subalbidis, ut diximus, & odor eius est delectabilis, amara, calida, sedatiua, sed illa quæ est grauis, cuius color est sicut color picis, nõ est alicuius utilitatis. Sed myrrha quę est ex terra, quę dicitur labtoreno, abscinditur ex radice arboris quę est in terris illis, eligũt enim ex ea illud, quod est simile myrrhę in odore, et uirtus eius est calefactiua, mollitiua, et resolutiua, et ingreditur in confectionibus unguentorũ. Galenus.) In sapore eius est de sapore amoniaci quãtitas nõ pauca, et uirtus eius prima calefacit et desiccat in 3. gradu. Et secunda abstergit cũ tẽperamẽto. Et tertia cõglutinat fragmẽta ossiũ capitis, et occidit lũbricos et fœtũ, et expellit eos, et in

greditur

C greditur in confectionibus collyriorum, quæ fiunt ad hulcera oculi, & maculas quæ fiunt in eo, & in Medicinis quæ bibuntur ad tussim antiquam, & ad asma, nam ipsa non exasperat cannam pulmonis, & hoc proprie, quia non calefacit, nec desiccat, calefactione, & desiccatione forti, & cum superfluitate suæ amaritudinis & absterſiõis. Virtus eius calefacit, mollificat, & resoluit. Et dixit in almayemit, quod mirrha est composita ex contrarijs qualitatibus. Dioscorides.) Virtus mirrhæ est calefactiua, & facit subeth, & conglutinat, quicquid eget conglutinatione, & desiccat, & est stiptica, & mollificat orificium matricis coartatum, & dilatat ipsum. Et quando fit nasale cum ea, & absinthio, aut cum aqua lupinorum, aut cũ succo rutę, prouocat mentrua, & expellit fœtum cito. Et datur ex ea quantitas fabæ in potu ad tussim antiquã & ad asma, quæ cogit hominem erectum stare, & ad dolorem lateris, & pulmonis, & ad fluxum uentris, & ad hulcera intestinorum. Et quando datur ex ea quantitas fabæ cum pipere & aqua, antequam superueniat rigor febris duabus horis, remouet eam. Et quando tenetur sub lingua, & trahitur quod ex ea resoluitur, mollit asperitatem cannę pulmonis, & clarificat uocem, & ipsa occidit lumbricos. Et quando tenetur in ore, meliorat odorem oris, & ipsa admiscetur cum aneto recenti, & linitur cum ea, ualet ad fœtorem assellarum. Et fit cum ea, & aceto, & oleo, collutio oris, restringit dentes, & gingiuam, & quando ponitur in hulceribus capitis, consolidat, et incarnat ea. Et quando coquitur cum carne animalis, quod est in conchula marina, curat dolorem aurium, & uellit carne ossa denudata. Et quando miscetur cum opio & castoreo, & memithe, curat saniem aurium, & incarnat ossa denudata, & apostemata calida quæ fiunt in eis, & administratur cum cassia lignea, & melle, liniendo uerrucas, & confert, & fit linitio cum ea dissoluta in aceto, et abstergit impetiginem, & quando admiscetur cum laudano, & uino, & oleo myrtino, retinet capillos cadentes, & liniuntur nares cum ea liniendo cum pluma, & aufert catarrum antiquũ, & ipsa replet hulcera oculi, & abstergit albuginem ipsius, & confert obscuritati uisus
D & asperitati palpebrarum, & colligitur fumus eius sicut fumus olibani, & est iuuatiuus ad omnia, ad quæ iuuat myrrha. Galenus quando rememorauit aquam piscium salsorum, dixit.) Quod ipsa confert exituris putridis, sicut confert myrrha. Et dixit in libro de Medicinis contra uenena, & Medicinas mortiferas, quod ex myrrha est quædam, quæ est admixta cum lacte cuiusdam arboris, quæ dicitur fucassis, & est arbor mortifera, quare fit hæc myrrha, si sumatur per os, interficiens, uerum ipsa est mirabilis in collyrijs, nam ipsa resoluit humorem, qui est in oculo, sine mordicatione, & fortassis aufert in sui principio, dum est subtilis. Abugerig.) Myrrha confert ad aquam cirrinam, quando sumitur ex ea in potu, aut fit emplastrum cum ea super uentrem. Et quando fit caputpurgium cum uno dauich ex ea, mundificat cerebrũ, & aufert ab eo uentositates grossas. Damascenus.) Incoriat gingiuam, & confirmat dentes. Mesarugie.) Est bona colicæ, quando fit linitio cum ea.

DE MVMIA. CCLXXXIII.

MVmie, id est, mumia sepulchrorum cum aloes & myrrha, & quod admiscetur eis ex humiditate corporis humani. Dioscorides.) Est in terris, quæ dicuntur Acoloniæ, descendit nanq; ex montibus, qui ducunt flumina cum aqua, & ejicit eam aqua fluminis in ripis, & est coagulata, & fit sicut cæra, & habet odorem picis mixtæ cum asphalto, cum aliquo fœtore, & uirtus eius est sicut uirtus picis, & asphalti mixtorum. Rasis ex nomine quorundam Medicorum.) Est bona sodæ phlegmaticæ, & frigidæ sine materia, & hemigraneæ, & paralysi, & torturæ oris, & epilepsiæ, & scotomiæ, nam facimus caputpurgiũ cũ uno grano ex ea cũ aqua maioranę, & cõfert doloribus auris, quando dissoluitur ex ea granũ unũ in oleo sambucino, & distillatur in aurem, & confert dolori gutturis, quando dissoluitur ex ea unum kirat cum aqua, in qua decocta est saturegia, & cõfert tussi cum aqua iuiubarum, aut aqua hordei, & sebesten, & datur ex ea in potu tribus diebus in ieiunio, & cardiacę confert unus kirat cum aqua mentę, & uentositati intestinorũ confert, quando accipitur unũ kirat cum aqua cimini, & carui, aut cũ aqua ameos, & casui, & percussioni super stomacho

A stomacho, aut epate, confert, quãdo sumitur unum kirat cum duobus dauich ex bolo Armeno, & uno dauich croci, cum aqua solatri, aut cassię fistulæ, & datur ad singultum granum unum ex ea cũ decoctione seminis apij, * & cimini carmeni, & ad dolorem capitis antiquum, quando accipitur ex eo granum unum, & ex musco, & camphora, & castoreo, ante granum unum, & miscentur cum oleo de ben, & fit caputpurgium cum eis, & ad squinantiam pondus unius kirath cum squingibi, id est, cum oximelle simplici, uel acetoso simplici, & ad dolorem splenis pondus unius kirat cum aqua carui, & ad uenena grana duo cum decoctione tribulorum marinorũ, & foliorum aniuden, & ad punctura scorpionis pondus unius kirat cum uino puro, & ponitur in locum punctuę cum butyro uaccino. Abugerig.) Confert fracturis & conquassationibus, quæ fiunt in interioribus corporis, & exterioribus, & confert pectori, & pulmoni, & est prope temperamentum, nisi quia ipsa habet proprietatem in sedando dolores, qui fiunt in iuncturis & fracturis, quando sumitur in potu, & linitur cum ea, & fit cum ea clistere, & confert hulceribus uesicæ & uirgæ.

* Alias feminis carui.

Atabari.) Est calida & subtilis, et est bona casui, & percussionibus, et uẽtositatibus. Rasis.) Dictum fuit mihi, quod quidam emittebat sanguinem, & non poterat restringi, per aliquam Medicinam, quousq; datum est ei de mumia pondus granorum trium cum uino, & restrictus est statim. Mesarugie.) Est subtilis, & est bona uentositatibus, & quando fit caputpurgium cum modico ex ea cum zambach, confert dolori capitis. Aben mesuai.) Galenus memorauit eam in almayemut, quando locutus est de soda in libro quarto. Et dixit, quod ex Medicinis oculorum sunt quædam calidæ acutæ, sicut mumia, & asa, & serapinũ, & euphorbium. Et uniuersaliter, omnis Medicina quæ calefacit fortiter, absq; eo quod faciat in oculo asperitatem. Alcanzi.) Mumia est subtilior omni Medicina ad sputum sanguinis, & quando dissoluitur in oculo de zambach, & fit inde suppositorium, confert illis qui non possunt retinere urinam.

B DE BDELLIO IVDAICO. CCLXXXIIII.

MOlochil, uel molocal, id est bdellium Iudaicum. Dioscorides.) Est gummii arboris quæ nascitur in terris Arabum, & melius ex eo est illud, quod est amarum, clari coloris, quod est uelut gluten, quod fit ex corijs boum, tenax interius, citæ dissolutionis, lene, ad albedinem declinans, non habens ex se ligna, nec sordes aliquas, quando fit fumigium cum eo, proferens odorem bonum, similem odori blactæ Bizantiæ. Reperitur autem ex eo quoddam sordidum, cuius odor est sicut odor darsisaham, aut odor corticis cappatis, quod defertur ab India, & quoddã ex eo defertur à regione quæ dicitur Batonamis, simile resinę pini, cuius color est propinquius colori melongenæ, & est secundum à bono in uirtute. Adulteratur autem bdellium cum gummi Arabico, quod admiscetur ei, & tale non habet amaritudinẽ, qualem habet non adulteratum. Et quando fit fumigium cum eo, non habet odorem bonum. Galenus.) Bdellij sunt duę species, Siculum, & est nigrius et mollius alio. Et uirtus eius est mollificatiua, & operatio eius est in hac uirtute operatio fortissima. Et aliud est Arabicum, & est siccius alio, & illud est plus desiccatiuum cę mollitiuũ, sed uirtus illius quod est recens humidum, quod quando malaxatur manu, dissoluitur totum, est uirtus fortissima in mollificando, & quanto plus uetustascit, fit sapor eius amarior, & calidior, & acutior. Et uirtus bdellij prima est calida desiccatiua. Et secunda est mollificatiua dissolutiua. Et tertia dissoluit apostemata quæ fiunt in canna pulmonis, & tumorem qui fit in crepatura intestinali, quando dissoluitur cum saliua hominis ieiuni, donec fiat sicut unguentum, et frangit lapidem renum, quando sumitur in potu, & prouocat urinã, & expellit uentositates grossas, & dissoluit apostemata dura cruda, & curat dolores costarum, & attritiones neruorum.

Dioscorides.) Virtus bdellij est calefactiua mollificatiua, quando dissoluitur cum saliua hominis ieiuni, curat crepaturam, & dissoluit apostemata difficilis maturationis, & apostemata quæ dicuntur naiarchili, quæ fiunt in gutture, & dissoluit ramicẽ aquosam, & quando fit nasale cũ eo, & fumigatio, aperit orificiũ matricis, & educit

fœtum

C fœtum,& omnes humiditates quæ sunt in matrice. Et quando sumitur ex eo in potu,frangit lapidem,& prouocat urinam, & menstrua, & quando datur in potu illi qui habet tussim,aut illi quem momordit aliquod uenenosum, confert, & confert attritionibus neruorum,& alcuzez,& dolori lateris,& uentositati, & admiscetur in unguentis quæ fiunt ad duricies neruorum,& ad nodationes ipsorum,et mollificat eas. Similiter autem facit quando teritur,& proijcitur super ipsum uinum, aut aqua calida,& fit inde unguentũ. Aben mesuai.) Resoluit apostemata intrinseca,quando bibitur cum decoctione,& extrinseca,quando apponitur dissolutum in decoctione. Et de proprietate eius est prohibere,ne Medicinæ acutæ excorient intestina, & conferre hemorrhoidibus. Isaac eben amram.)Confert apostematibus intrinsecis quando sumitur in potu,aut fit emplastrum super ea cum decoctione,& quãdo admiscetur cum Medicinis acutis laxantibus phlegma,prohibet acuitatem earum nocere intestinis,& alijs membris,& confert tenasmoni. Et dosis eius solius est à drachma una usq; ad duas,& aliqui dicunt à drachma dimidia usq; ad unam, & auget in potentia coitus,& meliorat,& iuuat omnibus. Mesarugie.) Resoluit apostemata testiculorum, & alia apostemata. Hunaim in tyriaca.) Resoluit sanguinem coagulatum.

DE MARVA IANTVSA. CCLXXXV.

MArua iantusa est species marrubij. Dioscorides.) Est planta similis prassio,nisi quia est longior eo,& habet folia parua,multa,dura,& aspera,bonum odorem habentia,alba,super quæ sunt pili parui,& habet uirgas multas egredientes ab una radice,& albiores uirgis prassij,nascitur in locis mõtuosis & asperis. Galenus.) Sapor eius est acutus,pungitiuus,amarus,& uirtus eius prima calefacit in tertio gradu.Et secunda abstergit & incidit. Et tertia prouocat menstrua, & occidit fœtum cũ hoc,& expellit secundinam. Dioscorides.)Habet uirtutem calefactiuam acutam, & ideo quando bibitur decoctio foliorum eius cum uino,prouocat menstrua,& facit aborsum,& expellit secundinam. D

DE MAIORANA. CCLXXXVI.

MErzenius,id est,maiorana. Dioscorides.) Est herba multas uirgas habens extensas super faciem terræ in suo ortu, & habet folia parua rotunda, super quæ est borra,ferè similia foliis calamenti habentis folia subtilia,et habet odorem bonũ. Galenus.) Virtus eius prima calefacit,& desiccat in tertio gradu.Secunda resoluit & subtiliat. Dioscorides.) Habet uirtutem calefactiuã ualde, quando sumitur decoctio eius in potu,conuenit hydropisi in principio eius, & stranguriæ, & tortionibus.Et quando succus foliorum eius miscetur cum melle,& fit linitio cum eo,aufert liuorem sanguinis mortui qui est sub oculo, & quando fit cum eo nasale, prouocat menstrua,& quando admiscetur cum aceto & sale,et fit inde emplastrum super punctura scorpionis,confert,& miscetur cũ cæroto, & ponitur super contorsiones neruorum,& attritiones lacertorum, & super apostemata phlegmatica, & confert, & quando fit cum ea emplastrum,admixta magra,apostematibus oculorum,confert, & ipsa ingreditur in confectionibus unguentorum,quę fiunt ad laxitudinẽ,& admiscetur in unguentis molliriuis & sedatiuis dolorum. Aben mesuai.) Quando linitur cũ succo huius plantæ super liuores sanguinis mortui,aufert eos,& propter hanc causſam ponentes uentosas,administrant eum in uentosatione, ungentes locũ post uentosationem cum eo,ne appareant cicatrices ferri. Et quãdo fit caputpurgiũ cum ea,confert doloribus capitis,maxime melancholicis,& uentositati cerebri, & aperit opilationes quæ sunt in eo,& propter hanc causſam confert epilepsiæ,& paralysi,et torturę oris,& hemictaneę,attrahit enim humiditates malas à cerebro,& cõfert multum,& fit oleum cũ ea,quod confert ad omnia supradicta,quando inungitur cũ eo.

Sindaxar.) Quando teritur maiorana sicca,& conficitur cum melle, & linitur super liuorem qui fit sub oculo,aufer ipsum,& exprimitur succus ex ea dum est recens, & fit caputpurgium cum eo,& mundificat cerebrum,& confert egritudinibus frigidis eius & melancholicus. Et quando imbibitur in eo cotum aut lana,& imponitur in aurem

A in aurem,aperit opilationes eius,& similiter facit oleũ eius, si inuoluatur in cotum, & ponatur in aurem,& quãdo imbibitur lana in oleo eius,& fit cum ea nasale,aperit orificium matricis,& confert suffocationi eius,& calefacit matricem. Rasis.) Propter caliditatem suam,& aromaticitatem,& subtilitatem,cõfert omnibus ægritudinibus frigidis,& confortat cerebrum,& omnia uiscera.

DE AMEOS CCLXXXVII.

NAnochach,uel anazue, id est,ameos. Dioscorides.) Quidã nominant ipsum pomum ancheninon, id est, cyminum Aethiopicum, uerum natura cymini Aethiopiæ est alia à natura ameos,& est notum,est namq; semen ferè simile cymino Aethiopiæ,nisi quia est minus eo multum, & albius, & densius, & in suo sapore est de similitudine saporis origani Aethiopici,& illud quod est eligendum ex eo, est illud quod est recens, & mundum. Galenus.) Magis iuuatiuum quod est in eo, est semen eius,& est in sapore eius amaritudo pauca,& acuitas, & uirtus eius prima calefacit,& desiccat in tertio gradu,& secunda abstergit, subtiliat, & resoluit, & tertia prouocat urinam. Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua, inflammatiua corporis,& confert quando bibitur cum uino,tortionibus,& stranguriæ, & morsibus uenenosis,& prouocat urinam, & menstrua, & admiscetur cum Medicinis quæ prouocant urinam,in quorum confectionibus ingreditur fœniculus,& quando miscetur cum melle,& fit emplastrum cum eo, aufert sanguinẽ mortuum qui est sub oculo,& quãdo sumitur in potu,& linitur cum eo corpus, inducit colorem citrinum in corpore,& quando fit fumigatio cũ eo,& pice,& resina pini,mundificat matricem. Aben mesuai.) Quando memorauit proprietates,dixit quod prouocat urinam.

Idem.) Semen eius est bonũ febribus antiquis,& quãdo decoctio eius ponitur super punctura scorpionis,aufert dolorem, & quando in Medicinis est conueniens frigiditati stomachi,& epatis,& aperit opilationes,& sedat nauseam, & desiccat humiditates stomachi,& est bonum ad saniem quæ est in pectore, & mundificat uias renum,& uesicam,& extrahit lapidem ex eis,postq; fuerit fractus, & quando fit linimentũ cum eo,abstergit morpheã,& baras,maxime cũ Medicinis quæ sunt ad hoc. B

DE MENTA. CCLXXXVIII.

NAhanaha,id est,menta.Et est ex ea domestica,& siluestris, & ramuli domestici quando maturantur,habent colorem cœlestem, & sunt interius concaui, & in summitatibus ramulorum sunt quasi licinia,& uiret, & augetur in æstate & hyeme, & habet odorem bonum. Dioscorides.) Quidam nominant eam mentam, & est nahanaha,& est nota,& habet uirtutem calefactiuã,stipticam,desiccatiuam,& ideo quando datur succus eius in potu cum aceto, abscindit sputum sanguinis,& occidit lumbricos magnos, & excitat coitum. Et quando sumitur in potu ex eo cum aqua granatorum acetosorum,confert singultui,& uomitui, & colicæ passioni. Et quando fit emplastrum cum ea,& sauich,resoluit apostemata quæ dicuntur castrinata,& ponitur super frontem,& sedat dolorem capitis,& quando ponitur super mammillas,in quibus est apostema, propter congelationem lactis in eis, sedat apostema,& quando fit emplastrum cum ea,& sale,confert morsui canis, & quando succus eius miscetur cum melicrato, conuenit doloribus aurium, & quando fit cum eo nasale, ante horam coitus,prohibet impregnationẽ, & quando linitur cum eo lingua aspera,lenit asperitatem eius, & quando ponitur ex eo in lacte parum, non sinit ipsum coagulari,& quando linitur cum eo caseus,præseruat ipsum à putrefactione,& menta comeditur cum cibis admixta,& est bona stomacho, & prouocat appetitum prostratum propter suam odorificationem, & aufert fastidium. Est autem alia species mentæ siluestris,cuius folia sunt aspera,pilosa paruis pilis, maiora foliis sisimbrij parum, & in odore suo est pinguedo, & est minus iuuatiua in Medicina quàm species alia. Galenus.) In substantia eius est plus de subtilitate quàm in omni alio olere,& in sapore suo est parum caliditatis, & ponticitatis, & acuitatis. Et uirtus eius prima est calida in tertio gradu,& propterea quia seminatur in uiridarijs, & in hortis,& irrigatur aqua,est in ea humiditas cruda.Et secunda eius uirtus est,quę subtiliat,& abstergit

C stergit,& fortificat. Et tertia est uirtus,quæ quãdo teritur,& ponitur cum farina hordei super exituras,& fistulas, confert eis, & ipsa occidit uermes uentris, & abscindit sputum sanguinis,quando non est antiquũ, quãdo bibitur cum aceto,aqua mixto, & incitat libidinem excitatione modica. Aben mesuai.) Est calida in fine secundi gradus,calefacit stomachum,& fortificat ipsum, & sedat nauseam phlegmaticam, & facit eructuare,& facit digerere. Et de proprietate eius est, sedare uomitum phlegmaticum,quando bibitur sola,aut cum aqua sisimbrij.

DE SERPILLO. CCLXXXIX.

NEmen,id est, serpillum. Dioscorides.) Est de eo domesticum & siluestre. Sed domesticum est planta inclinata super faciem terræ iacens, & quod de ea tangit terram,infigit in terram radices,& habet folia,& ramulos similes folijs, & ramulis origani,nisi quia sunt albiores, & in odore suo est aliquantulum ex odore maioranæ, & utuntur ea multi in cibis suis, & nominant eam multi arclas, & arclanem azantor,& illa quæ ex ipsa nascitur in paludosis locis,est maior. Galenus.) Nominant ipsum multi sisnabar, sapor eius est fortiter acutus. Et uirtus eius prima est calida,& secunda est uirtus subtiliatiua, tesoluciua, & tertia prouocat urinam, & menstrua. Dioscorides.) Est siluestre,ex eo nominatur ragis, quod non inclinatur sicut aliud super terram in ortu suo,immo stat erectum, & habet ramulos subtiles,lignosos,adeo quod possumus ex eis licinia facere ad lumen accendendum,& sunt ramuli longi circa palmum,pleni folijs,similibus rutæ,nisi quia sunt strictiora,& longiora,& duriora folijs rutæ, & habet florem acuti saporis, & odoris boni per singulos ramulos distinctum, cuius color est in summitate eius purpureus, & habet radices, in quibus non est iuuamentum, nascitur in rupibus, & locis lapidosis, & est fortius calidum domestico,& administratur in Medicina,nam ipsum prouocat menstrua, quando sumitur in potu,& urinam, & confert tortionibus uentris, & attritionibus
D musculorum,& summitatum eorum,& apostematibus epatis calidis,& est bonum contra nocumenta uenenorum quando bibitur,& fit emplastrum cum eo super locum morsus, & quando coquitur cum aceto, & admiscetur ei oleum rosaceum, & proijcitur super caput,sedat soda,& est conueniens proprie lethargię,& carabito,& quando sumuntur ex eo in potu drach.4.cũ aceto, sedat uomitũ sanguinis. Sed alia species agrestis est sisnabario, & nascitur in locis habitabilibus, & domesticis,& est simile mentæ,nisi quia sunt eius folia latiora quàm mentę,& meliorem odorem habentia,& administratur in cibis. Galenus.) Substãtia eius est subtilis, & uirtus eius prima calefacit,& desiccat in tertio gradu, & semen similiter est calefactiuum subtile,& ideo quidam dant illud in potu, habẽtibus singultum,& tortiones cum uino.

Dioscorides.) Habet uirtutem calefactiuam, quando semen eius bibitur cum uino,confert distillationi urinæ, & lapidi, & sedat uentris tortiones, & singultum,& fit emplastrum cum eius folijs super pulsus temporum ad soda, & fit emplastrum cum eo, ad puncturam apum, & acambor, quando sumitur in potu, sedat uomitum. Aben mesuai.) Serpillum aperit opilationes narium, & habet proprietatem conferendi multum puncturæ acambor, quando sumitur aureus unus ex eo in potu cum squingibin.

DE RVTA. CCXC.

SAdeb,id est,ruta. Dioscorides.) Ruta quædam est domestica,& quædam agrestis,sed ruta siluestris est calidior domestica, & acutior, & non conuenit in cibis, sed ruta domestica, & maxime illa quæ oritur iuxta arborem ficus, in cibis est bona.

Galenus.) Substantia rutæ est subtilis,& in sapore eius est acuitas, & amaritudo, & uirtus eius prima est calida, desiccatiua in tertio gradu, & secunda resoluit,& incidit humores grossos,uiscosos, & purgat & expellit quod est in corpore per urinam, & est de rebus magis iuuatiuis,& conferentibus inflationibus, & uentositatibus,& ipsa extinguit libidinem coitus. Dioscorides.) Ruta domestica & siluestris, ambæ sunt calefactiuæ,adustiuæ,prouocatiuæ urinæ, & menstruorum, & quando bibitur aut comeditur, stringit uentrem, & quãdo sumitur in potu ex semine cuiusq; quanatitas

A titas unius kisuph cum uino, est Medicina conferens multum Medicinis mortiferis, & quando comeduntur folia eius sola, aut cum ficubus siccis, & nucibus, auferunt nocumentum Medicinarum pernicioſarum,& est ultima Medicina cõtra malitiam uenenorũ administrata, sicut diximus, & quando comeditur aut bibitur ruta sæpe, abscindit sperma,& quando coquitur cum aneto sicco, & sumitur, sedat tortiones, & quando administratur secundum hunc modum,confert dolori lateris, & dolori pectoris,& asmati,& tussi,& apostemati pulmonis,& sciaticæ,& doloribus iunctu-
rarum,& rigoribus febrium,& quando coquitur in oleo, & ponitur in clisteri,confert inflationi colon intestini,& inflationibus matricis, & inflationibus recti intesti-
ni,& quando teritur & conficitur cum melle, & linitur super collum matricis, confert dolori eius,& suffocationi matricis, & quando coquitur in oleo,& bibitur,occidit,& expellit lumbricos,& conficitur cum melle,& fit inde emplastrum doloribus iuncturarum, & fit inde emplastrum cum ea, & ficubus ad hydropisim carnosam, & quando coquitur cum uino usq; ad consumptionem medietatis uini, & bibitur, confert huic speciei hydropisis,& quando comeditur sola sicut est,aut salita,acuit uisum,& quando fit emplastrum ex ea cum sauich super oculum,sedat dolorem eius, & quando teritur,& miscetur cum aceto, & oleo rosaceo, & fit inde linitio,confert dolori capitis,& quãdo intromittit trita in naribus, aut succus eius, abscindit fluxũ sanguinis ab eis,& quando fit emplastrum cum ea,& folijs lauri, confert apostema tibus calidis testiculorũ,& quando administratur cum cęroto, facto cum oleo myrtino,confert ad botor,& quãdo miscetur cum aceto,& fricatur inde morphea alba, aufert eam,& quando fit emplastrum cum ea,aufert botor dura, & uerrucas quæ discuntur marmachias, & linitur cum ea mixta cum melle, & albugine oui impetigo, & confert ei,& quando calefit succus rutæ in cortice mali granati, & distillatur in au
tem,confert doloribus eius,& miscetur cum succo fœniculi, & melle,& fit cohol cũ
B eo,confert debilitati uisus,& quando miscetur cum aceto, & oleo rosaceo, & conficitur cum ceruſa, & fit linimentum cum ea,confert erisipilæ, & formicæ, & hulceribus humidis capitis, & quando masticatur ruta post comestionem cęparum, & aliorum, aufert eorum fœtorem ualde.

Sed ruta siluestris, si sumatur nimis de ea,occidit, & ipsa colligitur maxime cum flos eius incipit apparere, si carnem tetigerit, hulcerat, & facit inflare cum pruritu, quare oportet eum, qui illam uult colligere, ꝙ inungat manus suas, & faciem cum oleo rosaceo. Et quidam estimauere ꝙ si succus eius spargatur super pullos gallinarum,non comedit eos miluus, & quidam putãt ꝙ ruta quæ nascitur in Macedonia, prope fluuium,qui dicitur Achimon, quando comeditur, interficit, & loca in quibus nascitur,sunt montes pleni serpentum,sed semen rutæ quando bibitur, confert doloribus intrinsecis,& ipsum intrat in confectionibus Medicinarum, & est iuuatiuum. Galenus.) Ruta agrestis non conuenit cibo,& est calidior,& amarior quàm ruta domestica, & calefactio, & desiccatio eius est in quarto gradu. Rufus.) Ruta est Medicina maxime iuuatiua intestinis inferioribus,& confert uisui. Abugerig.) Gummi rutæ est calidum in fine tertij gradus,siccum in secundo. Curat hulcera oculi quando pulnerizatur super ea, & scrophulas, quæ sunt in gutture, & sub assellis, quando fit capurpurgium cum eo.

DE CASSIA LIGNEA. CCXCI.

SElycha,uel selchæ,id est,cassia lignea. Dioscorides.) Species cassiæ ligneæ sunt multæ, & nascuntur in terris Arabum, ubi nascuntur species aliæ aromaticæ. Et prima habet stipitem grossum,& corticem grossum, & grauem, & folia huius sunt similia folijs ireos, nigra, purpurea, & habet odorem similem odori rosæ, & hæc species est prima in bonitate,& secunda post hanc in bonitate est illa, cuius color est sicut coralli,& est subtilis,dura, leuis, longa,grossi calami, & pleni, mordicans linguam cum stipticitate pauca, & acuitate, habens odorem bonum, participans aliquid odoris uini.Hæ enim duæ species sunt utiles in Medicina,aliæ uero omnes nõ sunt administrandæ.Et ego quidem eas uolo rememorare, ut non administrentur,

C sed abijciantur. Et de eis est quædam quæ est nigra, habens odorem malum, & corticem subtilem. Et reperitur res quædã similis cassiæ ligneæ, & non est cassia lignea, quæ cognoscitur per saporem, quoniam non est acuti saporis, nec odorifera, & cortex eius adhęret ligno. Et reperitur quædam similiter habens calamum latum, mollem, leuem, asperum tactu, & ista est minus mala quàm illa quæ est modo dicta. Sed deterior omnibus est illa, cuius color est albus, & odor eius est similis odori porri, uel iuxta, non habens calamum grossum, sed subtilem. Galenus.) Substantia cassiæ ligneæ est subtilis multum, & sapor eius est acutus, cum pauca stipticitate. Et uirtus eius prima calefacit, & desiccat in tertio gradu, & secunda resoluit, & incidit, & fortificat membra, & tertia incidit, & resoluit omne quod est in corpore ex superfluitatibus, & est in ea cum hoc fortificatio membrorum, & prouocat menstrua, quę retinentur causa humorum grossorum, uiscosorum. Et dixit in Almaiemur, ꝙ cassia lignea habet uirtutem propinquam cinnamomi in proprietate sua. Dioscorides.) Virtus cassiæ ligneæ est calefactiua, desiccatiua, prouocatiua urinæ, stiptica, leui stipticitate, & est conueniens administrationi Medicinarum acuentium uisum, & administrationi aliquorum unguentorum, & quando admiscetur cum melle, & linitur cum ea humiditas lactea quæ apparet in facie, aufert eam, & prouocat menstrua, & confert ueneno tyri, quando sumitur in potu, & omnibus apostematibus calidis intrinsecis quando bibitur, & doloribus renum facto fomento cum ea, & confert dilatationi matricis, quando fit encatisma in eius decoctione, aut fumigatio, & confert similiter lubricitati matricis & ani, & cassia lignea ponitur loco cinnamomi in confectiõibus, duplicato põdere ex ea, & est utilis, & iuuatiua. Mesehah.) Cassia lignea fortificat stomachũ, & epar, & est subtilis. Meheres.) Expellit fœtũ cũ fortitudine.

DE SERAPINO. CCXCII.

D SAchabenigi, id est, serapinum. Dioscorides.) Est gummi cuiusdam plantæ, similis galbano in figura sua. Melius autem ex eo est clarum, exterius rubeum, & interius album, & odor eius est inter odorem assæ, & inter odorẽ galbani. Galenus.) Sapor eius est acutus. Et uirtus eius prima calefacit, & secunda subtiliat, & abstergit, & tertia mundificat maculas oculi, & subtiliat eas, & est de melioribus Medicinis aquæ quæ descendit ad oculum, & ad obscuritatem uisus, quæ fit ab humiditatibus grossis. Dioscorides.) Confert doloribus lateris, & pectoris, & attritioni neruorum, & tussi antiquæ, & aufert superfluitates grossas pulmonis, & curat epilẽticos, & spasmum, qui facit reclinare caput ad posteriora, & ualet dolori splenis, et paralysi, et ei qui perdidit sensum, & motum alicuius membri, causa frigiditatis quæ accidit in membris, & custodit corpora à frigore, & maxime à frigore febrium periodicarum, & fit cum eo inunctio in doloribus magnis, & confert, & quando bibitur cum hydromelle, prouocat menstrua, & occidit fœtum, & quando bibitur cum uino, confert morsibus uenenatis, & quando odoratur, confert suffocationi matricis, & quando linitur cum aceto super cicatrices, attenuat & abstergit uestigia hulcerum oculorum, & confert obscuritati uisus, & aquæ descendenti ad oculum, & prohibet eam, et dissoluitur sicut assa cum amygdalis amaris, aut cum ruta, aut cum pane calido, et sic administratur ad ea quæ dixi. Armasios.) Serapinum est contrarium uenenis mortiferis, & operatio eius in hoc est potior operatione galbani. Achim ex uerbo Galeni.) Serapinum est contrarium uenenis mortiferis, & quando teritur cum aceto, & linitur super hordeolum, aufert ipsum. Abugerig.) Confert colicæ, quando sumitur in potu, aut fit clistere cum eo, & purgat phlegma grossum à iuncturis, & mollit uentrem competenter, & confert hęmorrhoidibus, quando bibitur simplex aut compositum, & est conueniens Medicinis laxatiuis acutis, & expellit uentositates grossas. Alpheusi.) Serapinum dissoluit lapidem, & confert rigoribus febrium, & addit in spermate, & est bonum epati. Arabari & Mesarugiæ.) Purgat aquam citrinam, & dissoluit lapidem, & confert punctura scorpionis. Aben mesuai.) De proprietate serapini est conferre punctura scorpionis, & colicæ, & uentositatibus intestinorum, & costarum, & purgat phlegma uiscosum. Et dosis eius simplicis est à drachma

A drachma una usq; ad aureum unum, sed infusi in aliqua decoctione, aut in aqua rutæ, aut in aqua mellis, aut fœnugræci, & si admiscetur cum alijs Medicinis, infrigidatur sicut dixi. Et dosis eius sit à drach. semis usq; ad drach. i. Melius serapinũ est illud, cuius color declinat ad ruborem, & est clarum, habens odorem bonum, & saporem acutum. Habix.) Serapinum confert colicæ, quando sumitur in potu, aut quando fit clistere cum eo, & laxat phlegma grossum à iuncturis, & mollificat naturam mollificatione conuenienti, & confert dolori hęmorrhoidarũ, quando bibitur simplex aut cõpositum, & est conueniens admisceri ipsum cum Medicinis laxatiuis, & prohiber difficultatem, & grauedinem earum super naturam, & resoluit uentositates grossas in corpore generatas.

DE SCAMONEA. CCXCIII.

SCamonea. Dioscorides.) Scamonea est planta habens ramulos egredientes ab una radice, quorum longitudo est trium aut quatuor brachiorum, super quos est uiscositas adhęrens manui, & parum borræ, & habet folia pilosa, similiter similia folijs lebleb agrestis, aut folijs cussus, id est, hedere, nisi quia sunt molliora folijs cussus & habent tres angulos, & flores albos, rotundos, cõcauos, similes in figura sua charulæ, grauem habens odorem, & habet radicem grossam sicut pollex, albam, grauis odoris, plenam lacte, quod colligitur secundũ hunc modum, nam uulneratur uirga & radix eius, & fiũt foueæ iuxta uulnus, ita quod humiditas emanans à uulnere, colligitur in illis foueis, quæ postea colligitur in cocleis, quidam uero fodiunt circa radicem, & sternunt ibi folia nucum, & uulnerata radice, quod de humiditate emanante aggregatur super folia suppositа, colligunt, postea sic dimittũt, donec hæc humiditas fuerit desiccata, quam reponunt. Melior ex ista humiditate quæ est scamonea, est illa quæ est clara, leuis, similis in colore suo, glutino facto ex corijs boum, habens gibbositates, & est spongiosa, & illa quæ defertur ex locis Musiæ, & ex terris

B Asiæ, est huiusmodi, & ille qui uult eligere scamoneam, oportet ꝙ non sit contentus utrum albescat quando tangitur cum lingua, quia idem contingit, quando ipsa est adulterata cum lacte titimalli, uerum discernitur quando non est ei admixtum, eo ꝙ non adurit, nec mordicat linguam aduſtione, uel mordicatione forti, nam hoc accidit quando est sibi admixtum lac titimalli. Et deterior specierum scamoneę est illa quæ defertur ex Seni, & ex Palestina, quia istæ duæ species sunt ambæ male adulteratæ cum lacte titimalli, & cum farina orobi. Virtus uero scamoneæ est ista, ꝙ si accipiatur ex ea pondus drach. ij. aut. iij. onolosat cum melicrato, aut cum aqua, purgat choleram, & sufficit quantitas duorum obolorum ad laxandum, maxime uero admixta cum sisamo, aut cum aliquo alio semine, ꝙ si eges fortiori purgatione, & maxime si uis melancholiam educere, possunt dari. iij. onolosat cum duobus onolosat hellebori nigri, & drach. ij. salis, & fit sal laxatiuus, quia admiscetur cum. vi. onolosat, ex eo. xx. alki, & sic drach. i. ex scamonea, & dosis eius sit secundum fortitudinem eius qui sumit eam, & secunda dosis sit pondus phahaliel trium, & media dosis duorum phahali, & parua dosis unum phahali. Accipiatur autem ex radice arboris citoniorum pondus drach. i. & misceatur cum supradictis, & laxat similiter. Sunt autem qui accipiunt ex radice plantæ scamoneæ, & coquunt illam, & dant elixaturam in potu, & coquitur radix ipsa cum aceto, & teritur fortiter, & conficitur cum farina hordei, & fit inde emplastrum iuuatiuum sciaticæ, & quando lana inuoluitur in succo radicis, & subfjcitur mulieri pregnanti, abortit, & quando miscetur cum melle & oleo, & liniuntur cum ea exituræ, resoluit eas, & quando coquitur cum aceto, & linitur scabies hulcerata, excoriat eam, & quando miscetur cum aceto & oleo rosaceo, & linitur caput cum ea, confert sodæ antiquæ. Galenus.) Est calidior pipere. Paulus.) Scamonea abstergit cutem, & meliorat colorem, & mundificat baras, & aufert dolorem capitis antiquum, quando administratur cum oleo rosaceo, & aceto, & infunditur super caput. Habix.) Scamonea est calida & sicca, & caliditas eius est amplior siccitate ipsius. Et melior scamonea est alba, uergens ad colorem cœlestem,

C & quæ cito frangitur quãdo frangitur,& eſt in fractura ſicut coclea fracta,& illã quæ colligitur in montibus Kem,eſt huiuſmodi.Illa uero quæ non eſt talis,eſt mala ſicut illa quæ defertur ex terris Iacamica, cuius color declinat ad nigredinẽ, & figura eius eſt rotunda,& eſt dura,alterius coloris ab illa, nam iſta quando bibitur,facit tortiones,& laxitudinem,& tenaſmonẽ,& anxietatem, & dimittere eam penitus eſt melius quàm adminiſtrare. Et modus quidem rectificationis primæ, ſcilicet eius quæ eſt bona,eſt ut accipiatur citonium,& remoueatur de capite eius rotula, & fodiatur medium eius, & intromittatur ibi ſcamonea, deinde reducatur rotula quæ fuit abſciſſa de citonio,& firmatur cum brochis infixis in citonio,deinde inuoluatur ſuper citonium paſta, & ponatur in furno non multum calido, & dimittatur tam diu in furno,donec paſta ſit cocta,deinde extrahatur ſcamonea,& dimittatur donec ſiccetur. Et doſis ſcamoneæ ſic præparatæ, ſit ab uno dauich uſq; ad duos. Et ſcias quod ſcamoneæ acuitas non muratur, nec minuitur circa ſpacium triginta annorum, aut quadraginta, niſi ſcamonea quæ eſt præparata ſicut dixi, ſed illa quæ eſt aſſata cum citonio,& in paſta,in furno,quando ſuperuenit longum tempus ſuper eam,amittit uirtutem ſuam,& propter hoc oportet quod præpares eam ſolum tunc,quando uis illam adminiſtrare,& quando accipitur ex ſcamonea ultra quantitatem quam dixi, & eſt drachma ſemis,ſtringit uentrem primo, deinde accidit ei qui recipit eam anxietas,& languor,& ſudor frigidus, & ſyncopis, & fortaſſis prouocat fluxum uentris in tanta quantitate quod occidit. Et conueniens doſis ſcamoneæ eſt à ſex granis hordei uſq; ad uiginti. Et de proprietate ſcamoneæ eſt quod purgat choleram,& uiſcoſitates,& extrahit ſuperfluitates malas à corpore. Et multi ex his qui ſunt calidę complexionis, poſtquam ſumpſerunt eam,incurrunt febres acutas,& cauere ab ea hominibus, huiuſmodi eſt melius, niſi neceſſitate imminente, qui tunc accipiant ſecundum quod dictum eſt. Liber de quæſtionibus naturalibus.) Scamonea quando
D non eſt antiqua nimis,prouocat urinam, ſed laxat uentrem, antiqua uero prouocat urinam, & non laxat uentrem. Liber quæſtionum. Aben meſuai.) Scamonea habet caliditatem paucam, helleborus uero habet caliditatem multam, & propter hoc ipſa laxat,& non inducit uomitum,ſed tapſia & elacterium ſunt calidiora helleboro. Aben meſehah.) Scamonea laxat choleram cum ſuperfluitatibus ſanguinis,uerum ipſa eſt nociua ſtomacho, & eius rectificatio eſt admixtio ſucci citonio.

Ayſe.) Caliditas & ſiccitas ſcamoneæ ſunt in tertio gradu. Aben meſuai.) Proprietas ſcamoneæ eſt quod ipſa expellit choleram, & nocet ſtomacho, & epati, & diminuit appetitum cibi, & inducit anxietatem, & nauſeam. Et rectificatio eius eſt, ut admiſceatur ei aniſum,& daucus,& ſemen apij,et radix piperis,et admiſce ipſam cum oleo amygdalarum dulcium,& eſt bonum,aut aſſare ipſam in pomo, aut citonio,& ſcamonea,non debet multum teri,ne adhæreat ſtomacho, & noceat ei multum, & oportet ut caueatur ne ipſa bibatur ſimplex, & quod ipſa ſumatur cum magna cautela & cuſtodia.Et doſis eius eſt ab uno kirat uſq; ad tres.

DE SQVILLA. CCXCIII.

HAſpel,id eſt, ſquilla. Galenus.) Virtus eius prima calefacit fortiter, & propter hoc eſt calida & ſicca in tertio gradu, ſecunda eſt uirtus quæ incidit fortiter, & melius eſt quod accipiatur cæpe ſquillæ, & aſſetur,uel coquatur, & poſtea adminiſtretur,quia ſi fiat hoc,minuetur fortitudo & acuitas ſuæ uirtutis.

Dioſcorides.) Squilla habet uirtutem acutam aduſtiuam, & quando aſſatur, & ſumitur,habet multa & maxima iuuamenta. Si ergo uolueris eam aſſare,oportet ꝙ inuoluatur in paſta,aut in luto, & ponatur in furno, aut ſepeliatur in prunis,donec coquatur paſta,uel lutum, deinde extrahatur, & conſideretur ſi eſt bene cocta, ꝙ ſi non,inuoluatur uice alia in paſta,aut in luto ut prius, nam ſi non aſſatur bene,nocet accipienti ipſam, & ledit membra interiora. Aſſatur autem alio modo, nam ponitur in olla, & cooperitur paſta, uel luto, & ponitur in atanor, donec coquatur bene, &

A ne,& oportet quod quando ſquilla fuerit bene decocta,quod accipiatur eius interius,& abijciatur cortex eius exterior. Et ſunt quidam adhjciẽtes corticem eius, et meditullium,accipiunt illud quod eſt inter utrunq;, & quidam incidunt eam in fruſta, & elixant illam in aqua,& mutant ſæpe aquam eius,donec uidelicet non remaneat amaritudo in ea,neq; punctio: & quidam incidunt eam, & inſerunt fruſta in filo lini,& ſeparant inter fruſtum & fruſtum,ne ſe contingant, & deſiccant eam in ſole,et id quod eſt inciſum ex ea,ponitur in aceto,et uino,et oleo,ſed illud quod eſt in medio eius,coquitur in oleo,et diſſoluitur in eo reſina pini, et ponitur in fiſſuris quę fiunt à frigore in pedibus,et curat eas,et coquitur in aceto, et fit ex eo emplaſtrum ad morſum tyri,et accipitur ex ſquilla aſſata pars una, et miſcentur ex ſale aſſato et trito partes octo,et datur in ieiunio pondus unius ſalgerim,ad laxandũ uentrem, et ſquilla aſſata intrat in confectionibus pluribus,& in illis,in quibus intrant ſpecies aromaticæ,et datur ex ea in potu,quando uoluntas adeſt prouocandi in febribus urinam, et in hydropiſi, et datur ei, qui conqueritur de ſtomacho, et cui cibus natat in eo,et non digeritur,et datur ictericis,et torſionibus uẽtris,et tuſſi antiquæ,et aſmati, et excreationi ſaniei factæ à pectore,et mundificat pectus ab humoribus groſſis, et ſuffricit ex ea pondus trium onoloſat,admixto ſibi melle cocto,et facto inde loch, et miſcetur cum melle,et comeditur,et confert ad omnia, quæ dicta ſunt, et confert multum ad digerendũ cibũ proprie,et purgat uentrem à chimis groſſis uiſcoſis,et quando comeditur elixa,ſimiliter facit hoc,oportet autem caueri ab ea qui habet hulcera ſeu uulnera in membris interioribus. Et quando ſquilla aſſatur, et liniuntur cum ea uerrucæ,quæ dicuntur acdas hocdas,et claues,et ſciſſuræ factæ à frigore, confert eis. Semen uero ſquillæ quando teritur,et ponitur in ficu ſicca, aut admiſcetur cum melle,& comeditur,mollit uentrem. Et quando ſquilla integra ſuſpenditur ſuper limen oſtij domus,prohibet uenenoſa & nociua omnia à domo illa.

B Sed aceti ſquillitici operatio,eſt in hunc modum,ut accipiatur ſquilla alba,& purgetur bene,& incidatur in fruſta,& inſeratur in filo lineo,& ſit inter utrunq; fruſtum diſtantia,ne ſe tangant,& deſiccẽtur in umbra quadraginta diebus, poſtea ſumatur de ea quantitas unius mannes,& ponatur in uaſe,& proijciantur ſuper eam duodecim kiſt aceti fortiſſimi,& ponatur in ſole quadraginta diebus, & uas ſit coopertum bene,& clauſum, poſt hoc tempus extrahatur ſquilla ab aceto,& exprimatur,& abijciatur acetum,aut reponatur. Quidam uero accipiunt ex ſquilla unum mannes,& proijciunt ſuper eam quinq; kiſt aceti, quidam autem accipiunt ſquillã,& mundant eam,& nõ exiccant illam,ſed ſic recentem præparant ipſam, proijcientes ſuper unũ mannes ex ea acetum,& dimittunt ſic ſex menſibus,& illud acetum ſquilliticum factum ſecundum hunc modum,eſt magis inciſiuum chimorum groſſorum, quã aliquod aliud acetum ſquilliticum. Eſt autem acetum ſquilliticum ad multa utiliſſimum,nam quando fit oris collutio cum eo,reſtringit gingiuam laxam, & cõfirmat dentes commotos,& aufert putredinem,& fœtorem oris,& quando ſumitur in potu,indurat tracheam arteriam, & ingroſſat eam, & auget eius carnem, & clarificat uocem,atq; fortificat eam,& adminiſtratur ad debilitatem ſtomachi, & ad maliciã digeſtionis,& ad opilationes,& ad melancholiam, & apoplexiam, & epilepſiam, & frangit lapidem ueſicæ,& confert ſuffocationi matricis,& apoſtematibus ſplenis & ſciaticæ,& fortificat corpus debile,& reſtituit illi ſanitatem, & meliorat colorem, & acuit uiſum,et ſi proijcitur in aurem,confert grauitati auditus,et uniuerſaliter conuenit egritudinibus omnibus corporis, exceptis hulceribus in interioribus factis, & oportet ipſum in potu dare ſtomacho ieiuno, & detur primo parum ex eo,deinde augeatur in doſi eius paulatim, donec perueniatur ad duos conos, & quidam dant duos conos, & plus.

Sed Syrupus ſquilliticus fit ſecundũ hunc modum. Accipitur ſquilla ſicut dictũ eſt ſuperius,& exiccatur in ſole,& accipiatur ex ea quantitas unius mannes,& teritur & cribratur cum tenui cribro, & ligatur in panno lini raro,& ponitur pannus in xx.

C kist uini dulcis, noui scilicet musti, & dimittitur sic intus tribus mensibus, deinde co
latur uinum, & ponitur in alio uase, & seruatur, postq; obturatum est bene os uasis.
Fit autem ex squilla humida secundum hunc modum. Accipiatur squilla cruda recens sicut est, & infunditur, sicut infunduntur rapę, & accipitur ex ea duplum eius, quod acciperetur ex squilla sicca, & proijcitur super squillam mustum, & ponitur in sole 40. diebus, & colatur, & reponitur, & hoc tale quanto est antiquius, melius est.
Fit etiam uinum squilliticum alio modo. Nam accipitur squilla, & mundatur, et inciditur, & accipiũtur ex ea tria mannes, & proijcitur super eam ex musto bono Italiæ anphora una, & dimittitur sex mensibus, postea colatur, & reponitur in uase, & uinum quidem squilliticum confert malitiæ digestionis, & corruptioni cibi, & stomacho, & intestinis, & dolori splenis, & sciaticæ, & motioni cerebri, & malę habitudini præparatæ ad hydopisim, & confert hydropisi etiam, & ictericiæ, & strangurię, & torsionibus, & inflationibus, & rugitibus, & paralysi, & opilationibus, & rigoribus febrium antiquarum, attritioni lacertorum, & dolori laterum, & prouocat menstrua, & nocumentum quod facit neruis, est modicum. Et ipsum est contrarium uenenis. Et melius uinum squilliticum est antiquum. Et oportet caueri à potu eius febrientem, & habentem in interioribus hulcera.

DE HACVB ALCARDEG. CCXCV.

HAcub alcardeg. Dioscorides.) Sunt quidam putantes, quod sit quædam herba, quam nominant homines Orientis hoc nomine, & est spica lata habens folia, similia folijs albis cameleontæ. Elixatur hæc planta in principio sui ortus, & comeditur cum oleo & sale, & lachryma quæ egreditur ex radice eius, si bibatur ex eo drachma una cum melicrato, prouocat uomitum. Paulus.) Quando bibitur ex succo huius plantæ cum melle, & aqua calida, in pondere drachmæ unius, prouocat uomitum.

D DE CVRCVMA. CCXCVI.

KAuroch, id est, curcuma. Cuius duæ sunt species, scilicet, maior, & minor.
Dioscorides.) Chelidomonthoma dicunt quidam, quod nominetur hoc nomine, eò quod incipit apparere, quando apparent hirundines, & desiccatur, quando recedunt. Putant aliqui etiam, quod sic nominetur, propterea quod quãdo excæcantur pulli hirundinum, defert eis mater hanc herbam, & dat eam illis in cibum, & reddit uisum hirundinibus. Et est planta, habens hastam subtilem, cuius longitudo est unius brachij, & plus, ex qua egrediuntur ramuli non duri, in quibus etiã sunt folia similia folijs borachion, nisi quia sunt formosiora, molliora, ac albiora, et color eorum uergit ad colorem cœlestem, & flores eorum sunt glauci, similes floribus herbæ, quæ dicitur abrion, & succus est crocei coloris, & sapor eius est acutus, mordicãs linguam fortiter cum amaritudine, & cum odore fœtido, & radix eius desuper est unica singularis, & desubtus sunt plures, et habent semen simile semini papaueris dicti paratatis, existens in uaginis subtilibus longis, in quibus est semen simile semini papaueris, parum tamẽ maius. Et quod administratur ex hac planta, est succus eius, & radix ipsius. Galenus.) Virtus eius prima est calefactiua, & desiccatiua in tertio gradu prope finem eius. Secunda abstergit fortiter. Et tertia est uirtus, quod quando curatur cum succo huius plantæ omne quod est aggregatum coram pupilla oculi ex eo cuius necessaria est resolutio, & confert ualde, et addit in acuitatem uisus, & quando datur ex radice eius ictericis, quorum ictericia est caussa opilationis epatis, cũ uino albo, & anisо, confert, & quando masticatur, confert multum dolori dentium.
Dioscorides.) Quando teritur hæc planta, & exprimitur succus eius, & miscetur cum melle, & coquitur in uase æneo super prunas, acuit uisum. Et accipiuntur radix & folia eius cum ramulis suis, & cum semine, in principio ętatis, & teruntur omnia, & exprimitur succus eorũ, & dimittitur in umbra donec coaguletur, & fiat spissum, & fiunt inde trocisci, & quando datur in potu de radice, cum anisо, & uino albo, curat ictericiam, & quando fit emplastrũ cum radice & uino, curat formicam, & quando masticatur, curat dolorem dentium.

Sed minor

A Sed minor chelidomon, & est meniten, est planta, habẽs ramos altos, et graciles, quos habet super uirgam, & habet folia similia folijs cussus, id est, hederæ, nisi quia sunt rotundiora, & minora, & propinquiora albedini, ac pinguiora, & mollia, habentia uiscositatem, & habet radicem cum radiculis egredientibus ab ea plurimis, minutis, & disparibus longitudine, & annexis adinuicem, sicut spicæ frumenti, non extensis per terram, & nascitur prope aquas & paludes. Galenus.) Virtus eius est propinqua uirtuti, quæ calefacit & desiccat in tertio gradu. Et tertia euellit albaras unguium, & quando ponitur super cutem, adurit eam. Et quando fit caput purgiũ cum succo eius, educit superfluitates cerebri à naribus. Dioscorides.) Virtus eius est calida, similis uirtuti papaueris ruffi, & quando applicatur cuti, hulcerat eam, erodicat scabiem, & ungues leprosos, & quando exprimitur succus radicum eius, & miscetur cum melle, & injicitur per nares intus, mundificat caput.

DE RAPHANO, CCXCVII.

FVgel, id est, raphanus. Galenus.) Virtus raphani prima est calefactiua in tertio gradu, & desiccatiua in secundo. Et secunda resoluit. Et tertia cõfert lentiginibus faciei, & omni liuori facto in cute. Et semen raphani est fortius omnibus partibus plantæ eius. Et raphanus quidem agrestis est fortior domestico. Et dixit in libro de diera, quod uirtus raphani est subtiliatiua, et calefactiua fortiter, & illud quod uincit super eum, est acuitas eius. Et dixit, quod oleum raphani, est simile oleo de kerua, nisi quia est calidius. Dioscorides.) Raphanus quando comeditur, generat uentositates, habet bonum saporem, & non est bonus stomacho, & facit eructuare, prouocat urinam, & calefacit. Et quando comeditur post cibum mollit uentrem, & iuuat cibum ad descendendum. Et quando sumitur ante cibum, impellit eum ad superiora, nec dimittit eum descendere ad fundũ stomachi. Et propter hanc caussam quando sumitur ante cibum, prouocat uomitum. Et raphanus subtiliat sensus, & si coqua
B tur, & sumatur, confert tussi antiquæ, & humoribus grossis aggregatis in pectore. Et cortex eius quando administratur cum squingibin, est magis prouocatiuus uomitus & conueniens hydropisi, & quando fit emplastrum cum eo, confert spleni, & quando miscetur cum melle, & fit emplastrum cum eo, aufert liuorem factum sub oculo, & confert morsui tyri, & miscetur cum farina lolij, & facit nasci pilos in alopicia, & abstergit bothor, & confert strangulationi fungorum, & quando comeditur & bibitur, prouocat menstrua. Semen uero raphani quando bibitur cum aceto, facit euomere, & prouocat urinam, & resoluit duriciem uel tumorem splenis. Et quando coquitur cum squingibin, & fit gargarismus cum eius decoctione calida, resoluit squinantiam, et quando sumitur in potu, confert morsui animalis, quod dicitur cerastis. Et quando fit emplastrum cũ eo & aceto, aufert hulcera, quæ dicuntur ancoria, ablatione forti, & conuenit stomacho. Sed raphanus agrestis, quem Romani uocant armorachion, habet folia similia folijs raphani domestici, & habet radicem subtilẽ, longam, & mollem, & sapor eius est decliuis acuitati, cuius folia & radix coquuntur & comeduntur, & conueniunt stomacho. Et uirtus eius est calefactiua, & inflatiua, prouocat urinam, & menstrua, & quando sumitur cum aceto, conuenit stomacho, & quando sumitur cũ melle, incidit humores uiscosos pectoris. Radix raphani comburitur, & puluerizatur super hulcera humida, & mundificat & exiccat ea. Et putant aliqui, ꝙ quãdo exprimitur succus eis, & datur cũ uino in potu, conuenit ad Medicinas mortiferas, & semẽ quidẽ facit hoc. Et nos quidẽ multoties experti sumus in hac planta, ꝙ quando coquitur multũ cũ kist hordei, donec dissoluatur in decoctione, & datur in potu, habet maximã efficaciam in egritudinibus pectoris antiquis, factis ab humoribus uiscosis. Ruffus.) Raphanus confert phlegmati, & prouocat uomitũ, & est malus capiti, oculo, dẽtibus, & palato, corrumpit cibũ, & cõuenit omnibus egritudinibus mulierũ, & generat uentositates in superioribus partibus uentris.
Hunaim.) Propter sui maliciam est uelox putrefactio suæ substantiæ.
Paulus.) Semen eius resoluit humoré, qui est sub cornea oculi, & mundificat maculas antiquas faciei, & uirtus foliorum eius in omnibus est sicut uirtus prassij.

Asceos

C Asceos in libro de agricultura.) Confert doloribus renum,& uesicæ,ac tussi,& incitat coitum,& auget lac,& defendit corpus à morsibus uenenosorum,quando linitur cum eo,& semen raphani confert uenenis sicut tyriaca. Et quando contunditur raphanus,& projcitur super scorpioné,moritur statim. Rasis.) Retulit mihi quidam amicus, quod ipse est expertus hoc, & inuenit uerum, nam distillauit aquam raphani super scorpionem,& uidit illum statim immobilem, deinde continuo inflatus est,& crepatus per medium. Et raphanus confert febribus quartanis, ac rigoribus febrium periodicarum,& doloribus uentris,quando propinatur eius semen cú melle. Et si aliquis pungatur à scorpione,qui præcomederit raphanum, non sentiet dolorem puncturæ. Et raphanus delet cicatrices factas à percussione, & facit nasci capillos in alopicia,& si asuescit ille eo,cuius capilli cadunt,confert ei. Et quando bibitur semen eius,curat dolorem epatis, sed auget pediculos in corpore. Et si bibatur succus raphani,expellit aquam hydropicorum. Atabari.) Raphanus resoluit duricies,& semen eius confert impetigini,& succus foliorum eius purgat ictericos,frangit lapidem,& euacuat aquam hydropicorum. Alcanzi.) Raphanus auget in desyderio coitus,& in spermate. Aben mesuai.) Raphanus si comeditur cum squingibin,facit nauseam,& si comeditur ex eo nimis, prouocat uomitum, & corrumpit in stomacho cibum,signum in hoc est eructuatio eius. Et folia quidem raphani conferunt ictericiæ,& doloribus epatis,& opilationi eius.

DE PANACE ASCLEPII. CCXCVIII.

PAnax aschiliber,id est,panax asclepij. Dioscorides.) Est planta, à cuius medio egreditur uirga subtilis,cuius longitudo est circa brachium unum, & habet nodos,& folia similia foljs marathri,nisi quia sunt maiora,& pilosa, & habet bonum odorem,& super uirga est capitellum,super quod est flos aurei coloris, & semé eius est acurum,habens bonum odorem,& habet radicem amaram,paruam, & subtilé.

D Galenus.) Post capitulum de oppopanace,est minus calidum, q̃ quod diximus ante,& propterea administratur flos & semen eius cum melle, & curantur cum eis uulnera,& exituræ,& hulcerà corrosiua. Dioscorides.) Flos & semen huius plantæ quando teruntur,& miscentur cum melle,& ponuntur super hulcera,et uulnera, confert eis,& confert hulceribus corrosiuis. Et quando bibuntur cum uino, aut miscentur cú oleo uiolaceo,& fit inde linitio uel inunctio,confert morsibus uenenosis.

Dioscorides.) Phanax caromon,id est,panax cyromon, habet folia similia foljs marathri,& florem aurei coloris,& radicem subtilem, nõ multum fixam in terram, & habet saporem acutum,quæ radix quando sumitur in potu,confert morsibus uenenosis,similiter faciunt eius folia emplastrata. Galenus.) Virtus huius est sicut uirtus illius,quam supra rememoratus fui.

DE AGNO CASTO. CCXCIX.

FAmancheſt,id est,agnus castus. Dicunt,quod est arbor Abrahæ,& semen eius est granum agni casti, & nominatur piperella, & est piper eunuchorum.

Dioscorides.) Sunt ei species,& dicitur kistos,eò quod religiosi sternũt hanc plantam sub lectis,ad refrenãdam libidinem. Et nominatur logiz, propter duriciem uirgarum eius. Et est planta in longitudine arborum,& nascitur prope aquas, & in locis agrestibus,& maxime aquosis,& habet uirgas duras ad frangẽdum, & folia eius sunt similia foljs oliuæ,nisi quia sunt maiora,longiora,ac molliora. Et quędam species huius plantæ habet florem purpureum,& quædam album, & habet semen simile piperi. Galenus.) Id quod administratur ex hac arbore in Medicina,sunt folia & semen. Et seminis quidem eius,& floris substantia est subtilissima,& in sapore eius est acuitas cum stipticitate. Et uirtus eius prima est calida & sicca in tertio gradu. Et secunda resoluit & subtiliat multum. Et tertia abscindit libidinem coitus,& maxime quando comeditur eius semen,nam ipsum comeditur assatum, & non assatũ,sicut comeduntur species seminum,& aliorum,quæ comeduntur post cibũ,& ipsum cum hoc facit soda,similiter & folia eius & flos faciunt,& prouocat menstrua,& resoluit apostemata dura,facta in membris corporis, & aufert lassitudinem, quando ponitur

A ponitur in unguentis sedatiuis. Dioscorides.) Virtus seminis agni casti est calefactiua,stiptica,& semen quando sumitur in potu,confert morsibus uenenosis, & hydropisi,& quando bibuntur ex eo drachmæ duæ cum uino, prouocat urinã,& menstrua,& debilitat uirtutẽ spermatis,& inducit soda, & quando coquuntur folia eius cũ suo semine,& fit encatisma in ipsa decoctione,confert doloribus matricis,& apostematibus calidis. Et quando semen eius bibitur cum pulegio, aut fit fumigatio cũ eo,aut nasale,prouocat menstrua,& quando fit emplastrum cum eo, curat soda, & quando miscetur cum aceto,& oleo dulci,& funditur super caput, cõfert lethargiæ, & carabito,Et quando rami & folia eius sternuntur sub lectis,aut fit cum eis fumigium,fugant animalia uenenosa. Et quando fit emplastrum cum foljs eius super morsibus uenenosorum,confert,& quando miscetur cũ butyro uaccino, & foljs uineæ, mollit duricies testiculorum, & quando fit emplastrum cum semine eius, & aqua, sedat dolorem rhagadiarum ani. Et semen & folia eius curant exituras, & cõtortiones neruorum,& hulcera. Et putant aliqui, q̃ si uiator faciat baculum ex ligno eius, & ferat baculum secum in suo itinere, custodit eum ab offensione, & ad lapides, & alia,& ab excoriatione facta per confricationem membrorum in itinere.

DE ORIGANO, PVLEGIO ET dictamo. CCC.

FAndenigi,id est.origanum,uel pulegium. Dioscorides.) Est trium specierum. Vna dicitur origanum eradhiotica, habens folia similia foljs hyssopi, & capita non rotunda,sed uelut diuisa,& in summitatibus uirgarum est semen, non durum.

Galenus.) Virtus eius prima est calefactiua,& desiccatiua in tertio gradu. Et secunda est uirtus subtiliatiua,& incisiua. Dioscorides.) Virtus huius plantæ est calefactiua,quando sumitur in potu decoctio eius cum uino,confert morsibus uenenosis, & quando bibitur cum rob, est succurrens ei,qui sumpsit opium, & est succus papaueris nigri. Et quando sumitur cum secaniabin, succurrit ei qui sumpsit gypsum, &

B ei qui bibit uenenum,quod dicitur alkimarin, id est, aconitum, & est strangulator, & quando sumitur in cibo, est conueniens attritioni carnis lacertorum, & restaurat capita eorum. Et si bibitur ex eo sicco quantitas duorum kisuf cum aqua & melle,laxat superfluitates melancholicas,& prouocat menstrua,& quando comeditur cum cucumere,confert hydropisi,& quando miscetur cum melle, & fit loch cum eo, curat tussim. Et quando fricatur corpus in balneo cum decoctione eius, confert scabiei & pruritui,& sumitur decoctio eius in potu in balneo, & curat ictericiam. Et succus recens curat apostemata faucium,& uuulę,& cula. Et quãdo miscetur succus eius cũ oleo de ireos,& mittitur in nares,mundificat caput. Et quando miscetur cum lacte, & distillatur in aurem,sedat dolorem eius,et fit ex eo Medicina uomica cum cepe et sumach,quando sumitur,nam accipitur ex eo, & exprimitur succus in uase cupri, & cũ supradictis ponitur in sole quadraginta diebus,scilicet in canicularibus, & quando sternitur hæc planta in domibus,fugat uenenosa animalia.

Origanum quod dicitur onithis, habet folia albiora foljs supradicti, & est simile hyssopo,& semen eius est quasi in coronula pendens durum,& uirtus eius est in uia uirtutis supradictæ,& non est minoris uirtutis illo.

Galenus.) Virtus eius est sicut uirtus primæ speciei,nisi quia est debilior eo.

Et ex eo est origanum,quod dicitur açaba,cuius folia sunt similia foljs origani,et habet uirgas subtiles, quarũ longitudo est unius palmi, & plus,& super ipsas est corona similis coronæ aneti,in qua sunt flores albi. Et habet radices subtiles, in quibus non est iuuamentum. Et folia huius & flores, quando sumuntur in potu cum uino, conferunt proprie morsibus uenenosis. Galenus.) Virtus eius prima est calefactiua,& desiccatiua in tertio gradu. Et secunda est uirtus subtiliatiua,& incisiua.

De tragorigano. Dioscorides.) Est planta breuis,in quantitate sua similis serpillo agresti,nisi quia habet folia latiora,& fortiora, & reperitur in aliquibus locis, habens ramos subtiles,& folia subtilia. Et quidam nominãt eam prassium,& in aliquibus locis reperitur aliud, habens folia maiora, & latiora, & semen maius.

Galenus.

C Galenus.)In sapore eius est stipticitas. Dioscorides.) Virtus amborũ est calida, & prouocatiua urinæ,& quaddo bibitur eorũ decoctio,laxat uentrẽ,& facit descendere superfluitates cholericas,& quando sumitur in potu cũ aceto, confert splenet-
icis,et quando bibitur cum uino,confert potui uenęni,quod dicitur achisia,et prouocat mẽstrua. Et administratur cum melle in loch ad tussim, & ad apostemata calida pulmõis,& potio eius cõfert fastidio,& debilitati stomachi,& eructuationi acetosę, et nausęę,et datur de eo in potu eis qui eructuãt,et supercilia eoꝝ sunt calida,et quando fit emplastrũ cũ eo et sauich,resoluit apostemata phlegmatica,et cõfert hydropisi

Et ex eo est pulegium, quod dicitur alnam, uel alnegea, id est, pulegium.

Galenus.) In sapore eius est acuitas, & amaritudo pauca. Et uirtus eius prima est calefactiua,& ideo quando ponitur exterius super corpus,generat erisipilã,& si perseuerat tempore longo,hulcerat,& pulegium prouocat menstrua. Et uirtus eius secunda resoluit. Et tertia expellit humores uiscosos à pectore & pulmone per screatũ.

Dioscorides.) Pulegium est calefactiuum,subtiliatiuum,& maturatiuum, quod quando sumitur in potu,prouocat menstrua,& expellit secundinam, & extrahit fœtum.Et quando bibitur cum uino & sale,expellit superfluitates stomachi, & confert habenti asma.Et quando bibitur cũ aceto,mixto cum aqua,sedat nauseam,& mordicationem stomachi,& superfluitates purgat phlegmaticas. Et quando bibitur cũ uino,confert morsibus uenenosorum: quando applicatur naribus cum aceto, excitat syncopizatum,& quando siccatur,& comburitur,& administratur,restringit gingiuas fluxas,& quando fit emplastrum cum eo & sauich,sedat apostemata calida,et quando fit cum eo solo emplastrum,& assiduatur,donec rubescat cutis, confert podagræ,& quando administratur cum cæroto,aufert uerrucas,quę dicuntur ancona, & quando fit emplastrum cum aceto,confert splenecticis. Et quando fricatur corpus in balneo cum decoctione eius,sedat pruritum,& mulieres sedent in eius decoctione,& confert uentositatibus matricis,& duriciei eius,et ascensioni eius ad superiora.

D Et inuenitur una species ex hac planta, cuius flos est albus, & hæc dicitur masculus, & species alia,cuius flos est purpureus,& dicitur fœmina,& ambę species nominantur ab aliquibus baluam, & nominantur hoc nomine propter stercus pastorum, quia quando ipsi comedunt ipsum,auget eorum raga.

Et ex eo est quoddam quod dicitur dictamum,& diptamum, & est illud quod quidam nominant alnegen araba,& quidam nominãt ipsum bari, & est mescatremephir,nascitur multum in Cretensi insula,& est multum acuti saporis, & est simile aluegen,nisi quia eius folia sunt maiora,& sunt similia foliis plantę,quæ dicitur aiaclam,& aiaclam quidem est alba,mollis,& implentur ex ea culcitræ sicut ex lana, & super aiaclam & cathinum est res similis lanæ,& non habet florem,neq; semen.

Galenus.) Substantia eius est subtilior substantia pulegij agrestis, & uirtus eius est similis uirtuti pulegij agrestis. Dioscorides.) Operatio dictami, est sicut operatio pulegij domestici,nisi quia est fortius uirtute eius, quia istud non solum in potu datum,uerum etiam facto nasale cum eo seu fumigio,extrahit fœtũ mortuum. Et quidam dicunt,quod Magarabacheitæ quando proijciunt sagittas ex casu, & infigunt eas canibus suis,aut alicui ex animalibus eorum,dant illi in cibum de hac herba, & egreditur sagitta statim ab eis,& est de eo quod dicitut casu dictamum, quod nascitur in pluribus locis,& simile dictamo, nisi quia est minus eo, & non est ita acuti saporis,& facit ea,quæ facit dictamum, nisi quia est remissioris uirtutis eo.Defertur autem ex insula Cretensi species alia dictami, habens folia similia foliis sisimbrij,& uirgas maiores uirgis sisimbrij,& in summitatibus eius sunt folia similia foliis origani agrestis,nigri coloris,& pulchra,& odor foliorum eius est inter odorem sisimbrij,et odorem saluiæ. Galenus.) Sed casu dictamum, & est mescatramesir non uerum, est enim debilius mescatramesir in omnibus. Dioscorides.) Odor eius est bonus multum,& facit ea quæ facit dictamum, nisi quia est debilius eo, & intrat in confectionibus unguentorum,quæ fiunt contra morsus uenenosos, & prouocat urinam, & menstrua,& quando comburitur,fugantur uenenosa suo odore.

De calamento

A DE CALAMENTO ET NEPITA. CCCI.

CAlamentum. Dioscorides.) Est ex eo quod dicitur calamentum, & à quibusdam dicitur pulegium domesticum, sed ipsum debet magis appellari montanum. Et species eius sunt tres, quarum una habet folia similia foliis bedarog, id est, ozimi,quorum color uergit ad albedinem, & habet ramos cum multis nodis quadrangulatos,& flores purpureos,& ex eo est aliud simile pulegio in odore,& in foliis suis,nisi quia sunt maiora foliis pulegij. Et nominant illud aliqui pulegium agreste,eo ꝙ est simile pulegio in odore, & Romani uocant illud proprie nepitam. Tertia species est similis mentæ agresti,nisi quia folia eius sunt longiora foliis mentæ,& uirgæ,& ramuli eius sunt maiores uirgis & ramulis aliarum specierum,&uirtus eius est debilior uirtute aliarum specierum.Radix uero ipsius nullius est iuuamenti,nascitur in campis,& in locis asperis, & aquosis. Galenus. Substantia eius est subtilis,& in sapore eius est caliditas,& acuitas manifesta, & res pauca pertinens amaritudini. Et uirtus eius prima est calida in tertio gradu, & secunda abstergit,incidit,& subtiliat,& tertia uirtus est ꝙ quando bibitur succus eius cum aqua mellis, prouocat sudorem,& resoluit,& desiccat corpus totum,& teritur cum oleo,& inungitur corpus totum,& confert rigoribus febriũ periodicarũ, & datur in potu etiam ad hoc,& quando fit emplastrum super sciaticam,habentis sciaticam passionem, est Medicina magna quæ attrahit à profundo corporis,& calefacit omnes iuncturas, nam adurit cutem manifeste,& quando sumitur in potu, prouocat menstrua, & quando sumitur in potu,est ex Medicinis magnis conferentibus leprosis,non solum resoluendo humores fortiter, sed incidit & subtiliat humores grossos fortiter, & abstergit liuores, & aufert liuorem sub oculo factum. Et melior modus administrationis eius ad hæc est ꝙ coquatur cum uino, & emplastretur locus cum eo, & proprie dum est recens, & quando est siccum,est forte ualde,ad comburendum cito, & quando apponitur loco in quo momordit aliquod uenenosorũ, sicut apponitur cauterium ignis,con-
B fert multum.Et debes scire ꝙ omnes Medicinæ postq̃ teruntur, & habẽt acuitatem, & punctură,& subtilitatem,attrahunt cito ex profundo corporis humiditates, quas inueniunt in illis locis,& quando sumitur in potu succus eius,aut fit clistere cum eo, occidit ascarides, & lumbricos, & occidit similiter uermes generatos in auribus,& in uulneribus putridis, & quando sumitur in potu, & fit nasale cum eo, expellit & occidit fœtum,& confert coartationi anhelitus,& ictericiæ, propter amaritudinem quam habet proprie,sicut omnes Medicinæ amaræ,confert illis,nam ipsum abstergit,& aperit opilationes. Et pulegium quidem montanum est magis iuuatiuum in omnibus quàm domesticũ, & nulla Medicina est adeo bona ophthalmię sicut pulegium,postq̃ desiccatur,& teritur,& fit collyriũ cum eo. Dioscorides.) Folia omnium istarum specierũ habent saporem acutum, pungentẽ fortiter linguam, & quando bibuntur,aut fit cum eis emplastrum,confert morsibus uenenosis, & quando bibitur eorum decoctio,prouocat urinam, & confert conquassationi carnis musculorum,& summitatum eorum,& asmati,& dolori lateris tortionibus, & cholicæ passioni,& rigoribus febriũ,& quando sumitur in potu cum uino, est conueniens Medicamen ad resistendum uenenis mortiferis, & mundificat ictericiam, & accipitur crudum,seu coctum,& teritur,& bibitur cum melle & sale, & occidit uermes in uentre,qui dicuntur desiccatiui,& sunt lumbrici longi, & ascarides, & quando comeditur,& bibitur post ipsum aqua casei, confert elephantiæ, & debilitati stomachi,& prouocat menstrua, & cum tonduntur eius folia, & fit nasale cum eis, educunt fœtum,& occidunt ipsum, & prouocat menstrua, & quando fit fumigium cum foliis eius,fugat uenenosa animalia, & sternuntur folia, & tami eius in domo, & faciunt idem,& quando coquitur recens cum ruta,& fit inde emplastrum,confert cicatricibus nigris,& aufert eas, & delet liuorem factum sub oculo à sanguine mortuo,& fit cum eo emplastrum sciaticæ, & adurit cutem, & præbet maximum iuuamentum, & quando distillatur succus eius in aurem,occidit uermes generatos in ea.

DE RADICE PIPERIS. CCCII.

C FAlfamine,id eſt,radix piperis. Aben meſuai.) Eſt radix piperis quæ defertur ad nos ex India,& confert colicæ, & doloribus frigidis. Raſis.) Falfamine eſt calida,& eſt bona colicæ,& uentoſitatibus, & ſunt ligna arboris piperis. Meſehah.) Falfamine eſt calida,& ſicca,& confert colicæ, & alijs doloribus frigidis.

DE SATVREIA. CCCIII.

SAhater,id eſt,thymbra,& eſt ſatureia. Dioſcorides.) Eſt planta omnibus nota. Et eſt ſahater,id eſt,ſatureia,& naſcitur in locis ſaxoſis,& aſperis,& eſt ſimilis thymo,niſi quia folia eius ſunt maiora & molliora, & habet ſpicam plenam floribus, quorum color uergit ad citrinitatem,& uiriditatem. Et uirtus eius eſt ſicut uirtus thymi,& adminiſtratur ſicut thymi. Vſus eius cõuenit ad conſeruationem ſanitatis, & ponitur in cibis. Et quædã ſatureia ſeminatur in hortis, & eſt debilioris operationis quàm alia,ſed ipſa conuenit magis in cibis,eo quod eius acuitas eſt remiſſior. Galenus.) Virtus thymbræ eſt calefactiua multũ, & deſiccatiua,& reſolutiua, prouocat urinam,& menſtrua,& expellit fœtum,& purgat membra interiora,& facit excreare ſuperfluitates à pectore. Aben meſuai.) Satureia eſt calida & ſicca in tertio gradu, & maxime agreſtis, proprietas eius eſt, quod ipſa expellit uentoſitates, & inflationes,& tortiones,& adiuuat ad digerendũ cibum, & expellit ſuperfluitates à ſtomacho,& prouocat urinam,& menſtrua,& acuit uiſum debilitatum ab humiditate. Et propter hanc cauſſam comeditur cum bedarog,& raphano, & cõfert dolori ſciatico,& quando fit emplaſtrum cum ea,contrita cum frumento trito. Et ſatureia agreſtis eſt fortior domeſtica.

DE CENTAVREA MAIORE. CCCIIII.

KAnturion kibir,id eſt,centaurea maior. Dioſcorides.) Habet folia ſimilia folijs nucis regalis,longa,uiridia, ſicut folia caulium, in ſummitate gradatim inciſa, & habet uirgam ſimilem uirgæ acetoſæ, cuius longitudo eſt duorum brachiorum, aut trium,habens ramulos plures egredientes ab una radice,ſuper quos ſunt capitella,ſimilia capitellis papaueris,rotunda,tendentia ad longitudinẽ, & habet florem, cuius color eſt ſimilis kalh,& ſemen ſimile cartamo, intra florem eius, & flos eſt ſimilis lanæ,& habet radicem groſſam,duram,grauem,cuius longitudo eſt duorum brachiorum,& eſt plena humiditate,acuti ſaporis, cum ſtipticitate pauca, & dulcedine pauca,cuius color tẽdit ad rubedinem, & color ſucci eius eſt ſicut color ſanguinis, & naſcitur in terris expoſitis ſoli, in montibus arboroſis, & in terra pingui, & quod adminiſtratur de ea eſt radix. Galenus.) Quod de ea adminiſtratur eſt radix, in ſapore eius eſt ſapor compoſitus,diuerſus,nam in eo eſt acuitas, & punctio, & ſtipticitas,cum pauca dulcedine. Et uirtus eius prima calefacit,& ſecunda incarnat,uel conglutinat,& abſtergit,& fortificat membra,& tertia prouocat menſtrua, & expellit fœtum mortuum,& corrumpit uiuum, & expellit eum, & conglutinat uulnera, & confert ſputo ſanguinis. Et quãtitas doſis eius eſt duorum aureorum. Et ſi ille qui bibit eam,habet febrem, bibat illã cum aqua, & ſi caret febre, bibat eam cum uino, & confert attritioni neruorũ, & coartationi anhelitus, & tuſſi antiquæ. Et ſuccus radicis eius facit idem quod radix ipſa, & quidam adminiſtrant eam loco licij. Dioſcorides.) Quando ſumitur in potu radix huius,confert attritioni lacertorũ, & dolori lateris,& aſmati,& tuſſi antiquæ,& ſputo ſanguinis à pectore, & quando datur febrienti ex his qui prædicta patiuntur, datur cum aqua, & non febricitanti, datur cum uino,ſcilicet drachmæ duæ radicis eius, & quando datur ſecundum hanc formam, confert tortionibus ac doloribus matricis, & quando contunditur, & ponitur in modum naſalis,prouocat menſtrua,& educit fœtum,& propter ſuam acuitatem expellit fœtum mortuum,& corrumpit uiuum,& ſuccus eius facit hoc, & quando teritur dum eſt recens,humida,& adminiſtratur in uulneribus, aut ſi eſt ſicca,infunditur prius,& poſtea teritur, & infunditur in uulneribus, confert multum,ſimiliter propter ſuam ſtipticitatem conglutinat ea, & ſuccus eius ſimiliter conglutinat, & conſolidat uulnera, & quando aliquis contriuerit eam, & coxerit illam cum catinis inciſis,conglutinat eas, habitantes autem in terra Lichiæ, exprimunt ſuccum

A ab ea, & denſatum ſeruant eum utentes ipſo loco licij. Aben meſuai.) Proprietas radicis centaureæ eſt quod laxat phlegma uiſcoſum, & choleram ſimilem fecibus, & confert ſciaticæ quando ſumitur in potu, aut fit cliſtere cum ea. Alcançi.) Laxat phlegma laxatione forti,& aquam citrinam cum fortitudine.

DE CENTAVREA MINORE. CCCV.

KAnturion ſege ſegir, id eſt, centaurea minor. Dioſcorides.) Naſcitur in locis aquoſis,& eſt ſimilis herbæ hypericon,aut pulegij montano,habet uirgam longam,quadratam unius palmi, & florem rubeum, uergentem ad purpureitatem,ſimilem flori plantæ quæ dicitur hambes,& habet folia parua, oblonga ſicut folia rutæ,& ſemen ſicut granum frumenti,& habet radicem paruam, in qua nullum eſt iuuamentum. Galenus.) Radix huius plantę eſt nullius ualoris,& in ſapore eius uincit amaritudo plus quàm aliud,& in ea eſt ſtipticitas pauca. Et uirtus eius prima deſiccat ſine mordicatione,& ſecunda uirtus incarnat,mollificat, & abſtergit, & tertia uirtus incarnat uulnera magna, quando ponitur recens ſuper ea more emplaſtri. Et incarnat,& conſolidat hulcera antiqua quæ ſunt difficilis incarnationis adminiſtrata,recens ſicut dixi,& quando ſiccatur,& admiſcetur cum unguentis incarnatiuis in quibus eſt potentia incarnandi fiſtulas,& hulcera profunda,& quando admiſcetur cum Medicinis,in quibus eſt potentia mollificandi apoſtemata dura antiqua, & curandi exituras antiquas,malas,profundas,eſt ualde maximi iuuamenti,& miſcetur etiam cum emplaſtris quæ curant ægritudines factas ab humoribus fluentibus ad membra, & quando decoquitur, & fit cliſtere cum eius decoctione, habenti ſciaticam,expellit humores cholericos,& quandoq; laxat in tantũ, quod ſolutione educit humorem ſanguineum,& tunc confert magis. Et uirtus ſucci eius, eſt ſicut uirtus huius, & operatur ad omnia quæ diximus operatione bona, & fit cum eo collyriũ, admixto melle oculis,& quando fit naſale cum eo,expellit fœtũ, & prouocat menſtrua, & quando datur de ea in potu habenti ægritudinem in neruis, confert, quia
B deſiccat & euacuat humores exiſtentes in eis deſiccatione, & euacuatione ſine nocumento. Et ipſa quidem eſt ex melioribus ac nobilioribus Medicinis, ad opilationes epatis,& confert magnifice duriciei ſplenis, quando apponitur deſuper, more emplaſtri,aut ſumitur in potu. Dioſcorides.) Sapor huius herbæ eſt amarus multum, & quando ipſa contunditur dum eſt recens, & fit cum ea emplaſtrum, conglutinat uulnera,& mundificat hulcera antiqua,& incarnat, & conſolidat ea,& quando ſumitur in potu eius decoctio,laxat choleram,& chimum groſſum, & fit cliſtere cum ea ad ſciaticam, & laxat ſanguinem, & aufert dolorem à ſcia, & quando ſuccus eius miſcetur cum melle,abſtergit obſcuritatem uiſus,& adminiſtratur in naſalibus, & prouocat menſtrua,& educit fœtum, & quando ſumitur in potu, aut infunditur exterius,confert doloribus neruorum proprie,exprimitur autem ſuccus ab hac planta,dum habet ſemen,quoniam cum flore,& ſummitatibus,& ſemine infunditur in aqua quinq; diebus,poſtea coquitur donec aqua illa uideatur conſumi tota ferè,deinde colatur cum expreſſione, & proiecta ſubſtantia accipiatur colatura illa, & coquatur iterum, donec inſpiſſetur ſicut mel. Quidam uerò accipiunt hanc herbam dum eſt recens,& habet ſemen,& terunt,& exprimunt ſuccum eius,& exponunt illum ſoli,& miſcent eum cum baculo ſæpe, ut quod ex eo in ſuperficie deſiccatur,miſceatur cum parte inferiori liquida, & tegunt ſuccum de nocte propter rorem, nam ros prohibet ſuccos coagulari. Omnis autem qui uult ſuccum exprimere à radice quacunq; ſicca,aut planta ſicca, oportet quod coquatur prius, & præpararetur ſicut diximus in gentiana. Et qui uult exprimere ſuccum ex radicibus humidis,aut ex corticibus,ſiue herbis humidis,oportet quod terat eas,& exprimat,& ponat in ſole,ſicut diximus. Et ſecundum hanc formam exprimitur ſuccus tapſiæ, & mandragoræ, & uuæ acerbæ,& aliorum huiuſmodi ſimilium. Sed arboris adad,id eſt,licij,& abſinthij,& aliorum ſimilium extrahuntur,quando coquuntur, donec aqua inſpiſſatur, ſicut ſupra diximus. Aben meſuai.) Proprietas huius plantæ eſt, quod laxat phlegma uiſcoſum ſimile feci,& confert ſciaticæ, quando ſumitur in potu decoctio eius,

C aut fit cliſtere cum ea. Et doſis eius eſt in potione drach. ij. & in cliſtere unciæ. iij. cum oleo ſiſamino.

DE CARVI AGRESTI. CCCVI.

CArdameni, id eſt, carui agreſte. Dicitur Perſica lingua karda, & à Romanis ſimiliter. Dioſcorides.) Melius ex eo eſt illud quod defertur ab Armenis, & eſt de illo in terris Indiæ, & Arabiæ. Et melius ex eo eſt illud quod difficile frangitur, plenum, coniunctum, durum, & graue, & extenſæ ſuperficiei, cuius ſapor eſt acutus parum, quod autem ex eo non eſt tale, eſt malum. Galenus.) Sapor ipſius eſt amarus parum. Et uirtus eius prima calefacit fortiter, & ſecunda abſtergit, & tertia occidit uermes, & aufert ſcabiem cum fortitudine, quando fit linimẽtum cum eo, & aceto.

Dioſcorides.) Virtus eius eſt calefactiua, & quando ſumitur in potu cum aqua, confert epilepſiæ, & tuſſi, & ſciaticæ, & paralyſi, & relaxationi, & attritioni neruorũ, & tortionibus uentris, & expellit aſcarides, & quando bibitur cum uino, confert dolori renum, & ſtranguriæ, & puncturæ ſcorpionis. Et confert generaliter omnibus morſibus uenenoſorum, & quando ſumũtur in potu ex eo drach. ij. cum cortice radicis lauri, frangit lapidem, & quando fumigatur prægnans cum eo, educit fœtum, & prouocat menſtrua, & quando linitur cum eo, curat ſcabiem, & intrat in cõfectionibus collyriorũ oculorũ, & propter ſuam caliditatem rubificat cutem ſicut ſinapis.

DE ABROTANO. CCCVII.

CAtſum, id eſt, abrotanum. Dioſcorides.) Species abrotani ſunt duæ, quarum una dicitur maſculus, & alia fœmina. Sed fœmina eſt ferè ſicut maſculus. Differt tamen in hoc, quod ipſa eſt planta ſimilis arbuſto, habens folia alba, & eſt plena foliis quæ ſunt ſuper ramulos ſciſſa, parua ſciſſura ſicut ſaricon, & in ſummitate eius eſt flos ad rotunditatem tendens, aurei coloris, aureus apparens in æſtate, & habet odorem bonum cum grauedine pauca, amari ſaporis. Et dicunt aliqui quod abrotanum Siciliæ eſt tale, ſed maſculus habet ramulos ſubtiles, lignoſos aliquantulum,
D & eſt parua planta eius, ſicut abſinthiũ, & quod ex ea adminiſtratur, eſt flos, & ſummitates eius. Galenus.) Subſtantia eius eſt terrea, quam calor ſubtiliauit, & ſapor eius eſt amarus, & in eo eſt parum ſtipticitatis. Et uirtus eius prima eſt calida in tertio gradu, & ſecunda eſt uirtus abſterſiua, reſolutiua, & inciſiua, & tertia eſt uirtus, quando teritur parum ex eo, & infunditur in oleo, & inungitur corpus febrientis, ante horam rigoris, aufert rigorem, & ipſum occidit uermes, & quando miſcetur cum citonijs, aut cum pane, & fit inde emplaſtrum, curat apoſtemata calida oculi, & quando teritur & miſcetur cum farina hordei, reſoluit apoſtemata. Abrotanum uero combuſtum, mordicat omnia hulcera, & eſt calidius, & ſiccius quàm cucurbita aſſata, & quàm radices anethi combuſtæ, & cõuenit hulceribus humidis, in quibus eſt duricies, quando non eſt apoſtema cum eis, & confert hulceribus recentibus ani, & confert alopiciæ, quando linitur cum eo, mixta cum aliquibus unguentis ſubtilibus, ſicut eſt oleum de kerua, & oleum raphaninum, & oleum antiquum, & facit naſci pilos, quando differtur ortus eorũ, & ſi admiſcetur cum aliquibus ex unguentis ſupradictis, & ſimiliter quando infunditur in oleo de ſquinanto, quod fit ſolum ex ſquinanto & oleo, facit ſimiliter naſci pilos, & hoc ideo, quia dilatat poros cutis ſubtilitate. & ſua calefactione, & mordicatione ſua. Dioſcorides.) Quando ſemen abrotani coquitur in aqua, & bibitur decoctio eius, aut infunditur in aqua crudum, & bibitur ipſa, confert coartationi anhelitus, quæ cogit hominem ſtare erectum, & confert attritioni lacertorum, & liuori eorum, & confert ſciaticæ, & confert ſtranguriæ, & retentioni menſtruorum, & quando ſumitur in potu cum uino, eſt Medicamen bonum potionibus mortiferis, & fit cum eo tritio, & cum oleo mixto unguentum, quo inungitur ad rigorem febrium periodicarũ, & aufert eos, & quando ſternitur planta eius ſub lecto, aut fit fumigium cum ea, fugat omnia uenenoſa ex domibus, & quando fit emplaſtrum cum eo, & citonijs decoctis, aut cum pane, confert apoſtematibus oculorum, & quando miſcetur contritum cum farina hordei, reſoluit apoſtemata exteriora, & propter ſuam amaritudinem occidit lumbricos, & expellit eos

A pellit eos, ſicut faciunt ſpecies abſinthij, & quando ſumitur in potu, aut inungitur caput cum eo, & oleo, confert ægritudinibus frigidis capitis, & uertigini, & ſcotomiæ, nam calefacit ipſum, & confert, & ipſum quidem intrat in confectione olei de iteos. Ignotus.) Quando coquitur cum oleo, & inungitur ſtomachus cum eo, calefacit ipſum, & aufert frigora eius.

DE COSTO. CCCVIII.

KOſtos, id eſt, coſtus. Dioſcorides.) Ex eo eſt ex terris Arabum, & eſt albus, leuis, boni odoris. Et ex eo eſt Indus, & eſt groſſus, niger, leuis ſicut ferula, eſt etiam ex eo ſpecies tertia, quæ eſt ex terris Syriæ, cuius color eſt ſicut color ligni buxi, grauis, cuius odor eſt ſtipticus, melior autem omnibus eſt Arabicus, & poſt ipſum Indus, & poſt illum Syrius, & melior ex Arabico eſt nouus, albus, plenus, durus, cum ſoliditate ſiccus, & non perforatus, mordicans linguam cum ſtipticitate, & aliqua amaritudine, adulteratur autem cum radice enulę ſicca, quando admiſcetur ei, & maxime enulę quæ eſt ex terris quæ dicuntur Cumaharta, & cognitio eius eſt facilis. Nam enula non mordicat linguam ſicut coſtus, neq; odor eius eſt fortis, & exuberans ſicut odor coſti. Galenus.) Sapor eius eſt amarus multum, fortis, acutus. Et uirtus eius prima eſt calida, caliditate quouſq; hulcerat, uerum in eo eſt humiditas ſuperflua, inflatiua. Et ſecunda abſtergit, & attrahit. Et tertia confert rigoribus febrium, quando linitur corpus cum eo, & ſecundum hunc modum confert membris relaxatis, & ſciaticæ, & uniuerſaliter adminiſtratur, ubi oportet calefacere aliquod membrum, aut attrahere aliquem humorem ab interioribus, & adminiſtratur ad menſtrua prouocanda, & urinam, & ad contritionem lacertorum, & ad dolorem laterum, & coſtus quidem occidit aſcarides, & quando linitur cum aqua, & melle, ſuper impetiginem, mundificat eam, & propter hoc quod eſt in eo de humiditate inflatiua, accidit quod adiuuat ad libidinem coitus, quando ſumitur in potu cum uino. Dioſcorides.) Virtus coſti eſt calefactiua, & prouocatiua urinæ, & menſtruorum, & adminiſtratur in naſali, & confert doloribus matricis, & quando ſumitur in potu, confert morſui tyri, & quando bibitur cum uino, & abſinthio, confert doloribus pectoris, & attritionibus muſculorum, & inflationibus, & excitat coitum, quando ſumitur in potu cum uino, & melle, & quando bibitur cum aqua, expellit aſcarides, & fit unguentum cum eo, & oleo ad rigores, quando inungitur cum eo, & ante aduentum rigoris febrium interpolatarum, & paralyſi factæ, cum relaxatione, & mundificat impetiginem, quando linitur cum eo, mixto cum aqua, & melle, & intrat in confectionibus unguentorum, & Medicinarum compoſitarum, & antidotorum. Alchalahamen.) Si fiat fumigatio cum coſto, interficit lumbricos, & prouocat menſtrua.

DE CARYOPHILLO. CCCIX.

CArumfel, id eſt, Cariophilus. Galenus in translatione Albatharich.) Non eſt eſſentia eius ſecundum nomen ſuum in Græco, & hoc ideo, quia nomen ſuum in Græco, & eſt folium nucis, & gariophilus quidem eſt res quæ defertur ex terris Indiæ, ſimilis flori ſuæ arboris, & ſunt ligna parua, nigra, quorum longitudo eſt ſicut latitudo digiti unius, odorifera, quorum ſapor eſt acutus, cum amaritudine quadam, & uirtus gariophili prima eſt calida, & ſicca in tertio gradu, & adminiſtratur multum in Medicinis, & in decoctionibus, & in antidotis. Paulus quidem dixit ſicut Galenus, de litera ad literam, qua ſignificatur quod ab eo tranſtulit. Hachi.) Gariophilus intrat in Medicinis acuentibus uiſum, remouet namq; obſcuritatem uiſus, & confert febel. Abugerig.) Gluten gariophilorum eſt ſimile glutino albotini. Atabari, Meſehaha, Albaſari, & Raſis.) Gariophilus confert ſtomacho, & epati, & confortat cor, & ſtringit uentrem, digerit cibum. Iſaac, Eben amram.) Quando bibuntur ex gariophilis drachmæ quatuor cum lacte, ſtomacho ieiuno, corroborat potẽtiam coitus. Et dixit iterum. Gariophilus ſcilicet fructus, & lignum eius adminiſtratur ſimul. Deferuntur namq; ex terris Indorum, cum ligno ſuo, &

C ſunt in eis capitella habentia dentes, & meliores ex eis ſunt, quorum color uergit ad aliquantulum ruborem, & habent bonitatem multam, maxime gariophili, qui colliguntur ex arbore ſua cum digitis ſingulariter unus poſt alium.

DE GALBANO. CCCX.

CHenechalbebi, & eſt bezard, id eſt, galbanum. Dioſcorides.) Eſt gummi cuiuſdam plantæ, ſimilis ferulæ in figura ſua, & melius ex galbano eſt illud quod eſt ſimile olibano, aut amoniaco, mundum, ſciſſum, adhærens manui, non habens aliquid ligni, neq; ſeminis, cuius planta & lignum habent grauem odorem, & ſiccanimis, adulteratur autem cum reſina pini, quæ admiſcetur ſibi cum fabis fractis, & amoniaco. Galenus.) Virtus eius prima eſt calida in tertio gradu, in principio eius, & deſiccat in principio ſecundi, ſecunda eſt uirtus reſolutiua, & mollificatiua. Dioſcorides.) Habet uirtutem calefactiuam, inflatiuam, attractiuam, & quando fit cum eo naſale, aut fumigatio, prouocat menſtrua, & expellit fœtum, & quando fit emplaſtrum cum eo, & cum aceto, & nitro, aufert bothor lactea, & accipitur ex eo ſicut granum unius fabæ ad tuſſim, & ad aſma, & ad coartationem anhelitus, & ad caſum, & attritiones lacertorum, & quando ſumitur in potu cum uino, eſt tyriaca toxicis, & quando ſumitur in potu ſicut diximus, expellit fœtum mortuum, & ſi fiat emplaſtrum cum eo, doloribus lateris, confert furunculis, & quando odoratur, excitat epilepticos, & ſimiliter excitat mulieres, habentes ſuffocationem matricis, & habentes opilationem in cerebro, & quando fit fumigium cum eo, expellit animalia uenenoſa, & ſi ungatur aliquis cum eo, præſeruat eum à morſibus uenenoſorum, & quando miſcetur cum Medicina, quæ dicitur ſachidalion, & oleo, appropinquat animalibus uenenoſis, occidit ea, & apponitur denti doloroſo, aut in dente corroſo, & ſedat dolorem. Et dicunt quidam, quod quando ſumitur in potu, curat ſtranguriam, & quãdo uis dare galbanum in potu, diſſolue ipſum cum amygdalis amaris, aut cum uino, aut cum melicrato, aut cum pane calido, ut diſſoluatur, & ſi uis ipſum adminiſtrare alio modo, miſce ipſum cum opio, aut cum ære uſto, aut cum humiditate quæ eſt in felle, & ſi uis ipſum mundificare à ſordibus ſuis, pone ipſum in aqua feruenti, & dimitte liquefieri, nam quod fuerit in eo de ſordibus, natabit ſuper aquam, illud autem quod reſidet, erit bonum, uel accipe galbanũ, & liga ipſum in panno mundo lini, & ſuſpende ipſum in uas mundum, ita quod nõ tangat uas, & ſit uas æreum, aut ferreum, aut terreum, ſubtile, aut uitreum, & ſtringe os uaſis, deinde pone uas ipſum in aqua bulienti, nam galbanum exiſtens in panno, liquefiet, & colabitur cadens in uas, & quod erit in eo de lignis, aut ſordibus, remanebit in panno.

D

DE GRANA CVM QVA tinguntur panni. CCCXI.

CHarmen, id eſt, grana. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum quod adminiſtratur ad accendendum ignem, & eſt medium inter arborem, & herbam, cuius rami ſunt multum ſubtiles, ſuper quos ſunt grana rotunda, ſimilia lenticulæ quæ colliguntur & reponuntur, & conſeruantur, & conficiuntur ad tingendum, & melior grana eſt illa, quæ defertur ex terris quæ dicuntur Galates, & Andabaſi, & ex Armenia, & ſecunda eſt illa de Siana & Lithia, & deterior omnibus eſt ab Hiſpania. Reperitur autem in arbore glandium interius, calchię animal teſtoſum, paruum, ſimile limacijs, & colligunt illud mulieres cum ore earum. Galenus.) In ſapore eius eſt ſtipticitas, & amaritudo, & uirtus eius prima deſiccat ſine mordicatione, & ſecunda abſtergit, & incarnat, & tertia confert hulceribus magnis, & hulceribus neruorum, & quidam curant uulnera huiuſmodi cum ea, trita cum aceto, & quidam terunt eam cum melle, & aceto. Dioſcorides.) Virtus eius eſt utilis, quando teritur fortiter, & miſcetur cum aceto, ad conglutinanda uulnera neruorum, & ad uulnera aliorum membrorum.

De betonica

A

DE BETONICA. CCCXII.

KAſtara, id eſt, betonica. Dioſcorides.) Eſt herba quæ naſcitur omni anno, habens uirgam ſubtilem, cuius longitudo eſt unius brachij, aut plus, & eſt quadrata, & habet folia longa, mollia, ſimilia in figura ſua foliis glandium, & in ſciſſuris ſuis habentia bonum odorem, & folia quæ ſunt propinqua terræ, ſunt maiora foliis aliis, & in ſummitate uirgæ eſt ſemen collectum in ſe, prope collectionem ſpicæ frumenti, & aſſimilatur ſatureię, quę dicitur rhymbra, folia eius colliguntur, & deſiccantur, & ſic ſeruantur ad horam neceſſariam, nam id quod ex betonica plurimum adminiſtratur, ſunt folia, & habet radices ſubtiles, ſicut radices helleboti. Galenus.) Sapor betonicæ eſt acutus, amarus. Et uirtus eius prima calefacit in primo gradu. Et ſecunda incidit, & abſtergit. Et tertia uirtus eius incidit groſſos humores, & frangit lapidem renum, & mundificat, & abſtergit pulmonem & epar, & prouocat menſtrua, & confert epilepſiæ, & curat attritiones neruorum, & lacertorum, & quando ponitur ſuper morſum alicuius animalis uenenoſi fraudulenti, confert, & quando ſumitur in potu, confert ſciaticæ, & eructuationi acetoſæ. Dioſcorides.) Quando radices betonicæ ſumuntur in potu cum hydromelle, faciunt potenter uomere phlegma, & quando ex foliis eius ſumitur in potu drachma una cum hydromelle, aut cũ aqua, confert attritioni & conquaſſationi à caſu, & dolori matricis, ac ſuffocationi eius, & dantur ex foliis eius drachmæ tres cũ cotyla una uini ad morſus uenenoſos, ſimiliter autem quando fit emplaſtrũ ex foliis eius ſuper morſuram, cõfert. Et quando bibitur ex eis drachma una cum uino, confert maliciæ Medicinarum mortiferarum, ſi aliquis biberit ex eis primo, & poſtea ſumpſerit aliquid in quo ſit uenenum, nullatenus ei nocebit, & urinam prouocat, uentrem laxat. Et quando ſumitur in potu cum aqua, curat epilenticos, & apopleticos, & dolores epatis. Et quando bibitur de ea drachma una cum aceto & melle, curat dolorem ſplenis, & quando ſumitur de ea poſt cibum ad quantitatem unius fabę cum melle diſpumato, facit digeri cibũ, & quando datur de ea in potu habenti eructuationes acetoſas, confert, & quãdo datur de ea habenti ſtomachum malum, ita ꝙ maſticet eam, & deglutiat, & bibat poſt uinum tepidum, confert ualde. Et datur in potu ei, qui ſpuit ſanguinem à pectore, in quantitate trium onoloſat, cum uno conos uini mixti cum aqua tepida, aliquantulum confert, & dantur in potu habenti dolorem ſciaticum, & dolorem renũ, ac ueſicæ, drachmæ duæ cum aqua, & dantur in potu hydropico febrienti drachmæ duæ ex ea cũ hydromelle, & non febrienti, cũ uino & melle, & quãdo datur de ea drachma una cum uino, prouocat menſtrua, & quando dantur de ea drachmæ quatuor, cum decoctione conos hydromellis, laxat uentrem, & quando datur cum melle, cõfert hulceribus pulmonis antiquis, et ſaniei pectoris, et datur ictericis, ſicut dixi in hydropiſi, & dantur de ea drachmæ tres cum aqua calida in colica, & in dolore inteſtinorum, & ſint aquæ conos quatuor, & quando dantur ex ea in potu drachmæ duæ cum granis 17. piperis in conos tres uini calidi, confert dolori lateris. Et qui uult reponere folia eius, oportet ꝙ deſiccet primo ea, deinde terat illa fortiter, & reponat in uaſe terreo, de quibus ſi pulueriz etur ſuper uulnera facta in cute capitis, conglutinat cito ea. Et ſi accipiatur betonica humida antequam deſiccetur, & teratur, & fit emplaſtrum cum ea, facit hoc idem, ſed emplaſtrum debet renouari ſæpe. Et ſi fiat ex betonica humida emplaſtrum, extrahit fragmenta oſſium, quæ ſunt in uulneribus, ſed radix betonicæ cocta in aqua, donec duæ partes ſint conſumptæ, & liniuntur oculi cũ ea, ſedat apoſtemata calida eorum, & ſi linitur frons, ſedat dolorem capitis. Et quando folia eius humida teruntur, fit emplaſtrum cum eis ſuper oculum, aut ſuper frontem, facit hoc idem, & quando coquitur cum uino, aut cum aceto, & fit ex decoctione eius collutio oris, confert dolori dentium, & quando ſumitur in potu aſſidue de ea drachma una cum aqua calida ſtomacho ieiuno, confert obſcuritati & debilitati uiſus, & quando dantur de ea in potu drachmæ quatuor cum aqua calida, confert corizę, & catarro, & difficultati partus, ſed ſi mulier non habuerit febrem, detur cum uino & aqua. Et quando fit emplaſtrum cum ea, confert uulneribus neruorum, &

B

C ponitur ſuper membrum,quando uolumus ipſum calefacere,& ſumitur ex ea in potu cum aqua ante potationem uini,& prohibet ebrietatem,ſicut putant aliqui,& teritur,& miſcetur cum axungia & aqua,& confert bothor, & quando ſumitur in potu cum uino ab itinerantibus,prohibet excoriationes quæ fiunt in membris,ex confricatione membrorum adinuicem, & datur de ea in potu cum oximelle conualeſcentibus,& aufert faſtidium eorum. Et quando accipiũtur ex ea trita drachmę quatuor,& mellis uncia una,& coquuntur ad ſpiſſitudinem, & fiunt trociſci ex eis quatuor,quorum unus ſumatur ĩ potu cum aqua calida, & laxat uentrem, ac prohibet uomitum cibi. Et quando teritur tota herba,& fit cum ea emplaſtrum, ſedat dolorẽ & inflationem uentris, ac dolorem podagræ, & extrahit uenenum ex morſu canis rabidi,ſi ſuper locum morſus dimittatur ligata.

DE SENATIONE. CCCXIII.

ROreathalmi dicitur,quod eſt apium aquæ, & nominant ipſum in Hamea nella,& eſt ſenation. Dioſcorides.) Eſt planta naſcens in aquis, & habet ſtipitẽ rectum,& ramos,& tota planta eſt pinguis, & habet folia ſimilia foliis apij nominati petroſelinum,niſi quia ſunt minora eis,et habent odorem bonum quando maſticatur. Galenus.) Secundum quod in hac planta eſt de bono odore & ſapore, ita eſt in ea de uirtute calefactiua. Et uirtus eius ſecunda reſoluit. Et tertia prouocat urinam,& frangit lapidem renum,& prouocat menſtrua. Dioſcorides.) Quando hæc herba comeditur cruda & cocta,frangit lapidem renum,& educit eum cum urina,& prouocat urinam,ac menſtrua,& expellit fœtum,& quando comeditur,confert hulceribus inteſtinorum. Kacebras.) Extimaui, & dixi, quod hæc eſt herba, quæ habet folia pauca rotunda, quorũ color eſt niger, & ſunt ſimilia foliis mentæ, aut foliis rutæ in figura ſua.

DE FOENICVLO. CCCXIIII.

D RAienigi,id eſt,fœniculus. Galenus.) Ex eo eſt domeſticus,& agreſtis,ſed domeſtici uirtus prima calefacit in tertio gradu, & deſiccat in primo. Et ſecunda ſubtiliat. Et tertia generat lac, & confert deſcenſui aquæ ad oculum, prouocat urinam & menſtrua. Et agreſtis dicitur maritimus,& montanus, & radix & ſemen fœniculi agreſtis eſt fortioris deſiccationis quàm radix & ſemen fœniculi domeſtici, quoniam in eo eſt parum ſtipticitatis,& ipſe quidem frangit lapidem, & curat ictericiam,& prouocat urinam,& menſtrua, ſed hæc ſpecies non habet uirtutem in generando lac,ſicut domeſticus, & ex eo eſt marinus magnus, cuius ſemen eſt rotundum ſimile ſemini coriandri calidi,acuti ſaporis, & uirtus eius eſt ſimilis uirtuti fœniculi ſupradicti,niſi quia eſt debilior. Et dicitur in libro Democriti Medici, quod animalia comedunt fœniculum recentem,ut clarificetur uiſus eorum.

Dioſcorides.) Quando fœniculus ſumitur in cibo, augmentat lac, & ſemen eius facit idem,quando ſumitur in potu,& quando coquitur cum hordeo,et quando ſumitur decoctio ſummitatum fœniculi in potu, prouocat urinam, & ideo confert doloribus renum & ueſicæ, & datur ex ea in potu cum uino ad morſus uenenoſorum, & decoctio eius prouocat menſtrua,et quando ſumitur in potu cum aqua frigida in febribus,ſedat nauſeam,& inflationem ſtomachi,quæ accidit. Et quando teritur radix fœniculi,& fit emplaſtrum cum ea mixta cum melle,curat morſus canis,et quando exprimitur ſuccus à foliis & ſummitatibus fœniculi, & ſiccatur in ſole, conuenit in collyriis oculorum,& acuit uiſum,& eſt magni iuuamenti. Exprimitur etiam ſuccus à ſemine fœniculi recenti,ſicut dixi de foliis & ſummitatibus, & præparatur eodem modo,& ualet ad eadem,& acuit uiſum. Similiter autem ex radice eius exprimitur ſuccus,ualens ad eadem. Fœniculus uero qui naſcitur in Aſia uerſus Occidentem,habet uirtutem ſimilem huius ſucci,& homines illius regionis incidunt uirgas huius fœniculi,& approximant eas igni,donec ſudent, emittunt enim humiditatẽ gummi,quæ quidem eſt fortior in collyriis,quàm fœniculus.

Fœniculus autem agreſtis eſt maior prædicto in quantitate ſuæ plantæ, & ſemen eius eſt maius ſemine illius,& eſt ſemẽ ſimile ſemini linobotin, & nominatur fahar, & habet

A & habet radicem boni odoris,& quando bibitur decoctio eius,curat diſtillationem urinæ,& quando fit naſale cum ea,prouocat menſtrua, & quando ſumitur in potu, auget lac,& quando bibitur de radice eius aut ſemine, ſtringit uentrem, & confert morſibus uenenoſis,& potus eorũ frangit lapidem,& mundificat ictericiam, decoctio autem foliorum prouocat lac,& mundificat puerperas.

Eſt alia ſpecies fœniculi,quæ dicitur otomarathrum,habens folia parua,ſubtilia, oblonga,& ſemen rotundum,ſimile ſemini coriandri, acuti ſaporis, & boni odoris,& uirtus eius eſt ſimilis uirtuti alterius fœniculi, niſi quia eſt debilior eo. Et dicitur,quod radix eius retinet menſtrua,& fluxum uentris.

DE RESINA, MASTICE, COLOphonia, & Terebinthina. CCCXV.

RAtin,id eſt,reſina. Dioſcorides.) Species eius ſunt diuerſæ, ſecundum diuerſitates arborum,in quibus colligitur,nam quædam colligitur ex pinu, & quædam non,ſed colligitur ex alijs arboribus,ſed reſina,quę colligitur ex pinu,quędam eſt ex pinu maſcula, quæ dicitur com,& eſt hæc colophonia. Et alia eſt,quæ colligitur ex pinu quadam chitronolia,& eſt arbor,cuius fructus ſunt grana magna. Et alia cuius pinus nominatur chitrandam, & arbor iachuth, & facit fructum paruorum granorum. Et eſt quædam de ea,quæ fit in pinu ſicut illa, quæ fit in arbore maſticis, & in arbore grani uiridis,& cupreſſi,& aiç. Melior autem omnium ſpecierum reſinæ eſt illa,quæ eſt boni odoris, clari coloris, non multum exiſtens arida, nec multum humida,ſimilis mum, facilis fractionis. Galenus.) Omnes ſpecies glutinis calefaciunt & deſiccant,uerum, diuerſificantur adinuicem, propterea quod in aliqua earum eſt de acuitate & punctione in ſapore & uirtute quantitas maior quàm in alia. Et quia etiam quædam habet ſubtilitatem paucam, & quædam amplio-
B rem,& quædam habet ſtipticitatem,quædam uero non. Et melius quidem omnium glutinum,eſt gluten Romanum,& eſt maſtix,& hoc ideo, quia cum hoc quod in eo eſt de ſtipticitate pauca,cum qua confert epati,& ſtomacho,ac inteſtinis, & in eo eſt uirtus deſiccatiua,ſine mordicatione & nocumento, & hoc quoniam non habet acuitatem aliquam, & eſt ſubtilis multum. Sed cæterarum ſpecierum glutinis melius eſt gluten albotim, & eſt terbentina, & hoc quidem gluten non habet ſtipticitatem manifeſtam, ſicut eſt ſtipticitas maſticis, & in eo cum hoc eſt amaritudo. Et propter hanc cauſſam deuenit ad hoc, quod diſſoluit plus quàm maſtix. Et propter hunc ſaporem ſimiliter eſt in hoc glutine res, quæ abſtergit adeo, quod curat ſcabiem, & ipſum quidem attrahit ab interioribus plus alijs ſpeciebus glutinis,quia eſt ſubtilius alijs. Sed gluten, quod eſt de ſpecie pini, quæ dicitur cophi, & illud quod eſt ex pinu,quæ dicitur chittranolia,& eſt pinus magna, ſunt acutiora, quàm gluten albotim, ueruntamen non reſoluunt, nec attrahunt plus ipſo, & gluten pini magnę habet plus de hac proprietate,quàm gluten pini,quæ dicitur cophi. Sed gluten pini paruæ, & gluten arboris, quæ dicitur alacti, ſunt media inter duas res, nam ſunt acutiora quàm gluten album, & minus acuta, quàm gluten cophi, & in glutine pini magnæ, & in glutine albotim cum hoc eſt aliqua mollificatio,& poſtea in mollificatione eſt maſtix. Sed gluten cupreſſi habet punctionem & acuitatem,& gluten,quæ dicitur lachos,eſt ſimile glutini albotim. Et dixit in almaiemur. Gummi pini quod dicitur ſachilus,& eſt ſudor arboris pini facientis fructum magnum, eſt fortius omnibus ſudoribus arborum aliarum, in calefactione & deſiccatione, quemadmodum ſudor arboris albotim eſt minus calidus,& minus deſiccatiuus, quàm ſudor aliarum arborum,& ſudor pini facientis parua grana,eſt minor ſudore pini magnæ in deſiccatione & calefactione plurimum.

Dioſcorides.) Reſina arboris grani uiridis terbentina defertur ex terris Arabum, & ex terris alijs etiam,ſed eſt illa,quæ defertur ex terris Alcheades, cuius color eſt albus,ſimilis colori * uitri,declinans colori cœleſti, habens odorem bonũ, referens odorem

* Aliàs nitri

C odorem arboris suiæ. Est autem melior omnibus resinis, post eam uero mastix, & post ipsam est iacuth, & est ex arbore ceam dicaris, & post ipsam est resina arboris dicte alacti, & post ipsas in bonitate est resina cophi, & est arç, & resina pini, & omnis resina arçæ. Et omnes istæ resinæ calefactiuæ, mollificatiuæ, & dissolutiuæ, & mundificatiuæ sunt conferentes tussi, & hulceribus pulmonis, & sputo sanguinis, & terebynthina cum hoc mundificat pectus, quando fit cum ea sola loch, aut cum melle, prouocat urinam, mollit uentrem, & conuenit ad faciendum pilos adhærere palpebrarum, qui pungunt oculos, & quando miscetur cum ziniar, & calcanto, & nitro, confert scabiei hulcerosæ, & auribus, à quibus fluunt humiditates, quando miscetur cum melle, & oleo, confert pruritui hulcerum, & intrat in confectionibus unguentorum, & oleorum resoluentium lassitudinem, & confert dolori lateris, quando inungitur cum ea, & quando fit emplastrum cum ea, confert exituris, & uulneribus. Et meliores quidem istarum resinarum omnium sunt illæ, quæ sunt splendentes, & ex gummi uel resina iacuth, & est resina locaman, & est arç melior illa, quę est humida, & defertur ex partibus Galliæ, & ex terra quæ dicitur Trania, & olim deferebatur ex terra, quæ dicitur Colophonia, & propterea dicitur resina Colophonia. Defertur etiam ex Galatha, quæ est proxima terræ Abax, & nominant eam homines illius terræ laichas, & ipsa quidem est magni iuuamenti in tussi antiqua, quando fit loch cũ ea. Et sunt ex resinis quædam humidæ, & resinæ quidem humidæ sunt diuersorum colorum, & hoc quia quædam earum est alba, & quædam coloris oleaginei, & quędã coloris mellini, sicut est aichas, & est similiter ex cupresso gummi humidum, quod est utile ad omnia quæ dixi. Accipiuntur autem ex ipis resinis quædam siccæ, quæ ex eis reperiuntur super pinum, & super arç, & super iacuth, & super arborem alacti. Et melior resina est illa, quæ habet colorem meliorem, clarum, quæ non est sicca multum, nec multum humida, similis mum, nõ facile frangibilis, & boni odoris. Et melior earum est resina iacuth, & alacti, quia sunt boni odoris, similes odori olibani.

D Deferuntur autem quædam ex istis resinis diuersarum specierum, ex terris Kantarosa, & sunt in regione Hispaniæ, uerum resina cophi, & est arç, & resina pini, & resina cupressi, sunt debiliores cꝫ resina iacuth, & cꝫ resina alacti, & nõ habent uirtutes quas habent istę resinæ, quamuis administrentur loco earum. Sed uirtus masticis est proxima uirtuti terebynthinæ. Coquuntur autem omnes istæ resinæ in hunc modum.

Resina ponitur in uase capiente quadruplum eius quod sit ex ære, & ponantur in eo resinæ lib. 20. & aquæ pluuialis libræ 18. & coquitur bene super prunas, & mouetur semper cõtinue, donec occultetur odor eius, & desiccetur forti desiccatione, donec fiat facile frangibilis, ita quod frangatur cum digitis, & deinde reponatur in uase fictili. Fit enim alba taliter cocta & præparata. Oportet autem, quod resina colatur in hũc modum. Illa uidelicet, quæ est humida, ponatur super prunas sine aqua, & coletur, ac iterum ponatur super prunas, & quando cœperit coagulari, addantur prunæ sub ea multæ, & coquatur tribus diebus, & tribus noctibus, donec fiat talis, sicut dictum est superius, & repone, & serua. Illa uero ex resinis, quæ fuerit sicca, sufficit quod coquatur die una tota, à mane usq; ad noctem. Et istæ quidem resinæ sic coctæ conueniunt in confectionibus unguentorum odoriferorum, & in unguentis resoluentibus lassitudinem. Faciunt nanq; ea odorifera, & melius colorata. Colligitur autem fumus ab istis resinis, sicut colligitur fumus olibani, & conuenit in cohol, quæ fiunt ad pilos palpebrarum, & ad corrosionem lachrymalis oculi, & cõfert prurituoculi, & lachrymis, & fit etiam ex eo encaustum aptum ad scribendum.

Abugerig.) Resina pini confert ad exituras duras, & quando puluerizatur super hulcera facta in cute capitis cum balaustia, curat ea. Similiter & alia hulcera quæ sunt in corpore.

DE ANETHO. CCCXVI.

XEbeth, id est, anethũ. Galenus.) Virtus anethi prima calefacit in fine tertij gradus, & desiccat in principio secundi gradus. Secunda resoluit ac maturat. Et tertia resoluit, & sedat dolorem, & facit somnũ, & maturat apostemata mollia, cruda, quando

A quando coquitur cũ oleo, & administratur, & hoc quod complexio olei, in quo anethũ est coctum, est propinqua complexioni Medicinarum aperitiuarum, & maturatiuarum, nisi quia ipsum est calidius parum, & subtilius eis, et propter hoc est resolutiuum. Et quãdo comburitur anethum, fit uirtus eius prima in tertio gradu calefactionis, & desiccationis. Et tertia est uirtus, quę confert hulceribus habentibus plurimam saniem, quando teritur, & puluerizatur in eis, & proprie quando fuerint in genitalibus membris. Hulcera uero antiqua, quæ sunt in ano, incarnat cito, & consolidat. Anethi uero recẽtis uirtus prima est plus humida, et minus calida. Et secunda eius uirtus maturat, & resoluit, & facit somnum. Dioscorides.) Virtus anethi est calida, acuta, quando decoctio summitatum & seminis eius sumuntur in potu, prouocat urinam, & sedat tortiones, & inflationes, & retinet uentrem, & sedat singultum. Et si anethũ coquatur in oleo, resoluit exituras, & maturat apostemata frigida, cruda, & quãdo anethum siccum bulitur in aqua, et bibitur decoctio eius, prouocat lac, & sedat tortiones, & uentositates, ac inflationes, & confert nauseæ, & singultui, & prouocat urinam, uerũ, nimius usus anethi debilitat uisum, & abscindit sperma, & quando mulier sedet in decoctione anethi, cõfert doloribus matricis. Semen uero anethi quãdo comburitur, & fit inde emplastrum super hemorrhoidas, aufert eas, & quando puluerizatur super hulcera uirgæ, conglutinat, & consolidat ea, & consolidat hulcera antiqua difficilis cõsolidationis. Anethum uero recens humidum, est minus calidum, & minus resolutiuum, & minus maturatiuum, cꝫ anethum siccum.

Aben mesuai.) Anethum est calidum in secũdo gradu, & proprietas eius est, sedare singultum, & inducere somnũ, & oleum anethi est bonũ uentositatibus, & quando ponitur semen eius in polentis, multiplicat lac, & si accipitur solum, minuit spermа, & debilitat uisum, maxime nimius usus eius.

DE RORE MARINO. CCCXVII.

X Aieralmerien, id est, arbor Mariæ, uel rosmarinus, & est apinalphach, & est cachola. Dioscorides.) Species libanotis sunt tres, una earũ habet semen quod B nominatur fachi. Et quidam nominant hanc speciem ra, aut canusana, aut calamo, & habet folia similia foliis marathri, nisi quia sunt latiora, parum grossiora, & extenditur super terram circulariter, habens bonum odorem, & longitudo stipitis eius est unius brachij, & plus, & habet multos ramulos, super quorum summitates sunt capitella, in quibus est semen album, simile semini plantæ, quę dicitur spondylon, rotundum, angulosum, acuti saporis, in cuius odore est simile odori resinæ pini, et quando masticatur, mordicat linguam. Radix uero eius est alba multum, cuius odor est sicut odor thuris. Est & species alia similis supradictæ, nisi quia semẽ eius est latum, nigrum, simile semini plantæ dictæ spondylon, habens odorem bonum, sed non mordicat linguam, & habet radicem exterius nigram, interius uero albam.

Et est species alia similis supradictis, nisi quia ipsa non habet stipitem, nec semen, nec florem, & nascitur libanotis in locis petrosis, & agrestibus. Galenus.) Ex speciebus huius plantæ una non habet semen, & duæ habent. Et uirtus omnium earum est similis, & hoc, quia uirtus earum, est uirtus, quæ resoluit, & mollificat, & abstergit, & incidit. Et succus radicis eius, & succus herbæ ipsius, quando uterq; miscetur cum melle, curat obscuritatem uisus, quæ fit ab humiditate grossa. Sed species alia quæ habet capitella, & est illa, quam Romani uocant rosmarinum, quæ quãdo datur icterico, confert. Dioscorides.) Quando accipiuntur folia libanotis, cuiuscunq; sint speciei, & teruntur, & fit emplastrum cum eis, confert fluxui sanguinis hemorrhoidarum, & sedat apostemata calida ani, & extenuat hemorrhoidas egredientes, & maturat scrophulas, & apostemata difficilis maturationis, quando radix eius administratur sicca cum melle mixta, mundificat, & quando sumitur in potu cum uino, confert tortionibus uentris, & confert morbus uenenosis, & prouocat urinam & menstrua, & quando fit emplastrum cum ea calida, resoluit apostemata phlegmatica. Et quando exprimitur succus radicis, & aliarum partium eius, et miscetur cum melle, & fit inde collyrium, acuit uisum. Et semen eius quando sumitur in

potu,

C potu, facit omnia hæc, & quando sumitur in potu cum pipere & uino, confert epilepsiæ, & doloribus pectoris antiquis, & ictericijs. Et quando miscetur cum oleo, & linitur inde corpus, prouocat sudorem, & sic confert hydropisi, & teritur, et miscetur cum farina lolij, & aceto, & fit emplastrum cum eo, conferens attritioni lacertorum, & podagræ, & quãdo miscetur cum aceto forti, curat morpheam, ingreditur autem semen eius in sirupis, uerum semen illius, quæ dicitur fachi, nõ est administrandum in potionibus, quæ sunt ad cancrum, quoniam ipsum est acutũ nimis, & exasperans guttur. Credidit autem Theophrastus, quod nascatur in arbore, quę dicitur arbachi, species libanotis, cuius folia sunt similia foliȝs lactucæ agrestis, & quando bibitur radix huius, prouocat uomitum, & laxat uentrem.

Sed libanotis, quam Romani uocant rosmarinum, & est planta, quam multi ponunt in sertis uel coronis, & habet uirgulas multas non grossas, flexibiles, humidas, super quas sunt folia multa densa, subtilia, longa, quorum color exterius est albus, et interius uiridis, habentia odorem fortem cum grauedine quadam, & habet uirtutẽ calefactiuam, & desiccatiuam multum, & ideo admiscetur cum rebus, ex quibus abluitur caput, & puluerizatur de ea super caput, & dimittitur sic tribus diebus, postea abluitur, & confert oculis quibus currunt humiditates, & confert ictericiæ.

Aben mesuai.) Est calida & sicca in tertio gradu, confert corizæ frigidæ cerebri, & quando fit cohol cum eo & melle, confert aquæ descendenti ad oculum.

Rasis.) In azaraui elkialgebeck, id est, corona montana, & est rosmarinus, calefacit, & subtiliat, & expellit uentositates, & prouocat urinã, ac menstrua, & aperit opilationes splenis, epatis, & intestinorum, & rustici ponunt eam in uentribus leporũ, & cuniculorum, ne fœteant propter bonum odorem, qui est in ea.

DE NIGELLA. CCCXVIII.

D XAmim, id est, nigella. Dioscorides.) Est planta parua, habens uirgam paruã, longam circa duos palmos, aut plus, & habet folia parua minuta, & mollia, similia foliȝs plantæ ranoahon, nisi quia sunt minora satis, & superfluitates sunt capitella subtilia, similia capitibus papaueris, oblonga, & in medio eius sunt parietes sequestrantes semina, quod quidem semen est nigrum, acutum, boni odoris.

Galenus.) Substantia nigellæ est subtilis, quam maturauit caliditas completa maturatione, & sapor eius est amarus. Et uirtus eius prima calefacit, & desiccat in tertio gradu. Et secunda abstergit, incidit, ac resoluit. Et tertia curat corizam, quando assatur, & ponitur in panno lini, & odoratur, & resoluit inflationes fortiter interius sumpta, & quando comeditur, occidit lumbricos, & quando ponitur super uentrẽ exterius similiter, aufert egritudinem, cum qua eleuatur cutis, & aufert uerrucas, & maculas, & cõfert asmaticis, & prouocat menstrua retenta caussa humorum uiscosorum.

Dioscorides.) Quidam admiscent hoc semen cum massa pastę, & faciunt inde panem. Et quando fit cum eo emplastrum fronti, confert soda, & quando fit capurpurgium cum eo trito, & ireos, confert aquæ descendenti ad oculum, & quando fit emplastrum cum eo & aceto, aufert bothor malas, & curat scabiem hulceratam, & resoluit apostemata phlegmatica antiqua, & apostemata dura, & teritur, ac miscetur cum urina antiqua, & ponitur super uerrucas, & carbunculos, & aufert, & curat, & quando coquitur cum aceto, & ligno pini, & tenetur decoctio in ore, confert dolori dentium, & quãdo fit emplastrũ cũ eo super umbilicũ, occidit & expellit lumbricos, & quando teritur, & ligatur in panno lini, & odoretur sępe, restringit fluxũ corizę, et est calidę uirtutis, propterea quãdo assidue pluribus diebus potatur, prouocat urinã, & menstrua, & desiccat lac, & quando sumitur in potu cũ nitro, sedat asma, & quando bibitur ex eo drachma una cũ aqua, cõfert morsui rutellæ. Et quando fit fumigiũ cum eo, fugat animalia uenenosa, et quando fit emplastrũ cũ eo super duricies factas in iuncturis pedum, quę dicuntur calli, aufert eas. Et quãdo sumitur interius, incidit, & digerit chimos uiscosos, & tenaces, & aperit opilationes interiores, uerũ, quidam putãt, q̃ si sumatur nimis ex eo, occidit. Aben mesuai.) Proprietas eius est, q̃ aufert febrem phlegmaticã, & melancholicã, & occidit ascarides, et cõfert morsui rutellæ.

De schea

A

DE SCHEA, ID EST, SANDONICO. CCCXIX.

SChea, id est, sandonicum, ut in capitulo de absinthio. Dioscorides.) Sandonicum est planta, & est absinthium marinum, habens semen minutum, similis plantæ quæ dicitur abrotanum, & est plena semine, & habet folia stricta, & non est tantæ amaritudinis, ut est absinthium, & habet grauem odorem. Galenus.) Figura eius in apparentia est sicut figura plantæ absinthij, & sapor eius est sicut sapor absinthij, nisi quia non est tantæ stipticitatis, & calefacit plus quàm absinthium, & in ea est plus de amaritudine quàm in absinthio, cum pauca salsedine. Sed uirtus eius est diuersa à uirtute absinthij, nam est mala stomacho, & occidit uermes in uentre, plus quàm absinthium quando apponitur extra, aut recipitur interius, & calefacit in secundo gradu, & desiccat in tertio. Dioscorides.) Sapor eius est amarus, & est mala stomacho, & habet grauem odorem, & est stiptica cum caliditate pauca, & coquitur sola, aut cum ariza, & bibitur cum melle, & occidit uermes, & expellit eos cum laxatione leui, & quando coquitur cum lentibus, & bibitur, facit hoc. Et pecudes quidem impinguantur, quando comedunt eam.

DE TVRBITH. CCCXX.

TVrbith. Dioscorides.) Caricamon est planta quæ nascitur in littoribus maris, in locis scilicet, quos mare cooperit, quando crescit, quando uero est quietum, non tangit ea. Non enim nascitur intra aquam maris, nec est multum longa ab ea, & nisi quando mare turbatur, & crescit, non tangit ea, & habet folia similia foliȝs plantæ, quæ dicitur arasatis, nisi quia sunt grossiora eis, & habet stipitem longum, duobus palmis diuisum in summitate. Et dicunt quidam quod flos eius mutat colorem suum ter in die, quia mane est albus, & in meridie declinat ad colorem purpureum, in uespere uero fit rubeus. Radix uero eius est odorifera, alba, quæ quando masticatur, calefacit linguam, & quãdo sumuntur in potu de ea drach. 2. cum uino, laxat uentrem, & euacuat humores aquosos, & prouocat urinam, & sumitur ad prohibendum nocumentum uenenorum, sicut alia bezaar. Galenus in translatione albatarich.) Nascitur in littoribus, & in arenis, & natura eus est calida, laxat, & mundificat uentrem, & melius ex eo est illud, quod cum euellitur eius radix à terra, aufertur cortex eius statim, & abijcitur grossum quod est intus, & ex corticibus eius melior est ille qui est ut cannula, gummosus, & albus, & quando uolumus ipsum frangere, frangitur cito, & tunc accipiatur illud turbith, quod est tortuosum, in modum nucis corni. Et in translatione hunahim in octauo. Radix huius plantę habet calidum saporem, & uirtutem calidam in tertio gradu. Et estimauit Hunahim, quod ipse dimisit rememorationem eius in sexto, ne narret ipsum in duobus locis, eo quod conueniẽtius erat quod rememoraretur de eo in sexto, quàm quod rememoraret ipsum in octauo. Aben mesuai.) Turbith est calidum & siccum in tertio gradu, & melius ex eo est illud, cuius color est albus multum, & lene exterius, subtilis ligni, non habens lanam. Et proprietas eius est laxare phlegma uiscosum, uerum ipsum infert debilitatem in animo, propter horribilitatem, & abominationem sui saporis, & rectificatio turbith est, cõficere cum oleo de amygdalis dulcibus, & dosis eius est à drachma una, usq; ad duas, & oportet quod detur potanti ipsum custodia magna, & non detur solum. Et turbith quidem est bonum humoribus sciaticæ educens eos. Mesarugię.) Expellit superfluitates grossas. Alcanzi.) Laxat humores crudos. Abix.) Melius turbith est album, & quod in figura sua est sicut calamus argenteus, & pulpa calami est subtilis, & quod frangitur facile, non existens grossum, neq; graue, & est facile ad terẽdum, & tritum est album, illud uero quod non est tale, non est alicuius ualoris. Et turbith quidem super quod transiuit longum tempus, fiunt uermes in eo sicut in alijs lignis, & uirtus eius debilitatur, & signum in hoc est, quod foramina uidentur in eo, ac si esset perforatum cum acubus, & est leuis ponderis. Et quando inuenis turbith tale, non utaris eo, quia uirtus eius euanuit, & turbith quidem laxat phlegma leuiter, & complexio eius est calida & sicca, sicut complexio scamoneæ, & ineſt ei proprietas laxandi phlegma. Si ergo misceantur ambo simul, operantur in

t colica

C colica & phlegmate, & educunt ambos humores per fluxum uentris. Et rectificatio turbith est, quod si fricetur cortex eius exterior, donec perueniat ad albũ eius, & postea teratur, & cribretur, & si debes illud ponere in magnis antidotis, cribra ipsum per tenue cribrum, & si ponis ipsum in Medicinis laxatiuis, sicut in pillulis, & in decoctionibus, cribra ipsum cum cribro raro, ut sit in eo aliqua grossities, ne adhæreat uillis stomachi. Et communior modus rectificationis eius est, quod conficiatur cum oleo de amygdalis amaris, post contritionem & cribrationem eius. Et si uis dare ipsum habentibus phlegma uiscosum, tenax, tere illud subtiliter, & cribra, ut ipsum adhæreat phlegmati, & expellat ipsum. Et quantitas dosis eius est à drachma una, usq; ad duas. In decoctionibus uero usq; ad drach. quatuor.

DE ALLIO ET SCORDEO. CCCXXI.

CHaom, id est, allium. Dioscorides.) Allium aliud est domesticum, & aliud agreste, & est quoddam ex eo quod inuenitur in Babylonia, quod non est diui sum in dentibus. Galenus.) Virtus allij est calida, & sicca in tertio gradu. Sed in allio agresti sapor est compositus, nam in eo est amaritudo, & acuitas, & stipticitas, & punctio. Et acuitas quidẽ eius est similis acuitati allij domestici, & uirtus allij secunda, est uirtus quæ resoluit, abstergit, & incarnat, & tertia mundificat membra interiora, & calefacit ea, & prouocat urinam, & menstrua. Et quando sumitur in potu, curat attritiones lacertorum, & neruorum, & dolores lumborum, factos ab opilatione causſa frigiditatis, & conglutinat recentia uulnera magna, quando ponitur super ea recens, & mundificat ea, si fuerint ibi sordes in eis, & incarnat hulcera fraudulenta, quãdo desiccatur, & puluerizatur super ea. Sed scordeon, & est allium agreste, & est fortius allio domestico. Et dicitur ꝙ allij porrani uirtus est, sicut uirtus allij, & porri. Et dixit in libro de conseruatione sanitatis, allium resoluit uentositates plus alia Medicina omni, quæ resoluat uentositates, & est bonum dolori intestinorum, non existente febre. Hippocrates.) Allium cõmouet in eo qui ipsum comedit, omnẽ do-
D lorem qui accidit sibi, & melius quod est in eo, est quod ipsum prouocat urinam. Et dixit in undecimo, quod allium expellit sanguisugas, undecunq; adhęserint. Dioscorides.) Virtus allij est calida, sedatiua inflationum uentris, desiccatiua stomachi, inducens sitim, hulcerat cutem, & quando comeditur, expellit ascarides, & prouocat urinam. Et quando comederit allium ille quem serpens momordit, qui nominatur amras, & biberit post ipsum uinum, in quo coctum est allium cum assiduatione, aut triuerit allium cum ruta, & potauerit, confert. Et si fecerit sibi emplastrum cum eo, facit hoc. Et quando allium comeditur crudum, & affatũ, seu aliter coctum, clarificat uocem, & sedat tussim antiquam, & occidit pediculos, & lendines, quando fit assidua comestio eius cũ cibis, & quando allium bibitur cum decoctione fauenegi, id est, origani, facit idem, & quando comburitur, & miscetur cum melle, aufert liuorẽ oculi, & quando sic præparato additur oleum de ben, & linitur inde alopicia, curat eam, & quando miscetur cum sale, & oleo, curat bothor, & quando miscetur cum melle, curat bothor lactea, & impetiginem, & hulcera humida capitis, & furfures capitis,, & morpheam, & scabiem hulceratam. Et quando coquitur cum ligno pini, & olibano, & tenetur decoctio eorum in ore, aufert dolorem dentium. Et quando miscetur cum lumbricis terrestribus, curat ungues leprosos. Et quando miscetur cum foliis ficus agrestis, & cymino, & fit cum eis emplastrum ad morsum animalis, quod dicitur mugalim, confert ei. Et quando sumitur allium post ipsum, & bibitur aqua corrupta, incognita, non nocet potanti illam. Sed folia allij quãdo coquuntur cum tota uirga eius, & fit encatisma in illa decoctione, prouocat menstrua, & expellit secundinam. Similiter autem facit, si fiat fumigiũ cum ea, quando allium miscetur cum oliuis nigris, quæ dicuntur matoten, & comeditur, prouocat urinam, & aperit orificia uenarum, & confert hydropisi. Sed scordeon, & est allium agreste, est minus quàm domesticum, & habet folia similia foliis porri, nisi quia sunt strictiora eis, & habet stipitem longum per unum brachium, & plus, super quem est flos albus. Et uirtus eius est sicut allij domestici, nisi quia est plus calefactiuum, & confert

ad omnia

A ad omnia, sicut allium domesticum, & conuenit ad uulnera maiora, & hulcera fraudulenta, ad morsus uenenosos, & attritiones lacertorum. Sed allium porrinum est planta sicut planta porri ultramarini, & in sapore suo, & est simile porro, & allio, & propter hoc uirtus eius est composita ex uirtute amborũ, & facit ea quæ faciunt porrum & allium, nisi quia operatio eius est debilior operatione illorum, & coquitur, & fit dulcius, deinde comeditur sicut comedũtur porri domestici. Rufus.) Allium calefacit, & incidit humores grossos, uiscosos, & nocet uisui, quia adurit tunicas oculorum, & humiditates eius, & conturbat uisum, & nocet auribus, & epati, & pulmoni, & renibus. Et si est dolor in aliquo loco corporis, incitat, & commouet ipsum, & generat uentositatem. Et allium quidem nouum, & recens est melius ad prouocandum urinam, & mollit uentrem, & expellit lumbricos. Dixit Hunahim.) Causſa omnium horum est acuitas eius. Et in libro de præparatione dietæ dixit. Allium est calefactiuum, & nociuum oculis. Hunahim.) Confert oculis humidis. Abenmesuai.) Proprietas allij est, quod abscindit sitim factam à phlegmate salso, generato in stomacho, propter resolutionem eius, ac desiccationem ipsius in eo, & fugere facit iacuth recentia, & colluere os postea cum uino odorifero, aufert odorem alliorũ ab eo, qui comedit allium. Et allium quidem est sicut tyriaca ad omne genus uenẽni, & ad dolores frigidos. Constantinus.) Quando comeditur allium crudum, expellit lumbricos, & confert stranguriæ, & difficultati urinæ.

DE GALANGA. CCCXXII.

RHulungen, id est, galanga. Isaac Eben amram.) Est uena in grossitudine cassię ligneæ, & cortex eius est rubeus, & interius eius est puluerulentum. Defertur ex Siti. Est calidum & siccum in tertio gradu, & cõfert phlegmaticis, & humiditati stomachi, facit digeri cibum propter suam caliditatem, & resolutionem quã infert stomacho, & propter dissolutionem suam in phlegmate, confert colicæ, & facit bonũ oris odorem, & calefacit renes, & commouet spermа, & quãdo tenetur ex eo in ore
B frustum, facit magnam uirgæ erectionem. Abenmesuai.) Confert stomacho, & facit oris odoré bonũ, & digerit cibum. Medicina antiqua.) Auget in spermate multum, & confert frigiditati renum. Abenmesehah.) Est calidum & siccum in tertio gradu, frangit uentositates, & conuenit colicæ factæ à uentositate, & habenti eructuationes acetosas.

DE HELLEBORO. CCCXXIII.

CHerbachen, id est, duo hellebori, scilicet albus, & niger. Sed albus est planta, cuius folia sunt similia foliis plantaginis, seu foliis plantæ quæ dicitur blete agrion, id est, siclę agrestis, nisi quia sunt breuiora eis, & plus declinãria ad nigredinem, & tendentia aliquantulum ad ruborem, & habet stipitem rugosum, longum, mensura digitorum quatuor, qui quando incipit desiccari, excoriatur, & putrefit cito, & apparent circa stipitẽ, uelut capilli subnigri, & habet radiculas multas, subtiles, egredientes ab una radice parua, & oblonga, simili cępe longo, & nascitur in locis montuosis, & oportet ꝙ fodiatur radix huius plantæ, & reponatur in tempore messium, & melior ad colligendum est, cuius extenditur super terram moderate, & est albus, facile frangibilis, multæ carnositatis, non habens summitates acutas sicut squinantum, & quando frangitur, euolat ex eo res similis puluери, & caro eius est subtilis, & non mordicat linguam fortiter, sed facit abundare saliuam ad os, & caueatur à nimietate sua, quia suffocat. Et melior helleborus albus, est ille qui defertur ex terra quæ dicitur Ercehalon, & ex terra quæ dicitur Gallacia, & secũdus in bonitate est ille qui est ex terra quæ dicitur Italia, sed ille qui est ex Scabdehia est malus, & est albus, similis squinanto, & est suffocans.

SEd Helleborus niger est planta habens folia uiridia, similia foliis dulb, id est, plantani, nisi quia sunt minora eis, sicut sunt folia aphodylli, & sunt magis scissa, & in pluribus locis quàm folia dulb, ac nigriora, & in eis est asperitas, & habet uirgã breuem, & florem album, cum aliquantulo purpureitatis, & est super ipsam uelut racemus, in quo est semen simile grano cartami, & homines de Natibos nominãt ipsum

C sacanonidas,eo quod utuntur ipso in purgatione uentris, & habet multas radiculas subtiles,nigras,egredientes ab una radice,similes radicibus cepe, & quod de eo administratur,sunt istæ radiculæ,& nascitur in locis asperis,siccis, nemorosis, & melius ex eo est plenus,non consumptus,neq; extenuatus, cuius interius est subtile,acuti saporis,& pungens linguam. Galenus.) Sapor hellebori nigri est acutior,sapor uero hellebori albi est amarior.Et uirtus amborum prima calefacit,et desiccat in tertio gradu,& secunda est uirtus quæ abstergit,& tertia cõfert scabiei, & impetigini morpheæ,& ægritudini,cum qua eleuatur cutis,& quando helleborus niger ponitur in fistula dura, remouet duriciem illam in duobus uel tribus diebus, & quãdo fit cum eo collutio oris cum aceto,confert dolori dentium.Hippocrates in libro de hellebo ro.) Helleborus niger euacuat melancholiam per secessum,& albus per uomitum.

Dioscorides.) Quando bibitur helleborus albus, mundificat stomachũ per uomitum,& expellit ab eo humores diuersos,uiscosos,& intrat in cõfectionibus siepe, abstergentibus obscuritatem uisus, & quãdo fit nasale cum eo, prouocat menstrua, & occidit fœtum,& prouocat sternutationes,& quando miscetur cũ sauich,& conficitur cum melle, occidit mures, & quando coquitur cum carnibus, liquefacit eas, & datur ex eo in potu mane cum sisamo, aut pultibus frumenti, aut succo prisanæ, aut arizi,aut mellicrato, aut cum succo lenticulæ, aut postq; coquitur in pane, aliret uero nunq; debet dari.Et iam dixere antiqui multos modos præparationis,& rectificationis eius. Et ego quidé iam dixi id quod Philon Siculus rememorauit in Helleboro,& non oportet me redire ad id quod memini. Ego etiam iam fui locutus de eo in alijs Medicinis.Et narraui etiam in libris Medicinarũ, sermones de modo operationis & præparationis eius,quare non oportet hic prorogare sermonem de hoc. Quidam enim sunt qui dant ipsum in potu cum succo qui dicitur chilos, & est pulsuel polenta. Et quidam sunt qui ante dationé eius tribuunt ei, cui uolunt dare modicum cibi,& postea dant illi helleborum,& qui uult ipsum dare in hunc modum,
D oportet quod det ipsum in locis in quibus datur helleborus, & hominibus in quibus non timetur euentus strangulationis,sicut sunt macilenti corpore,quia quando bibunt ipsi hanc Medicinam,sunt securi à nocumento eius,nam non inuenit stomacham uacuum à cibo, & iam faciunt ex eo licinium, ex quo cum fit suppositorium, prouocat uomitum, sed quando accipiuntur ex helleboro nigro drachmæ duæ, & bibitur solus,aut miscetur cum diagridio & sale, laxat phlegma & choleram,& coquitur cum lentibus, aut cum iuribus, & datur ad uentrem purgandum, & confert epilepsiæ,& melancholiæ,& doloribus iuncturarum, & paralyticis, & habentibus relaxationem membrorũ,& quando fit nasale cum eo, prouocat menstrua,& educit fœtum,& quãdo ponitur in foraminibus fistularum, & dimittitur tribus diebus, quarta uero die aufertur,& mundificat eas, & imponitur auribus habentibus surditatem,& dimittitur tribus diebus,sanat surditatem, & quando miscetur cum oliba-
no,& cæra,& pice,aut cum oleo de alkitran, & linitur cum eo scabies,curat eam,& quando fit emplastrum cum eo solo,aut cum aceto, curat morpheam, & impetiginem,& scabiem hulceratam,& quãdo miscetur cum aceto, & fit inde collutio oris, sedat dolorem dentium, & intrat in confectionibus unguentorũ corrosiuorum carnis,& miscetur cum farina hordei,& uino, & fit inde emplastrum ad aquam citrinam,& confert,& quando nascitur iuxta radicem uitis uini, acquirit ab eo uirtutem laxatiuam, & si inseratur in filum, & suspendatur in uinum, facit uinum esse laxatiuum.Et quidam proijciunt eum in aquam, & aspergunt cum illa aqua domum ad mundificationem pulicum.Et quando helleborus foditur debet subito cauari,quia si tardaretur in hoc, facit dolorem capitis, & obscuritatem uisus, & ideo oportet q̃ cauator hellebori primo comedat allia, & sumat in potu uinũ purum, nam sic erit securus à nocumento eius,& extrahitur cor ab eo,sicut & helleboro albo. Abenmesuai.) Proprietas hellebori albi est, quod purgat phlegma per uomitũ, & suffocat, nam id quod attrahit, attrahit uersus partes gutturis,& inducit syncopim,& quando aliquis uult eum sumere, sumat primo cibum aliquem ante, deinde sumat eum cum

A cum polenta frumenti,aut hordei,postq; fuerit bene tritus. Et helleborus est eligendus longus, pinguis, cito frangibilis,& non grossus, & quando frangitur,apparet intra ipsum simile telæ araneæ.Et dosis eius à drachma una usq; ad duas. Et helleborus occidit canes,& porcos,& purgat phlegma,& mundificat pectus,& confert impetigini morpheæ,& scabiei,& quãdo teritur cum cortice suo, & ponitur super dentem corrosum, confert. Et caueat sibi qui recipit helleborum, ne incurrat spasmum. Sed proprietas hellebori nigri est purgare phlegma ac melancholiam, & non euacuat istos humores per uomitum,sicut facit helleborus albus, & est debilioris operationis quàm helleborus albus.Et melior ex eo est ille,cuius radiculæ sunt plenæ,pingues,subtiles,& quando frangitur, inuenitur intra ipsum res similis telæ araneæ,habens odorem bonum, & cuius hortus est in locis siccis,altis.Et dosis eius est à drachma una & semis,usq; ad duas. Mesarugiæ.) Helleborus albus est fortioris operationis quàm niger,& timor est,ne ille qui sumit helleborũ, incurrat spasmum,& ipse occidit columbos,quando infunduntur fabæ,aut frumentum in aqua,in qua infunditur helleborus,& dant columbis,aut pullis ad comedendum.

DE LAVRO. CCCXXIIII.

GAur,id est,laurus. Dioscorides.) Ex lauro est habens stricta folia,& ex eo est habens latiora, & est masculus. Galenus.) Ex lauro administrantur folia, semina,& cortices radicis eius. Et uirtus eorum prima calefacit,& desiccat fortiter,& granum est fortius quàm folium. Cortex uero radicis est minus acutus,& minus pungitiuus,& plus amarus, & in eo est aliquantulum stipticitatis. Et propter hãc causſam frangit lapidem,& confert ægritudinibus epatis. Et dosis eius ad hoc est à dauich 4. & semis,usq; ad drach. duas, cum uino odorifero. Dioscorides.) Folia ambarum specierum sunt calefactiua, & decoctio eorum calefacit, ita q; si fiat encatisma ex ea, confert ægritudinibus ueſicæ,& matricis,& sedat dolores eorum. Folia uero recentia sunt stiptica leui stipticitate, quando fit emplastrum cum eis, confert punctu-
B zanbor,& apum,& uesparum, & fit emplastrum cum eis,cum pane & sauich,& sedat pulsationem apostematum calidorum, & quando sumuntur in potu,subuertũt stomachum,& prouocant uomitum.Grana lauri sunt calidiora foliis, & quãdo administrantur in loch cum melle,conferunt hulceribus pulmonis, & strictu-
ræ anhelitus,& tussi,& asmati,quod cogit hominem stare erectum, & cursui humiditatum ad pectus,& quando sumitur in potu cum uino,confert punctu-
ræ scorpionis,& aufert morpheam. Lignum lauri quando bulitur cum uino antiquo, & oleo rosaceo, & distillatur in aurem, confert tinnitui & sibilo earum, & cõfert asmati, & intrat in confectionibus unguentorum,quæ fiunt ad lassitudinem, & in confectionibus unguentorum,quæ resoluunt & calefaciunt.Sed cortex radicis lauri quando teritur,& sumuntur ex eo in potu chirat nouem,frangit lapidem,& expellit fœtum,& confert habentibus ægritudinem in epate.

De lauro Alexandrina. Sed gar Alexandriæ est planta habens folia similia foliis myrti agrestis, nisi quia sunt maiora, & molliora, & albiora eis, & habet fructũ inter folia eius,in magnitudine ciceris, cuius color est in rubedine sanguinis, & habet ramos longos, duorum palmorum,aut plus, & radices eius sunt similes radicibus myrti agrestis, nisi quia sunt maiores, & molliores, & odoriferæ, tendentes ad ruborem,& nascitur in locis montosis, & quod administratur de ipsa est radix eius.

Galenus.) Sapor huius est acutus,& in ea amaritudo. Et uirtus eius secunda incidit & abstergit,& tertia eius uirtus prouocat urinam,& menstrua. Dioscorides.) Quando accipiuntur ex radice huius drachmæ sex cum rob,confert difficultati partus,& distillationi urinæ,& mingentibus sanguinem.

De lauro chamedaphne.Sed ex gar est quę dicitur chamedaphne, & habet uirgas rectas,subtiles,lenes,& longas,mensura duorum brachiorum,& habet folia similia foliis lauri,sed sunt minora,& subtiliora,& leniora,quorum color est uiridis,& habet grana rotunda,rubea, adherentia foliis. Galenus.) Rami huius recentes comeduntur. Et uirtus eius est similis uirtuti lauri Alexãdrinæ supradictæ. Dioscorides.)

C Quando teruntur folia huius plantæ bene, & fit emplaſtrũ cum eis, ſedat dolorem capitis, & inflationem ſtomachi, & quando ſumitur in potu cum uino, ſedat tortiones uentris, ſuccus uero eorum quãdo ſumitur in potu cum uino, prouocat urinam, & menſtrua, & quando fit naſale cum eo, facit hoc.

De lauro daphnides. Et ex gar eſt ſpecies alia quę dicitur daphnides, & eſt arbor parua, cuius altitudo eſt unius brachij, & habet uirgas multas, ſubtiles à medietate, ſupra quas ſuperius ſunt folia & uirgæ eius, non facile frangibiles, & ſuper ea eſt cortex fortiter adhærens ligno, & folia eius ſunt ſimilia foliꝭ lauri, niſi quia ſunt molliora, & tenaciora, & ad frangendum difficiliora, mordicantia & pungẽtia linguam, & gulam exaſperantia, & habet flores albos, & grana quando ſunt matura, ſiunt nigra, & habet radicem nullius ualoris in Medicina, & naſcitur in locis montuoſis. Galenus.) Ortus eius eſt ſicut chamędaphnes. Dioſcorides.) Quando folia ſicca huius bibuntur, aut uiridia, laxant ſuperfluitates phlegmaticas, & commouent uomitum, & prouocant menſtrua, & quando maſticantur, attrahunt phlegma ad os, & inducunt ſitim, & prouocant ſternutationem, & ſi ſumantur ex granis eius grana quindecim, laxant uentrem. Oleum uero lauri fit ex baccis lauri anteꝙ maturentur, & eſt pingue quãdo ipſa grana coquuntur in aqua, apparet ſuper aquam unctuoſitas quæ colligitur in cocleis. Quidam uero buliunt cyperũ cum oleo, & ſquinantum, & calamum aromaticum, deinde proiſciunt in ipſum folia lauri recentia, & coquunt. Et ſunt qui proiſciũt cum foliꝭ lauri eius grana, & coquuntur omnia, donec fit odoriferum. Quidam uero addunt ſtoracem, & myrtum. Et melior ſpecierũ lauri ad faciendum oleum eſt laurus montana, habens lata folia. Et melius oleum lauri eſt recens, uiride, amarum, & acutum multum. Galenus.) Oleum laurinum eſt calidius oleo nucis, & id quod eſt magis reſolutiuum eo, eſt alkitran. Dioſcorides.) Virtus olei laurini eſt calefactiua, mollitiua, & aperitiua orificiorum uenarum, & reſoluit laſſitudinem, & conuenit omnibus neruorum doloribus, & frigoribus, & doD loribus aurium, & ſoda, & catarro, & quando bibitur, facit nauſeam.

DE DORONICO. CCCXXV.

HAronigi, id eſt, doronicum. Dicitur quod ſunt uenę albæ interius, exterius uero ſunt ad citrinitatem tendentes, & ſunt fruſta in groſſitudine ramorum ſcethargi, in magnitudine nodi pollicis ad plus, & ſunt aliquantulum duræ, & graues, & deferuntur ex Sim. Et doronicum ex Sim eſt illud quod adminiſtratur magis, & eſt calidum & ſiccum in tertio gradu, & confert doloribus generatis ex uentoſitatibus groſſis inflatiuis, & proprie uentoſitatibus matricis, & confert morſibus uenenoſorum, & puncturis eorum bibitum, & facto emplaſtro cum eo, & ficubus, & intrat in confectionibus magnis. Aben meſuai.) Eſt calidum & ſiccum, & confert uentoſitatibus, maxime matricis, & cõfortat cor, & cõfert tremori cordis, & ad caphacam.

DE MEDICINIS CALIDIS ET humidis tertij gradus.

ET PRIMO DE ZINZIBERE. CCCXXVI.

IEngibel, id eſt, zinziber. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum quod inuenitur in terris Arabum, & homines illius terræ utuntur foliꝭ eius in multis rebus, ſicut utimur nos ruta, uidelicet in cibis, & potibus, & decoctionibus, & aliꝭs, & radices eius ſunt paruę ſicut radices cyperi, quarum color declinat uerſus albedinem, & ſunt ſicut mutilatæ, & in ſapore earum eſt delectatio, & ſimilitudo ſaporis piperis, & habent bonum odorem. Et oportet ꝙ eligantur illæ quæ non ſunt perforatæ. Et ſunt quidã condientes zinziber cum mele, & quidam cum rob, & aliꝭ præparãt ipſum cum aqua, & ſale, & hoc ne putreſcat, & ſic ponunt in uaſculis terreis, ut portetur ad partes Romanorum, & conuenit in cibis, & comeditur cum piſcibus ſalſis. Galenus.) Radix huius plantæ defertur ad nos ab India, & eſt id in quo eſt iuuamẽtum. Et uirtus eius prima eſt calefactiua, forti calefactione, humida uero, humiditate indigeſta, & propter hanc cauſſam humiditatis

A ditatis, corroditur, & corrumpitur cito, nam iſta corruptio non accidit rebus nimis ſiccis, neꝙ rebus habentibus humiditatem digeſtam, ſimilem ſubſtantiæ ſuæ. Et tertia eſt uirtus, quæ addit in ſpermate. Et quando uolumus calefacere aliquod membrum, adminiſtramus ipſum, & quando uolumus calefacere corpus totum ſubito, adminiſtramus illa, quæ quando ponuntur ſuper corpus, calefaciunt ſubito, ſicut piper, & longum piper, & ſi aliqui contradicunt in eo, quod dixi in pipere nigro, eorũ contrarietas in eo eſt pauca. Naſturcium uero, & ſinapis, & tapſia, & ſtercus columbarum ſilueſtrium, non operantur hoc operatione completa, niſi tempore longo.

Dioſcorides.) Virtus zinziberis eſt calefactiua, iuuat ad digerendum cibũ, & mollit uentrem leuiter, & eſt bonum ſtomacho, & obſcuritati uiſus, & intrat in confectionibus electuariorum, & uniuerſaliter, habet uirtutem pipere ſimilem.

Aben meſuai.) Zinziber confert opilationi epatis factæ à frigiditate & humiditate, & iuuat ſuper coitum, & digerit cibum, & reſoluit humiditates groſſas ſtomachi, & inteſtinorum, mollit uentrem, & confert obſcuritati uiſus, factæ ab humiditate, facto cohol cum eo. Sed zinziber confectum cum melle, eſt calidum & ſiccũ, quia mel remouet ab eo humiditatem, & commouet ſperma, & calefacit ſtomachum, & corpus totum, & digerit cibum, & confert uenenis, & deſtruit phlegma, & confert obſcuritati uiſus. Ignotus.) Confert memorię. Et proprietas zinziberis eſt, diminuẽdi humiditatẽ, quę eſt in ſtomacho, à comeſtione fructuũ, ſicut ſunt melones, et ſimilia.

DE GRANO ZELIM. CCCXXVII.

HAb zelim, id eſt, granum zelim. Et eſt granum pingue, in magnitudine ciceris, & eſt citrinum exterius, album interius, & habet bonum ſaporem, & defertur ex terris Barbariæ, & nominatur piper nigrorum: uerum piper nigrorum ſecũdum ueritatẽ eſt aliud, & in Barbaria nominat croni, & eſt ſimile phaſeolis in forma ſua, niſi quia grana eius & cortex ſunt minora phaſeolis, & habet colorem nigrum, & ſaporem acutum ſicut piper, & defertur ex terris Nigrorum, & confert doloribus den
B tium. Haheſe.) Eſt calidum in tertio gradu, & humidum in primo, addit in ſpermate bono augmento, odorem oris facit bonum, & naſcitur in locis, qui dicuntur Chedenſor.

DE ENULA. CCCXXVIII.

IAſim, id eſt, enula. Dioſcorides.) Quidam nominant zinziber de Sem, & habet folia ſimilia foliꝭ plantæ, quę dicitur flominos uel flomos, niſi quia ſunt aſperiora & longiora, & habet ſtipitem magnum, et folia eius non eleuantur à terra, ſed extenduntur ſuper faciem terræ, & habet radicem magnam, boni odoris, cuius ſapor habet acuitatem, & eſt ſubrubei coloris. Inuenitur autem planta enulæ, quæ naſcitur ſicut reos, & eſt ſicut ſerpentaria, & naſcitur in locis montuoſis, & humidis, & hortis. Euellitur autem radix enulæ in tempore æſtiuo, & deſiccatur, et eſt illud, quod de ea adminiſtratur. Et in Babylonia eſt ſpecies alia enulæ, & eſt planta habens ramos in longitudine unius brachij, extenſos ſuper terram, ſicut ſerpillum, & habet folia ſimilia foliꝭ lenticulæ, niſi quia ſunt longiora, & plurima ſuper ramos, & habet radices paruas citrinas, quarum groſſitudo eſt ſicut digitus medius, & inferior pars radicis eſt ſubtilior parte ſuperiori eius, et ſuper ipſam eſt cortex niger, et naſcitur in locis montiuis, quæ quando bibitur una ex radicibus ſuis, confert morſibus uenenoſis.

Galenus.) Virtus enulæ prima calefacit, & humectat, nam in ea eſt humiditas ſuperflua indigeſta. Et eſt ſecunda uirtus quæ adiuuat ad excreandum humores uiſcoſos, ac groſſos, in pectore & pulmone, & calefacit membra egra ab egritudine frigida, ſicut ſciatica, & ab hemigranea, & cõfert fluxibilitati membrorum, factæ ab humiditate. Dioſcorides.) Quando bibitur decoctio eius, prouocat urinam, & menſtrua. Et quando teritur radix eius, & miſcetur cum melle, & fit inde lohoc, & adminiſtratur, confert tuſſi, & coartationi anhelitus, & attritioni neruorum, & tumoribus ac morſibus uenenoſis, propter caliditatem ſuam.

Folia uero enulæ quando coquuntur cum uino, & fit emplaſtrum cum eis, confert ſciaticæ, & quando radix eius conficitur cum rob, eſt bona ſtomacho, & qui

C conficiunt eam, desiccant prius illam, deinde infundunt illam in aqua, & terunt, & ponunt eam in rob, & reponunt. Hunaim ex uerbo Hippocratis.) Enula aufert iram, et tristiciam, fortificat os stomachi, & mundificat pectus, & prouocat superfluitates, quæ sunt in uenis, per menstrua & urinam, & maxime uinum factum cum ea.

DE TAPSIA. CCCXXIX.

TApsia, & est ianthum, id est, tapsia. Dioscorides.) Est planta, quæ tota nominatur driç, & habet stipitem similem ferulæ, & habet folia similia foliis marathri, & habet ramos subtiles, in quorum summitatibus sunt coronæ, similes coronæ anethi, & habet florem album tendentem ad citrinitatem, & semen latum, simile semini plantæ, quæ dicitur caricas, nisi quia est minus eo, & habet radicem albam, grossam, multorum corticum, acuti saporis, ex qua extrahitur lachryma in hũc modum. Foditur circa ipsam, & scinditur cortex radicis eius, & cooperitur fouea illa, ut mane reperiatur lachryma munda, inuenitur nanq; die sequenti illa humiditas coadunata iuxta radicem, & colligitur, ac reponitur. Exprimitur autem succus à radice eius, postquam teritur, & exprimitur cum uiolétia, & desiccatur in sole, donec fiat spissus. Et quidam exprimunt succum simul ex foliis & ex radice eius, uerum iste talis est debilis uirtutis, discernitur uero hic ab illo, qui sit ex sola radice, quoniam ille qui est ex sola radice, est pinguior, & remanet semper lentus, sed ille qui non est ex radice sola, sed est ei admixtus succus foliorum, desiccatur, & fit aridus, & in processu temporis corroditur. Oportet autem illum qui colligit hanc lachrymam, quod non colligat eam in die nentoso, sed in die quieto à uento, & ne calor solis sit fortis ualde, ne facies colligentis tumescat, & omne quod ex corpore eius erit nudum, propter acuitatẽ uaporis eius, & propter hanc causſam oportet quod liniat id, quod ex corpore suo derectum est, cum cæroto liquido. Galenus.) Virtus eius prima est calida forti calidate, cum pauca humiditate. Et secunda est uirtus quæ attrahit fortiter, uerum non
D operatur hæc, nisi post longum tempus, propter superfluam humiditatem existentẽ in ea, & ob hanc causſam miscetur cum loch, quæ mundificat & attrahit spurũ à pectore & pulmone, & calefacit mẽbra infirma ex chronica egritudine, sicut sunt sciatica, & hemigranea, & laxationẽ membrorũ propter humiditatem, & rubificat ea.

Dioscorides.) Virtus corticis radicis eius, & lachrymæ, & succi, est laxatiua, & uomitiua, quando bibitur quodcunq; istorum cum melicrato, & datur ex decoctione radicis eius quantitas quatuor onolosat cum drachmis tribus, ex semine anethi, & ex succo eius dantur tres onolosat, et ex lachryma drachma una tantum, nam si plus exhiberetur, noceret. Et purgatio facta cum eo, conuenit asmati, & dolori lateris antiquo, & adiuuat ad excreandas superfluitates pectoris, & ponitur in cibis de eo, & datur non potentibus euomere, & facit uomitum facilem, lachryma uero eius et cortex radicis habent de uirtute corrumpendi complexionem humani corporis, & destruendi ipsam plus omni alia Medicina, ex his quæ sunt consimilis operationis. Quando uero uolumus attrahere aliquid ex profundo corporis, aut præparare uiam aliquam, qua educatur aliquid ex corpore, administramus hanc Medicinã, ob hanc causſam, quando linitur super alopiciam ex cortice, aut ex lachryma eius, facit in ea nasci capillos. Et miscetur cortex eius contritus, aut lachryma cum olibano & mum, & administratur super liuores, & aufert eos, oportet autem, quod dimittatur ibi duabus horis tantum, & auferatur, deinde infundatur super locum aqua calida, & aufert impetiginem, & lentigines. Et quando succus eius miscetur cũ melle, aufert scabiem hulceratam, & mundificat pustulas, maxime si adiungatur ei sulphur, & liniuntur inde apostemata, & aperit ea, & administratur in unctionibus ad dolores antiquos lateris, & pulmonis, & linitur super dolores antiquos iuncturarum, & podagræ, & præstat magnum iuuamentum, & quando ponitur super ossa denudata, uestit ea carne.

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET SICCIS tertij gradus. Et primo de Iusquiamo. CCCXXX.

Bengi

A BEngi, id est, iusquiamus. Dioscorides.) Est arbustum paruum, habens stipitem grossum, & folia lata, & longa mediocriter, scissa in summitate, color quorum uergit ad nigredinem, & super ea est bora, & super ramos eius in lateribus est fructus similis balaustiæ in figura sua sortitus super ramos ipsos æque distantes per ordinẽ, super quem fructum est cooperculum simile scuto, & iste fructus est per ordinem, super quem est fructus plenus semine, simile semini papaueris. Et species eius sunt tres, una earum habet flores purpureos, & folia similia foliis plantæ, quæ dicitur samzinalcos, et semen nigrũ, et fructus in quo est semen, habet corticem suum durum, spinosum, et est simile balaustię. Alia uero species habet florem mellini coloris, et folia et flores sunt molliora foliis prædictæ speciei, & habet semen, cuius color tendit ad rubedinẽ, simile semini plantæ, quæ dicitur arusman, & ambæ istæ species inflant, & tumere faciunt, & inducunt subeth, & non competunt in usu Medicinæ. Tertia uero species, in qua est iuuamentum in Medicina, est remissioris uirtutis, molliori tactu, & habet folia pinguia plena humiditate, & super ea est bora alba, & habet semen album, & nascitur prope arbores, & sterquilinia, & prope mare, & in rupibus. Semen uero huius melius est, & magis album. Si uero ista non potest haberi loco eius, pone illam, cuius flos est rubeus. Species uero illa, cuius semen est nigrum, est fugienda, nam ipsa est mala perniciosa. Teruntur autem folia, & fructus, & rami huius plantæ dum sunt recentia, & exprimitur inde succus, qui postmodum desiccatur in sole, & seruatur. Nõ debet autem administrari postquam transiuit annum, quia cito corrumpitur. Et accipitur semẽ eius solum siccum & tritum, & roratur super ipsum aqua calida in contritione, & sic exprimitur succus ab eo. Quidam uero admiscent succo huius plantæ farinam frumenti, & faciunt inde trociscos, & seruant eos. Et succus huius plantæ est melior quàm gummi eius, & magis sedatiuus dolorum. Galenus.) Iusquiamus, cuius semen est
B nigrum, & signum super hoc, quod habet semen nigrum, & quod flos eius uergit ad rubedinem, facit maniam, & subeth. Iusquiamus uero, cuius semẽ est subrussum, cognoscitur in hoc, quod flos eius est citrinus, & est propinquius primo in uirtute, & ideo oportet, quod caueatur ab his ambabus speciebus, & non utatur eis aliquis, quia non est iuuamentum in eis, sed occidunt. Iusquiamus uero habens semen albũ & florem album, conuenit usui Medicinæ, et est in tertio gradu rerũ infrigidantium.

Dioscorides.) Succus iusquiami expressus ex foliis, & fructu, & ramis, & succus qui exprimitur à semine solo, intrat in sief, sedantibus dolores oculorum, & conuenit cursui humiditatum calidarum, & doloribus auris, & matricis, & quando miscetur cum farina, & sauich, & fit inde emplastrum, conuenit apostematibus oculorũ, aut pedum, aut in quocunq; alio loco sit calidum apostema, & semen eius facit hoc, & cum hoc est bonum tussi, & catarro, & cursui humiditatum ad oculum. Et quando bibuntur ex eo duo onolosat cum semine papaueris & melicrato, conferunt fluxui menstruorum immoderato, & quando teritur, & fit emplastrum cum eo podagræ, cum uino, aut apostemati testiculorum, aut mamillæ enixæ, confert, & miscetur cum emplastris alijs, quæ fiunt ad sedandum dolores, & confert. Et trociſci facti ex foliis iusquiami, conferunt etiam ad sedandum dolores, & quando miscentur cum sauich, & fit emplastrum cum eis, aut fit emplastrum solum cum eis, & emplastrũ factum etiã ex foliis recentibus eius, sedat dolores. Et dantur in potu tria folia eius, aut quatuor, cum uino, curant febrem, & epilepsiam, & est febris, in qua sunt frigus & calor simul. Et quando coquuntur folia iusquiami sicut alia holera, et comeditur ex eis quantitas tripli, aufert sensum eo tempore. Et quidam putauere, quod si fiat clistere cum eis in colica, facit hoc etiam. Quando uero coquitur radix iusquiami cum aceto, & fit cum decoctione eius oris collutio, remouet dolorem dentium.

DE SANGVINE DRACONIS. CCCXXXI.

DEmalochohen, id est, sanguis draconis. Dioscorides.) Quidam nominant hanc plantam sidrichis, & egilos, & est planta, habens uirgas longas unius palmi, aut plus, similes fusis, quibus filatur, super quas sunt folia parua, similia foliis co-

riandri

C riandri, quorum color uergit ad rubedinem, & habet uiscositatem, & odorem fortem, non tamen malum, sed prope odorem Medicinarú, & in summitatibus ramorum sunt coronæ rotundæ, & flores albi in principio natiuitatis eorum, in fine uero fiunt aurei, & nascitur in terra bona culta. Galenus.) Sidrichis in planta ista est res quæ abstergit, & est in ea humiditas multa, & ipsa infrigidat parum, & cum hoc in ea est stipticitas pauca, & ob hanc caussam prohibet generationem apostematum, & conglutinat hulcera facta à percussione. Et sunt quidam, qui nominant plantam, quæ dicitur egilos, nomine illius plantæ, & est planta, similis huic in uirtute, in omnibus, nisi quia hęc planta est superior in stipticitate ab ipsa, & propter hanc caussam confert fluxui sanguinis, & hulceribus intestinorum, & fluxui immoderato menstruorum superfluo. Dioscorides.) Quando hæc planta teritur bene, & ponitur super hulcera cum suo sanguine, conglutinat ea, & prohibet apostemationem eorum, & abscindit fluxum sanguinis menstruorũ, & fit encarisma ex decoctione eius, in qua sedent mulieres, & abscindit à matrice cursum humiditatum antiquarum, & bibitur decoctio eius ad hulcera intestinorum. Constantinus.) Succus huius plantæ dicitur sanguis draconis, & est rubeus fortiter, & sapor eius est stipticus, & uirtus eius prima infrigidat in tertio gradu. Et secunda confert incisionibus carnis. Et tertia incarnat uulnera, & conglutinat ea, & hulcera, & quando fit suppositorium cum eo, stringit uentrem, & confortat stomachum, interius receptus, & exterius appositus etiam.

DE SPODIO. CCCXXXII.

SAtaiscir, uel rescius, id est, spodium. Bedigoras.) Proprietas spodij est, quod cõfert caliditati choleræ. Rasis ex uerbo Galeni.) In spodio est resolutio, & prohibitio, & repercussio, & infrigidatio, sed infrigidatio eius est fortior, & in sapore eius est amaritudo, & stipticitas, & propter hoc desiccat. Et iam est declaratum, quod in spodio est uirtus composita, sicut in rosa, & non est in spodio tantum stipticitatis,
D quantũ in rosa. Dioscorides.) Spodium cõfert apostematibus calidis oculorum. Mesehah.) Spodium est frigidum in tertio gradu, siccum in secundo, confert inflationi choleræ, & fortificat stomachum, & confert hulceribus oris.

Mesarugie.) Est bonum cholerę, & syncopi, & bothor factis in ore puerorum.

Rasis.) Spodium est frigidum & siccum in tertio gradu, stringit uentrem, & confert hulceribus oris, & inflationi cholerę, & fortificat stomachũ, & cõfert syncopi, & cardiacę calidę, quando datur in potu ex eo, & cõfert bothor frigidis in ore infantiũ.

DE MANDRAGORA ET MARBO. CCCXXXIII.

IAbora, id est, mandragora, & fructus eius dicitur lofah. Ysaac eben amram.) Est sceherig, & est archileta. Dioscorides.) Species mandragoræ sunt duæ, scilicet, masculus, & fœmina, & color fœminæ est niger, & uocatur baridachis, aut lactuca, nam in foliis eius est similitudo cum foliis lactucæ, & sunt pinguia, grauis odoris, & extenduntur super faciem terræ, & in medio foliorũ eius est simile mespili, & est lusufa, & est citrini coloris, habens odorem bonum, & intra ipsum sunt grana similia granis pirorum, & habet radices magnas mediocriter duas, aut tres, adinuicem adhærentes, exterius nigras, & interius albas, super quas est cortex grossus. Et hæc species mandragoræ non habet stipitem. Sed masculus est albus, & uocatur antimenon, & habet folia magna, lata, alba, similia foliis siclæ, & mollia, & poma eius sunt maiora in duplo pomis primæ speciei, quorum color est similis colori croci, habentia bonum odorem, cum quadam grauedine, & pastores quidem comedunt aliquando ea, & inducũt eis subeth. Radix uero eius est similis radici primę speciei, nisi quia est alba, & ista species etiam non habet stipitem. Exprimitur autem succus à cortice huius radicis, postquam cõtunditur, & ponitur sub aliqua re ponderosa, donec egrediatur totus succus, qui postea ponitur in sole, donec inspissatur, & reponitur in uase uitreo. Exprimitur etiam succus à pomis eius, sicut exprimitur à cortice radicis, nisi quia est subtilioris uirtutis. Et accipitur cortex radicis, & inseritur in filis, & suspenditur, donec siccatur, & reponitur. Galenus.) Virtus prima mandragoræ est frigida in tertio gradu, & est in ea cum hoc pauca siccitas, sed in pomis mandragoræ est humiditas

A miditas, & propter hanc caussam faciunt subeth. Sed cortex radicis eius est frigidus multum, & cum hoc desiccat, sed medulla radicis in tempore est debilis uirtutis.

Dioscorides.) Sunt quidam coquentes radicem mandragoræ cum uino, donec minuatur tertia pars eius, & colant, ac reponunt, et accipiũt ex eo quantitatem unius conos, & administrant ad superfluas uigilias, & ad sedandum dolores, & quando fuerit necessarium incidere, aut cauterizare aliquod membrum, & uolumus, quod dolor non sentiatur, detur in potu ex eo plus, & si bibantur duo conos, ex succo radicis eius cum melicrato, faciunt euomere phlegma, & choleram sicut helleborus, sed si plus accipiatur, occidit. Et cortex radicis intrat in Medicinis oculorum, & in Medicinis quæ fiunt ad sedandos dolores, & in nasalibus. Et quando accipitur ex eo medius onolos, & supponitur, prouocat menstrua, & extrahit fœtum, & quando ponitur in ano sicut suppositorium, prouocat somnum. Et dicitur, quod quando coquitur eius radix cum ebore sex horis, mollificat eum, & facit ipsum aptum ad faciendum quamcunq; uelis figuram. Et quando fit emplastrum cum foliis eius recentibus cum sauich, conuenit apostematibus calidis oculorum, & apostematibus calidis superuenientibus uulneribus & hulceribus, & resoluit apostemata dura, & scrophulas, & exituras. Et quando fricatur cum eo impetigo, & baras, & similia illis quinq; aut sex diebus, aufert ea sine hulceratione loci, & confert attritioni factæ ab itinere, & rectificat colorem malum superuenientem hulceribus: & desiccantur folia eius, & administrantur ad supradicta. Radix uero eius quando teritur fortiter, & fit cum ea emplastrum & aceto, curat erisipillam, & quando miscetur cũ melle aut cum oleo, est bona morsui uenenosorum, & quãdo miscetur cum aqua, resoluit scrophulas & exituras, & quãdo miscetur cum sauich, sedat dolores iuncturarum, & omnes alios dolores. Fit autem uinum cum cortice radicis mandragoræ absq; decoctione, secundum istum modum. Accipitur ex uino dulci anphora una, & proijciuntur in ea tres magnę radices eius, & datur in potu ex eo quantitas quatuor onolos, ei quem
B necesse est cauterizare, aut incidere, & non sentiet cauterizationem, aut incisionem, propter subeth, quod accidit. Exiccantur autem poma & folia mandragoræ sicut dixi, & oportet, quod in exiccatione eorum caueatur uapor ab eis, nam eorum odor facit subeth. Simile etiam accidit ex succo eius, quare elongetur ab eis. Et quando sumitur de eis minus, aut de succo eius, faciunt apoplexiam. Sed semen pomorum mandragorę quando sumitur in potu, mundificat matricem, & quando miscetur ei sulphur, & fit inde nasale, abscindit fluxum menstruorum. Colligitur autem lachryma ab hac planta, quando radix eius perforatur, & colligitur id quod ex lachryma emanat in uase uitreo, uerum succus eius est fortior lachryma, & non est in omni parte radicis tantum de humiditate, quod quando uulneratur, emittat lachrymam, quod quidem per experientiam potest uideri.

Est autem alia species plantæ, quam quidam dicunt huius herbæ esse speciem, & uocant eam marbus, quæ nascitur in locis umbrarum, & habet folia similia foliis yebrohach albi, nisi quia sunt minora illis, & habet uirgam longam circa duos palmos, cuius color est albus, & folia eius sunt longa circa palmũ unum, & alba, & sunt prope radicem eius. Radix uero eius est alba, mollis, longa, plus palmo uno, & est grossa sicut pollex. Et dicitur, quod quando ex ista radice datur alicui in potu, aut in cibo cum pane, aut cum quocunq; alio cibo, inducit sumentes eam in subeth, ut dicunt, & perseuerãt in eo tribus aut quatuor horis. Et ideo Medici Chirugiæ dãt eam, quando uolunt incidere seu coquere aliquod membrum. Et dicitur, quod quando bibitur ista radix post solatrum, quod dicitur suffocans, est tyriaca. Rasis.) Dixerũt mihi quidam ex antiquis Babyloniæ, q̃ puella quædã comedit quinq; poma mandragoræ, & cecidit syncopizata, & facta est tota rubicunda, & quidam superueniens effudit super caput aquã niuis totiens, donec surrexit. Et ego uidi homines, qui sumpserunt de radice eius caussa impinguandi, & accidit illis, sicut solet accidere hominibus exeuntibus à balneo, et bibentibus post balneum uinum multum, nam factus fuit uultus eorum rubicundus nimis, & tumidus.

De camphora

C

DE CAMPHORA. CCCXXXIIII.

KAphor,id eſt,camphora. Dioſcorides.) Almaçodi,terræ pançor, ſunt inſulæ quæ ſunt propinquę regioni Sarandin, & ideo dicitur camphora de Pançor. Et in annis in quibus fiunt multa fulgura, & tonitrua, & multi terræ motus, generatur ibi multa canphora. In annis autem in quibus non fiunt hæc, fit pauca. Et dicunt, ꝙ in mõtibus Indiæ, & Sim ſunt ex arboribus camphoræ. Iſaac eben amram.) Camphora defertur ex regione Faffella, & ex regione calca, & dhabehach, & harigi, & plurimum quod defertur ex ea, eſt harig, & eſt minor Sim. Et camphora eſt gummi arboris naſcentis in partibus illis, & eſt gummi maculati coloris rubei, & lignũ eius eſt album tenerum, quaſi uelit fieri nigrum. Et camphora reperitur in corde ligni arboris in petijs ligni, quæ ſunt ibi intus extenſæ. Sed melius camphora eſt rihach, & eſt illa quæ naſcitur & egreditur ex ligno per ſe in ſua arbore, & color eius eſt rubeus maculatus, quæ poſtea ſublimatur ibi, & fit camphora alba, & dicitur riachin, eõ quod primus rex, qui regnauit ibi, nominatus eſt Rihach. Et nomen loci in quo reperitur, dicitur Pançor, & ideo dicitur canphora illius loci, canphora de Pançor, & eſt melior, ſubtilior, & albior, & maioris duribilitatis, & maius fruſtum quod ex ea inuenitur, eſt ſicut drachma una, & poſt ipſam in bonitate eſt camphora, quæ dicitur fauçen, & eſt groſſa, habens obſcurum colorem, nec eſt clara ſicut rihach, nec precium eius eſt tantum, ſicut precium illius, nec durat in tãtum ſicut rihach, & poſt ipſam in bonitate eſt camphora, quæ dicitur carſab, & eſt fuſca, & eſt minoris precij ꝙ rihach, & poſt iſtam eſt illa, quę balonich dicitur, in qua ſunt admixta fragmenta ligni camphoræ, & eſt unctuoſa, gũmoſa, et iſta reperitur in fruſtis ad quantitatem unius amygdalæ, aut ciceris, aut fabæ, aut lentis, et eſt bona ad aromatizandum, ſicut aromatizatur cum fumigatione ex coſto, mirtha, et thure, in templis Epiſcoporum, et omnes iſtæ ſpecies camphoræ clarificantur per ſublimationem, et egreditur ex eis camphora alba in lamis albis, ſimilibus in figura ſua paraſidibus, D et uocatur iſta camphora ſic ſublimata, camphora operata. Et dicitur, quod de Balonich et Carſab exit in ſublimatione ex imoemud libra una de ſublimata, uſq; ad libram mediam, et eſt mediocris precij inter alias ſpecies camphoræ. Et camphora quidem eſt frigida et ſicca in tertio gradu, confert calefactis, et patientibus ſodam cholericam, quãdo odoratur ſimplex, aut cum aqua roſacea, aut ſandalis confectis, et odor camphoræ abſcindit deſyderium coitus. Sed potio ipſius eſt fortioris operationis, et quando miſcetur ex ea quantitas pauca cum Medicinis ſtringentibus fluxum uentris cholericum, fit eius operatio melior, et uſus camphorę accelerat canos. Et quando fit caputpurgium ex duobus granis ex ea in pondere cum aqua lactucæ, reprimit caliditatem cerebri, et facit dormire, et aufert ſoda, et abſcindit fluxum ſanguinis à naribus. Et quando fit caputpurgium cum ea trita cũ ſucco uuæ acerbæ, prohibet fluxum ſanguinis narium, et abſcindit eum, et ſtringit etiam ipſum à quocunq; loco fluat. Et camphora intrat in confectionibus fumigationum, et unguentorum, præter ꝙ in galia, et diambra. Raſis.) Camphora eſt frigida, ſubtilis, et cõfert ad ſedandũ egritudines calidas factas in capite, & in toto corpore, et qui utitur nimis camphora, incurrit uigilias, eſ ſi ſumatur in potu, infrigidat renes, et ueſicam, et coagulut ſperma, et generat egritudines frigidas, et maxime in regiõibus frigidis.

Meſeah.) Canphora eſt frigida et ſicca in tertio gradu, et abſcindit fluxum ſanguinis narium, quando fit cum ea caputpurgium, cum ſucco uuæ acerbæ.

Meſarugie.) Quidam ſumpſit ex camphora aureos ſex in tribus uicibus, et deſtruxit adeo ſtomachum, quod non poterat cibum digerere, et abſcidit ei ſperma.

Aben meſuai.) Canphora ſtringit uentrem, et potus eius accelerat canos, et confert apoſtemaribus calidis. Aben amram.) Canphora eſt frigida in tertio gradu, et confert calefactis cum aqua roſacea, et confortat membra eorum, et ſenſus ipſorũ. Et quando miſcetur ex ea parua quantitas in Medicinis factis ad ſtringendum fluxũ uentris factum à cholera, confert. Medicina antiqua.) Canphora ſtringit uentrẽ, et uſus eius accelerat canos.

De auellana

A

DE AVELLANA INDICA. CCCXXXV.

FAufel,id eſt,auellana Indica. Haboanifa.) Arbor faufel, eſt ſicut arbor negil, & emittit camerulas, in quibus eſt faufel ſicut dactylus, & arbor iſta non eſt in terris Arabum. Iſaac eben amram.) Faufel eſt auellana Indica, & eſt fructus ſimilis nucis muſcatæ in quantitate & colore ſuo, & in ea ſunt ruge, & in ſapore eius eſt parum caliditatis, & cum pauca amaritudine, & defertur ex Sim, & eſt frigida, & fortiter ſtiptica, & fortificat membra. Et uirtus eius eſt ſicut uirtus ſandalorum rubeorũ, & confert apoſtematibus calidis, quæ quãdo nõ reperitur, ponitur loco eius pondus ipſius ex ſandalo rubeo, & medietas ponderis eius ex coriandro recenti. Atabari.) Faufel eſt frigidum, & fortiter ſtipticum, & fortificat membra. Et uirtus eius eſt ſicut uirtus ſandali rubei. Mahaçer.) Faufel eſt frigidum & ſiccum, & eſt bonum egritudinibus calidis, quando linitur cum eo locus. Bedigoras.) Eſt bonum apoſtematibus groſſis uel duris. Meſarugie.) Et conueniens dolori dentium, & ſcabiei palpebratum. Aben meſuai.) Faufel eſt frigidum & ſiccum in tertio gradu, & ſtipticum, & confert dolori dentium, & fortificat dentes commotos, & gingiuas, ſtipticitate ſua; reprimit caliditatem oculi, quando fit cohol cum eo, aut emplaſtrum.

DE SANDALO. CCCXXXVI.

SAndal, id eſt, ſandalum. Defertur ex Sim, & eſt album, rubeum, & citrinum. Meſehah.) Eſt frigidum in tertio gradu, & deſiccat in ſecundo. Aben meſuai.) Eſt frigidum in tertio gradu, & confert debilitati ſtomachi, & dolori capitis factis à cholera. Et ſandalũ rubeum eſt frigidius albo, & citrino, & magis iuuatiuum, nam ipſum prohibet fluxum humorum ad membra, & eſt ſicut faufel in frigiditate & ſiccitate, & ſtipticitate, & fortificat gingiuas, & ſtomachũ. Aben meſehah.) Omnia genera ſandalorum conferunt cardiacæ, quæ eſt cum febre, quando linitur cum eis ſuper cor. Iſaac eben amram. Sandalum eſt lignum quod defertur ex Sim, & ſpecies eius ſunt tres, ſcilicet, album, rubeum, & citrinum. Et omnia ſandala competunt B uſui Medicinæ, & ſunt frigida in tertio gradu, & ſicca in ſecundo, & conueniunt calefactis, & conferunt debilitati ſtomachi, & cardiacæ factæ à cholera. Quando terũtur & miſcentur cum aqua roſacea, & applicantur exterius, & quando conficiuntur cũ aqua roſacea, & cum pauca camphora, & liniuntur inde tempora, confert ſodę factę à caliditate, & quando miſcetur cum una quantitate ſandali albi, media quantitas ſarcocollæ, & conficitur cum albugine oui, & ponitur ſuper tempora, confert ſodæ calidæ, & prohibet deſcenſum catarri ad oculum, & linitur cũ eo in balneo, & prohibet odorem pſilothri. Et ſandalum rubeum eſt frigidius albo, & quando miſcetur cum ſucco ſolatri, aut ſemperuiuæ, aut portulacæ, aut lenticulę aquæ, confert podagræ calidæ, & apoſtematibus calidis, & prohibet humores ab illis membris. Et melius ex ſandalo eſt citrinum pingue, & poſt citrinum ſiccum, & poſt ipſum rubeum, & eſt magis ſiccum citrino, & poſt eſt album, & eſt Medicina quæ poteſt teri, aut moli, aut fricari. Abugerig.) Sandalum album eſt frigidum in tertio gradu, teritur, & reſoluitur in aqua roſacea, in cauſſis caliditatis, & ponitur in fronte, & in ſtomachis calidis, & infrigidat ambo, & febri calidę, & bitſem, & debilitatem ſtomachi patientibus ex cauſſa calida. Sed ſandalum citrinum, & rubeum, ſunt frigida in tertio gradu, & ſicca in ſecundo, & non habet ſtipitem, nec punctiritaté roſæ. Et quando diſſoluuntur cum aqua roſacea, & ponuntur ſuper ſtomachum, conferunt febribus acutis, & debilitati ſtomachi, & ſodæ calidæ. Atabari.) Sandalum rubeum eſt frigidius ſandalo albo, & liniuntur cum eis apoſtemata calida, & conferunt.

DE CICVTA. CCCXXXVII.

SVcaram, id eſt, cicuta. Sic nominatur apud Medicos. Sed Arabes nominant eam ſucharam, uel çucharam. Dioſcorides.) Eſt planta habens ſtipitem concauum, in quo ſunt multi nodi, ſicut nodi fœniculi, & eſt maior fœniculo multum. Et habet folia ſimilia foliꝭ ferulæ, niſi quia ſunt ſtrictiora uel anguſtiora, habentia odorẽ grauem, & ſuper ſtipitem eius eſt corona, in qua ſunt flores albi. Et eſt ſemen ſimile ſemini aniſi, niſi quia eſt albius. Et habet radicem non multum infixam terræ.

ũ Galenus.

C Galenus.) Est frigida ualde. Dioscorides.) Ista radix occidit frigiditate sua. Et si bibatur unum purum, calidum, remediatur eius nocumento, & accipitur corona huius plantæ cum toto semine, anteq; siccetur, & teritur, & exprimitur succus, & siccatur in sole, & administratur in collyrijs sedatiuis dolorum oculorum, & est in hoc optimus. Et quando fit emplastrum cum eo, sedat caliditatem, & erisipillam, & formicam. Et quando teritur hæc planta cum suo semine, aut cum folijs, & fit emplastrum cum ea super testiculos, abscindit pollutioné, & gomorream. Et si fiat emplastrum super uirgam cum ea, prohibet erectionem. Et quando emplastrantur mammillæ mulierum cum ea, prohibet lac ab eis. Et quando ponitur super mammillas puellarum, prohibet eas magnificari. Et quãdo ponitur super testiculos puerorum, non dimittit crescere eos. Melior autem ex hac planta est illa quæ nascitur in Crete, & in Chios, & in Attica.

DE THAMARINDIS. CCCXXXVIII.

THamarindi. Abohanipha.) Nascitur ex eis multum in Cesarea, & in terris Hamem, & folia eius sunt sicut folia salicis. Aben mesuai.) Defertur ex terris Indiæ, & est fructus rubei coloris, habens plurimam medullam quam Xilocaracta, duram, crocei coloris, tendentem ad nigredinem, & habet melleitatem, & est id quod ex isto fructu administratur, postq; ejiciũtur grana eius. Et meliores thamarindi sunt noui, recentes, non aridi saporis acerrimi. Et uirtus eorum est frigida in tertio gradu. Et proprietas eorum est q̃ laxant choleram, & reprimunt acuitatem eius, & abscindunt uomitum, & auferunt pruritum. Et dosis aquæ eorum est, postq; coquuntur libræ quinq;. Abugerig.) Thamarindi extinguunt choleram, & auferunt sitim, & sedant uomitum, & stipticant stomachi fluxum causa uomitus. Mesehah.) Thamarindus est frigidus in tertio gradu, & mollit uentrem. Mesarugiæ.) Thamarindus est sicut sunt pruna, nisi quia est subtilior, & minoris humiditatis.

D

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET HUmidis tertij gradus. Et primo de portulaca. CCCXXXIX.



Akle hancha, id est, herba stulta, & est parpitella, id est, portulaca. Galenus.) Substantia eius est aquosa, & in sapore eius est stipticitas pauca. Et uirtus eius prima est uirtus quæ infrigidat in tertio gradu, & humectat in secundo. Et secunda est uirtus quæ repercurit. Et tertia est uirtus quæ prohibet humores, & immutat cõplexionem eorum, & cum hoc est de rebus iuuatiuis magis ei qui habet incensionem, & inflãmationem in stomacho suo. Et curat stuporem dentium, eo quod lenit, & aufert asperitatem quæ est in eis propter humiditatem uiscosam quæ est in portulaca, & confert hulceribus intestinorum, quando sumitur in cibo, & fluxui menstruorum immoderato. Et succus eius est fortior in hoc, postq; uirtus eius est, sicut diximus. Et propter hoc infrigidat quando bibitur, sicut infrigitat, quando fit emplastrum cum ea, & quando ipsa eriam comeditur, facit hoc. Dioscorides.) Virtus portulacæ est frigida, & stiptica, quando fit emplastrum cum ea, & sauich, cõfert sodæ, & apostematibus oculorum, & apostematibus alijs acutis, & inflammationi stomachi, & intestinorum, & cursui superfluitatũ ad ea, & confert mordicationi renum, & uesicæ, & febribus, & sputo sanguinis à pectore, & hulceribus intestinorum, & hemorrhoidibus, à quibus nimius fluit sanguis, & morsui animalis, quod dicitur socos, & intrat in confectionibus collyriorum oculorum, & confert in præparatione, & in administratione superfluitatum currentium ad intestina, & ardori matricis, & miscetur cum oleo rosaceo, & infunditur super caput, & confert sodæ factæ à caliditate solis, & miscetur cum uino, & abluitur inde caput propter bothor qui sunt in eo, & fit ex ea emplastrũ cum sauich exituris, quibus abscindit sephuphamos, & masticatur post comestionem fructuum acerborum, & aufert stuporem dentium qui accidit eis. Rufus.) Portulaca destruit uisum, aut debilitat uisum, & infrigidat corpus, & prohibet uomitum.

Aben mesuai.) Proprietas portulacæ est quod aufert libidinem.

De sem

A

DE SEMPERVIVA VERMICulari, & ascebran. CCCXL.

BEiahalalem, id est, semperuiua. Dioscorides.) Nominatur hoc nomine, eo q̃ non amittit folia aliquo tempore, sed uiret semper. Et species eius sunt duæ, scilicet maior & minor. Sed maior habet stipites longos, unius brachij, aut plus, & grossitudo eorũ est unius pollicis, uirides, pingues, & diuisi sicut thytimallus, qui dicitur caratios, & habet folia pinguia, & grossa, quorum summitates sunt, sicut est summitas linguæ, & quæ ex illis sunt in parte inferiori stipitis, plicantur uersus terram, & quæ ex eis sunt in superioribus uirgæ, uel stipitis, stant erecte & stricte adinuicem, & dense, & ortus eorum est iuxta stipitem, in figura colorata oculi, & nascitur in locis montuosis, & in locis ædificatis ex lateribus. Et quidam plantant eam, & nutriunt in stercore bouino supra tecta domorũ suarum. Sed semperuiua minor, scilicet uermicularis nascitur in muris, & locis petrosis, & umbrosis, & habet paruos ramos egredientes ab una radice multos, & plenos paruis folijs rotundis, & oblongis, pinguibus, & plenis humiditate, cum summitatibus acutis, & habet uirgam in medio longam, circa longitudinem palmi, super quam est capitellum, in quo est flos citrinus, subtilis. Galenus.) Substantia eius est aquosa, & sapor eius est stipticus. Et uirtus eius prima infrigidat in tertio gradu, & desiccat parum. Et secũda est uirtus quæ repercutit. Et tertia uirtus eius confert erisipillæ, & apostematibus latis quæ dilatantur in corpore. Phulam.) Quando eius radices coquuntur cum radice arnoglossæ & ponitur super podagram, sedat dolorem eius. Dioscorides.) In specie quæ habet folia magna, est uirtus infrigidatiua, & stiptica, & ideo quando fit emplastrum cum ea, confert erisipillæ, & formicæ, & hulceribus, corrosiuis, fraudulentis, & apostematibus calidis oculorum, & podagræ, & combustioni ignis, & miscetur succus eius cum oleo rosaceo, & linitur caput cum eo, & confert dolori capitis. Et quando

B sumitur in potu, curat morsum rutellæ, & confert fluxui uentris, & hulceribus intestinorum. Et si detur in potu cum uino, expellit lumbricos, & quãdo fit nasale, seu pessarium cum eo, confert cursui humiditatum matricis, & fluxui menstruorum, & fit cohol cum ea, aut emplastrum in ophthalmia, & confert. Galenus.) De minori uero dicitur q̃ ipsa habet omnes has uirtutes, & in folijs, & in radice est eiusdem uirtutis cum magna. Et est species alia ex semperuiua, quam quidã nominant andrachabara, seu andragne agria. Et quidam nominant eam tilaphon. Et Romani nominant eam alscebram. Et ista species habet folia extensa, similia folijs portulacæ, nisi qui sunt maiora, & latiora. Et nascitur in rupibus, & habet uirtutem calefactiuam, adustiuam, hulcerat cutem facto emplastro cum ea, & axungia porcina antiqua, & resoluit scrophulas.

DE VIRGA PASTORIS. CCCXLI.

BAsialrahagi, id est, uirga pastoris. Et in lingua Persarum dicitur bersendarij, uel birsaudamum, id est, uirga pastoris. Dioscorides.) Species eius sunt duæ, scilicet masculus, & fœmina. Sed masculus est herba quæ nascitur omni anno, & habet ramos, seu uirgas teneras, molles, subtiles, & nodosas, & dilatantur super faciem terræ sicut gramen, & habet folia similia folijs rutæ, nisi quia sunt longiora, & molliora, & habet iuxta unumquodq; folium semen, & ideo dicitur masculus, & habet florem album, & rubeum. Sed uirga pastoris fœmina, habet plantam paruam, & uirgam unicam, teneram, similem cannæ, & habet nodos similes nodis qui sunt in radice cannæ, & in illis nodis sunt folia egredientia ab illa uirga, similia folijs pini, & habet radicem, in qua nullum est iuuamentum, & nascitur iuxta aquas. Galenus.) Plurimum quod est in uirga pastoris, est frigiditas, & in sapore eius est stipticitas. Et uirtus eius prima infrigidat in principio tertij gradus. Et secũda est uirtus quæ repercutit, & incarnat. Et tertia eius uirtus est quæ confert inflationi oris stomachi, quando apponitur extra, sicut est, postq; fuerit trita, & cõfert apostemati quod dicitur erisipilla, & apostematibus antiquis, & repercutit, & prohibet humores fluere ad membra, & est ex melioribus Medicinis erisipillę, quandó dilatatur & extenditur, ambu-

C lans de membro ad membrũ,& confert hulceribus alijs, & confert iuuamento manifesto hulceribus apostematum,quibus fluunt humores, & conglutinat hulcera recentia cum sanguine suo, & confert hulceribus auris, & si est sanies in aure, desiccat saniem,& abscindit fluxum menstruorum immoderatum, & curat hulcera intestinorum,& sputum sanguinis, & resistit fluxui sanguinis, à quocunq; loco fluat,& in his omnibus masculus est fortior quàm fœmina. Dioscorides.) Masculus habet uirtutem stipticã,frigidam,& quando sumitur in potu ex succo eius, confert sputo sanguinis antiquo, & fluxui uentris, & ægritudini quæ dicitur colica passio, & distillationi urinæ,quia prouocat urinam fortiter. Et quando sumitur in potu cum uino, confert morsibus uenenosis,& quando bibitur in febribus periodicis,ante accessionem per horam,confert multum,& quando fit nasale cum ea, mulieri habenti hulcera matricis,confert,& abscindit cursum humiditatum antiquarum ab ea, & distillatur ex eo in aurem, & conuenit doloribus eius, & sanies fluenti ab ea, & quando coquitur cum uino,& miscetur ei mel,confert iuuamentũ magnum hulceribus matricis, & fit emplastrum cum folijs eius inflãmationi stomachi, & sputo sanguinis, & formicæ,& erisipillæ,& apostematibus calidis, & frigidis in principio eorum,& confert.Et dixit in fœmina quod habet uirtutem stipticam, infrigidatiuam, & facit ea quæ facit masculus,nisi quia est debilior eo.

DE FVNGIS. CCCXLII.

HAtar,id est,fungi. Dioscorides.) Species eorum sunt duæ,una est apta cibo,& alia non,quia occidit. Et causſæ propter quas occidunt fungi, sunt multæ. Aut quia nascuntur in locis putridis, aut iuxta cauernas animalium uenenosorum, aut iuxta plantas,seu arbores malas,mortiferas, aut sunt mali mortiferi in specie sua, & cognoscuntur,quoniam super eos inuenitur humiditas uiscosa,& quando frangun
D tur in loco aliquo, & dimittuntur, cito corrumpuntur. Alia uero species ponitur in iuribus, & in cibis alijs, & est delectabilis cibo multum. Galenus.) Virtus fungorum prima est frigida, & humida multum, & propter hoc sunt prope Medicinas mortiferas. Et proprie illi, quorum substantiæ admiscetur aliqua putrefactio. Et dixit in libro de dieta.Fungi boni non sunt nociui, & sunt frigidi, & si aliquis utitur nimis eis,generant malos humores,& ex eis sunt species malę mortiferæ.Et ego quidem uidi uirum qui passus est ab eis anxietatem anhelitus, & coarctationem,& syncopim,& sudorem frigidum, & tamen liberatus est, postquàm potauit squingibin, in quo coctum fuit pulegium, & origanum, & proiectum super ipsum baurach, & sic euomuit fungos illos,ex quibus generati fuerunt in stomacho humores grossi.Et dixit in libro de chimis.Fungi generant chimos grossos, uiscosos, frigidos. Dioscorides.) In fungis sanis qui comeduntur, usus fungorum est malus. Accidit enim ex eis suffocatio,& colica,& uia curandi nocumentum eorum,est dare in potu nitrum aut aquam cineris cum aceto, & sale, & decoctionem satureiæ, & origani, & stercus gallinæ mixtum cum aceto, & melle facto inde loch. Et fungi quidem nutriunt superfluo nutrimento,nisi quia sunt difficilis digestionis, & egrediũtur integri cum stercore, sine immutatione. Alcanç.) Nimietas fungorum generat stranguriam.

Aben mesuai.) Melius est quod fungi primo coquantur cum pyris siccis, aut recentibus, & post eos bibatur uinum purum. Et proprietas fungorum est generare suffocationem.

Medicinarum frigidarum & humidarum tertij gradus tractatus explicit.

INCIPIT TRACTATVS QVINTVS
Medicinarum singularium quarti gradus calidæ & siccæ in eo.

DE EVPHORBIO. CCCXLIII.

Euphorbion

A EVphorbion,id est,euphorbium. Dioscorides.) Est arbustum simile ferulæ in forma sua, & nascitur in Mauritania Cæsarensi, & Tabex. Et est plenum multo gummi acuto. Et cauent sibi ab eo homines qui colligunt ipsum propter nimiam acuitatem eius. Et ideo accipiunt uentres animalium,& lauant eos, & alligant stipiti arboris eius,deinde pungũt stipitem arboris stantes longe cum lancea. Effunditur enim in uentribus illis gummi exiens à stipite multum,copiosum, subito, ac si effunderetur à uase aliquo, ita q; aliquando effunditur in terra etiam ex eo, propter fortem & uiolentem impetum sui exitus.Et egrediuntur duæ species de euphorbio ex arbore, una earum est similis sarcocollæ,& sunt frusta in quantitate orobi. Et alia species est similis feci, adulteratur autem cum sarcocolla, & gummi Arabico sibi admixtis, & melius ex eo est clarum,acutum,experientia tamen eius per gustum est difficilis, quoniam ipsum subito mordicat linguam cum uiolẽtia multa, & durat eius mordicatio diu,ideo omne quod gustatur postea ex eo uidetur bonum. Primus autem, ad cuius cognitionem peruenit hæc Medicina,fuit Linoas rex Linoi. Galenus.) Virtus eius est subtilis,acuta,sicut uirtus aliorum gummi similium.Et dixit in tertio almeiemur. Euphorbium nouum est calidius satis quã assa fœtida, quàmuis assa fœtida sit calidior omni lacte arboris. Dioscorides.) Quando fit cohol cum euphorbio, habet uirtutem abstergendi aquam quæ est in oculo, nisi quia mordicatio eius durat tota die, & propter hoc miscetur cum melle in siepf, propter acuitatem suã nimiam, & usus eius in hoc debet esse cum cautela. Et quando miscetur cum aliquibus potionibus, quæ fiunt cum speciebus,& bibitur, confert sciaticæ, & euphorbium excoriat ossa in die una, & separat ab eis fragmenta eorum, oportet tamen quod præmuniatur caro circunstans ossi cum ceroto aliquo, uel cum pannis lineis. Et euphorbium habet uirtutem laxandi,& calefaciendi humores aquosos sicut sinapis,ideo eius laxatio confert hydropisi,& colicæ,& alijs ægritudinibus frigidis,similibus istis,sed ipsum acuit choB leram,& inducit nimiam sitim,quia desiccat,oportet autem quod ei admisceatur semen petroselini,aut anisi,aut cymini, & quando coquitur cum carnibus duris,facit eas decoqui cito.Et dicunt quidam, quod quãdo aliquod animal uenenosum momorderit aliquẽ,si scindatur cutis capitis illius,& ponatur in sciſſura illa ex hoc gummi trito,non nocet ei uenenum. Bedigoras.) Proprietas eius est conferre aquæ citrinæ. Liber uenenorum.) Euphorbium quando miscetur cum aliquo oleo, & fit linitio cum eo,confert paralysi multum, & pondus drachmarum trium ex eo occidit,quia uulnerat stomachum & intestina. Alcanç.) Euphorbium stringit orificium matricis multum, adeo quod prohibet fœtum exire. Aben mesuai.) Proprietas euphorbij est q; laxat phlegma uiscosum à lumbis, & intestinis, nisi quia infert anxietatem,desiccationem, & aduſtionem, & tenasmonem. Et rectificatio eius est quod non teratur multum, & misceatur cum bdellio, aut cum succo liquiritiæ, aut cum speciebus aliquibus,sicut est spica,& cinnamomum,& cassia lignea,& liniatur cum oleo rosaceo,uel cum oleo amygdalino. Et melius ex eo est clarum,nouum,super quod transierũt ab uno anno usq; ad tres. Et color eius est citrinus,odor calidus, sapor amarus,& acutus.Et dosis eius est à duobus kirath usq; ad tria.

DE CAEPIS. CCCXLIIII.

BAsil,id est,cæpe. Galenus.) Substantia cæpe est grossa. Et uirtus eius prima est calida in quarto gradu. Et est in eo humiditas. Et secunda eius uirtus est aperitiua.Et eius tertia uirtus est,quæ aperit orificia uenarum quæ sunt in ano,quando applicatur in loco, & prouocat menstrua. Et quando dissoluitur cum aceto, & linitur inde morphea,aufert illam. Et quãdo linitur cum eo alopicia, facit nasci pilos in ea citius q; spuma marina. Et quando exprimitur succus ex cæpe substantia, ex qua est expressus quę remanet,est terrea, calida forti caliditate.Sed substantia succi est aquosa,aerea,calida.Et ob istam causſam confert aquæ descendenti ad oculum, & obscuritati uisus,factæ ab humoribus grossis, administratus in cohol.Et propter humiditatem quæ est in cæpe, quando comeditur, generat uentositatem, & inflationem.

C Et propter iſtam cauſſam cæpe, cuius complexio declinat ad ſiccitatem, eſt minus uentoſa aliis. Dioſcorides.) Cępe longę, ſunt acutiores quàm rotundæ, & plus ſtipticæ, & rubeæ ſunt acutiores quàm albæ, & ſiccæ quàm recentes, & crudę quàm aſſatæ, & quàm præparatæ cum ſale & aceto. Et cæpe mordicat, generat uentoſitates, ſubtiliat humores, facit ſitim, & mollit uentrem, & aperit hemorrhoidas ani. Quando uero uolumus adminiſtrare cæpe ad aperiendum, remouemus cortices exteriores, & eius interius terimus, & fit inde ſuppoſitorium. Et quando ex ſucco eius fit cohol cum melle, confert debilitati uiſus, & hulceribus oculorũ quæ nominantur araginati, & principio deſcenſus aquæ ad oculum, & prouocat menſtrua, & adminiſtratur in caput purgijs, & mundificat caput, & ponitur in Medicinis ſquinantiæ, & adminiſtratur aqua eius in emplaſtro cum ſale & ruta, ad morſum canis rabidi. Et quando miſcetur cum aceto, & linitur inde morphea in ſole, curat eam. Et quando miſcetur cum tutia, ſedat pruritum oculi, factum à phlegmate ſalſo, & quando miſcetur cum ſale, & adminiſtratur ſuper uerrucas, aufert eas, & quando miſcetur cum adipe gallinæ, & apponitur ſuper callos pedum factos à calciamẽtis, aufert illos. Et quando diſtillatur ex ſucco eius in aurem, confert debilitati auditus, & tinnitui auri um, & aquæ intranti in auribus, & quando linitur cum eo alopicia, facit in ea naſci capillos cito, & ſi admiſcetur cum ſpuma maris, & fricatur cum eis cutis capitis, multiplicat, & auget capillos, & uſus eius in cibo inducit ſoda. Et nimius uſus cæpe generat ægritudinem quæ dicitur cabargas, id eſt, letargia, & quando coquitur prouocat urinam magis, & facit dormire.

DE BVLBIS. CCCXLV.

D Baſar alzir, id eſt, bulbus, & dicitur cæpe ſine tunicis. Galenus.) In ſapore eius eſt amaritudo cum ſtipticitate. Et uirtus eius prima deſiccat, & ſecunda abſtergit, & incarnat, & qnando comeditur, generat humores uiſcoſos, groſſos, & malos, quia eſt difficilis digeſtionis, & inflatiuus exiſtens, ſtimulat comedentem ipſum ad coitum. Dioſcorides.) Rubeus ex eo eſt bonus ſtomacho, & amarus, & eſt melior dulci, quia facit digeri cibum. Et omnes ſpecies bulbi ſunt calidæ, & acutæ, excitantes libidinem, calefacientes linguam, & nutriunt multũ, & in carne faciunt augmentum, uerum generant inflationem. Et quando fit emplaſtrum cum eis, & melle, aut cum eis ſolum, confert contortioni neruorum, & attritioni laterum, & contuſioni oſſis capitis, quando non eſt fractum, & confert dolori iuncturarum, & podagræ, & extrahunt ſagittas, & alia quæ ſunt infixa corpori, poſita ſicut emplaſtrum ſuper locum. Et quando fit emplaſtrum cum eis, & melle, confert hydropiſi, & morſibus canis rabidi. Et quando fit emplaſtrum cum eis, & pipere trito, confert dolori ſtomachi. Et quando miſcetur cum uitellis ouorum, & adminiſtratur, confert liuori oculi, facto à percuſſione, & uerrucis quæ dicuntur morſa, & lentiginibus faciei. Et quando miſcetur cum ſquingibin, confert bothor, & fit emplaſtrum ex eis cum ſauich, & confert conquaſſationi auris, & attritioni unguium. Et quando coquuntur ſub cinere calido, & miſcentur cum capitibus paruorum piſcium, qui dicuntur ſtinci, poſt aſſationem eorum, & fit emplaſtrum cum eis ſuper apoſtema gutturis, reſoluit ipſum. Et quando miſcetur cum euphorbio, & linitur inde morphea, & impetigo, & cicatrices nigræ factæ poſt hulcerum conſolidationem, curat ea. Et quando elixantur, & comeduntur cum aceto, confert attritioni lacertorum. Oportet tamen quod caueatur nimius uſus eorum, quia ſunt nociui neruis. Zir uero quod prouocat uomitum, habet folia ſubtiliora, & longiora multum, quàm bulbus qui comedirur, & duriora, & habet radicem ſimilem bulbo, niſi quia ſuper ipſam eſt cortex niger, quæ radix quando comeditur cruda, ſiue cocta, aut bibitur decoctio eius, prouocat uomitum.

Galenus.) Eſt calidior eo, de quo dictum eſt ſuperius.

De anacar

A

DE ANACARDO. CCCXLVI.

BAladar, id eſt, anacardus, eſt fructus arboris ſimilis cordi auis, cuius color eſt rubeus, parum ad rubedinem declinans, ſicut eſt color cordis, et intus ipſum eſt res ſimilis ſanguini, & id quod adminiſtrat ex eo, & defertur ex Sim, naſcitur in Sicilia, in montibus ignis. Aben meſuai.) Eſt calidus & ſiccus in quarto gradu, & eſt bonus corruptioni ſenſus, & memoriæ, & omnibus egritudinibus cerebri, factis à frigiditate & humiditate. Alchalahamen.) Proprietas eius eſt conferre relaxationi neruorum. Bedigoras.) Proprietas eius eſt, ꝙ remouet obliuionem, & acuit ſenſum. Ex libro qui refertur Galeni.) Drachmæ dimidium ex eo recepto, confert memoriæ, & melius quod eſt intra ipſum, delet uerrucas, & hulcerat cutem. Abugerig.) Eſt calidus multum, cõmouet algueſgues, & baras, & lepram, & apoſtemata, & fortaſſis occidit, & hoc igitur in iuuenibus, & in cholericis. Et propter hanc cauſſam nõ debet illis exhiberi, eſt autem bonus paralyticis, & eis, quibus timetur aduẽtus eius.

DE ERISIMONE. CCCXLVII.

HVderegi, id eſt, eriſimon. Dioſcorides.) Naſcitur in locis habitatis, & iuxta muros, & ſeminatur in hortis, & habet folia ſimilia folijs erucæ agreſtis, & habet uirgas ſubtiles, ſimiles uirgis erucæ agreſtis, & in ſummitate uirgarum eſt flos citrinus, & ſunt illic uaginæ, ſimiles cornibus, ſimiles uaginis fœnugræci, in quibus eſt ſemen paruum, ſimile ſemini naſturcij, mordicans linguam. Galenus.) Seminis huius plantæ ſapor eſt ſimilis ſapori naſturcij. Et uirtus eius prima eſt ſimilis uirtuti naſturcij, niſi quia eſt calida inflatiua. Et ſecunda eſt uirtus, quæ confert, quando ponitur in lohoc, ad extrahendos humores groſſos, uiſcoſos, aſcendentes ad pulmonem, & confert apoſtematibus duris, quę ſunt in radice auris, & duricie bus antiquis mammillarũ, & teſticulorum. Et quando oportet eam adminiſtrari in lohoc, oportet quod ponatur in aqua, & buliat, aut inuoluatur in panno, & poſtea inuoluatur in paſta, & aſſetur. Dioſcorides.) Quando miſcetur cum melle, & fit inde lohoc, B confert pectori, cui currunt humores, & ſaniei aggregatæ in eo, & iuuat ad excreandum eos, & confert tuſſi humidæ, & confert icftericiæ, & ſciaticæ, & ualet contra Medicinas mortiferas. Et quando miſcetur cum aqua, & fit emplaſtrum cum eo, cõfert cancro profundo, & apoſtematibus factis in radice auris, & apoſtematibus duarum amygdalarum, & apoſtematibus teſticulorum, & mammillarum. Et uniuerſaliter eſt planta calefactiua, & ſubtiliatiua, & quãdo infunditur in aqua, & coquitur, aut inuoluitur in panno, & includitur in paſta, & aſſatur, fit leuior patienti.

DE DEND. CCCXLVIII.

DEnd hayſe. Sunt ei duę ſpecies, ſcilicet, Seni, & non Seni. Sed Seni eſt ſimile grano alkeruha, & ſapor eius eſt ſicut ſapor amygdalæ amaræ, & color eius eſt puluerulentus, & intra ipſum eſt lingua ſimilis linguæ auis, quæ eſt uenenũ. Laxat enim fortì laxatione, & inducit tenaſmonem. Oportet ergo, quod potator eius in primo euomat, & poſtea detur ei butyrum, & lac in potu, & dentur ſibi ex Medicinis retinentibus uentrem, in quibus eſt uiſcoſitas, ſicut eſt portulaca, & pſilium, & gummi Arabicum, & dragagantum, & detur ei ptiſana riçi, & hordei mundati cum oleo roſaceo, ſiue cum çucharo, & ſumantur carnes inciſæ fruſtatim cum agreſta, et ſucco pomorum, & roretur deſuper parum uini, & comedant piſces, & alia his ſimilia.

Abugerig.) Dend ſunt tres ſpecies, ſcilicet, Seni, & Sahan, & Indi. Et Seni habet grana groſſa, ſimilia fiſticis. Et Sahari eſt ſimile grano catapuciæ, niſi quia eſt punctatum in uirgis punctis paruis. Indum uero eſt medium in quantitate, inter Seni, & Sahari. Et eſt puluerulentum tendens ad citrinitatem. Sed Seni eſt melius omnibus, & fortius ad laxandum. Et Indum eſt magis iuuatiuum, quàm Sahari. Et ſcias, quod caro eius interior ſemper procedit in conſumando, donec in proceſſu temporis nihil de ipſa remaneat, & proprie, quando non eſt in terra ſua.

Abix dixit ſicut iſte. Et dixit.) Dend eſt multum calidum acutum, & eſt mirandũ de tanta acuitate ſui cum tanta uẽtoſitate, quæ eſt in eo, & ipſum expellit groſſos humores uiſcoſos, & phlegma, quod uadit ad iuncturas. Et homines quidem Indiæ

C miſcent ipſum in confectionibus magnis eorum,& in ſtomatico,& cum Medicinis laxatiuis. Verum,conſilium meum eſt, quod non detur in terris fortis caloris, ſicut ſunt Hayrach,& Babylonia,& tamen propter diſſolutionem corporum eorum quę accidit ibi plurimum,& ipſum inducit poſt ſolutionem debilitatem fortem,& in regione Babyloniæ,& Biges,quia ſunt calidæ.& ſiccæ,putridæ. Sed in Hayrach propter diſſolutionem humiditatum ibidem habitantium propter caliditatem, & ſiccitatem.Sed in Yamen,quia eius hyems eſt æſtas,& æſtas eius eſt hyems, & ſunt ibi pluuiæ magnæ,& rores.Quod ergo eſt magis iuuatiuum hominibus illarum regionum,eſt Medicina habens ſtipticitatem cum lenificatione,ſicut turbith,& myrobalani,& uiolæ,& lebleb,& tereniabin,& pruna,& alia his ſimilia. Potus uero dend conuenit in terris frigidis,ſicut eſt Seni,& in alijs ſimilibus. Et ego conſueui, quádo aliquis ipſum ſumebat,& nimis ibat ad aſſellas,præcipere,ꝙ ſederet in frigida aqua, aut ꝙ funderetur ſuper corpus eius,quia tunc ceſſabat fluxus. Et dend quidē eſt Medicina,quod ſi non iuuatur ad retinendū uentrē eius qui ſumit eam,occidit. Qui uero de eo uult ſumere,ſumat Seni,illud quod habet groſſum granum,poſtꝙ rectificatur,aut Indum,quod eſt ſimiliter groſſum. Sed Sahari habens granum paruum,nō uidetur mihi exhibendum alicui,quia tardat ſuam operationem, & facit torriones, & anxietates,& accidentia mala. Rectificatio autem eius eſt, quod accipiatur ex Seni,uel ex Indo,& excorietur ab eo cortex exterior,et caueatur,ne appropinquetur ori,quia cortex eius ſuperior ſi tangat labium,immutat colorem eius, & inducit in eo colorem album,ſicut morpheæ albæ,& auferatur ab eo lingua eius ſubtilis, quæ eſt intra ipſum,in quantitate medij grani,& cortex eius exterior, & abijciantur ambo, & teratur granum cū pauco amylo,& roſis rubeis mūdatis,& croco pauco. Et ſi tempus fuerit calidum,frange uirtutē eius,ne diſſoluat ex humoribus nimis. Et ſi tu uis miſcere ipſum cum aliqua Medicina laxatiua,ipſum miſce cum turbith, & ſucco abſinthij,& ſucco eupatorij,& alijs iſtis ſimilibus. Et quando miſcetur cum Medicinis

D quas dixi ſupra,eſt Medicina magna, multum iuuans in doloribus factis à phlegmate,& melancholia,& reſoluit dolores iuncturarum, & conſeruat capillos in ſua nigredine,ſicut ſunt, prohibens eos cito caneſcere.Doſis autem eius poſt rectificationē ſui,ei qui eſt fortis naturæ, ad ſuſtinendū medicinas fortes, eſt à duobus dauich uſq; ad drachmas quinq;.

DE NASTVRCIO. CCCXLIX.

NOrph,alcheph,& in Latino dicitur machita,& eſt uaſturciū. Et ex eo eſt naſturcium commune eorum. Et ex eo eſt naſturcium rectorum. Et ex eo naſturcium Orientale. Dioſcorides.) Naſturcium commune eſt melius,quod defertur ex Babylonia. Galenus.) Semen naſturcij habet uirtutem calefactiuam, & deſiccatiuā, ſicut ſemen ſinapis.Et ſecunda eſt uirtus,quę incidit fortiter,& adurit. Et tertia eſt uirtus,quę ſedat dolores ſciaticos,& dolores capitis,& quamlibet egritudinem,in qua oportet calefacere,& miſcetur ſemen eius in Medicinis aſmatis, quando incidit humores groſſos. Et dicitur,quando naſturcium deſiccatur,fit eius uirtus ſicut ſeminis ſui ipſius. Sed dum eſt recens,propter aquoſam humiditatē quæ eſt in eo,habet uirtutem debiliorem uirtute ſeminis. Dioſcorides.)Semen naſturcij eſt calefactiuum acutum,malum ſtomacho,lenit uētrem,& expellit lumbricos, reſoluit apoſtemata ſplenis,facit aborſum,incitat libidinem coitus,& eſt ſimile ſemini ſinapis, & erucæ. Semen naſturcij abſtergit ſcabiem hulceratam,& impetiginem, & quādo fit emplaſtrum cum eo & melle,reſoluit duriciem ſplenis,& mundificat hulcera, quę dicūtur mellina,& bibitur cum polenta,& expellit ſuperfluitates pectoris,& quando ſumitur in potu,confert morſibus uenenoſis, & quando fit fumigium cum eo in domo, expellit animalia uenenoſa,& ipſum retinet caſum capillorum, facta linitione cum ſucco eius,& curat combuſtionem ignis, & aperit apoſtemata. Et quando miſcetur cum ſauich,& aceto,& fit inde emplaſtrum,confert ſciaticæ,et diſſoluit apoſtemata calida. Et quando fit emplaſtrum cū eo,& aqua,& ſale,maturat furunculos, & eius folium facit hoc,quamuis debilius,et quādo coquitur cum lacte caprino,et datur in potu cum

A potu,remouet dolorem oris ſtomachi. Et quando patitur dolorem antiquum aliquod membrum,ſicut eſt dolor podagræ,& ſciaticę,& inungitur cum melle,& pulueriżatur deſuper puluis ſeminis naſturcij,confert,& remouet dolorem eorum.

De naſturcio rectorum. Dioſcorides.) Eſt planta habens folia ſtricta, & longa duobus digitis,& in ſummitate acuta ſciſſa & pinguia, quę extenduntur ſuper terrā, & habet in medio uirgam ſubtilem,longam palmis duobus, habentem paucos ramulos,ſuper quos ſunt uelut pilæ,habentes ſummitatem depreſſam,in quibus eſt ſemen latum,ſimile ſemini naſturcij,cuius figura eſt ſicut figura rutellæ fuſi, ita eſt depreſſum, & ideo Græce nominatur talaphion, eò quod ſignificat in lingua Græca depreſſum,& habet florem,cuius color declinat albedini,& naſcitur in uijs,& in patietibus domorū. Galenus.) Virtus eius prima eſt calida. Et ſecunda eſt uirtus ſubtilis. Et tertia uirtus aperit farunculos factos intra corpus,& quando ſumitur in potu & prouocat menſtrua,& corrumpit fœtum. Et quando fit cliſtere cum eo,confert ſciaticæ,& laxat humorem ſimilem ſanguini,& quando ſumitur per os,expellit per ſuperius & inferius humores cholericos,ſumptis de eo dauich quatuor cum dimidio.

Dioſcorides.) Semen eius eſt acutum ſapore, calefactiuum, & quando de eo ſumuntur in potu duo guanchi,expellit choleram per uomitum,& per fluxum uētris. Et quando fit cliſtere cum eo,confert ſciaticæ, & illud cliſtere educit ſanguinem,& confert multum,& quando ſumitur in potu,aperit puſtulas intrinſecas, & collectiones factas in membris interioribus, & prouocat menſtrua, & corrumpit fœtum,& Catebras quidem extimauit, quod eſt alia ſpecies huius, quæ dicitur ſinapi Perſicū, & eſt planta habēs lata folia,& radices magnas, & ipſa adminiſtratur in cliſteribus.

De naſturcio Orientali. Dioſcorides.) Eſt planta longa circa duo brachia,habens ramos ſubtiles,& multos,in quibus ſunt folia à duobus lateribus, ſimilia folijs ſataragi,niſi quia ſunt albiora,& molliora, & in ſummitatibus ramorum ſunt capitella ſimilia capitellis plantæ actis,& habet flores albos. Coquitur autem hæc planta cum kiſt hordei,& comeditur,& proprie in regione Phlarochia,& ſemen eius ponitur in cibis loco piperis.

B

DE TITHYMALLO. CCCL.

XAuſet,id eſt,lacticinium,uel tithymallus. Dioſcorides.) Species eius ſunt ſeptem,quarum una dicitur caritias,& eſt maſculus,& habet uirgas,quarum longitudo eſt plus uno brachio, in quarum colore eſt rubedo, plenas lacte albo acuto, & folia ſuper uirgas ipſas ſimilia folijs oliuæ, niſi quia ſunt ſtrictiora, & longiora, & & radix eius eſt groſſa,aſpera,& in ſummitatibus illarum comarum ſunt capitella ſimilia capitellis alterius ſpeciei,quæ dicitur noalis,& in iſtis capitellis eſt ſemen. Virtus huius herbæ eſt laxatiua,& quando bibuntur ex eo duo onoloſat cum acero mixto cum aqua,laxat phlegma,& choleram,& quando ſumitur in potu cum melicrato,laxat,& prouocat uomitum. Et exprimitur ſuccus eius,& colligitur lac in tempore uindemiarum,nam adunantur rami eius ſimul & inciduntur, deinde inclinantur ſuper uas aliquod,ita ꝙ lac fluens cadat in uaſe. Quidam uero accipiūt farinā orobi, & conficiunt eam cū lacte eius,et faciunt inde pillulas ſimiles orobo,& ſeruantur. Et quidā diſtillāt ipſum lac ſuper ficus ſiccas,ſcilicet,ſuper unamquaq; tres guttas, & ſic reponunt ficus. Et quidā accipiunt lac ſolū,& terunt illud in aliquo uaſe, donec,coaguletur,& reponunt ipſum. Alij uero terunt ipſam herbam in mortario,& faciūt inde trociſcos,& ſeruant. Oportet autem caueri,ne lac eius extrahatur in tempore uentoſo,& ne ille,qui hoc facit,tangat faciē ſuā manu, & ꝙ inungat primo manus ſuas, & faciem,& teſticulos,et collū,ac omne quod ex corpore eſt detectū,cū axungia,aut cū oleo et uino. Et potus quidem eius exaſperat guttur. Et propter hoc oportet,ꝙ pilulæ eius liniantur cum cæra liquefacta,aut cū melle diſpumato,& ſic ſumantur, aut accipiantur ex ficubus,in quibus diſtillatum fuit lac,tres ficus,aut quatuor, quia ſuffi ciunt ad laxandum. Et lac quidem eius quando accipitur recens, & admiſcetur oleum ei,& linitur cum eo locus in ſole,à quo uolumus pilos euellere,depilat eos,& capillos,& facit,ꝙ pili,qui oriuntur poſtea,naſcūtur ſubtiliores,& rubei, q̄ ſi ſecundo ungantur,

C ungantur,& cadunt omnino, & ponitur in foraminibus dentium corrosorum, & sedat dolores eorum,uerum oportet,quod postmodum opiletur foramen cum cæra,ne lac fluens,tangat linguam,& hulceret eam. Et quando linitur super uerrucas, aufert eas,aut super carnem superfluam eminentem in ano, quę dicitur condiloma, aut super impetiginem,aufert ea,& conuenit ungulæ oculi,& uariolis,& pruritui,et hulceribus corrosiuis,& hulceribus fraudulentis,cancro,& fistulis. Colligitur etiam semen huius herbæ tempore autumni,& deficcatur in sole,& teritur leuiter, & desiccatur,ac reponitur. De quo si accipiatur, purgat uentrem leniter. Similiter autem & folia siccantur,ac reponuntur. Quando ergo accipitur ex semine & foliis eius pondus duorum acsufi,& bibuntur,faciunt idem quod ipsum lac. Et quidam accipiunt folia eius cum seitaragi,& miscent cum lacte,& caseo recenti. Radix uero eius quando de ipsa accipitur drachma una,& proijcitur in hydromelle,& bibitur, laxat fortiter. Et quando coquitur cum aceto,& fit inde collutio oris,confert dolori dentium.

Species autem alia, quæ dicitur carsites, & est fœmina, est similis naturæ plantæ, quæ dicitur diclomadas,& habet folia similia foliis myrti,nisi quia sunt maiora,strictiora,& duriora,fœtidi odoris,& habent summitates acutas,uelut spinas, & habet uirgas egredientes ab una radice longas, circa palmum unum. Et habet semen,quod profert omni anno ter,simile nuci, mordicant linguam fortiter, & nascitur in locis asperis. Virtus autem lactis huius speciei,& radicis,& foliorum,ac seminis, est similis uirtuti primæ speciei,nisi quia citius commouet uomitum,q̃ species prima.

Alia uero species thytimalli,quę dicitur peralios. Et expositio eius est prope mare, & est illud,quod nominant homines mingath, & cansomias, & nascitur in partibus marinis, & habet quinq; aut sex ramos, quorum longitudo est circa palmum unum, rectos, quorum color tendit ad rubedinem, exeuntes ab una radice,in quibus sunt folia stricta,parua,& oblonga,similia foliis lini, & in summitate ramorum
D sunt capitella amygdalata, rotunda, in quibus est semen rotundum, simile orobo, uarij coloris,& sunt ibi flores, quorum color est albus, & tota planta est plena lacte albo plurimo. Vsus uero & modus repositionis,est sicut prædictarum specierum.

Sed species alia thytimalli,quę dicitur helioscopos,habet folia similia foliis portulacæ,nisi quia sunt subtiliora,& rotũdiora,& habet quatuor ramulos,aut quinq;,ab una radice egredientes,quorũ longitudo est circa palmũ unũ, subtiles, & rubeos,& plenos multo lacte,& habet in summitatibus ramorũ coronã similẽ coronę anethi, in qua est flos & semẽ,& semẽ eius uertitur cũ reuolutione solis,& propterea dicitur helioscopos. Et eius expositio est intuẽs solẽ. Et nascitur plurimũ in ciuitatibus,& in funerijs, & iuxta muros. Lac igitur & semẽ eius colligitur sicut lac, & semẽ aliarũ specierum, quas supra dixi. Et uirtus eius est sicut illarum uirtus, nisi quia est fortior eis.

Species uero alia thytimalli,quæ dicitur cyparisias,habet uirgas ferè longas unius palmi,aut plus,quorũ color est rubeus,in quibus oriũtur folia similia foliis pini,quę dicitur canlicaris,nisi quia sunt molliora,& subtiliora,minora. Et uniuersaliter sunt similia eis in principio ortus eorũ, & propter hoc nominatur cyparisias, à cypresso. Et hæc planta etiam est plena lacte, & nascitur in locis lapidosis,siccis, & asperis. Et uirtus eius est similis uirtuti specierum supradictorum.

Alia uero species thytimali. Et est illa quæ nascitur inter lapides,& dicitur dendrodes,& habet multos ramulos,& multa folia, plena multo lacte, & color ramulorũ est rubeus,& summitates eorum sunt folia similia foliis myrti,subtiliora, & longiora parum,& habet semen simile semini illius speciei, quæ dicitur carcicias. Et modus operatiõis huius,et uirtus eius,& forma repositiõis eius est sicut prędictarũ specierũ.

Sed species thytimalli,quæ dicitur platosilos,habet folia similia foliis plantę,quę dicitur philommos,& radix uero,& folia eius, & lac, laxant humorem aquosum, & quando teritur,& proijcitur in fluuio, uel stagno, occidit pisces existentes ibi. Et species etiam supradictorum lacticiniorum faciunt hoc.

Est autẽ alia species thytimalli,quæ dicitur pthias, similis speciei,quæ dicitur cyparisias. Et propter hoc posuerunt illã quidam inter species thytimalli, & habet uirgas similes

A gas similes uirgis lentis,longitudine unius brachij,nisi quia sunt longiores,et plenæ nodis,& habet folia subtilia,& stricta,in summitate acuta,similia foliis pini,& ideo sic nominatur,& habet flores magnos tendentes ad longitudinem, quorum color est purpureus,& habet semen depressum, simile lenti, & habet radicem albam, magnam,grossam, in qua est multum lac. Quod accipiuntur de ista radice drachmæ duæ in potu, laxat choleram. Et quando sumitur in potu de semine ipsius drachma una,laxat phlegma,& choleram,& quando bibitur pondus unius alki, facit idem. Sed foliorum eius si dentur in potu tres alki, faciunt operationem eandem.

Sapor specierum istorum lacticiniorum est acutus,& est cũ hoc in eis amaritudo. Et uirtus eorum prima est calida & sicca in quarto gradu. Et secunda abstergit, & incidit. Et fortius quidem quod est in eis,est lac eorum,& post lac est semen, & post semen sunt folia,& in radicibus etiam eorum sunt uirtutes,quas dixi,sed hęc non sunt in omnibus lacticinijs æqualiter. Et radix quidem lacticinij curat dolorem dentium & aufert eum,quando coquitur cum aceto. Et uirtus quidem lactis est fortior,& magis manifesta,nam quando ponitur ex eo modicum in dente corroso, in quo est dolor,postquam custodiuntur os & lingua,ne tangatur ab eo,propterea quia hulceraret quodcunq; eorum tangeret,hoc fit,postquam posita est stilla una lactis in foramine,opilatur statim,& munitur cum aliquanto cæræ,aufert dolorem statim. Et quando linitur locus ubi sunt pili,quos uolumus euellere cum lacte lacticiniorum,aufert eos omnes,sed propter fortitudinem eius et uiolentiam,oportet quod admisceatur ei oleum,& quando fit hoc sæpe, prohibet radices pilorum, & facit quod amplius non renascuntur. Et hoc quidem lac aufert uerrucas,quãdo liniuntur cum eo,& carnem quæ superexcrescit in lateribus unguium,& abstergit impetiginem, & scabiem & propter excellentem caliditatem suam stat loco cauterij, & curat hulcera corrosiua,& erisipilam,& hulcera putrida. Et quando administratur suo tempore,& secun
B dum modum & quantitatem sicut debet,aufert duriciem fistulatum. Et folia quidẽ eius faciunt omnes istas opelationes,similiter & semen, ueruntamen semen ipsum est debilioris operationis. Et sunt quidam,qui accipiunt folia & semen, & proijciũt ambo in aquas,& accipiunt pisces in eis existentes, eò quod pisces fiunt sicut ebrij, natantes in superficie aquæ. Cinis uero lacticinij specierum, & aqua cineris habent operationes,quas habent ipsa lacticinia. Alkanzi.) Omnes species lacticiniorum purgant melancholiam,& phlegma grossum,& aquam. Abugerig.) Lacticinia sunt meçerion,& xebram,& hoscin largina,& artanitha,& althit,et species alię multæ, & id, cui Medici appropiant nomen lacticinij, est lac largiæ.

Abix.) Lac lacticinij accipitur ex arbore sua,& accipitur farina hordei, & conficitur cum eo. Et si uis ipsum rectificare, misce cum pauco amilo, & pone cum eo olei amygdalarum dulcium parum,aut olei uiolacei. & meliores medicinæ quæ admiscentur sibi,sunt rosæ tritæ, & succus liquiritiæ,& aloes,& turbith,& mirabolani, & absinthium,& eupatorium,& succi amborum,& sal Indum, & crocus,& amilum. Quando ergo temperatur cum aliqua istarum Medicinarum, rectificatur cõplexio eius,& confert febri quartanæ,& purgat aquam citrinam purgatione faciente magnum iuuamentum. Sed quando datur solum sine rectificatione,corrumpit complexionem,& facit tristiciam multam,& dolorem in epate,recipienti ipsum,et destruit stomachum, & aufert appetitum cibi. Et ipsum quidem est calidum, & acutum, simile scamoneæ. Et dosis eius postquam rectificatur, sicut dixi, est à duobus dauich, usque ad tres, quando ueterascit, diminuitur operatio eius, & iuuamentum ipsius.

DE PORRIS. CCCLI.

CVrat, id est, porrum. Et ex eo est domesticum, & est Hispanum. Et est ex eo nabati, & est montanum,& est porrum uineæ. Galenus.) Porrum agreste est medium inter porrum & allium. Et reperitur uirtus huius plantæ secundum hunc modum. Et uolo dicere inter uirtutem porri,& allij,& propter hoc est magis acutũ, & deficcatiuum,q̃ porrum,& ob hoc est malum stomacho, & est acutum,& incisio

& operatio

C & operatio eius sunt plus quàm domestici,& ob hoc prouocat urinam,& menstrua sæpe quando retinentur propter humores frigidos grossos, & habet tantum de calefactione,quod hulcerat cutem quando exterius applicatur corpori. Et ego quidem iam dixi,ꝙ omnes Medicinæ quæ calefaciũt tali calefactione, sunt in fine graduum.

Dioscorides.) Porrum ultramarinum & nabati sunt inflatiua, & generant chimũ malum,& accidunt ex eis somnia mala,ueruntamen prouocant urinam,& molliũt uentrem,& subtiliant humores,& faciunt obscuritatẽ uisus,& prouocant menstrua, & nocent renibus & uesicæ,quando in eis sunt hulcera. Sed quando coquuntur cũ aqua hordei,extrahunt superfluitates à pectore & pulmone. Et quando accipiuntur eius folia,& coquuntur cum aqua maris,& aceto,& mulieres sedent in illa decoctione,confert coartationi oris matricis,& duriciei eius. Et porri quidem dulcorantur, quando elixantur bis,& proiectis illis duabus aquis, ponuntur postea in aqua frigida. Quando igitur ita dulces,minuitur inflatio eorum. Et porri quidem nabati sunt acutioris saporis,ꝙ ultramarini,& in eis est aliquantulum stipticitatis, & ideo quando succus eorum miscetur cum aceto,& minuto thure,aut olibano ipso, stringit sanguinem,& proprie ex naribus. Et porrum quidem incitat libidinem,& quando miscetur cum melle,& fit inde loch,confert doloribus pectoris, & hulceribus pulmonis. Et quando comeditur,mundificat cannam pulmonis, & quando assuescitur cibus eius,inducit obscuritatem uisus,& est malum stomacho. Et quando succus eius miscetur cum melicrato,confert morsibus uenenosis. Et quando fit emplastrum cũ porris ipsis,& ponitur super locum morsum,facit hoc. Et quando miscetur cum aceto,& olibano,& lacte,& oleo rosarum,& distillatur in aurem, confert dolori auriũ, & tinnitui eius,& quando cum eis & sumach fit emplastrum,aufert uerrucas,quę discuntur asua,& curat syriæ,& quando fit emplastrum cum eis & sale,mundificat hulcera sordida.Et quando bibuntur ex semine eius drachmæ duæ, cum granis myrti, simul tritis,abscindit sputum sanguinis antiquũ à pectore. Ruffus.) Porrũ prouocat menstrua,& mũdificat pectus,& aufert acetosas eructuationes, ac mollit uentrẽ. D

Iudæus.)Proprietas porri est,quod destruit dentes,& gingiuas. Aben mesuai.) Proprietas porri est,quod nocet renibus,& uesicæ,quando in eis sunt hulcera, & folia porri de sceni conferunt matrici, ex proprietate quæ est in eis, quando in matrice est humiditas faciens lubricare fœtum. Mesarugie.) Semen porri quando suffumigatur anus cum eo,desiccat fistulas quæ sunt in eo.

De porro uineæ. Dioscorides.) Est deterius stomacho alijs porris, & calidius, & magis prouocatiuum urinę,et prouocat menstrua,et quando comeditur, confert morsui uenenoso ualde.

DE CONDISI. CCCLII.

COndes,id est,condisi. Galenus.) Id quod ex ea administratur,est radix, et sapor eius est acutus.Et uirtus eius prima est calida et sicca in quarto gradu. Et secunda abstergit.Et tertia commouet sternutationem. Dioscorides.) Lauatores lanæ utuntur ista ad faciẽdum lanam lenem,& pulchram,quoniã suffumigant ipsam cum ea,& est nota. Radix eius est acuta,& in forma sua longa,ac rotunda, de qua si accipiatur pondus faclanarium cum melle,prouocat urinam, & confert epatis egritudinibus,& coartationi anhelitus,quæ cogit hominem erigi,& tussi,& ictericiæ,et laxat uentrem. Et quando bibitur cum opopanace, & cum radice capparis, frangit lapidem,& expellit eum cum urina,& resoluit duriciem splenis,& quando fit nasale cum eo,prouocat menstrua,& expellit fœtum fortiter. Et quando fit ex eo emplastrum cum aceto,curat scabiem hulceratam, & quando coquitur cum farina hordei & uino,resoluit apostemata in principio eorum,facto emplastro ex eo, & ipsum intrat in confectionibus sief,quæ fiunt ad usum acuendum,& confert ad hoc, & in cõfectionibus unguentorũ,& prouocat sternutationem.Et quando teritur,& miscetur cum melle,& fit inde caputpurgiũ,prouocat superfluitates à cerebro ad os, & mundificat caput. Bedigoras.) De proprietate condisi est, quod abscindit phlegma, & melancholiam grossam,& resoluit uentositates.

De meçerion

A DE MEZERION. CCCLIII.

MEzerion,id est,chamelea. Dioscorides.) Est arbustum paruũ,cuius rami sunt apti ad ignem accendendum,& sunt ipsi rami extensi super terram,longitudinem duorum palmorum habentes,& habet folia similia foljs oliuæ, nisi quia sunt subtiliora eis,& mordicantia linguam, & gulam exasperãtia, & sunt depressa super tamos. Galenus.) Sapor eius est amarus,& uirtus eius mundificat hulcera sordida multum,& aufert cortices,seu escaras magnas,quæ sunt in facie hulcerum ab adustione,quando ponitur in eis. Dioscorides.) Folia huius plantæ laxant phlegma, & choleram,& maxime quando admiscetur eis duplum eius ex absynthio, & quãdo miscetur cum absinthio, & conficitur cum melle,aut cum aqua, & fiunt inde pillulæ,& administrantur, facit hoc. Et pillulæ quidem quæ fiunt ex ea, non dissoluuntur in uentre, sed egrediuntur integræ sicut sunt. Et quando accipiuntur folia huius plantæ,& teruntur bene,& miscentur cum melle, & ponuntur in hulceribus, mundificant ea, & auferunt escaras eorum. Bedigoras.) Proprietas eius est quod laxat melancholiam,& aquam citrinam, quemadmodum faciunt species aliæ lacticiniorum. Liber uenenorum.) Pondus drachmæ unius ex eo occidit,propterea, quia desiccat humiditatem epatis.Paulus.) Meçerion nigrum purgat aquam, & album similiter,& cum hoc educit ascarides,& in hoc est melius nigro,& nigrum est bonũ pruritui,& scabiei. Alcançi.) Proprietas eius est quod laxat melancholiã. Et dixit Cuçena,quod ipsum est siccum in quarto gradu,& corrodit, ac destruit humiditatẽ epatis,& totius corporis,& facit hominem hydropicum. Aben mesuai.) Proprietas eius est, quod destruit complexionem corporis, & euacuat aquam citrinam, & choletam, & phlegma, & operatur plus in hoc, quando fiunt pillulæ cum eo. Et quando aliquis uult sumere ex eo,admiscеat ei duplum eius ex absinthio, & conficiat cum aqua calida,& sumat. Et meum consilium est, quod ante eius potationem præparetur secundum hunc modum, scilicet, quod accipiatur ex eo drachma una, B & proijciantur super ipsum aquæ libræ tres,& coquantur, donec ex aqua remaneat libra una,deinde coletur,& proijciatur super ipsum drachma una olei amygdalini, & iterum coquatur, donec aqua consumatur, & remaneat oleum. Et dosis eius sit à drach.3.usq; ad.5.Sed ille qui bibit substantiam eius,admiscеat ei duplum ponderis eius de absinthio. Et dosis eius est à tribus kirat,usq; ad sex. Habix.) Meçerion sunt duæ species,una habet magna folia,& alia habet parua,grossa,rugosa,& est deterius,& illud cuius folia sunt magna,est melius, & uolo dicere magna uel parua folia, non quod ex una arbore colligantur magna, aut parua, sed quia diuersæ sunt species,quarum una habet folia magna, & alia parua. Et meçerion in uirtute sua est sicut scebram in acuitate & stipticitate.Et quando bibitur ex eo sine rectificatione, accidit ex eo laxitudo,& debilitas,& fortassis facit euomere, & assellare similiter,& fortassis natura expellit ipsum per unum horum locorum. Et quando datur sine rectificatione, facit assellare simile rasuræ intestinorum, aut sicut farinã dissolutã cum aqua, & hoc non accidit, nisi quia grauat naturam,& intestina excoriat. Sed homines habentes humiditates multas,possunt melius sustinere potionem eius quàm alij, & sanes possunt ipsum melius sustinere quàm iuuenes, quia impossibile est ꝙ istæ Medicinæ sic calidæ non inducant laborem iuuenibus propter caliditatẽ eorum, & choleram quæ abundat in eis. Quapropter meliores Medicinarũ his sunt decoctiones, in quibus intrant myrobalani, citrini, te kebuli,& thamarindi,& pruna,& sebesten, & iuiubæ,& fumi terræ,nam huiusmodi Medicinæ laxant leuiter propter uiscositatem in aliquibus existentem, & propter stipticitatẽ in aliquibus earum existentem.

Et quando das alicui aliquam ex istis Medicinis acutis in potu, postꝙ præparaueris eam in antidotis,aut in pillulis,aut in trocischis, præcipue ꝙ bibat eam cum aqua quam tepefecit aer solum,non cum aqua quam calefecit ignis,nam si bibantur cum aqua quam calefecit ignis,inducunt laborem, & prouocãt uomitum, quando ergo istæ Medicinæ sumuntur cum aqua,quæ non est calefacta super ignem, laxant leuiter,nisi forte fuerint aliqui ex senibus, q.orũ stomachi sunt infrigidati ualde, quare

C Medicina in eis non poteſt diſſolui, niſi in longo tempore. Talibus namq; detur in potu cum aqua, quæ bulitur ſuper igné, & cũ fortiter bulierit, poſtea dimittatur, donec tepeſcat, & ſic detur Medicina cum ea. Et non facias id quod faciunt ſtolidi Medici, qui dant Medicinas cum aqua tepida, quæ non bulitur, quare prouocant uomitum, Præcipe ergo ut aqua fortiter buliat, deinde tepeſcat, & poterur. Sed ſcamoneam poſſunt ſuſtinere quilibet, ſiue iuuenes ſint, ſiue ſenes ſint, uel ſeniores, dummodo bibant eam cum aqua bulita, & tepefacta. Si autem aliquis conqueritur q̃ Medicina non quieſcit in ſtomacho ſuo, donec euomat eam, fac illum comedere diuerſa cibaria, & replere eos multum, deinde da ei in potu uinum poſt, in quo ſit aliquod dulce, deinde fac eum euomere, aut bibatur loco uini phuca tepidum, cui ſit mel admixtum, & ſal, & tunc euomat, donec ſtomachus eius mundificetur à ſuperfluitatibus exiſtentibus in eo coadunatis, deinde cuſtodiat ſibi illa die, & in ſecunda die bibat ſuam Medicinam, & hoc ſi eſt ex hominibus, qui poſſint euomere ſine labore. Nam quidam ſunt qui abhorrent uomitum fortem, & propter hoc debet euomere paulatiue cum rebus facilioribus, donec mundificetur ſtomachus eorum, & expellantur humiditates quæ ſunt in eo, & hoc faciant una die, aut duabus, anteq; capiãt Medicinam, nam facies eos aſſellare, & non euoment eam. Si igitur uis exhibere meçerion, elige illud quod dixi eſſe melius, ſcilicet illud quod habet folia longiora, & latiora, & ſubtiliora, & infunde ipſum in forti aceto duobus diebus ac noctibus, & hoc fiat ante contritionem eius, & ſicut eſt integrum, renouabis acetum bis aut ter, & proijce acetum in quo fuit infuſum meçerion, & laua illud cum aqua dulci bis aut ter, & deſicca ipſum ad umbram, aut ad ſolem, ſi nõ poteſt cito ſiccari in umbra, donec recedat humiditas eius, & poſt tere ipſum groſſe, deinde miſce ipſum cum oleo amygdalino dulci, aut cum oleo uiolaceo. Et ego quidem nõ dixi, ut teratur groſſo modo, niſi quia ut non adhæreat uillis ſtomachi, & inteſtinis, & noceat. Et ſi uis

D ipſum admiſcere cum rebus ſibi cõuenientibus, miſce cum eo dend, aut epithymũ, aut myrobalanos citrinos, aut roſas, aut epithymum. Et ad humectandã ſiccitatem eius miſce ei ſuccum liquiritiæ, & cyminum, & ſal Indum. Quando ergo tu ponis ipſum cum huiuſmodi Medicinis, quas diximus, fit Medicina cõueniens omnibus ægritudinibus factis à melancholia, nam expellit eam, & cõfert doloribus phlegmaticis. Et ſi uis euacuare cum eo aquam citrinam, præpara ipſum ptius, ſicut dixi, nam ipſum laxat eam, & affert iuuamentum manifeſtum. Demum poſtq; rectificaueris ipſum, miſce cum eo has Medicinas, ſcilicet radicem ireos, & batituram æris, & aſſarum, & myrrham, & ſerapinũ, & myrobalanos citrinos, & ſal Indum, & ſemen apij domeſtici, & ſuccum eupatorij, & ſuccum abſinthij, & ſpicam nardi, & maſticem, & detur cum ſucco ſolatri, & fœniculi bulitis, & clarificatis, & ſi uirtus fuerit fortis, appone de caſſia fiſtula, alias tapſia cum ſuccis herbarum, & cum pauco Medicamine præparato ſicut dixi, nam ipſum laxabit aquam citrinam. Et ſi uis facere pillulas, aut trociſcos ex eo, quia conferunt, niſi quia debiles nequeunt ſuſtinere eam, uirtus quorum eſt proſtrata, quare conuenit fortibus. Si autem meçerion præparatur ſicut dixi, & uirtus ægri poſſit ipſum ſuſtinere, & tempus fuerit medium inter caliditatem & frigiditatem, & diſpoſitio aeris & loci conueniat, & ætas. Sit eius doſis forti, qui non habet ægritudinem aliquam in corpore ſuo drach. ſemis, uſq; ad duo dauich. Aegris uero ſecundum quod poſſunt ſuſtinere, & ſecundum quod exigit ægritudo. Habenti uero aquam citrinam, & eſt fortis, da ex eo in potu à quatuor granis hordei, uſq; ad ſex, ſi Deo placet.

DE CATAPVCIA MINORE. CCCLIIII.

MEndana, id eſt, catapucia minor. Dioſcorides.) Eſt planta quam multi computant inter ſpecies lacticiniorum, habet ſtipitem concauum, habentem longitudinem unius brachij, & groſſitudinem unius digiti, & in ſummitate ſtipitis & ramorum, ſunt ramuli parui, & ex folijs ſunt quædam ſuper ſtipitem, & quædam ſunt ſuper ramulos illos, ſed ſola quæ ſunt ſuper ſtipitem, ſunt longiora ſimilia folijs amygdalæ, niſi quia ſunt latiora, & leniora, ſed folia quæ ſunt ſuper ramulos ſuperiores

A riores, ſunt minora folijs ariſtologiæ longæ, appropinquãtia ſimilitudini foliorum hederæ, & habet fructum in ſummitatibus ramulorum triangulatũ, & uelut rotundum, ſicut grana cyperi, & intra ipſum ſunt ſemina tria quæ diuidunt parietes, qui ſunt in eo, quæ ſemina ſunt in magnitudine orobi, extetius ſubnigrum colorem habentium, ſed quando excoriantur, ſunt alba, habentia ſaporem dulcem, & habet radicem ſubtilem, in qua nullum eſt iuuamentum. Galenus.) Virtus eius eſt ſimilis uirtuti omnium ſpecierum lacticiniorũ, & non differt ab eis, niſi in uno, & eſt, quod in ſemine eius eſt dulcedo, & hoc ſemen eſt illud quod habet uirtutem laxandi.

Dioſcorides.) Hæc planta eſt tota plena lacte, ſicut alia lacticinia, & quando ſumuntur in potu ex ſemine eius octo grana uel nouem, & fiũt inde pillulæ, & ſumuntur, & poſt ipſam bibitur aqua frigida, purgant phlegma, choleram, & chimũ aquoſum, & lac eius quando ſumitur in potu ſicut recipitur lac lacticiniorum, facit hoc, & quando coquuntur folia huius plantę cum pullis, aut cũ holeribus, uel cibis alijs, faciunt hoc. Paulus.) Laxat ſicut lacticinia alia, & proprie lac eius, uerũ ſemen eius habet uirtutem potiorem ad laxandum. Salamine.) Quando hæc Medicina coquitur cum atriplicibus, & gallo ueteri, laxat uentrem. Albaſari.) Laxat ſicut aliæ ſpecies lacticiniorũ, & ſemen eius eſt ſimile ſemini ipſorum, niſi quia in iſto eſt dulcedo. Abenguefit.) Artos eſt granum mendena, & laxat ſicut ſcamonea, & eſt fortius ea, & datur ex eo ſecundum ſententiam antiquorum à ſeptem granis, uſq; ad .ix. Et dicitur quod eſt error, quia non debet dari de eo, niſi ab uno grano uſq; ad duo, & ſecundum ſententiam Modernorum grana quinq;, & quando ſtomachus eſt fortis, da grana integra, & ſi eſt debilis, da ea contrita. Abix.) Habet folia longa ſicut digitus per ramos ordinata, ita quod quando aſpiciuntur, aſſimilantur paruis piſcibus, & propter hoc Armeni nominãt ipſum piſces, & quando uulneratur in aliquo loco, egreditur inde lac, & quando coquuntur folia eius, & dantur in cibo habentibus aquam citrinam, euacuãt eam per ſeceſſum, & ſi datur in potu ex folijs eius, aut

B ex lacte laxant, & fortaſſis faciunt euomere. Et lac quidem eſt fortius folijs, & ſemen extrahitur à cortice ſuo, ſicut grana koti, & ſunt eiuſdem quantitatis, aut minora parum granis koti, & in quolibet fructu ſunt tria grana parua, de quibus ſi dẽtur in potu drachmæ duæ, laxant phlegmam, & utranq; choleram, ac humores groſſos. Raſis.) Laxat & prouocat uomitum, & confert podagræ, & laxat choleram, & aquam citrinam, & operatur ſicut lacticinia. Abugerig.) Mendena ſunt duæ ſpecies quæ habent folia longa, ſicut digitus, laxant ſicut lacticinia, & ſemen eius ſicut ſemina eo tum ſimiliter eſt, & in ſapore eius eſt dulcedo.

DE MEHIZAHARAGI. CCCLV.

MEizaragi. Abugerig.) Confert doloribus iuncturarũ, & articulorum. Abix.) Eſt in ea proprietas quæ iuuat in doloribus iuncturarum, & contortioni digitorum, & ex arbore ſua quod eſt iuuamentum, eſt cortex eius exterior, & ponitur in Medicinis magnis. Et dixerunt quidam q̃ uiderunt in folijs huius plantæ id quod dixi in arbore agine, & hoc quod quando ponitur in fluuijs, inebriat piſces. Et melior ex ea eſt illa quæ habet ſubtilem corticem, & in ſapore eius eſt acuitas pauca. Et doſis eius ſimplicis cum çucharo eſt aurei unius, & quando miſcetur alijs Medicinis, eſt dauich quatuor. Et ſimiliter poſita in pillulis, aut in electuario, & ſi ponitur in decoctione cũ alijs Medicinis, doſis eius eſt drach. duarũ uſq; ad tres. Et ego reme moraui iſta pondera, ideo, quod quando iſta Medicina poratur ſimplex, operatur cum ſua uirtute ſola, & quando admiſcetur cum alijs Medicinis, fortificatur uirtus unius per aliam, & ideo oportet quod ſit quãtitas eius quod de ea ſumitur cum alijs Medicinis, pars tertia eius quod de ea bibitur ſimplici, & non augeatur de Medicina quando admiſcetur cum alijs. Ideo ne ſit uirtus unius ſuperans ſuper uirtutem aliarum Medicinarum, & debilitat uirtutes earum fortiter. In decoctionibus uero non eſt ita, quoniam ſubſtantia Medicinæ abijcitur, & recipitur aqua.

DE PYRETRO. CCCLVI.

C MAchatcaraha,id eſt,pyretrum. Dioſcorides.) Eſt planta,cuius folia ſunt ſimilia folijs dauci agreſtis, aut marathri,& ſtipites ſimiliter ſicut ſtipes illius,& ſuper ſtipitem eſt corona ſimilis coronæ anethi,ſimilis capitellis rotunda,& habet radicem in groſſitudine digiti. Galenus.) Plurimum quod adminiſtratur ex ea eſt radix. Et uirtus eius prima eſt proprietas adurens, & ſecũda eius uirtus ſedat dolorem dentium,factum à frigiditate,& confert rigori febrium, quando fit inunctio cum eo diſſoluto in oleo,ante aduentum paroxiſmi,& confert habenti membra ſua narcoticata, & habenti ſtuporem in membris, aut relaxationem. Dioſcorides.) Pungit linguam fortiter quando guſtatur, & attrahit phlegma, & ideo quando coquitur cum aceto,& fit cum eo collutio oris, confert dolori dentium, & quãdo maſticatur attrahit phlegma,& quando teritur,& miſcetur cum oleo,& inungitur cum eo,prouocat ſudorem,& confert ad cutem,& membris, quibus dominatur frigus, & conſeruat corpus à nimio frigore aeris ne noceat, & amiſſioni ſenſus, & motus, & eius iuuamentum in hoc magnum exiſtit,& confert paralyſi,& rigoribus febrium.

DE PIPERE. CCCLVII.

FVlfel,id eſt,piper. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum in regionibus Indiæ naſcens, & habet ſemen quod in ortu ſuo eſt longum, ſimile phaſeolis, & elongatur in forma ſua. Et eſt macropiper, & intra ipſum ſunt grana parua, ſimilia geguers, quæ quando maturantur,fit piper, & hoc quia ſeparatur, & fit ſicut racemus, in quibus ſunt grana parua primo,& ſunt grana piperis, & quando colligitur, perfecte maturum eſt piper nigrum, ſed quando colligitur ante maturationem, eſt piper album, nam color eius eſt albus,& non recipit in colore ſuo nigredinem ante maturitatem. Et radix huius arboris eſt ſimilis coſto. Eligendum eſt autem ex pipere nigro illud quod eſt nouum, in quo non eſt res ſimilis furfuri, graue, & plenum. Sed ex pipere albo melius eſt illud quod non eſt rugoſum, album, & graue. Sed ex pipere longo
D eligendum eſt illud quod quando frangitur, apparet denſum, habens grana quæ ſunt intra ipſum adinuicem iuncta, & ſapor eius eſt acutus, mordicãs linguam cum calefactione. Galenus.) Sapor piperis eſt acutus, & illud quod non eſt maturum, eſt piper album, & ipſum eſt acutius nigro, & pungens linguam magis, & hoc eſt, quia nigrum, propterea quod maturatur, accidit quod recipiat aduſtionẽ in ſeipſo, aduſtione & deſiccatione forti, quare minuitur illa acuitas, quæ quidem magis remanet in albo. Ambæ tamen iſtæ duæ ſpecies ſunt deſiccatiuæ, calefactiuæ fortiter. Et fructus quidem eius quando incipit, eſt piper longum, & propter hoc accidit ꝙ piper longum eſt humidius pipere alio,& ſignum ſuper hoc eſt, quod quãdo elongatur tempus ſuper ipſum,corroditur,& perforatur, & quando teritur, non inuenit tritor in principio ſuæ contritionis punctionem multam,& quando incipit mordicare,nõ apparet mordicatio eius multa,anteq̃ bene guſtetur,deinde remanet mordicatio eius tempore non paruo. Et dixit in libro de regimine ſanitatis. Piper album eſt melius ſtomacho alijs duabus piperi ſpeciebus. Dioſcorides.) Piper nigrum eſt acutius pipere albo, & piper albũ eſt debilius eo. Et uirtus piperis eſt calefactiua, attractiua cibi,prouocatiua urinæ, reſolutiua, abſterſiua obſcuritatis uiſus. Et quando ſumitur in potu,aut fit inunctio cum eo,& aliquo unguento, confert rigoribus febrium periodicarum,& confert morſibus uenenoſis, & expellit fœtum. Et quidam putant quod quando fit naſale cum eo poſt coitum, prohibet impregnari, & adminiſtratur in loch,& in ſyrupis competentibus tuſſi,&dolori pectoris,& fit linitio cum eo,& melle,& confert ſquinantiæ,& quando ſumitur in potu, maxime cum granis lauri,aut cum folijs eius,confert tortionibus uentris,& quando maſticatur cũ ſtaphiſagria,& cum paſſula montana, facit deſcendere phlegma à capite, & ipſum ſedat dolores,& confortat uirtutem digeſtiuam, & intrat in commixtionibus ſpecierum,quibus utuntur ſani in condimentis ciborum,ad prouocandum apperitum,& quando miſcetur cum pice, reſoluit ſcrophulas, & quando miſcetur cum nitro,abſtergit morpheam. Piper autem aſſatur, quia ponitur ſuper nouam teſtam, & monetur cõtinue,ſicut mouentur lentes,donec aſſetur quantũ oportet. Et non eſt radix piperis

A piperis çinçibet ſicut quidã credidere,immo radix piperis eſt ſimilis coſto,quæ quidem radix calefacit,mordicat linguam,& attrahit humiditates ad os,& quãdo miſcetur cum aceto,& fit emplaſtrum cum ea, reſoluit apoſtema,uel duriciem ſplenis, & ſi ſumitur in potu, facit idem, & quando maſticatur cum ſtaphiſagria, attrahit phlegma ſicut piper, & eſt multotum iuuamentorum. Aben meſuai.) Proprietas piperis eſt,quod prohibet impregnationem ſuppoſitum poſt coitum, & prohibet tortiones,& uentoſitates quę ſunt in ſtomacho,& inteſtinis,& incidit phlegma uiſcoſum, & aggregatum in pectore, & pulmone,ac inteſtinis. Et piper quidem eſt calidum & humidum,& digerit cibum,ac expellit uentoſitates ſtomachi,& inteſtinorum, & eſt febricitantibus nociuum. Liber quæſtionum.) Si quis utitur pipere multum, prouocat urinam,& ſi utitur eo parum,laxat uentrem, & ſcamonea in hoc exiſtit cõtraria. Xarchaindi.) Piper facit hominem macreſcere, & deſiccat ſperma, & in pipere albo cum acuitate ſua eſt humiditas addens in ſpermate. Humaim.) In tyriaca piper mundificat epar,& uentrem,& pulmonem,ac ſtomachum,& confert morſibus uenenoſis,& calefacit neruos,ac muſculos plus omni alia re.

DE SAPONE. CCCXLVIII.

SAbon,id eſt,ſapo. Paulus.) Virtus eius abſtergit, & purificat. Albaſari.) Sapo eſt bonus ad maturandum apoſtemata,& ſaniem colligendã, & ad mollificanda apoſtemata dura. Raſis.) Eſt calidus,& hulcerat corpus,& eſt in hoc fortis.

DE KITRAN. CCCLIX.

KItran. Dioſcorides.) Eſt oleum quod egreditur ex ſerbin. Et ſerbin ſunt duæ ſpecies,una eſt arbor magna, & ex iſta eſt alkitran, habet fructũ ſimilem fructui cypreſſi,niſi quia eſt minor eo multum,& ſecunda eſt arbor parua, ſpinoſa, habens ſimilitudinẽ cum arbore iuniperi, & magnitudo fructus eius eſt ſicut granum myrti. Melius autem alkitram eſt illud quod eſt ſpiſſum, clarum, habens fortem odo-
B rem cum horribilitate,& quãdo intingitur digitus in eo, non cito fluit ex digito propter ſuam ſpiſſitudinem, & quãdo ſtilla eius cadit in loco, remanet collecta,& non expanditur. Galenus.) Specierum ſerbin complexio eſt calida & ſicca in tertio gradu. Sed olei quod ex iſta arbore elicitur, ſubſtãtia eſt ſubtilis. Et uirtus eius prima eſt calida & ſicca in quarto gradu,& ſecunda deſiccat,& purificat carnem,uerum citius putrefacit carnem teneram,duram uero putrefacit in tempore longo, & tertia cuſtodit corpora mortuorum,& hoc quia eſt debilius ex Medicinis putrefactiuis,expellit putrefactionem, & deſtruit quod eſt ibi de humiditate abſq; eo ꝙ lędat membra radicalia. Sed quando applicatur corporibus uiuis, calor corporis auget & fortificat uirtutem eius,quare fit cauſſa adurendi carnem teneram & mollem,& propter hoc occidit pediculos,& lendines,& lumbricos,& uermes aurium,& quando fit naſale cum eo, corrumpit fœtum, & exit foras mortuum. Et quando linitur uirga cum eo in hora coitus,deſtruit cõceptum,& propter hoc eſt ex uerioribus Medicinis,& fortioribus ad prohibendum impregnationem, adeo quod accidit ei qui illo utitur,ut fiat omnino ſterilis. Et quando diſtillatur ex eo in dente corroſo, ſedat dolorem,& frangit dentem,& aufert liuorem ſub oculo factum,& curat eriſipilam factam ab humoribus groſſis. Et pinguius ex alkitran eſt illud quod eſt optimum,ex eo quod colligitur in lana,quando ſuſpenditur ſuper ipſum dum coquitur,& eſt ſubtilius quàm alkitran totum, & eſt minus acutum, uerum calefactio eius non eſt minor multum reſiduo eius,& hoc reſiduum quod remanet ex alkitran,eſt illud quod ex eo eſt ſpiſſum & groſſum,& eſt ſicut id quod remanet ex ſpiſſitudine olei, & ideo deuenit ꝙ alkitran propter groſſitudinem ſuam mordicat & aperit, & propter iſtam cauſſam commouet hulcera,& facit ea apoſtemari, & quando linitur cum illo alkitran ſublimato, calefacit multum, & mollificat, & propter hanc cauſſam liniuntur cum eo orificia apoſtematum,& curat ea ſicut facit pix liquida. Et ſunt quidam qui adminiſtrant alkitran ad ſcabiem, & pruritum animalium. Sed grani ſerbin uirtus eſt tem-

C perata,adeo quod poteſt comedi,niſi quia facit ſoda, & calefacit corpus,& mordicat ſtomachum. Dioſcorides.) Virtus alkitran eſt quod corrodit,& incidit corpora uiuorum, & conſeruat corpora mortuorum, & ſi fiat feretrum, in quo reponatur corpus defuncti, ex ligno ſerbin, præſeruat corpus ne corrumpatur, & propter hoc quidam nominant ipſum uitam mortuorum. Et alkitran adurit plantas & coria,propter nimietatem ſuę caliditatis,& deſiccationis,& ipſum ponitur in collyrijs ad acuendum uiſum, & abſtergit albedinem oculi, & cicatrices ſeu maculas remanentes poſt conſolidationem hulcerum corneæ, & quãdo diſtillatur in aurem cum aceto,occidit uermes earum. Et ſi miſcetur cum aqua in quã coquitur hyſopus,& diſtillatur in aures, remouet tinnitum & ſibilum earum, & ſi ponitur in dente corroſo,ſedat dolorem eius,ac frangit dentem,& quãdo ſumitur in potu cum uino,confert morſui leporis marini,& quando bibitur cum rob,& ſale pauco,confert morſui ſerpentis,& quando fit ex eo linitio ſuper elephantiam,confert,& datur ex eo uncia una cum dimidia,& mundificat hulcera pulmonis, & curat ea, & quando fit cliſtere cum eo, occidit lumbricos magnos & paruos, & quando fit naſale cum eo, corrumpit fœtum,& ſi quis inunxerit uirgam cum eo in hora coitus, prohibet impregnari,& quando fit linitio cum eo,confert apoſtematibus faucium,& ſquinantiæ,ſit autem oleum ex eo,quando colligitur cum lana quæ ſuſpẽditur ſuper ipſum, quando coquitur, ſicut colligitur ex pice. Et uirtus eius eſt ſicut uirtus alkitran, niſi quia ipſum proprie curat ſcabiem pecudum, & canum, & aufert pruritum eorum,& incarnat,& cõſolidat hulcera eorum,poſt abraſionem pilorum ab hulceribus. Fumus uero alkitran colligitur ſicut fumus picis, & uirtus fumi eius eſt ſicut uirtus fumi picis. Sed fructus ſerbin dicitur chedrides,& uirtus eius eſt calefactiua,& eſt ſtomacho nociuus,ſed confert tuſſi, & attritioni lacertorum, & diſtillationi urinæ, & quando bibitur cum pipere tritus, prouocat menſtrua, & confert quando bibitur cum uino, ei qui bibit leporem marinum, & quando miſcetur cum adipe cerui, aut cum cere-
D bro eius,& linitur corpus cum eo, non approximãt ei animalia uenenoſa, & ipſum intrat in confectionibus antidotorum.

DE CINERIBVS. CCCLX.

KAmad,id eſt,cinis. Galenus.) In cinere ſunt qualitates contrariæ, eo quod eſt ibi pars terrea, & pars uelut fumoſa, & iſta eſt ſubtilis, ſed quando miſcetur ei aqua,recedit cum ea, & remanet pars terrea quæ eſt debilior, & non ineſt ei mordicatio,quia euanuit uirtus illa acuta cum aqua quæ erat in ſubſtantia illa fumoſa,quoniam quando aqua miſcetur cum cinere, ſubſtantia iſta ſubtilis admiſcetur cũ aqua ſtatim,ſicut dixi ſupra,& non ſeparatur ab ea. Cinis autẽ diuerſificatur in genere ſuo ſecundũ diuerſitatẽ lignorũ,ex quibus fit,quia ex eis eſt ſuper quem uincit ſtipticitas ſicut cinis factus ex ligno arboris glandiũ, & arboris maſticis, & hypoquiſtidos, & aliorum ſimilium quæ habent ſtipticitatẽ tantam, ꝙ ego reſtrinxi fluxum ſanguinis cum iſtis cineribus.Sed cinis arboris ficus non adminiſtratur ad hoc,eo ꝙ in ipſo eſt acuitas multa,& aduſtio,& abſterſio,& ideo eſt ꝙ iſte cinis eſt cõtrarius cineri quercus. Et uolo dicere ꝙ pars fumoſa quæ eſt in eo,eſt alia à parte fumea,quæ eſt in alijs cineribus,& pars terrea etiam quæ eſt in cinere quercus, declinat ad ſtipticitatem,& in cinere ligni ficus eſt abſterſio,& dicitur ꝙ Medicinæ quando cõburuntur, excoriant propter cõbuſtionem eorum, & acquirũt ab aduſtione rem igneam, & propter hoc pars ignea ſeparatur ab eis per ablutionem,quando ergo lauantur,remanet terreum frigidum,deſiccans ſine mordicatione, & dixit in nono, aqua cineris intrat in putrefacientibus, & adurit ſine dolore propter ſuam ſubtilitatem,& ſecundum acuitatem cineris eſt acuitas aquæ eius. Et dixit in ſeptimo, aqua cineris eſt abſterſiua,& in hoc quædam ex eis fortior eſt, & quædam debilior, & utplurimum aquæ cineris ſunt abſterſiuæ omnes,excepto cinere ficus,& lacticiniorum, & iſtæ duæ aquæ ſunt in uirtute ſua propinquę Medicinis putrefactiuis, ſed aquæ aliorum cinerũ in uirtute ſua ſunt abſterſiuæ,& deſiccatiuæ, ſecundũ uirtutẽ lignorũ, ex quibus cineres fiunt.

Dioſcorides

A Dioſcorides.) Operatio aquæ cineris ficus agreſtis, & domeſticæ,eſt, quod rami earum aduruntur,& colligitur cinis,et deinde infunditur cinis in aqua,et dimittitur ſic horis aliquibus,& colatur,deinde ponitur iterũ ibi cinis alius, & fit ſæpe hocidẽ, & confert uſus eius ad hulcera fraudulenta,& comedit carnem creſcentem in hulceribus,& ualet cancro infuſa ſpongia in ea,& poſita ſuper ipſum, & adminiſtratur in aliquibus hydropicis,quia infunditur ſpongia in ea, & ponitur ſuper tumorem, & fit cliſtere cum ea ad hulcera inteſtinorum,et ad fluxum antiquum,et adminiſtratur in hulceribus fraudulentis,quia aufert carnem corruptam ab eis, & incarnat & conſolidat ea,ſicut faciunt Medicinæ aliæ,& colatur,& clatificatur ex ea, & datur in potu uncia una & ſemis,cum pauco oleo, ad ſanguinem coagulatum, & ad calidum, & attritionem,& datur de ea ſolum uncia una & ſemis, patienti fluxum uentris, & ad hulcera inteſtinorum. Et quando miſcetur cum oleo,& linitur inde corpus,prouocat ſudorem,& confert doloribus neruorum,& paralyſi,& bibit eam ille,cui datum eſt gypſum in potu,& ei,quem rutella momordit,et confert. Faciunt autem hęc omnia ſpecies aliæ aquarum cineris,& proprie cineris arboris glandium, & omnes ſunt ſtipticæ.

DE ESVLA. CCCLXI.

SCobram,id eſt,eſula. Dioſcorides.) Eſt planta habens ſtipitẽ extenſum in ſongitudine unius brachij, habens nodos multos, & ſuper ipſum ſunt folia parua, ſubtilia,acutarum extremitatum,ſimilia folijs pini,& habet paruos flores, purpurei coloris,& ſemen latũ,ſimile lenti,& radicem albam,groſſam, plenam lacte, & hæc planta eſt ſimilis quodammodo lacticinio,quod dicitur cyperiſios. Reperitur autẽ hæc planta magna in aliquibus locis. Galenus.) Quidam putauerunt, ꝙ hæc ſit ex ſpeciebus lacticiniorum,eò ꝙ habet lac,ſicut illa habent,& laxat ſicut illa,et uirtus eius etiam in alijs proprietatibus eſt ſicut uirtus illarum. Dioſcorides.)Si de radice
B eius accipiatur drachma una,& bibatur cum melicrato, laxat uentrem, & folia eius laxãt,ſi accipiantur de eis .3. oleginat.Et ſi de ſemine eius accipiatur drachma una, laxat cholerã & phlegma,& ſi ſumatur ex lacte eius pondus drachmę unius,facit hoc.

Aben meſuai.) Scebram proprietas eſt ſicut meçerion,& qui uult ipſum accipere, præparet illud,ſicut præparatur meçerion,niſi quod ponat loco abſinthij roſam, & dragagantum,& bibat ipſum cum aqua mellis,aut cum rob, aut cũ decoctione mellis,aut cum holere iameno. Et doſis eius eſt ab uno kirat uſq; ad ;. Paulus.) Scebram laxat aquam citrinam,quando bibitur cũ ſauich. Aben meſeha.) Laxat phlegma & melancholiam. Liber uenenorum.) Id quod de ipſo occidit, eſt pondus drachmarum duarum,& abſcindit fluxum qui accidit ab eo, ſedere in aqua frigida, & proijcere ipſam ſuper caput eius. Habix.) Scebram eſt calidum in tertio gradu, & ſiccum in principio ſecundi,& eſt in eo cum hoc ſtipticitas,& acuitas,ita, ꝙ quando aliquis ſumit de eo in potu, inuenit ex eo in gutture ſuo ſtipticitatem. Et antiqui utebantur eo,& inuenere in operatione eius nocumentum, habentibus calidam cõplexionem,& ꝙ inducit febrem potanti ipſum, & cum hoc toto nocet habentibus hemorrhoidas. Nam aperit uenas ani,& prouocat fluxum ſanguinis earum,quia uenæ illæ de natura ſua ſunt fluxibiles. Cum ergo ſentiunt ſtipticitatem & ſiccitatem ſcebram,facit eos tumeſcere plus,& fluere, quia ſcebram facit duabus qualitatibus quas dixi hoc,& propter fluxum etiam & Medicinæ quæ laxant cum ſtipticitate & acuitate, ſicut ſcebram,& meçerion,faciunt hoc. Sed operatio rerum ſtipticarũ,quæ ſtringũt naturã,ſicut ſunt glandes,& caſtaneę,& granula paſſularũ,& cortex granati exterior,& katarhich,& galla,& myrtus,& grana eius,& ſimilia iſtis. Ex Medicinis ſtipticis eſt operatio cõtraria operationi ſcebram, & meçerion,quia ipſę ſtringũt naturam,& reſtringunt uenas illas,& abſciundunt ſanguinem ab illis fluentem. Et ſcebram quidẽ quãdo rectificatur,cõfert iuuamentũ manifeſtũ, & habet proprietatẽ in ſoluendo aquã citrinã,& in colica,& melancholia,et laxat phlegma groſſum aggregatũ in iuncturis. Et melius ex ſcebram eſt,cuius color eſt rubeus,leue, habens corticeſ ſubtiles. Sed illud quod non eſt ita,ſed eſt groſſum,& non eſt rubeũ,niſi parum.

C Et quando uis ipsum frangere, non frangitur facile propter suam grossiciem, & apparet in eo simile filis. Et est deterius ex scebram. Et tu inuenies omnia ista in scebrā agresti. Sed scebram Persidæ est deterius alijs. Et rectificatio eius est, quod accipias ex eo quantitatem quam uis, & infunde illud in lacte, & dimitte ipsum illic per diē & noctem, & caue, ne amplius dimittas, ne eius operatio debilitetur ad chimos expellendos malos à corpore, & oportet te lac mutare in die illa & nocte bis aut ter, quia sic expoliatur à stipticitate & siccitate, quæ sunt in eo. Et si uis ipsum cum Medicinis alijs admiscere, misce illas cum his, quæ conueniunt ei, sicut sunt anisum, & fœniculum, & cyminum, turbith, & myrobalani, quia istæ medicinæ, & si sit in sapore earum stipticitas, tamen ipsæ non sunt ita acutæ sicut scebram, quia in eis est complexio, qua iuuant corpus plus quàm in scebram, & ipsæ subtiliant ipsum, & auferunt acuitatem eius. Et quando tu uis curare colicā factam à uentositate grossa, aut à phlegmate, aut ab apostemate, uel opilatione cum eo rectifica illud cum bdellio, & serapino, & armoniaco, & fac pillulas cum illo, & pone cum eis parum ex stercore lupi albo, sicut cæruſa, aut quod reperitur super spinas & herbam, aut album, sicut lapis albus. Et si uis ipsum extrahere à lacte, & desiccare, infunde ipsum postea in succo endiuiæ, solatri, & fœniculi, de quibus extractus sit succus, & clarificatus, & stet illic tribus diebus ac noctibus, deinde siccetur, & fiant inde trocisci, & temperentur cū modico sale Indo, & turbith, & myrobalanis citrinis, & aloe, nam insurget inde Medicina iuuatiua multum. In lacte uero scebram non existit aliquod iuuamentum, immo nocet recipienti ipsum. Et Medici uiatores occidunt cum eo multos, propter pauciD tatem scientiæ eorum. Et ego quæsiui ab aliquibus ex eis, quæ esset hæc Medicina, quam ipsi dabant in potu, & sciui, quod erat lac scebram, cum oleo sisamino, & solebat aliquos usq; ad mortem. Et ex his sunt quidam accipientes myrobalanos, & ponentes eos in colloquintidam humidam, extrahentes myrobalanos à colloquintida, & iterum ponunt myrobalanos in aliam colloquintidam, deinde dant unum myrobalanum solum in potu, & laxat, donec occidit. Et istæ quidem Medicinę sunt ignis, quare non debent dici Medicinæ, sed potius uenena. Et quidam ex eis sunt dantes in potu kafartim, & est in ea de malicia & destructione complexionis, & de commotione cholerę epatis, & ipsius opilatione res, quam est impossibile extimari. Et quidam dant in potu de arthanita, qua lauatur lana, & dealbatur, et est prope maliciam kafartim, & haltith, & est herba nascens super flumina, & lignum eius est rubeum, & folia uidentur esse purpurea, & quando inciduntur, egreditur lac ab eis, sicut ex scebram. Et quando ponuntur folia eius super corpus, faciunt rubere locum, & fortasse hulcerant, si ponantur super carnem mollem. Et omnia ista, quæ faciunt rubere exteriora corporis, non debent dari in potu. Et illi, quos ego dixi, dant in potu lac istarum herbarum, & omnes sunt pernicioſæ, destruentes complexionem humanam cum uomitu, & fluxu uentris, quare dimittere eas omnino est melius, quàm dare. Et dosis ex scebram quando rectificatur, secundum quod dictum est cū alijs Medicinis, est à duobus dauich usq; ad quatuor, secundum uirtutem, & ætatem, & tempus.

DE SEITARAGI. CCCLXII.

SEitaragi, id est, hausab Galenus.) Virtus eius, & sapor, & odor, sunt similia uirtuti, sapori, & odori nasturcij, nisi quia est minus desiccatiuum ipso, et calefacit in quarto gradu. Dioscorides.) Est planta nota, & administratur cum lacte, & aqua, & sale. Et uirtus foliorum eius est calida hulceratiua, & propter hoc fit emplastrum cum eis sciaticæ, & pungit multum quando teritur, & miscetur cum radice enulæ, & dimittitur super locum spacio unius horæ, & similiter ponitur super splenem, & linitur scabies hulcerosa cum ea, & aufert eam, & delet maculas unguium, & confert baras, & dolori sciæ. Et quidam putauerunt, quod radix seitaragi suspendatur in collo habentis dolorem dentium, & sedat illum.

DE SINAPI. CCCLXIII.

Cardel

A CArdel, id est, sinapis. Dioscorides.) Eligendum est illud, quod non est siccum nimis, neq; extenuatum, habens granum grossum, & quando frangitur, est album interius, & est humidum, nam istud tale est nouum bonum. Galenus.) Virtus sinapis prima calefacit, & desiccat in quarto gradu. Sed in agresti est absterſio, & resolutio, & secundum cibum generat humores malos. Dioscorides. Virtus sinapis calefacit, & subtiliat, & attrahit quando masticatur, & quādo teritur, & miscetur cum aqua, & temperatur cum hydromelle, & fit inde gargarisma, confert apostemabus radicis linguæ, & asperitati antiquæ cannæ pulmonis, facto cum eo gargarismate. Et quando fit emplastrum cum eo & rebus conuenientibus ad hoc, resoluit scrophulas. Et quando teritur, & applicatur naribus, commouet sternutationem, & confert epilenticis, excitas eos, & mulieres habentes prefocationem matricis, & confert letargiæ, facto emplastro cum eo super caput, euulsis primo capillis per abrasionem. Et quando miscetur cum ficubus pinguibus, & ponitur super cutem, donec rubeat, confert sciaticæ, & duriciei splenis. Et conuenit proprie omnibus doloribus antiquis, quando uolumus attrahere humorem aliquem ab interioribus ad exteriora corporis. Et quando fit emplastrum cum eo, curat alopeciam. Et quando miscetur cum melle & adipe, aut cum cæra dissoluta in oleo, mundificat faciem, & aufert maculam, seu liuorem sub oculo existentem, & coquitur cum aceto, & linitur cum eo scabies hulcerata, & impetigo. Et quando teritur grosse, & datur in potu aliquibus, confert febribus periodicis, & confert grauitati auditus, ac tinnitui aurium, & quando teritur, & miscetur cum aqua & melle, & fit inde collyrium, confert obscuritati uisus, & pruritui palpebrarum. Et exprimitur succus sinapis à semine recente, & desiccatur in sole.

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET SICCIS quarti gradus. Et primo de papauere & opio. CCCLXIIII.

B IHaxthax, id est, papauer. Dioscorides.) Sunt ei multæ species. Nam ex eo est domesticum, quod seminatur in hortis, cuius capita sunt oblonga, & semen eius est album. Et ex eo est agreste. Et sunt ei duæ species. Vna earum est, habens caput depressum, & semen eius est nigrum. Et species alia est, quæ habet caput oblongum, minus tamen altero, & nominatur seil. Et ex eo est concussum, eò quod flos eius ipso concusso cadit cito. Et ex eo est almucharam, & est cornutum, quod nascitur iuxta mare in littoribus. Et ex eo est çebeolij. Galenus.) Semen papaueris domestici inducit somnum temperate, quando puluerizatur in pane, aut miscetur cum melle, & comeditur. Sed concussum semen eius infrigidat fortiter, & propter hanc causſam non est aliquis, qui eo solo utatur, qui effugiat nocumentum eius, eò quod facit dormire fortiter. Et gummi huius papaueris & succus eius est opium. Sed seil, id est, liquidum, intrat plus in Medicinis, uidelicet, semen eius, & capita, & folia eius, & lac. Et uirtus eorum prima infrigidat in quarto gradu. Et secunda est uirtus narcotica, mortificatiua. Dioscorides.) Virtus trium specierum, intelligo domestici, & agrestis, est infrigidatiua, & ideo si coquantur eorum folia cum capitibus suis in aqua, & infundatur decoctio illa super caput, facit dormire, & datur ex ea non ualentibus etiam dormire. Et quando teruntur folia eius fortiter, & miscentur cum sauich, & fit inde emplastrum apostematibus calidis, & erisipilæ, confert & conuenit eis. Et teruntur capita papaueris recentia, & fiunt inde trocisci, qui siccantur, & reponuntur, & administrantur. Et quando coquuntur capita papaueris, cum aqua, donec consumatur medietas aquæ, deinde admiscetur illi decoctioni mel, & coquatur iterum, donec mel coaguletur, & fit inde loch, & est ualde bonum tussi, & superfluitatibus descendentibus ad cannam pulmonis, & fluxui uentris, antiquo. Quando uero admiscetur ei acacia, & hypoquistidos, fit ad hoc fortius.

Semen uero

C Semen uero papaueris nigri teritur fortiter, & datur in potu cum uino ad fluxum uentris, & ad cursum humiditatum antiquarum ex matrice. Caue tamen à nimietate eius, ne inducat subeth, aut lethargiam, uel mortem. Et teritur cum aqua, aut cum oleo rosaceo, & fit inde emplastrum fronti, & temporibus ad uigilias, & ad dolorem capitis. Gummi uero papaueris nigri, & est opium, & succus eius infrigidat plus quàm semen, desiccat, & ingrossat. Et quando de opio sumitur parua quantitas, sicut granum orobi, sedat dolores, & facit dormire, & maturat, & confert tussi, & fluxui antiquo. Quando uero sumitur magna quantitas, facit subeth, & post occidit. Et miscetur cum oleo rosaceo, & linitur inde caput, & confert sodæ. Et quando miscetur cum oleo rosaceo, & myrrha, & croco, & distillatur in aurem, confert dolori eius. Et quando miscetur cum uitello oui assati, & croco, confert apostematibus oculorum. Et quando dissoluitur in aceto, conuenit erisipilæ, & exituris calidis. & quando miscetur cum lacte mulieris, & croco, est bonum podagre, & fit ex eo suppositorium paruum, & ponitur in anum, & facit dormire. Melius uero quod est ex isto gummi, est graue, amari saporis, & facilis resolutionis in aqua, lene in tactu, & album quando fuerit resolutum, non asperum, neq; granulosum, neq; coagulatur cũ fuerit dissolutum in aqua, sicut facit mum. Et quando ponitur in sole, dissoluitur, & si appropinquet igni, incenditur cito, & flamma quam emittit, non est obscura, & quando extinguitur, fit odor eius fortis, non malus. Adulteratur autem, admixto ei sief memithe. Sed quando dissoluitur in aqua, apparet ibi res similis croco in colore, & adulteratur cum succo lactucæ. Et cognitio illius est, quando dissoluitur, est debilis odoris, & asperi tactus. Et adulteratum cum gummi cognoscitur, quia habet uirtutem debilem, & colorem clarum, & quando tangitur, adhæret manui. Et sunt quidam, adulterantes ipsum cum adipe, miscendo ipsum cum eo fortiter, donec rubeat. Vsus autem opij in collyrijs est incolumis. Verum Diagoras refert, quod

D Erasistrates uitabat usum opij in ophthalmia, & non utebatur illo in egritudinibus oculorum, nec in aliqua egritudinum aurium. Nam dicebat, Quod opium debilitat uisum, inducens subeth. Et Andreatos dixit.) Quod nisi ipsum esset adulteratum, induceret cœcitatem oculis, quibus intromitteretur. Et Mesidemus quidem dixit.) Quod iuuamentum opij est solum in odore, faciens dormire. In alijs uero modis omnibus usus illius est malus, & periculosus ualde. Sed omnes isti errauere. Nam id, quod experimentatores testificati sunt de uirtute opij, operatio eius uerificatur per experientiam. Et opium quidem est gummi papaueris, & fit secundum hunc modum. Mane postquam Sol desiccauerit rorem, qui cecidit super plantas, fiunt fixuræ in capitibus papaueris subtiles, cum cultello, non profunde, sed superficialiter, ne transfigatur cortex papaueris. Deinde quando gummi seu lac egreditur à fixuris factis à cultello, radatur recte super quamlibet fixuram, & non comprimatur à rasorio, ne abradatur cum eo cortex papaueris. Accipiatur ergo gummi istud, & coadunetur in coclea, & quando collegeris ab omni papauere per ordinem, redi ad primum papauer, & collige iterum id, quod inuenis aggregatum super fixuras, & redi sic ter faciendo, donec aliquid est aggregatum super fixuras. Accipe ergo hoc gummi, & aggrega illud in uase mundo, & tere bene simul, & fac inde trociscos, & repone, Fit autem opium alio modo. Nam accipiuntur folia & capita papauerum, & teruntur bene, & exprimuntur cum torculari, & colligitur succus, & ponitur in uase, & teritur bene, donec possunt fieri trociscj, & reponuntur. Et hæc species opij uocatur meconium, & uirtus eius est debilior uirtute alterius.

Sed papauer cornutum habet folia alba, & pinguia, & pilosa, similia folijs plantæ, quæ flomus dicitur, sciſſa in partes eius, & habet summitates altas, sicut folia papaueris agrestis, & stipitem similem stipiti eius, & habet florem glaucum, uel citrinum, & habet semen minutum in uaginis subtilibus, longis, & curuis, sicut cornua, & sicut fœnum græcum, & propter hanc causſam nominãt ipsum cantidas meconceratides, & expositio eius est papauer cornutũ, & semen, quod est inclusum in illis uaginis, est minutum, nigrum, & asperum, & nascitur in partibus marinis & asperis.

Galenus.

A Galenus.) Virtus eius secunda abstergit, incidit, dissoluit, & diminuit. Et tertia eius uirtus est, quod quando coquitur in aqua, usq; ad consumptionem medietatis, confert egritudinibus epatis. Et flos eius & folia conferunt multum apostematibus, uel hulceribus sordidis. Et oportet quod caueatur, postquam fuerint mundificata, quia abstergunt nimis, quousq; dissoluunt & minuũt carnem. Et ipsa quidem delent escaras eorum adustas. Dioscorides.) Quando coquitur radix huius plantæ cum aqua, usq; ad consumptionem medietatis, & datur in potu decoctio eius, confert sciaticæ, & doloribus epatis, & confert habentibus in urinis suis uelut telam araneam, & eis, quorum urina est grossa. Et quando sumitur semen eius in potu, ad quantitatem duorum kasuf, cum melicrato, laxat uentrem leuiter. Et quando cum floribus & folijs eius fit emplastrum, & oleo, aufert fraudulentiam hulcerum. Et quando fit cohol cum eis oculis animalium, aufert hulcera facta in cornea, quæ dicuntur argamen, & illa, quæ dicuntur facalia. Et quidam errant in hac planta, putantes quod ex ea exprimitur succus, quo fit sief memithe, & error eorum est propter similitudinem, quam habent in folijs suis cum memithe.

Sed dabre eius longitudo est ferè unius palmi, & folia eius sunt parua multum, similia folijs stœbion, & iuxta folia est semen album, & tota planta est alba, & uirga eius, & folia, & semen, sunt similia uirgæ, & folijs, & semini turbith in sua albedine, & habet radicem subtilem, & nascitur in multis locis, & colligitur semen eius, postquam fuerit bene maturum, & hoc fit in æstate, & desiccatur, & reponitur. De quo quando accipitur pondus duorum kasuf cum melicrato, mundificat stomachum per uomitum, & purgatio hæc confert proprie epilenticis.

Galenus.) Semen huius plantæ purgat phlegma. Rasis.) Galenus confirmauit in libro uenenorum, quod opium est frigidum & siccum, & confert fluxui uentris, & hulceribus intestinorum. Et dosis eius est ab uno dauich usq; ad duo, & quantitas excidens ex opio, est drachmarum duarum. Et dixit in tertio libro de tyriaca,

B quem misit ad Cæsarem. Opium si detur habentibus soda antiquũ, euadunt à morte, & si detur eis, quorum uirtus dissoluitur propter uigilias, curat eos, eò quod facit illos dormire, & sic facit redire uirtutem eorum. Et dixit Galenus in libro de ingenio sanitatis, quod opium, & iusquiamus, & mandragora, desiccant hulcera.

Rasis.) Est in carne sana desiccatiuum magis. Ioannes. Aben mesuai.) Decoctio papaueris albi, quando lauatur caput cum ea, facit dormire temperate: & si aliquis ea nimis utatur, inducit subeth, & si sumatur in potu, confert tussi factæ ab humiditatibus calidis, descendentibus à cerebro, quia expellit eas, & maxime quando sumitur cum aqua pluuiæ, & uino, propter ponticitatem quæ est in aqua pluuiæ.

DE NVCE METHEL. CCCLXV.

IEum methel, id est, nux methel. Iahi. Eben albatarich.) Est fructus similis nuci uomicæ, & semen eius est simile semini citri. Haese.) Nux methel est similis nuci uomicæ, & semen eius est simile semini mandragoræ, & cortex eius est asper, & sapor eius est delectabilis, & unctuosus, & uirtus eius est frigida in quarto gradu. Et si detur ex ea in potu unum kirath cum uino, inebriat fortiter: & si dentur duo aurei, occidit statim. Rasis.) Ieuç methel est narcotica, & fortassis occidit, & opilat, & sedat, & facit uomere. Et dixit in semein, quod si dentur ex ea drach. quinq; inebriat fortiter, & si detur ex ea multum, occidit. Et oportet illum qui sumpsit eam, ut accipiat post ipsam butyrum calidum, & ponat extrema eius in aqua calida, & fiat, ut satis euomat, & curetur cura eius, qui sumpsit mandragoram.

COMPLETVS EST TRACTATVS QVINtus, de Medicinis quarti gradus, cum quo completur sermo de Medicinis, quę sumuntur ex plantis, & ex his quę fiunt ex eis.

SERMO SECVNDAE PARTIS LIBRI in Medicinis simplicibus.

Tractatus

C

TRACTATVS DE MEDICINIS, QVAE sumuntur ex mineris,& ex lapidibus,& ex lutis. Et sunt 43. Medicinæ.

DE ANTIMONIO. CCCLXVI.

ITmad,id est,antimonium. Dioscorides.) Melius ex eo & fortius est illud,quod quando frangitur,habet in fracturis suis claritatem, & luminositatem,& est interius lene,mũdum, non habens aliquid admixtum ex terra uel sorde aliqua. Galenus.) In hac Medicina est uirtus stiptica exiccatiua,idcirco miscetur ophthalmicis Medicinis, quæ uere formantur in collyriis,quæ desiccant. Et dixit in quarto cathagenis. Antimonium est siccius quàm nitrum. Dioscorides.) Virtus antimonij est desiccatiua,stiptica,conglutinatiua,infrigidatiua,aufert carnem superfluam hulcerum, incarnat, & consolidat ea,& mundificat sordicies eorum, & aufert sordicies hulcerum oculorum, & stringit fluxum sanguinis uenarum,quæ sunt in panniculo cærebri. Et uniuersaliter, uirtus eius est similis uirtuti plumbi adusti. Et quãdo miscetur cum aliquo adipe recenti,& linitur super ignis combustionem, prohibet fieri pustulas ibi. Et quando miscetur cum mum,& cæruſa, consolidat hulcera facta à combustione ignis. Et assatur antimonium secundum istum modum. Miscetur cum adipe,& dimittitur in prunis tamdiu,donec inflammetur,deinde remouetur à prunis, & extinguitur in lacte mulieris,quæ peperit masculũ,aut in urina pueri,aut in uino antiquo. Fit autem aliter, nam solum ponitur super prunas,& insufflatur tam diu,donec inflammetur, deinde remouetur à prunis,nam si plus staret,fieret sicut plumbum. Abluitur autem sicut climia,& æs ustum. Et sunt quidam,qui lauant ipsum,sicut lauatur scoria æris.

Bedigoras.) Proprietas eius est,conferre epilepsiæ,& superfluitatibus grossis.

DE MINIO. CCCLXVII.

D Asrengi,id est,minium. Alexander,Paulus,& Alchindi dicũt.) Quod ipsum est açarcon. Et alij dicunt, quod asrengi fit ex plumbo, quando ponitur in igne, & inflammatur,& fit rubeum,confert exituris,appositum in unguentis, bulitum in oleo,aut cum aliquibus ex oleis odoriferis,& postea ponitur in unguentis,& ipsum quidem est desiccatiuum,conglutinatiuum,& mundificat hulcera,et aufert carnem putridam. Dioscorides.) Cæruſa comburitur secundum hunc modum. Accipitur cæruſa,& ponitur in uase concauo, mundo, postquam fuerit trita, & ponitur super ignem,& mouetur semper,donec rubescat, & fit uelut auripigmentum rubeum. Et quidam nominant hoc sandax. Galenus.) Quando comburitur plumbum,uel cæruſa, mutatur,& fit asrengi,& est res subtilior eo,sed nõ ita sedatiua. Alchindi.) Accidit ei,qui bibit asrengi,illud,quod accidit ei,qui bibit lithargyrum, ex grauitate in stomacho suo,& coartatione anhelitus,& mania,& alia his similia, & cruta eius, sicut cruta illius,qui bibit lithargyrum.

DE CAERVSA. CCCLXVIII.

Affidegi,id est,cæruſa. Galenus.) Virtus eius prima est infrigidatiua. Et secũda est conglutinatiua. Dioscorides.) Cæruſa assatur secundum hunc modum. Accipitur testa noua ex terra Archici,uel Archacha, & ponitur testa super prunas, & puluerizatur super ipsam cæruſa post trituram eius, & mouetur sine interpolatione, & quando fuerit conuersa in colorem cineris,remouetur ab igne, & infrigidatur,& administratur. Et aduritur iterum secundum hunc modum alium. Ponitur cæruſa in uase concauo,postquam teritur, & ponitur super prunas, & mouetur tamdiu, donec fiat sicut auripigmentum rubeum,deinde remouetur ab igne, & administratur. Quæ sic preparata,dicitur à quibusdam sandicon,& istud est minium: quære in capitulo de minio supra. Et nominãt id sarchon,quasi uoluerint dicere,sandicon,& in alia translatione nominatur sandix. Lauatur autẽ cæruſa sicut climia. Et uirtus eius est infrigidatiua,resolutiua,conglutinatiua,& mollificatiua, replet hulcera carne subtili,& aufert carnem superfluã hulcerũ,& incarnat ea,posita in cærotis,& in unguentis,quę dicũtur lachiaris,& in trociscis,& cæruſa cũ hoc est Medicina interficiẽs.

De gypso.

A

DE GYPSO. CCCLXIX.

GEpsim,id est,gypsum. Galenus.) Gypsum non administratur,nisi exterius. Et uirtus eius prima desiccat,& secunda conglutinat,& opilat, & hoc ideo,quoniam ipsum facit aggregationẽ partium cito, & tertia cõfert fluxui sanguinis, mixtum cum Medicinis siccis, quia gypsum solum fit durum sicut lapis, & propter hãc causſam oportet ipsum admisceri cum albumine oui subtili, quando administratur in doloribus oculorum cum puluere molendini, quę aggregatur,quando euolat ex farina frumenti super parietes,& tecta molendini,& cum pilis leporis,& quãdo aduritur,minuitur de uiscositate sua,& augetur eius subtilitas, & desiccatio sua,& fit stipticum,& maxime quando cõficitur cum aqua & aceto. Dioscorides.) Habet diaphanitatem sicut uitrum,& melius ex eo est illud,cuius laminæ sunt latæ,habet uirtutem stipticam,conglutinatiuã,abscindit fluxum sanguinis, & prohibet sudorem, & quando bibitur,occidit suffocando. Sed quando aduritur, habet uirtutem subtiliatiuam, & desiccatiuam parum, & stipticam, quando miscetur tritum cum aqua & aceto,& uirtus eius est similis uirtuti luti samij, nisi quia ipsum est magis stipticũ, & est infrigidatiuum satis,& propter hanc causſam, quando miscetur cum aliquo liquore conueniente ad hoc,& linitur super frontem, stringit sanguinem narium. Ponitur autem cum Medicinis, quæ fiunt ad hulcera intestinorum, & ad fluxum antiquum uentris,& menstruorum.

DE LAPIDE PHRYGIO. CCCLXX.

DIfrigis,id est, lapis Phrygius. Dioscorides.) Species eius sunt tres,una est quæ reperitur in Cypro solum, & est substantia ex glebis terræ, & nascitur in puteis, & sub aqua in illa insula,quæ postẽ extrahitur de sub aqua,desiccatur in sole, & desiccatus aduritur super terram,circumpositis lignis. Alia uero species est fex æris, quę colligitur quando purgatur æs à grossiciebus suis, & hoc quando refusum est æs, & proijcitur aqua super ipsum donec infrigidatur, & extrahitur à bocis, & est forma in B qua proijcitur,& reperitur sub eo hæc species, & habet de stipticitate æris, & sapore suo. Tertia uero species fit ex marchasita, quãdo pluribus diebus coquitur sicut calx, & quando color eius fit sicut color magręs, extrahitur à fornace,& reponitur. Et sunt quidam qui putant ꝙ sit quarta species,ex eo quod est ex lapidibus à quibus extrahitur æs,nam quando inciduntur in crucibulo,in quo conflatur æs,& extrahuntur postea lapides,reperitur satis ex eo. Melior autem & magis electus difrigis est ille,in cuius sapore reperitur sapor æris & çiniar,& est stipticus, desiccans linguam fortiter sicut alumen. Galenus.) Virtus huius prima in sapore est composita, nam est ibi res stiptica, & res parum calida, & uirtus eius secunda incarnat, & consolidat bene,& tertia confert hulceribus corrosiuis,& intrat in Medicinis hulcerum oris, similiter solus administratur, aut cum melle,& cõfert speciebus squinantiæ, postꝙ remotus est, & prohibet cursus humorum, qui fluebant ad hoc membrum. Et ego quidem iam dedi ipsum statim post incisionem uuulæ,& fuit usus etiã eo in ipsa, donec fuit consolidata & curata, & confert hulceribus factis in pectine & ano. Et modus administrationis eius ad hoc est sicut modus administratiõis eius in hulceribus oris, & hoc quia hæc membra curantur cum eisdem Medicinis, & inuenitur inde iuuamẽtum.

Dioscorides.) Virtus difrigis est desiccatiua, stiptica, mundificatiua, fortiter abstersiua,& aufert carnem superfluam hulcerum, & incarnat hulcera fraudulenta,& consolidat ea,& desiccat, & abstergit putredinem hulcerum, & curat hulcera mala corrosiua ex eis,& quando miscetur cum therebintina,aut cum cerotis, resoluit apostemata seu carbunculos. Sulemen Eben hasen.) Ego inueni multum de eo in turrẽ nabçim, in spelunca quæ est ibi,& est extra ciuitatem Cordubæ.

DE AVRIPIGMENTO. CCCLXXI.

NArneth,id est,auripigmentum. Dioscorides.) Species eius sunt duæ,scilicet rubeum,& citrinum. Sed citrinũ est in eisdem mineris,in quibus est auripigmentum rubeum. Melius uero ex eo est illud quod est laminosum,habens colorem similem auro,& laminæ eius separantur facile,& sunt compositæ,scilicet una super aliã,

C non habens terram admixtam, neq; aliam sordem. Reperitur autem aliud auripigmentum citrinum, cuius color est propinquus colori auripigmenti rubei, & est sicut supradictum, sed non est ita bonum sicut illud. Ex auripigmento uero rubeo eligendum est illud quod est ualde rubeum, & cito frangibile, & mundum, sicut cinabrio. Et odor eius est sicut odor sulphuris. Galenus.) Virtus huius arsenici prima est calida, adustiua. Et secunda abradit pilos, & comburit cutem, quãdo facit moram diu super eam. Quando uero comburitur arsenicum, est subtilius satis, & propter istam causſam intrat in unguentis absterſiuis & resolutiuis. Dioscorides.) Auripigmentum citrinum assatur tali modo. Ponitur in testa noua terrea, & ponitur super prunas, & mouetur continue, & quando est ignitum, & mutatus est color eius, remouetur ab igne, & dimittitur infrigidari, & teritur, & reponitur. Et uirtus eius est calefactiua, * putrificatiua, generatiua saniei, mordicatiua fortiter, & aufert carnẽ superfluam hulcerum, & abradit pilos, & habet caliditatem, & adustionem fortem. Sed uirtus auripigmenti rubei est sicut uirtus auripigmenti citrini, & assatur, & aduritur sicut illud. Et quando miscetur cum resina pini, curat alopeciam, & quãdo miscetur cum pice, aufert maculas albas unguium, & quando miscetur cum oleo, & inungitur caput cum eo, occidit pediculos. Et quando miscetur cum adipe, resoluit exituras, & pustulas, & conuenit hulceribus nasi, & oris, & hulceribus alijs. Et quãdo miscetur cum oleo rosarum, cõuenit borhor, & hemorrhoidibus ani, & miscetur cum ouo & melle, & datur in potu habentibus saniem aggregatam in pectore, & confert magnifice. Et quando fit fumigium cum eo, addita resina pini, & attrahitur fumus eius per os mediante cannula, confert tussi antiquæ, & fit loch cum eo admixto sibi melle, & clarificat uocem, & miscetur cum resina pini, & datur habentibus asma, & coartationem anhelitus, & uocis, & confert. Alcançi.) Auripigmentum citrinum aufert sanguinem mortuum sub oculo existentem.

* Aliâs mundificatiua.

D DE VITRO. CCCLXXII.

VGegi, id est, uitrum. Galenus.) Est calidum in quãrto gradu, & ex eo est lapidosum, & ex eo est arenosum. Et quando uitrum incẽditur, & miscetur cum eo lapis magnetes, coagulatur corpus suum propter plumbeitatem quæ est in eo. Et uitri sunt multicolores. Nam ex eo est albũ fortiter, simile cristallo, & est melius alijs. Et ex eo est rubeum, & est citrinum, & uiride, & açulinum. Et uitrum est lapis magis stultus alijs lapidibus. Et est inter lapides sicut homo stultus inter homines. Nam uitrum inclinatur ad omnem tincturam, & facilis est dissolutionis ad ignem, & in aere frigido cito coagulatur, & petrificatur ab eo. Sed cristallus est species uitri, nisi quia inuenitur in minera sua, ubi ipse coagulatur in frustis suis integris unius figuræ, uitrum uero reperitur cõfractum, & propter hoc coagulatur sicut diximus. Et uirtus uitri est calida in primo gradu, & sicca in secũdo, & intrat in multis cohol. Et uitrum aufert furfures capitis, & lenificat capillos, & barbam. Et quando teritur, & bibitur cum uino albo, subtili, frangit lapidem uesicæ. Dioscorides.) Frangit lapidem fortiter, quando bibitur cum uino albo, subtili. Aben mesuai.) Vitrum est calidum & siccum. & est bonum pulmoni, & casui capillorum.

DE ZINIAR, ET EST uiride æris. CCCLXXIII.

ZIniar. Galenus.) Sapor eius est acutus, & uirtus eius secunda resoluit, & abstergit carnem teneram, & duram, & corrodit, uel comedit eam, & dissoluit, & tertia quando ponitur cum summitate radij in hulceribus super carnem superfluã, quę fit in eis, destruit eam. Et si miscetur cum cerotis, fit Medicina abstergens sine mordicatione. Dioscorides.) Omne çiniar est stipticum calefactiuum, & abstergit maculas oculorum post consolidationem hulcerum & alias, & subtiliat eas, & prouocat lachrymas, & prohibet deambulationem hulcerum corrosiuorum corporis, & prohibet consolidationem hulcerum, & quando miscetur cum oleo & mum, consolidat hulcera, & quando coquitur cum melle, mundificat hulcera sordida, & hemorthoidas duras, & diminuit carnem superfluam hulcerum, & quando miscetur cum armoniaco

A armoniaco, & fit inde licinium, & intromittitur in fistulas, dissoluit duricies earum, & callositates, & confert apostematibus gingiuarum. Et quando miscetur cum mele, & fit inde cohol, dissoluit duricies palpebrarum, uerum quando coquitur, & fit cohol cum eo, oportet quod ponatur super oculum spongia infusa in aqua calida. Et quando miscetur cum glutino albotim, & ære usto, & nitro, aufert scabiem hulce rosam, & baras. Aduritur autem çiniar secundum hunc modum. Nam teritur & ponitur in uase terreo, & ponitur super prunas, & mouetur cum aliqua re, donec mutet colorem suum in colorem tuthiæ, deinde remouetur ab igne, & dimittitur donec infrigidetur, & reponitur usui necessitatis. Quidam uero ponunt illud in olla cruda, & dimittunt ipsum ad ignem tamdiu, donec coquitur olla. Et scias quod non semper conuertitur ad unum colorem, quando comburitur.

DE LAPIDE SMARAGDO. CCCLXXIIII.

ZAbarged, & dicitur çinarad, id est, smaragdus. Sunt duo lapides habentes duo nomina, uerum sunt ferè unius speciei, & uterq; congelatur in mineris auri, & in terris Garbi, & est uiridis, fortis uiriditatis, splendens. Et ille qui ex eo est uiridior, est melior, & qui magis est diaphanus, est melior eo qui est magis * obscurus. Et lapis daharieg est similis ei, nisi quia non est diaphanus sicut smaragdus, & çabarged. Et natura smaragdi est frigida & sicca, quando sumitur in potu, confert uenenis mortiferis, & morsibus uenenosis, & punctionibus animalium habentiũ aculeum. Qui ergo dederit in potu de limatura eius pondus granorũ octo hordei illi, qui sumpsit uenenum, anteq; uenenum faciat in eo impressionem, liberat eum à morte, & non cadent capilli ab eo, neq; excoriabitur, & est euasio sua. Et ille qui assiduat aspicere in ipsum, præseruat uisum eius à nocumentis, & conseruat eum incolumem, & qui defert in anulo smaragdum, præseruat illum ab epilepsia, quando induit eum in suo digito, anteq; superueniat ei epilepsia, & propter hanc causſam docentur Reges q; suspendant smaragdos ad colla suorum filiorũ statim quando nascuntur, ne superueniat eis epilepsia. Rasis in libro de mineris.) Generatio smaragdi, & çabarged, est sicut generatio iacoth, nisi quia ipsi non habent de siccitate illud quod habet iacoth. Et uiriditas coloris nascitur à uirtute minerarum æraminis. Et dixit in libro de proprietatibus. Si cadat aspectus tyri super lapidem smaragdum, dissoluuntur oculi tyri, & liquefiunt. Albasari.) Smaragdus est lapis uiridis qui apportatur à terris nigrorum. Ignotus.) Zabarged confert leprosis, quando sumitur in potu limatura eius. Et smaragdus liquefacit oculum tyri cum aspicitur à tyro. Dioscorides.) Quidam putant quod anasis sit species çabarged. Et ex eo est cuius color est sicut color æris. Et ex eo est cuius color est sicut color uini. Et ex eo est cuius color est sicut rei fumigatæ. Et ex eo est, in quo sunt uenæ albæ, claræ. Et ex eo est cuius color est sicut color grani uiridis. Et quidam existimauere, quod omnes istæ species, quando suspenduntur ad collum alicuius, aut ad humerum, quod conferunt memorię. Et quando suspenduntur ad coxam mulieris, accelerant partum. Sed uiridis ex eo confert stomacho, quãdo suspenditur super ipsum, aut ponitur in anulo, & portatur in digito.

* Aliâs obtusus.

B Galenus.) Quidam sunt testati, quod in lapidibus est proprietas similis huic proprietati, quæ est in hoc lapide uiridi, uel citrino, uidelicet quod confert meri, & ori stomachi, quando suspenditur ad collum. Et ego quidem sum expertus hoc in isto lapide, & repperi per experientiam quod confert. Et ideo feci fieri chanacha, & est torques qua collum ornatur, & guttur ex lapidibus, & feci suspendi ad collum, & feci protendi longitudinem eius usq; ad os stomachi, & inueni quod non iuuant minus quàm quando portatur in anulis. Et transtulit Albacarich hoc capitulũ per hæc uerba.) Et quidam dicunt quod est lapis quidam qui dicitur iasis, qui facit ea quæ faciunt lapides isti, nam confert ori stomachi, quando suspenditur super eum.

DE ARGENTO VIVO. CCCLXXV.

ZAibar, id est, argentum uiuum. Galenus.) Quando bibitur argentum uiuum, interficit. Dioscorides.) Quando bibitur argentum uiuum, occidit grauitate sua, & quia corrodit omne, cui obuiat ex membris interioribus, & confert nocumen-

C tis eius lac ſumptum in potu, in multa quantitate, & euomitur, & confert ſimiliter potare uinum cum ſemine apij, aut origano, aut abſinthio, aut ſinapi, aut hyſopo.

Aben meſuai.) Argentum uiuum mortificatum, & mixtum cum oleo roſaceo, interficit pediculos, & curat ſcabiem. Abugerig.) Argentum uiuum mixtum cum Medicinis ſcabiei, confert. Fumus uero eius eſt ualde nociuus, nam frequẽs uſus eius deſtruit neruos, & inducit paralyſim, & aufert ſenſum. & motum, & corrumpit ſenſus, & nocet uiſui, & auditui, & facit fœtorem oris, & expellit omnia uenenoſa.

Paulus.) Quidam ſumpſere argentum uiuum mortificatum, & mortui fuerunt ex iliaca paſſione. Raſis.) Argentum uiuum extinctum, confert ſcabiei, & occidit pediculos, ſed ſublimatum ex eo eſt putrificatiuum, adurens ſicut ignis, & deſtruit carnem ſuperfluam malam in fiſtulis & in hulceribus, & occidit mures, & omnia animalia quæ recipiunt ipſum.

DE VITREOLO. CCCLXXVI.

ZEg, id eſt, uitreolum. Galenus.) Vidi in mineris tres uenas extenſas, unam ſuper aliam, per longum ſpacium, & uena inferior erat çeg rubeum, & ſecunda quæ erat ſuper eam, erat colcotar, & tertia ſuperior erat çeg uiride, & hoc eſt quod çeg rubeum conuertitur, & fit colcotar, & colcotar fit çeg uiride. Et omnes iſtæ ſpecies tres diuerſificantur adinuicem, & in ſubtilitate, & groſſicie, quoniam groſſius ex eis eſt çeg rubeum, & ſubtilius eorum eſt çeg uiride, & colcotar eſt medium inter ambo. Et uirtus omnium iſtorum eſt aduſtiua, comburens carnem, faciens eſcaram duram uſtam, & cum hoc quod adurunt, eſt ſtiptica, & çeg uiride nocet carni deteſtæ, propter mordicationem quam facit in ea, cum toto hoc quod ipſum mordicat minus quàm colcotar, & hoc quod minus mordicat, eſt in eo inuentũ propter ſubtilitatem ſuæ ſubſtantiæ. Et çeg quidem uiride, & colcotar diſſoluuntur, & liquefiũt poſtea ſuper ignem. Zeg uero rubeum non diſſoluitur, neq; liquefit, quia coagulatio eus eſt fortis putrificata. Zeg uero uiride eſt maturatum à calore ſuo naturali, am
D pliori maturatione quàm colcotar, & ideo citius liquefit quàm colcotar, & quando comburitur colcotar, minuitur mordicatio eius, & ſtipticitas multum, uerum deſiccatio eius non minuitur, & ideo colcotar aduſtum eſt melius non aduſto, in omnibus operationibus ſuis, & hoc quia fit ſubtilius quàm ante eſſet, ſicut accidit omnibus Medicinis quæ comburuntur, & eius non augetur acuitas, ſicut plurium Medicinarum combuſtarum, & omnes Medicinæ quæ comburuntur, quando lauantur poſt earum combuſtionem, fiunt leuiores, & longinquiores à mordicatione.

Dioſcorides.) Zeg aliud eſt Babylonicum, & aliud eſt Ciprenſe, & ex Babyloni co melius eſt durum, quod cum frãgitur, interius habet maculas albas. Et uirtus eius eſt ſicut uirtus calcanti, & comburitur ſicut ipſum. Sed Ciprenſe habet colorem aureum, uerſus colorem ætis frangibile, uenenoſum ſicut alumen iameni, habens interius maculas ſplendidas, ſimiles ſtellis, & melius ex eo eſt mundum, recens, frangibile, & uirtus eius eſt ſimilis uirtuti colcotar, & comburitur ſicut colcotar, & in alia translatione uirtus eius eſt ſimilis uirtuti calcadis, & comburitur ſicut calcadis. Illud autem quod defertur ex Babylonia, eſt melius, niſi quia non eſt bonum ad faciendum abſoricon, & eſt diuerſum à colcotar in fortitudine & debilitate. Et çeg Babylonis eſt fortius in omnibus quàm Ciprenſe, præterẽ in Medicinis oculorum, nam in hoc eſt debilius quàm Ciprenſe multum, & habet uirtutem ſtipticam, reſtrictiuã, & aduſtiuam, & mordicat, & confert eriſipillæ, & extinguit eam, & prohibet hulcera perambulatiua de loco ad locum, & corroſiua, & quando fit naſale cum eo, retinet fluxum menſtruorum, & quando ſumitur in potu cum ſucco praſſij, confert ſuffocationi fungorum, & quando fit cum eo collutio oris, prohibet curſum humorum ad fauces & ad gingiuas, & reſtringit gingiuas, & quando aduritur, conuenit Medicinis oculi, & quando teritur, & miſcetur cum melle, mollificat duriciem palpebrarum, & lenit aſperitatem earum, & quando fiunt tentæ ex çeg, quæ intromittuntur in fiſtulis, confert.

Sed

A Sed bitirias putant aliqui quod ſit ſpecies çeg, & eſt illud quod aggregatur ſuper capita minerarum æris, ſicut ſal, & ex eo eſt quod generatur ſuper mineris, quod dicitur maltina, quod inuenitur in mineris, ubi foditur æs, & aliquando reperitur ſuper ipſum æs, & complexio eius eſt terrea, & ex eo eſt quod inuenitur in mineris, in terra quæ dicitur Falchia, & alias Cilicia, & in alijs pluribus locis. Et melius ex eo eſt illud, cuius color eſt ſicut ſulphuris color, & eſt lene, æqualium partium mundum, & quando tangitur digitis, fit nigrum. Virtus eius eſt aduſtiua, ſimilis uirtuti çeg, & aduſtio eius ſicut aduſtio illius, uerum habet maiorem uirtutem quàm çeg, ad uulnera conglutinanda.

Sed ſuriæ, & eſt ſecundum quod quidam dicunt çeg rubeum, quod ipſum ſit ſpecies maltinæ. Sed errauere propterea, quia eſt ſimile illi, immo eſt alterius ſpeciei, quamuis ſit eiuſdem generis, & in eo eſt unctuoſitas, faciens nauſeam, commouens uomitum. Reperitur autem in Babylonia, & in Cypro, & in Hiſpania. Eſt autem ſpecies alia, eius quæ eſt magis ſimilis çeg, ſed melius ex eo eſt Babylonicũ, & quando frangitur, eſt nigrum interius, cum quadam auroſitate, cauernoſum, unctuoſum in ſapore ſuo, & odore, & facit nauſeam, ſed illud quando ex eo eſt ſplendens, purpureum ſicut çeg, eſt alterius ſpeciei quàm ſuriæ, & debilioris uirtutis. Sed uirtus ſuri eſt ſicut uirtus çeg, & combuſtio eius eſt ſicut illius, & ipſum aufert dolorem dentis, quando ponitur in corroſo, & reſtringit dentes cõmotos, & quando fit cliſtere cum eo, & uino, confert ſciaticæ, & quando miſcetur cum aqua, & linitur borhor lactea cum ea, aufert ea, & adminiſtratur in Medicinis denigrantibus capillos. Et ut dicam ſermone uniuerſali, quod omnia iſta corpora mineralia non aduſta, ſicut & alia plurima corpora, excepto ſale, & fece uini, & nitro, & calce, & his ſimilia, quæ quando aduruntur, ſunt fortioris uirtutis non aduſtis, nam iſtorum, & aliorum habentium ſimilem naturam, uirtus & operatio augetur per aduſtionem.

Sed calcantum eſt trium ſpecierum, una earum generatur ex aqua, quæ emanat
B per diſtillatoria domorum, in quibus funduntur metalla, & hoc, quoniam in aqua illa eſt de ſuperfluitatibus metallorum, per longam aſſiduationem, coagulãtur partes illæ in illis locis, in quibus diſtillat, & ſic aggregatur illic iſta ſpecies quæ dicitur ſciaton. Alia uero ſpecies reperitur in mineris, in quibus fodiuntur metalla quæ colligitur, & aggregatur, & præparatur, & mundatur, & iſta dicitur ſichon. Species uero alia fit in Hiſpania, quando accipitur apua metallorum, & coquitur donec inſpiſſatur, & poſtea proijcitur in formulis, & dimittitur tam diu, donec coagulatur in fruſta, & iſta ſpecies eſt pulchri coloris, ſed eſt debilis uirtutis, & hoc dicitur afron. Melius autem primæ ſpeciei maxime eſt illud quod eſt coloris uelut nebuloſi, & eſt grue ſolidum cum ſplendore, non habens aliquas ſordes, & poſt hoc eſt illud quod inuenitur in mineris, maxime cuius color eſt nebuloſus. Illud uero quod fit artificialiter, eſt bonum ad faciendum encauſtum ſcriptorum magis quàm ad uſum Medicinæ. Et calcantum habet uirtutem ſtipticam, & conſtrictiuam, & aduſtiuam, & quando ſumitur in potu ex eo drachma una cum hydromelle, expellit aſcarides, & lumbricos, & quando ſumitur cum aqua, aufert nocumentum à fungis, faciens euomere, & quando imponitur ex eo in naribus, diſſoluto in aqua, mundificat caput, & quando ponitur puluis eius in naribus, ſtringit ſanguinem fluentem ab eis, & mundificat hulcera narium, & aurium, & ſedat dolorem auris, & ſtringit ſanguinem fluentem ab eis, & occidit uermes aurium, comburitur autem ſicut çeg cypri.

DE SPVMA MARIS CCCLXXVIII.

ZEbethalbahar, id eſt, ſpuma maris. Dioſcorides.) Spumæ maris ſunt quinq; ſpecies, una earum eſt ſolida & grauis habens odorem piſcium putridorum, & ſimilitudo eius eſt ſimilitudo ſpongiæ maris, & reperitur multum in littore maris. Secunda uero ſpeciei figura eſt longior iſta, & eſt leuis ponderis, habens foramina multa, & eſt ſimilis ungulæ oculi, leuis ſicut ſpongia, & odor eius eſt ſimilis odori lenticulæ marinæ. Et tertia ſpecies eſt ſimilis roſæ, cuius color uergit ad rubedinem, & purpureitatem. Et quarta ſpecies eſt ſimilis lanæ ſuccidæ, leuis ponderis ſicut ſe-

C cunda ſpecies. Quinta uero ſpecies eſt in ſuperficie lenis, interius autem aſpera, ſimilis fungo, non habens odorem. Galenus.) Omnium uero ſpecierum ſpuma maris ſubſtantia eſt ſubtilis, & uirtus earum ſecunda abſtergit, & reſoluit, uerum una habet plus de bonitate quã alia, & alia eſt minor in his uirtutibus, & in ſubtilitate ſubſtantiæ, & propter hoc ſunt diuerſæ in uirtutibus ſuis tertijs. Et uirtus quidem amba rum ſpecierum primarum, confert ſcabiei, & impetigini, & morpheæ, & ægritudini cum qua eleuatur cutis, & mundificat faciem. Et tertia ſpecies eſt ſubtilior aljs ſpeciebus, & ideo quando aduritur, & miſcetur cum uino rubeo, & ſubtili ſubſtantiæ, & linitur cum ea alopicia, curat eam. Et uirtus quartæ ſpeciei eſt ſimilis huic uirtuti, niſi quia eſt debilior ea quantitate non pauca. Et quarta ſpecies haber in ſapore ſuo ponticitatem, & acuitatem. Et uirtus eius prima eſt calidior aljs ſpeciebus. Et ſecunda adurit pilos, & excoriat cutem, & profundatur intantum uirtus eius quod facit hulcera. Dioſcorides.) Duæ ſpecies primæ adminiſtrantur in lauaturis mulierum, quia mundificant earum cutem, & ſimiliter confert ad bothor lactea remouenda, & lentiginem, & impetiginem, & baras, & ſcabiem hulceroſam, & morpheam, & maculas faciei, & quæ ſunt in aljs partibus corporis, & horum ſimilia. Et tertia ſpecies confert ſtranguriæ, & lapidi ueſicę, & dolori renum, & hydropiſi, & dolori ſplenis, & quando aduritur, & miſcetur cum uino, & linitur inde alopicia, curat eam. Et alię duæ ſpecies ſtipticant, & abſtergunt, & mundificant, & ideo abſtergunt dentes, & quãdo miſcentur cum ſale, abradũt pilos. Si quis autem uult adurere aliquã harum ſpecierũ, oportet ꝙ ponat eam in olla cruda, & lutet eam, & ponat in fornace & dimittat donec coquatur olla, deinde extrahatur, & reponatur, & lauetur ſicut climia.

Sed ſpuma alia quæ dicitur adarchi, ipſa congelatur, ſicut ſal ſuper cannas, & ſuper iuncos, & ſuper alias herbas, & reperitur adhærens cannis, & herbis in locis humidis, & lutoſis, & ſalſis, quando loca illa deſiccantur, & color eius eſt ſimilis colori

D floris lapidis aſios, aut floris ſpumæ maris, & habet foramina multa ſicut ſpongia.

Galenus.) Virtus eius prima eſt calida multum, & ſecunda abſtergit fortiter, & tertia cõfert ægritudinibus, in quibus calefactio eſt neceſſaria appoſita extra corpus, ſed interius ſumpta non conuenit propter nimiam fortitudinem ſui. Dioſcorides.) Eſt bona ſcabiei hulceroſæ, & bothor lacteis, & impetigini, & ſimilibus. Et uniuerſaliter eſt calida, immutans complexionem malam, quam habent membra ad bonam, & ſedat dolores, & confert ſciaticæ.

DE LAPIDE LAZVLI. CCCLXXIX.

HAger aleçaoard, id eſt, lapis laçuli. Oportet quod eligatur ex eo color, cuius eſt cœleſtis multum, & eſt lenis ſine aſperitate, & ſine mixtione alterius lapidis, & qui non frangitur facile, & cuius fruſta ſunt magna. Et uirtus eius eſt ſimilis uirtuti glutinis auri, niſi quia ipſe eſt debilior eo, & facit naſci pilos in palpebris. Galenus.) Eſt in eo ſtipticitas cum acuitate non pauca. Et uirtus eius prima deſiccat. Et ſecunda & tertia infrigidat palpebras, quando depilantur propter aliquos humores acutos, & remanent quod non augentur pili, neq; multiplicantur, & ſunt ſubtiles, & debiles, & hoc quia lapis laçuli in his locis deſtruit humiditatem iſtorum humorum calidorum, & immutat ſuperfluitatem ad complexionem ſuam radicalem, cum qua fit pilorum generatio palpebrarum augmentum, & fortitudo eorum. Et oportet ad hoc quod teratur multum, & adminiſtretur in puluere. Linacos in libro lapidum.) Quando lapis laçuli ſuſpenditur ſuper infantes, remouentur timores ab eis, & facit irtos capillos, & ſi teratur cum aceto, & liniatur ſuper morpheam, & baras, curat ea.

Alcançi.) Habet uirtutem aduſtiuam, putrificatiuam, & ideo aufert uerrucas. Sed quando ſumitur interius, laxat humorem melancholicum, & mundificat ſanguinem ab humoribus groſſis. Et doſis eius eſt à quatuor kirath, uſq; ad drachmam unam, mixtus cum aljs Medicinis laxatiuis, & potus eius confert doloribus renum & aſmati. Et quando ſumitur in potu, aut fit naſale cum eo, prouocat menſtrua, & potus eius commouet nauſeam, & uomitum, ſed ablutio eius remouet hoc ab eo.

DE LAPIDE IVDAICO. CCCLXXX.

Hager

A HAger alyeudi, id eſt, lapis Iudaicus. Dioſcorides.) Eſt lapis ſimilis lapidi habex, & eſt in Paleſtina in Oriente, & eſt in figura ſua ſimilis glandi, albus, bonæ figuræ multum, habens lineas angulatas, in longitudine extenſas, & uocantur ſummitates lateratæ, & eſt lapis, qui diſſoluitur in aqua, & non habet ſaporem.

Galenus.) Hic lapis eſt in Paleſtina in terris Sen, habens colorem album uelut pul uerulentum, & eſt pulchræ figuræ, nam ſunt ibi lineæ ſpondoſæ. Et dicitur lapis Iudaicus, quia reperitur in terris Iudæorum, & Medici utuntur eo in habentibus lapidem in ueſica, nam fricant illum ſuper cotem, & dant in potu fricaturam illam cum uncijs quatuor & ſemi aquæ calidæ. Et ego uero ſum expertus hoc in habentibus lapidem in ueſica, & nullum inueni ex eo iuuamentum, ſed in lapide renum eſt fortis operationis ualde. Dioſcorides.) Quando accipitur ex eo ad quantitatem unius ciceris, & fricatur in cote aquæ ſicut ſief, & ſunitur in potu quantitas duorum onoloſat cum aqua calida, confert ſtranguriæ, & lapidi renum, & ueſicæ, & propter hanc cauſſam uocant eum homines lapidem diſſolutiuũ lapidis. Aben meſuai.) Debilitat appetitũ, & frangit lapidem renũ, & ſtringit fluxũ ſanguinis hemorroidarum.

DE LAPIDE ADAMANTE. CCCLXXXI.

HAger ſumbedig, id eſt, lapis adamas. Eſt mes fluuius, in quo eſt lapis mes, & eſt flumen, ad quod nunquã iuit aliquis, niſi Alexander. & eſt in finibus Coraſcen, et color eius approximat colori ſalis armoniaci clari. Et iſte lapis eſt frigidus et ſiccus in quarto gradu, & raro aggregantur iſtæ duæ naturæ in aliquo lapide. Et in eo ſunt duæ proprietates. Vna earum eſt, quod non coniungitur alicui lapidi, quem nõ frangat, & propter hoc coaptantur fragmenta eius in ſummitatibus ferri apti ad perforandum, & cum eo perforantur alij lapides, ſicut ſunt ſmaragdus, & zabarged, & ſaphyrus, & gemmæ aliæ. Et ſi accipitur granulum unum ex fragmentis eius, & cõglutinatur in ſummitate ferri, cum glutino Romano, & intromittitur in ueſicam per foramen uirgæ, frangit lapidem. Et alia proprietas eius eſt, quod nihil eſt quod frangat iſtum lapidem, niſi plumbum, nam rumpit eum, & conterit. Dioſcorides.) Eſt

B lapis quo utuntur artifices, ponẽtes eum in ſtilis ad lapides ſculpẽdos, & adminiſtratur in confectionibus unguentorum putrificatiuorum, & aduſtiuorum, & confert gingiuæ fluxæ, & putrifiaat dentes. Galenus.) Virtus eius eſt, quod abſtergit fortiter, & ſignum in hoc eſt, quod aurifices utuntur eo in hoc, quod indigẽt abſterſione. Et ego quidem expertus ſum eum, quod abſtergit dentes, & mundificat. Et in eo eſt uirtus calida, & propter hanc cauſſam admiſcent in Medicinis aliquibus adurentibus, & in aliquibus deſiccantibus, curantibus gingiuas fluxas.

DE COTE, ID EST, LAPIDE in quo acuitur ferrum. CCCLXXXII.

HAger almenſem, id eſt, lapis in quo acuitur ferrum. Fricatio almenſem, quę accipitur ex lapide, quæ dicitur yachſem, prohibet augmentari mamillas puellarum ante tempus, & teſticulos puerorum, & hoc quia uirtus eius infrigidat.

Dioſcorides.) Quando ſuper cote acuitur aliquod ferrum, & linitur ex eo, quod ſuper eam aggredatur alopicia, facit in ea naſci pilos. Et liniuntur cum eo mamillæ puellarum, & teſticuli puerorum, & prohibet augmentum eorum, & confert apoſtematibus eorũ amborũ. Et quando ſumitur in potu cũ aceto, confert doloribus ſplenis, & confert epilepſiæ. Et fricatio cotis olearis eſt mundificatiua, & cũfert alopicię.

DE LAPIDE ASIO. CCCLXXXIII.

HAger aſos, id eſt, lapis aſius. Dioſcorides.) Lapis aſius eſt lapis, qui reperitur in Alexandria, & flos huius lapidis nominatur fuca lapidis aſij, & eſt quoddã apparens ſuper ſubſtantiam eius, ſimile pulueri molendini, et reperitur etiam ſub eo & circa ipſum, & iſte eſt lapis albus, & oportet eligi ex eo album, lęuem, ſimilem pumici, ſubtilem, & cito frangibilem, in quo uenæ ſunt occultæ, & ſuper quem eſt flos rubeus. Et hic lapis eſt ſiccus, ſimilis ſpongiæ, & ſuper eum generatur uelut farina, ex qua quædam eſt alba, quædam rubea, ſimilis pumici, declinans ad croceitatem, & quando applicatur linguæ, mordicat parum.

C Galenus.)Nominatur hic lapis nomine acquisito,scilicet,à loco,id est,Asia,& nõ est durus omnino,sicut lapides,sed est similis in colore suo,& in substantia sua lapidibus repertis in alueolis balnei,& est tener, cito frangibilis,& super eum est res similis pulueri molendini inuenti in parietibus molendini. Et hęc Medicina nominatur flos lapidis asos,& est subtilis,& propter subtilitatem suam dissoluit carnẽ sine mordicatione. Et uirtus partis lapidosæ,ex qua generatur iste puluis,est similis uirtuti floris eius,nisi quia flos fortioris est uirtutis,& ideo operatio floris est melior in omnibus,quàm operatio lapidis,quia est magis dissolutiuus,& liquefactiuus, & desiccatiuus etiam plus,& facit istas operationes sine forti mordicatione. Et est in eo cum hoc res,quæ habet bonũ saporem,& uolo dicere in flore. Et scitur essentia huius per extimationem eius,ex quo generatur,nam generatio huius floris non est,nisi ex rore cadente super hunc lapidem in locis maritimis,quem sol desiccat. Dioscorides.) Virtus huius lapidis & floris eius est putrificatiua parum, dissolutiua, uel resolutiua exiturarum,& quando dissoluitur quodcunq; amborum cum terbenthina,aut cum pice,& flos est fortior lapide,et habet maiorem uirtutẽ,nam quando est siccus,mundificat & curat hulcera profunda,difficilis sanationis,& aufert carnem superfluam eorum,quę est similis fungis,& curat hulcera fraudulenta,& replet ea carne,& mundificat ea,quando miscetur cum melle. Et quando miscetur cum cæroto,confert hulceribus fraudulentis,non sinens ea in corpore augmentari. Et quando miscetur cum farina fabarum,& fit inde emplastrum podagræ,confert multum,& quando miscetur cum calce & aceto,confert duriciei splenis, & quando fit loch cum eo & melle, confert hulceribus pulmonis. Et componuntur ex eo lapide scabella, super quæ podagrici tenent pedes,& dicitur cõferre eis. Et quod puluis eius aspergitur super corpora pinguia in balneo loco nitri,extenuat ea. Et qui uult abluere lapidem istũ, aut florem eius,lauet eos,sicut lauatur climia.

D DE LAPIDE MAGNETIS. CCCLXXXIIII.

HAger almagritos,id est,lapis magnes.Minera huius lapidis est in maritimis partibus prope terras Indorum. Et quando naues appropinquant monti minerę ipsius,non remanet ferrum aliquod,quod non egrediatur à naue, & uolat sicut auis usq; ad montem,& si est aliquis clauus taliter infixus,q; nõ possit euelli,salit,& euellitur,donec adhæret illi monti. Et ideo naues illatũ partiũ nõ clauantur cũ clauis ferreis,sed cũ clauis ligneis,nam si essent naues clauatę cũ clauis ferreis, quando appropinquarentur illi monti,dilacerarẽtur omnes. Dioscorides.) Melior ex isto lapide est ille,qui attrahit ferrũ fortiter,& color eius uergit ad colorẽ cœlestẽ,nõ multũ grauis ponderis. Et uirtus huius lapidis est,q; quãdo dantur in potu duo onolosat ex eo cũ melicrato,laxat humores grossos. Et quidã sunt,qui adurunt istũ lapidẽ,& utũtur eo sicut sumbedhig,id est,adamãte. Galenus.) Virtus eius est sicut illius sumbedhig. Mesatugie.) Est bonus illi qui transglutiuit acum,aut ferrũ aliquod,& ei,qui habet fluxũ uentris,eò q; sumpsit scoriã ferri,& est siccus multum. Et dicitur de isto lapide,q; si accipias eum,& ponas in uase terreo,& linias caput uasis cum creta, postquã posueris super lapidẽ calcem uiuam,quam nõ tetigit aqua,donec uas impleatur calce,& accende sub uase ignem magnũ,donec egrediatur per foramen uasis, & habet potentiam in eo,deinde pone uas illud in fornace figuli, & dimitte ibi,donec lutatio eius coquitur,& fiat testa, deinde extrahe lapidem à uase, & dimitte infrigidari, & pone iterũ in alio uase nouo,& pone eũ secundo in fornace,& fac ut prius, ter aut quater. Quando uero extraxeris ipsum uice quarta, dimitte ipsum lapidem in loco, in quo non tangatur à uento,aut aqua,uel rore,aut ab aliqua humiditate, donec infrigidetur,deinde frange ipsum in frusta parua,minuta, ita q; unumquodq; frustũ sit drachmarũ 10. aut plus,aut minus,ex drachmis Græcorum. Quando ergo uolueris facere operationem cum eo,pone iuxta lapidẽ pondus eius ex sulphure,deinde rora super eũ aquã,egreditur nanq; ex eo ignis magnus,ascendens circa mensuram unius brachij fortissimus,qui nõ tanget aliquid,quod non cõburat. Et quando lapis magnetis nõ est ita præparatus,ut dixi,sed crudus sicut est,& madefit cum succo allei,aut

cepe,

A cepe,prohibetur ab attractione ferri. Et si uis, q; reuertatur ad uirtutem suã primam, infunde eum uno die in sanguine hyrci,& fiet uirtus eius ut prius. Et quando accipitur frustum magnum istius lapidis,ex bono & electo,& appropinquat alicui claua turæ,aperit eam cito,nam lapis attrahit ferrum ad se. Et quando aliquis uulneratur cum ferro uenenato,& teritur iste lapis,& miscetur cum aliquibus unguentis,& datur de puluere eius uulnerato in potu,facit ab eo uenenum, uel toxicũ egredi per secessum,& si puluerizatur super uulnus uenenatum, curat ipsum. Hæc nanq; & alia multa dicuntur de isto lapide.

DE MARCHASITA. CCCLXXXV.

HAger al,id est,marchasita. Dioscorides.)Marchasita est species lapidis, ex quo extrahitur æs,& oportet q; eligatur ex eo ille,cuius color est similis æri, & quando ponitur in igne,saliunt ex eo scintillæ facile. Combritur autem in hunc modũ. Linitur cum melle,& ponitur in igne paruo,& euentatur, donec fit rubeus, deinde extrahitur ab igne. Quidam uero ponunt eum ad ignem magnũ ex prunis, deinde liniũt ipsum cum melle, & sic faciũt secundo & tertio, donec omnes partes eius sint adustę equaliter,quia fortassis aduritur primo extra,& nõ intra,deinde exufflatur cinis ab eo,& reponitur, & si indigetur ex eo abluto, laua ipsum,sicut lauatur climia. Virtus uero adusti & nõ adusti,est adurẽs abstersiua hulcerũ, & abstergit obscuritatẽ uisus,resolnit & maturat apostemata dura,quãdo miscetur cũ resina pini, & resoluit sanguinẽ coagulatũ,& aufert carnẽ superfluã hulcerũ,cũ pauca calefactione & stipticitate. Quidam uero nominant istũ lapidem,postq; aduritur,dicidas,alias distiges.

Galenus.) Hic lapis est unus ex lapidibus habentibus fortẽ uirtutẽ. Et nos administramus eũ in unguentis resolutiuis,& miscemus cũ eo lapidem sacharos,& resoluimus sępe cũ hoc unguento humiditatẽ multã,quę erat aggregata in cõcauitatibus,& cauernis musculorũ. & quando administratur hic lapis, oportet q; multum teratur.

B Abugerig.)De proprietate eius est,q; resoluit humiditatẽ corruptã,quę est sub cute, & ideo quãdo teritur ultima cõtritione,& cõficitur cũ aceto,abstergit baras,& morpheam,& lentigines faciei,& habet uirtutem magnam in abstersione oculi, & cum hoc confortat substantiam oculi,& acuit uisum. Et propter hanc caussam nominãt eam in tertis Fereſiæ,id est Persiæ,lapidẽ luminis,& facit capillos tenues,& crispos.

DE LAPIDE BEZAAR. CCCLXXXVI.

HAger albezahar,id est,lapis liberatus à uenenis,ut tyriaca. Albezahar est nomẽ Persicum,& est expellens nocumentum. Et hoc nomen cadit super duo,unum est,q; cadit super omnem Medicinam conuenientem alicui ueneno,eò q; resistit uirtuti eius,& expellit nocumentum ab eo per proprietatem, quæ est in eo. Et secundũ est,quod cadit super lapidem notum,qui conuenit omnibus uenenis calidis & frigidis,cum tota sui substantia,& resistit eis bibitus,aut suspensus super patientem.

Alius.) Colores lapidis bezahar sunt multi,nam ex eo est citrinus,& uelut puluerulentus,& manibati,& ille qui participat uiriditate, & ille qui participat albedine. Melior uero omnibus est citrinus,& post ipsum est puluerulentus, & hic defertur ex Corascen, & ibi nominant eum bezar,& expositio eius est contra uenenum, & minera eius est in terris Syri, & Indiæ,& in terris Orientis. Et multi lapides similantur eis,qui non habent proprietatem suam,nec approximant ei in aliquibus operationibus. Et est quidam,qui dicitur chobori,& marina, & est lapis, in quo nullus erat,sed multi errant in alio, qui dicitur chindos, & est lapis multæ humiditatis, leuis,mollis tactus, mollicie sine superfluitate, & caliditas eius est etiam sine superfluitate. Et proprietas eius est,quod confert uenenis omnium animalium, & plantarum morsibus,& puncturis uenenosorum. Et quando bibitur ex eo pondus duodecim granorum hordei,aut quando fit linimentum cum eo super locum morsus. Liberat nanq; à morte,& expellit uenenum per sudorem. Et quando ponitur in anulo iste lapis,& reponitur in ore eius qui sumpsit uenenum,& fugit aliquantulũ, confert ei. Et si ponitur lapis iste super locum punctuæ,aut super locum morsurę animalis uenenosi,quemadmodũ est punctura scorpionis, aut cantaridarum malarũ, aut

v.p.195

sambot

C zambor, confert eis iuuamẽtum manifestum. Et si teratur, & ponatur super morsum reptilium uenenosorum, attrahit uenenum per sudorem, & si locus in quo est morsus, est putrificatus, & puluerizatur super locum ex hoc lapide, mundificat & curat. Et quando tangitur cum isto lapide aculeus scorpionis, prohibet ab eo potentiam pungendi. Et si teratur ex eo pondus duorum granorum hordei, & dissoluatur in aqua, & ponatur in ore serpentis, suffocat serpentem statim, & occidit eum. Rasis.) Bezahar est lapis citrinus mollis, non habens saporem, confert uenenis. Et ego uidi in ipso sufficientiam, ad remouendum bix nocumentum napelli, & est toxicũ uerũ. Et erat ille lapis, quem ego uidi, uergens ad citrinitatem, & albedinem, habens colorem uini, & cum hoc erat lenis, & splendens sicut lumen. Et iam uidi in eo de sufficientia bix illud, quod non uidi in aliqua simplici Medicina, immo etiam quod non uidi in tyriacis compositis. Hahamed ebenritisus.) Lapis bezahar confert uenenо scorpionis, quando portatur in anulo, & inciditur in eo imago scorpionis, luna existente in signo scorpionis, & aspice, quod sit ascendens, deinde sigilla olibanum cum eo, luna existente in scorpione, quod tritum datur patienti ad potandum, & liberabitur. Abdalaanarach) Vidi lapidem bezahar filijs Almirama manuum custoditoris legis Dei, & est uerum, quod ipse emit lapidem istum, & dedit pro precio lapidis palatium Cordubæ, in principio guerræ.

DE MARGARITIS. CCCLXXXVII.

HAger albaro, id est, margaritæ. Mesehah.) Margaritæ sunt desiccatiuæ humiditatum, & conferunt debilitati cordis, & sunt conuenientes in cohol.

Aben mesehah.) Margaritæ deferuntur ex mari, & sunt frigidæ & siccæ, & in eis est subtilitas pauca, & confert obscuritati uisus, & albedini oculi, & sordicibus eius, & intrat in Medicinis retinentibus sanguinẽ, & abstergẽtibus dentes conuenienter.

Atabari.) Margaritæ sunt siccæ, subtiles, desiccant humiditates oculi, & si misceantur cum Medicinis uiscerum, sunt multum iuuatiuæ, quia subtiliant sanguinem.

D Rasis.) Margaritæ deferuntur ex maritimis, sunt frigidę & siccę in secundo gradu, & in eis est subtilitas pauca, conferunt obscuritati uisus, & albedini oculi, & sordicibus eius, retinent menstrua, & abstergunt dentes. & desiccant humiditates.

Isaac eben amram.) Margaritę sunt tẽperatę in caliditate, & frigiditate, & siccitate, et humiditate, et grossiores earũ sunt meliores paruis, et clarę sunt meliores obscuris, & quę sunt equalis superficiei, sunt meliores angulosis in figura sua. Et de proprietate margaritarũ est, ꝙ conferunt cardiacæ, & tremori cordis, & accidentibus à melancholia factis, & hoc ideo, quia clarificãt sanguinẽ cordis ingrossatũ, & desiccãt humiditates oculi, propterea quia fortificãt neruos, per quos uenit humiditas ad oculum.

Alius.) Proprietas earũ est cõferre cardiacę, et timori, factis à melancholia, quia clarificãt & purificant sanguinẽ cordis, & subtiliant eũ, & propter hanc causſam miscentur in Medicinis ęgritudinũ cordis, & miscentur in cohol, ad fortificandum neruos oculi. Et quando margaritæ dissoluuntur, & linitur baras cũ eis, auferũt eam, postq̃ linitur statim. Et ille qui patitur soda propter dilatationem neruorum oculi, & fit ei caput purgium cum ista aqua, curat eam statim. Pro eis uero ponitur pondus earũ, & medietas ponderis ex conchilis suis magnis, splendidis, & fulgidis.

DE LAPIDE HYACINTHO. CCCLXXXVIII.

HAger iacot, id est, lapis hyacinthus. Species eius sunt tres. Vna earũ est coloris rubei. Secunda est coloris citrini. Et tertia est coloris cahali, & coloris antimonij. Sunt autẽ quidã alij lapides propinqui eis in colore, adeo ꝙ uidẽtur esse eiusdẽ speciei cũ eis, sed nõ habẽt operationes istarũ. Et rubeus est melior alijs, quia quãdo incenditur ignis super eũ, rubescit multũ. Citrinus uero potest stare minus super ignẽ ꝙm rubeus. Sed cahali nequit stare super ignẽ, quin destruatur statim. Est autẽ uirtus hyacinthi, ꝙ qui portauerit eum secũ, aut sigillauerit aliquid cũ aliqua specie ipsorũ, & portauerit sigillationẽ super se, & intrauerit in regionẽ aliquã, uel prouinciã, in qua cadũt fulgura multa, seu in terrã pestiferam, nullatenus nocebit ei, & fit tutus ab eis, quoniã nõ cadet fulgur super eũ. Et hęc quidẽ uirtus est multũ diuulgata & honorata inter homines. De lapide

A DE LAPIDE RVBEO CCCLXXXIX.

HAger albuzedi, est lapis rubeus, minus tamẽ quã hyacinthus, nam hyacinthi rubedo est magis placibilis hominibus, eò quod non sit in eo obscuritas aliqua. Minera uero huius lapidis est in terris Orientis, & quando apportatur à minera sua, est obscurus, sed quãdo excoriat eũ aurifex, detegitur bonitas eius, & apparet, & clarificatur, & qui sigillauerit cũ eo, qui sit ponderis uiginti granorum hordei, non uidebit in somnis mala somnia, nec timorosa, & hæc est eius proprietas. Et si ille, qui aspexerit in sole tantũ, quod uisus eius est debilitatus, & tangat oculos ex lapide isto, confert ei. Et quando iste lapis fricatur fortiter ad capillos capitis, attrahit ad se festucam pallearum, sicut lapis magnetis ferrum.

DE LAPIDE CORNEOLO. CCCXC.

HAger salachil, id est, lapis corneolus. Species eius sunt multæ, & multę etiam mineræ. Defertur enim ex terris Iamen, & ex mineris Romanorum. Et melior ex eo est ille, qui magis uergit ad rubedinem. Est autem ex corneolo alia species, similis in colore suo aquæ, quæ distillat à carnibus salsis, in quo sunt lineæ albæ infixæ. Et uirtus huius lapidis est, quod quãdo portatur in anulo, reprimit iracundiã in causſa litis coram iudice, & stringit fluxum sanguinis, undecunq; exeat, & proprie sanguinem menstruorum. Et quando fit ex puluere eius dentifricium, abstergit sordes dentium, & dealbat eos, & facit ipsos pulchros ualde.

DE LAPIDE ALIAZA. CCCXCI.

HAger aliazaha, id est, aliaza. Sunt ei multæ species. Et est lapis, qui apportatur ex Iamen, & lapis est ex terris Sin. Et melior est ille, qui defertur ex Iamen. Et est lapis, in quo sunt colores diuersi, scilicet, albus, & niger, & alij, & nunquam est syncerus unius coloris. Et non est uisum hominibus de Iamen, nec de regionibus eorum, quod aliquis porter secum, aut reponat in domo sua istum lapidem, nam asserunt, quod nõ uiderunt aliquem portantem istum lapidem, qui non uiderit in somnis

B terribilia. Et cum hoc facit portantem se rixosum, & litigiosum inter homines. Et quando suspenditur super infantes, auget bauas eorum. Et si fiat uas ex eo ad comedendum in eo, aut ad bibendum, quicunq; comederit aut biberit in eo, non potest, dormire. Et quando puluerizatur, & abstergitur hyacinthus cum puluere ipsius meliorat colorem eius multum. Et est lapis, qui est durior inter cæteros lapides.

DE LAPIDE AQVILAE. CCCXCII.

HAger achtamach, id est, lapis aquilæ. Est lapis Indus, qui quando agitatur, auditur intra ipsum lapillus alius, & minera eius est in montibus Indię inter Chimonas, & Sarandin, & Græci nominant eum antarron. Et expositio eius est alleuiãs partum. Et hæc proprietas est reperta in hoc lapide ab aquila, nam quando aquila uult parere oua sua, aquila masculus portat aquilæ fœminæ illum lapidem à partibus Indorum, & supponit eum aquilæ fœminæ, & facit eam parere facile, alleuiat enim dolores eius. Et hoc idem facit mulieribus, & omnibus animalibus, quando supponitur illis in hora partus. Rasis in libro permutationis Medicinarum.) Achtamach est Medicina Indiæ, & est lapis similis castaneæ, nisi quia habet colorem nebulæ, uel puluеris, & quando agitas eum, auditur intra ipsum alius lapillus, & quando frangitur, egreditur ille lapillus, & est sicut auellana, uergens ad albedinẽ. Et ego quidem reperi in quibusdam libris Indorum, quod quando iste lapis ligatur in panno, & suspenditur ad coxam mulieris, quæ parit, accelerat partum cum facilitate. Et ego sum expertus hoc, & inueni esse uerum. Et dixit in libro de proprietabus, quod est lapis similis ouo, & habet intra se lapillum alium. Et omnes conueniunt in hoc, quod ipse alleuiat partum mulieribus, & accelerat eum, ligatus coxæ mulieris prægnantis in hora partus. Et dixit iterum, quod reperitur in quadam ecclesia, quod iuuat, quando ponitur loco peoniæ. Ego.) Iste lapis habetur apud nos à quàm pluribus, & multotiens uerificaui de ipso sæpe per experientiam.

DE FERRO, ET QVAE FIVNT ex eo. CCCXCIII.

Nadid

C NAdid,id est,ferrum. Dioscorides.) Tubel ferri,& est squama ferri, seu batitura,& est similis squamæ æris, nisi quia est debilior ea in laxando uentrem. Erugo uero ferri est stiptica,quando fit nasale cum ea,stringit fluxum antiquum humiditatum matricis,& quando bibitur,prohibet impregnari. Et si linitur cum ea & aceto super erisipillam,& bothor,delet ea,& confert panaricio,& ungulæ oculi,& asperitati palpebrarum,& hemorroydibus,& stringit gingiuam. Et quando linitur super podagram cum ea,confert, & facit nasci pilos in alopecia antiqua. Et aqua ferri in qua extinguitur ferrum ardens,aut uinum,in quo extinguitur ferrum,conferunt fluxui uentris,& hulceribus intestinorum,& duriciei,& tumori splenis, & colicę passioni,& fluxui à stomacho facto,nam corroborat stomachum relaxatum,& debilitatum,maxime à cholera. Sed scoria ferri est coaptatura ferri,quæ habet uirtutem similem uirtuti eruginis eius,nisi quia est debilior ea. Et quando datur in potu cũ squingibin,resistit ueneno plantæ,quæ dicitur aconiton. Galenus.) Omnis scoria desiccat fortiter,nisi quia scoria ferri est debilior alijs. Et quando scoria ferri teritur, & coquitur in aceto, fit Medicina desiccatiua saniei antiquæ fluentis ab aure. Paulus.) Quando ferrum candens extinguitur in aqua,fit illa aqua desiccatiua, & ideo cõfert duriciei uel grossiciei splenis. Et si extinguitur in uino,confert uinum illud hydropisi,& dissenteriæ,& colicæ passioni,& debilitati stomachi. Mesarugie.) Scoria ferri est sicca in tertio gradu,fortificat stomachũ relaxatum cocta in uino. Rasis.) Iam cognoui per experientiam,quod confert fluxui urinæ,& mẽstruorum, & uinum in quo extinguitur ferrum candens,confert relaxationi ficteris,& exitui ani, & distillationi urinæ,quando exit insensibiliter,& auget libidinem coitus.

DE LVTO ARMENO. CCCXCIIII.

TEri Armeni,id est,lutum Armenum,& est ingibar. Paulus & Galenus.)Est lutum siccum multum,& color eius est ultra croceitatem,uergens ad rubicunditatem,& teritur cito sicut calx,eò quod est lene,sine lapide. Et uirtus eus prima desiccat fortiter. Et tertia confert hulceribus intestinorum,& fluxui uentris, & sputo sanguinis,& fluxui menstruorum,& catarro descẽdenti à capite, & hulceribus putridis in ore factis,& desiccant exituras,quæ egent desiccari,& confert ei,à cuius capite descendunt humores ad pectus,iuuamẽtum magnum, & coartationi anhelitus facto. Et propter hanc causam confert prisicis, & hoc ideo, quia desiccat hulcera pulmonis eorum in tantum,quod non tussiunt: esto quod ipsi errent in dieta errore uehementi magno,aut aer subito permutetur ad complexionem malam. Sed illi qui nõ errant in dieta,iuuantur maximo iuuamento,& maxime patientes asma, & coartationem anhelitus antiquam,quando bibunt ex eo,curantur cito,& qui non iuuatur ab hac Medicina,nunquam iuuabitur ab aliqua alia. Et sumatur ex ea in potu cũ uino subtilissimo,mediocriter mixto aqua,quando patiens non febrit, aut quando febrit parum. Sed si fuerit multa febris,detur cũ uino mixto multa aqua,ne febris augmentetur. Et quando bibitur in hunc modum, confert febribus pestilentialibus uale, & qui assuescit potu eius in tempore pestilentiæ,præseruatur à nocumẽto eius. Et iam uidi multos euadere in tempore pestilentiæ per ipsum. Et quidam sunt, sumentes ipsum cum uino,mixto cũ aqua rosacea,& confert maxime quando febris adest.

DE TERRA SIGILLATA. CCCXCV.

TEri machtim,id est,terra sigillata. Dioscorides.) Terra sigillata est sigillũ marinum,Et est sigillum layce,& est una ex terris Almayum, & multi ex lutis assimilantur illi,& sigillantur. Et color eius est similis colori magræ, sed discernitur ab ea,quia quando tangitur digitis,non adhæret eis sicut magra. Et est de uiscositate in eo res parua. Et ista sigilla fiunt in Almayum. Et color omnium est rubeus. Sed illa quæ uera est,foditur ex terra fundosa,ubi non est arbor,nec herba,nec lapis. Accipitur ergo ex minera sua,& infunditur in aqua,donec dissoluatur,& fit spissa,& agitatur fortiter,deinde dimittitur,donec resideat,et tunc abijcitur ab ea aqua,quę supernatat cum facilitate,& postea colligitur,quod est pingue uiscosum ex ea, & abijcitur id,quod est lapidosum in fundo uasis,deinde ponitur illud pingue ad desiccãdum, donec

A donec sit sicut cæra mollis,& sic dimittitur in parua frusta,ex quibus fiunt trocisci,& sigillantur,& desiccantur in umbra,donec recedat aqueitas, & compleatur desiccatio. Galenus.) In substantia eius est aliquid aereitatis, & est in ea parum stipticitatis. Et uirtus eius prima desiccat sine mordicatione,& secunda curat hulcera fraudulenta,etiam si fuerint sordida. Et quando cõficitur cum aceto forti,ut fiat sicut lutũ, & ponitur super uulnera recentia, & dimittitur sic, conglutinat ea, & curat hulcera antiqua,& dissolue ipsam cum quocunq; tibi uidetur magis competere necessitati, sicut cum aceto,aut cum uino albo,seu rubeo,aut cum secaniabin,aut cum uino mel licrato,aut mellito,aut aceto mixto aqua, & confert iuuamento manifesto, habentibus hulcera intestinorum,antequam fiunt putrida, facto clistere cum ea,aut in potu data,& fit clistere cum ea,postq; antecessit clistere cum aqua mellis,& postea cum aqua salis,& postea cum succo plantaginis, & datur in potu cum aceto ualde mixto aqua, & confert morsui tyri, & aliorum animalium uenenosorum, & canis rabidi, quando bibitur cum uino mixto aqua, & quãdo linitur super locum morsum cum aceto. Et similiter oportet quod liniantur omnes morsuræ aliorum animalium uenenosorum,deinde ponatur super uulnus aliquod folium,quod resistat putrificationi illius. Et ex folijs melioribus est folium allij agrestis, & post ipsum folium centaureæ minoris,& post hoc folium prassij. Et Medicamen quod accipitur ex luto sigillato,& grano iuniperi,in quo admiscetur ex bolo armeno quãtitas pauca, quando bibitur ex eo ille qui timet potionem uenenosam,prohibet nocumentum ueneni,& si sumit ille ex eo qui iam recepit uenenum, siue Medicinam uenenosam,dum ipsa Medicina adhuc in stomacho existit,prouocat uomitum,& expellit ab eo uenenum,& liberat à morte eum. Et ego expertus sum in eis, qui biberunt cantarides, & leporem marinum, nam dedi eis in potu de hac Medicina, & feci eos euomere statim,& euaserunt,neq; sunt passi aliquod malum,accidens ex ueneno ipsorum.

B Dioscorides.) In luto sigillato est uirtus,quæ quando sumitur in potu cum uino, resistit Medicinis mortiferis, & omnibus uenenis forti contrarietate. Et quando bibit aliquis ex eo,& post sumit in potu Medicinam mortiferã,facit eam statim egredi per uomitum,& non nocet ei,& est conueniens morsibus, & puncturis omniũ animalium uenenosorum, & intrat in pluribus Medicinis compositis, & tyriacis. Alcançi.) Terra sigillata quãdo est bona, si pulueriçetur ex ea in os à quo fluit sanguis, stringit eum statim, & non est Medicina quæ abscindat ita omnes fluxus sanguinis sicut ista. Paulus.) Non habet parem in abscindendo fluxum sanguinis. Et uirtus eius in hoc est fortior uirtute luti terræ, quæ dicitur samos, & prohibet apostemata calida in principio eorum, nisi quando fuerit in membris mollibus, nam tunc non conuenit eis,quia facit in membro asperitatem, quod molle membrũ non sustinet. Et quando ponitur super adustionẽ ignis, non sinit locum uesicari, quod si iam habet uesicas,curat eas,& datur ex ea in potu post casum,à quo timetur lęsio membrorum interiorum,& liniuntur membra cum eo post percussionem, & casuram, & attritionem,& prohibet ea apostemari. Et si in eis sit facta solutio continuitatis,consolidat ea,& est de melioribus & nobilioribus Medicinis contra omnia uenena.

DE CHIMOLEA. CCCXCVI.

TEn chimolea. Dioscorides.) Sunt ei duæ species, una est alba, solida. Alia est purpurea,uelut unctuosa, quæ quando tangitur, adhæret digitis, & est melior alijs. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat,& desiccat sine mordicatione,proprie quando lauatur,& secunda resoluit & prohibet, & tertia confert adustioni ignis,& miscetur ad hoc cum aceto mixto cum aqua,& prohibet locum uesicari, & abluitur hæc terra,& recedit ab ea pars resolutiua, & si non abluitur, remanet cum ambabus uirtutibus suis. Dioscorides.) Virtus eius est stiptica, desiccatiua, quando linitur cum ea scabies mala,quæ dicitur sacer ignis, confert. Et quando linitur super ignis combustionem,non sinit locum uesicari.

Est autem ex ea species alia,quæ dicitur lutum hanem, cuius color est niger, & est fortis conglutinationis,adeo quod si applicetur linguæ, adhæret ei propter uiscosi-

C tatem ſuam, & meliorex ea eſt illa, quæ eſt nigrior cum luciditate lenis tactus, & quę cito diſſoluitur in aqua, & eſt ſimilis chimoleæ in ſuis operationibus, niſi quia tingit adeo quod ex ea tinguntur ligna, & canes, quando uolunt facere ea nigra, & ideo adminiſtratur in cohol, ad denigrandum oculum.

DE SVLPHVRE. CCCXCVII.

CRibrit, id eſt, ſulphur. Galenus.) Omnis ſulphuris ſubſtantia eſt ſubtilis, & uirtus eius ſecunda reſoluit, & attrahit, & tertia reſiſtit uenenis, ſicut uenenis martis, & alijs eis ſimilibus. Et quãdo teritur, & puluerizatur ſuper locum morſum, aut quando conficitur cum ſputo, aut cum uiſco, aut cum urina, aut oleo ueteri, aut cum melle, aut cum glutino albotim, & adminiſtratur. Et quando miſcetur cum glutino albotim, curat ſcabiem & ægritudinem, cum qua eleuatur cutis, & hoc quia ipſum aufert iſtas ægritudines, abſq; eo quod repellat materiam ipſarum ad interiora corporis. Dioſcorides.) Oportet ſciri, quod melius ex ſulphure eſt illud, quod non appropinquat igni, & eſt clari coloris, & ſplendens ſine lapide. Sed eius quod poſitũ eſt in igne, oportet eligi rubeum, in quo eſt unctuoſitas. Et ex eo eſt multum in locis dictis Minſal, proprie in inſula quæ dicitur Libam, uirtus eius, & maxime primæ ſpeciei eſt, quod calefacit, & reſoluit, maturat, & cõfert tuſſi, & educit ſaniem de pectore, & quando tranſglutitur cum ouo ſorbili, aut fit fumigium cum eo, cõfert aſmati. Et quando mulier pregnans ſuffumigatur cum eo, educit fœtum, & miſcetur cum glutino albotim, aut reſina pini ad ſcabiem hulceroſam, & ad impetiginem, & ad maculam albam unguium, & confert, & quando miſcetur cum reſina pini & aceto, confert ſcabiei hulceroſæ, & aufert morpheam, & curat elephantiã, & ſimiliter cum reſina & acero ſolo, confert uenenis marinorum, & punctura ſcorpionis etiam. Et quando miſcetur cum nitro, & fricatur inde corpus, aufert pruritum. Et quando accipitur cum eo quantitas unius colãnamos, id eſt, coclearis, & ſumitur in potu cum
D aqua, aut cum ouo ſorbili, curat ictericiam, & eſt bonum coriçæ. Et quando puluerizatur ſuper corpus, aufert ſudorem, & quando linitur ſuper podagram cum nitro & aqua, confert. Et quando fumigatur cum eo, confert ſurditati, obliuioni, & miſcetur cum melle, & uino, & curat cicatrices, & attritiones auriũ, quãdo liniuntur cum eo.

DE SINOPIDA. CCCXCVIII.

MOgar, id eſt, ſinopida. Dioſcorides.) Ex ea eſt quædã, quæ apportatur ex terris Sinos, & melior ex ea eſt grauis, denſa, cuius color non eſt diuerſus, & eſt ſicut color epatis, aut ſanguinis, non habens lapides, & in aqua poſita diſſoluitur facile. Illa uero magra, qua utuntur carpentarij, eſt debilior in omnibus operationibus quàm illa quæ apportatur ex Sinos, & Babylonia, & melior illa, quæ facile teritur.

Galenus.) In ſapore eius eſt ſtipticitas, & uirtus eius prima eſt deſiccatiua, & ſecunda quando ſorbetur cum ouo, aut fit cliſtere cum ea, ſtringit uentrem. Dioſcorides.) Habet uirtutem ſtipticam, deſiccatiuam, & conglutinatiuam, & ideo miſcetur in emplaſtris, & conſolidat uulnera recentia, & intrat in confectionibus trociſcorum deſiccatiuorum, & conſtrictiuorum uentris, & quando ſorbetur cum ouo, aut fit cliſtere cum ea, ſtringit uentrem, & datur in potu ad dolorem epatis, & datur in potu ad ſputum ſanguinis, & ad uenena. Paulus.) Magra, id eſt, ſinopida, eſt fortior bolo Romano, luto ſigillato, & ideo intrat in confectionibus unguentorum, & occidit uermes in uentre.

DE SALIBVS. CCCXCIX.

MEleh, id eſt, ſal. Dioſcorides.) Species ſalis ſunt duæ, una quæ eſt ex minera, & alia quæ eſt ex mari. Et ſal qui eſt ex minera, eſt fortior, & aridior, & melior ex eo eſt non habens lapides, clari coloris, cuius partes ſunt æquales. Et ex ſale marino melior eſt albus, æqualium partium, & reperitur in locis aquarum ſtagnorum.

Galenus.) Sal qui generatur in ſtagnis marinis, aſſimilatur ſali marino, & iſte ſal fit in maritimis, nam quando decreſcit aqua maris, uel cum attrahitur temporeæſtatis, coagulatur à calore ſolis, adurente id quod eſt in marginibus aquæ, & fit ſal, & hoc fit plurimum, eo quod aggregatur in loco illo ex aquis ſordidis, quæ ſunt multum

A tum calidæ, propterea, quia euacuatio aquæ maris fit in loco arcto, ſubſtãtia eius eſt groſſa, & ſapor eius eſt ſtipticus, ſalſus. Sal uero, qui eſt ex minera, eſt groſſioris ſubſtantiæ, & fortioris ſtipticitatis. Et uirtus ſalis prima eſt calida, & ſicca in ſecũdo gradu, & ſecunda congregat, abſtergit, & reſoluit, & hoc ideo, quia mundificat ex corpore id quod eſt ibi de humiditate, adeo ꝙ non relinquit ex ea aliquid, deinde aggregatur id quod remanet ex ſubſtantia eius dura propter ſiccitatem ſui. Et tu potes diſcernere diuerſitates, quæ ſunt in ſale per ſapores exiſtẽtes in eo, & hoc, quia ſal qui participat amaritudine, reſoluit, & hoc ſecundũ quantitatem quam habet de amaritudine. Sed ille qui eſt ſalſus ſolum, cum reſolutione ſua ſtipticat, & reſtringit. Et uirtus eius tertia prohibet putrefactionem corporum paratorũ corruptioni, propter humiditatem ſuperfluam eorum. Et quando ſal aduritur, eſt maioris reſolutionis, & fortioris, & minoris ſtipticitatis. Et dixit in undecimo. Flos ſalis eſt ſubtilior ſale adufto, & ſapor eius eſt acutus, & uirtus eius eſt reſolutiua fortiter. Et dixit in undecimo ad Glauconem. Spuma quæ eſt ſuper ſalem ſalinarum, quando extenditur ſuper corium, & ponitur ſuper ſplenem, reſoluit duriciem eius. Et puluis ſalis aſſimilatur ſpumæ ſalis multum, & poſſibile eſt ꝙ ſubtiliaret, & reſolueret pluſquã ſal, & aggregaret quod remaneret de ſubſtantia ex corpore, ſicut facit ſal. Et dixit in quarto, ubi rememoratus fuit mare mortuũ, ſi tu accipis piſces uiuos, & proijcis illos in mari illo, moriuntur ſtatim, & deſtruuntur. Potes ergo ſcire ex hoc, ꝙ accidit propter amaritudinem quæ eſt in eo, quæ quidem eſt inimica omnibus animalibus, etiam & plantis, & hoc, quia ipſum in ſua natura eſt ſiccum, ſicut fumus qui generatur propter aduſtionem, quare aqua illius maris eſt amara multum. Et ſal qui ex eo generatur, nominatur ſal Sodomæ, à nomine montiũ, qui ſunt circa illud mare. Sed montes ✳ Sodomę nõ ſunt ita amari, & niſi eſſet, propter hoc homines illius regiõis utentur eo in multis rebus, in quibus adminiſtrantur ſpecies aliæ ſalis. Sed uirtus huius ſalis eſt, ꝙ ipſe non eſt ſolum plus deſiccatiuus alijs ſalibus, ſed cum hoc eſt plus
B ſubtiliatiuus, quia iſte ſal habet de aduſtione ſalis plus omnibus alijs ſpeciebus ſalis, & hoc, quia in ſubſtantia omnium ſpecierum ſalis miſcetur parum ſtipticitatis, quo uſq; conſtringit, & conſeruat ſubſtantiam carnium, quæ ſaliuntur cum eo, ne minuatur. Et proprie ille ſal qui non teritur facile propter ſuam duriciem. Et melior ſal eſt ille qui eſt huiuſmodi. Sed ſal qui eſt ex mari, & ſal qui generatur in multis locis, in quibus generatur ſal, fit per deſiccationem quæ aduenit ei, donec coaguletur, & fit ſal, & eſt minor in hoc ſale minerarum. Eſt etiam tertia ſpecies ſalis, & eſt ille qui cito teritur, & iſtius ſpeciei abſterſio eſt plus quàm ſtipticitas, & ſal de Sodon eſt propinquior in uirtute huic ſali, & eſt ſicut ſal marinus, niſi propter hoc ꝙ admiſcetur ei de amaritudine eſt magis abſterſiuus, & magis reſolutiuus quàm ſal marinus, & ſal qui eſt durioris ſubſtantiæ, eſt magis propinquus naturæ terræ, & hanc naturam habet omnis ſal qui effoditur à mineris, & eſt minus calidus, & minus ſubtilis omni alio ſale, & ille qui eſt facilioris contritionis, eſt ſubtilior & calidior in omnibus operationibus omni alio ſale. Et quidam ſal eſt amari ſaporis, & ille qui eſt ſic, eſt mediꝰ in natura ſua inter ſalem, & acroteron eſt optimum. Et dixit in ſecundo chatagenis, ſalis ſtipticitas eſt maior ſua reſolutiõe multum, nam in eo eſt ſtipticitas multa.

Aliàs Syon.

Dioſcorides.) Virtus ſalis eſt ſtiptica, abſtergit, & mundificat, & reſoluit, & aufert carnem ſuperfluam hulcerum, & cauteriçat. Diuerſificantur autem iſtæ operationes in fortitudine & debilitate, ſecundum diuerſitatem eius ſpecierum, & prohibet hulcera fraudulenta, & intrat in confectionibus Medicinarum ſcabiei, & aufert carnem ſuperfluam quæ creſcit in oculo, & liquefacit unguiam quæ fit in eo, & ponitur in cliſteribus, & quando miſcetur cum oleo, & inungitur corpus cum eo, reſoluit laxitudinem, & curat ſcabiem, & eſt bonum apoſtematibus hydropicorum, & quando fit emplaſtrum cum eo, ſedat dolores, & quando miſcetur cum oleo, & aceto, ſedat pruritum, quando inungitur cum eo iuxta ignem, donec ſudet. Et idem facit in ſcabie hulcerata, & non hulcerata, & in lepra, & impetigine. Et quando miſcetur cum melle, & aceto, & oleo, & linitur cum eo, confert ſquinantiæ, & cum melle ſolo,

C confert apoſtematibus uuulę, & duarum amygdalarum, & curſui humiditatum ad gingiuas, & fit ex eo emplaſtrum cum ſauich hordei, coſto, & melle, ad pruritum, & ad culla, & ad fluxibilitatem gingiuarum, & ad hulcera corroſiua, & fit emplaſtrum cum eo, & ſemine lini, ad punctura ſcorpionis, & cum origano, & hyſopo, & melle, ad morſum ſerpentis, uel tyri, uel uiperæ maſculi, & cum pice, & alkitran, aut cum melle ad morſum animalis, quod dicitur keraſtes, & eſt ſerpens cornutus, & cum aceto, & melle maliciæ ueneni animalis, quod dicitur ſatarion, & miſcetur cum adipe uituli ad bothor dicta ſaritakia, quæ fiunt in capite, & carni ſuperfluæ, quæ creſcit in exterioribus quæ dicitur lumel, & quando fit emplaſtrum ex eo cum melle & oleo, reſoluit furunculos, & quando miſcetur cum origano, & fermento, maturat apoſtemata teſticulorum, phlegmatica, & confert morſui ranæ exiſtentis in fluuio Babyloniæ, & quãdo teritur, & ligatur in panno lini, & immergitur in aceto forti, aut miſcetur cum ipſo aceto, & ponitur ſuper ipſum locum morſum ab aliquo animali uenenoſo, confert, & quãdo miſcetur cum melle, cõfert ſanguini mortuo qui eſt ſub oculo, & confert nocumento opij, & fungorum pernicioſorũ, quando ſumitur in potu cum ſecaniabin, & quãdo miſcetur cum farina & melle, confert torſioni neruorum, & attritioni lacertorum, & quando miſcetur cum oleo, & ponitur ſuper combuſtionem ignis, non ſinit locum ueſicari, & quando ponitur ſecundum hunc modum ſuper podagram, confert, & quando miſcetur cum aceto, confert dolori aurium, & quando fit emplaſtrum ex eo cum aceto, aut linimẽtum cum hyſopo, prohibet eriſipillam, & formicam augeri in corpore. Comburitur autem ſal in hunc modum. Accipe ſalem & pone ipſum in ollam nouam, & cooperi eam, ne ſaliendo egrediatur ex olla, propter calorem ignis, & ſepeli ollam in prunis, & dimitte eam ibi donec aduratur, & crepetur, deinde remoue ab igne. Quidam uero accipiunt ſalem mineræ, & inuoluunt eum in paſta, & dimittũt ſic in furno, aut in igne

D donec paſta aduratur. Aduritur etiam ſal alio modo. Nam abluitur cum aqua, deinde dimittitur donec ſiccatur, poſtea ponitur in olla, & cooperitur, & accenditur ignis ſub olla, & coadcerũantur prunæ ignis ſub olla, deinde mouetur ſal donec calefit, & aduritur commotione ſua.

Flos ſalis fluit ex ſtagnis, & coagulatur in exitu aquarum ſtagnorum, & aliquãdo ſuper lapides, & eſt uelut pinguedo natans in ſuperficie aquæ, anteq; coaguletur. Et oportet quod ex eo eligatur ille qui eſt crocei coloris, in cuius odore eſt fœtor uergens ad odorem muri ex piſcibus facti. Eſt autem ex eo, cuius odor eſt fœtidior quã muri piſcium, & mordicat linguam fortiter, & habet in ſe unctuoſitatem. Sed flos ſalis in cuius colore eſt croceitas uergens ad rubedinem, aut qui eſt granuloſus, eſt malus. Et cognitio non adulterati eſt, quod diſſoluitur in oleo, adulteratus autem non diſſoluitur in oleo, niſi addatur aqua. Eſt autem conueniens hulceribus fraudulentis, & corroſiuis, & hulceribus quæ ſerpunt per corpus, & maxime hulceribus uirgẽ, & humiditatibus fluẽtibus ex aure, & tenebroſitati uiſus, & maculis quæ fiunt à conſolidatione hulcerum corneæ, & intrat in confectionibus multorum unguẽtorum, & Medicinarum aliarum, & in unguentis odoriferis. Et quando miſcetur cum oleo roſaceo, prouocat ſudorem, & quando ſumitur in potu cum uino & aqua, laxat uentrem, uerum ipſe eſt malus ſtomacho, & intrat in unguentis quæ ſunt ad laxitudinem, & in his, in quibus corpus inungitur ad pilos ſubtiliãdos. Et uniuerſaliter acuitas eius, & mordicatio, eſt ſicut ſalis. Adulteratur autem cum tegula trita, & alijs, ſed cognoſcitur ſicut dixi.

DE LYTHARGIRIO. CCCC.

MArtech, id eſt, lythargirium. Dioſcorides.) Lythargirium quoddam eſt quod fit ex arena plumbea, ita, quia inflammatur donec fiat ſicut ignis, & diſſoluitur donec aduritur, & poſtea coagulatur. Et eſt quoddam quod fit ex argento. Et ex eo eſt quod fit ex plumbo, quando ex plumbo fiunt laminę, & aduritur pars eius. Et ex eo eſt, cuius color eſt rubeus, & ſplendens, & aureum, & hoc eſt melius alijs. Et ex eo eſt purpurei coloris, & eſt argentum. Lythargirium comburitur in hunc modum.

Accipe

A Accipe lithargyrium & frange ipſum in fruſta quantitatis unius nucis, & pone ea in ollam nouam ex terra, & ſepeli ollam inter prunas, & dimitte donec fiat ſicut ignis, deinde extrahe ab igne, & dimitte infrigidari, & purga ipſum à ſordibus, & repone. Et ſunt quidam, qui quando extrahunt ipſum ab igne, extinguunt ipſum in aceto, aut in uino, deinde ponunt ipſum ſecundo ad ignem, & comburunt ipſum, & hoc faciunt pluries, demum uero reponunt ipſum. Modus ablutionis lithargyrij eſt, ſicut ablutionis climiæ. Modus dealbandi lithargyrium. Accipe lithargyrium citrinum & frange ipſum in fruſta quantitatis fabarum, & pone ipſum in ollam nouam cum libra una tritici boni, optime purgati ab extraneis rebus, & pone ſuper ipſum de aqua quantum oportet, deinde accipe de bono hordeo libră unam, & liga hordeum in panno lini, & ſuſpende ipſum ad orificium ollæ, deinde fac ignem ſub olla, & coque tamdiu donec hordeum quod ligaſti in panno crepet, deinde auferolla ab igne, & proĳce lithargyriũ & triticum in aliquo uaſe, & ſepara triticum à lithargyrio, & abĳce grana tritici, lithargyriũ uero tere per ſe, & proĳce aquam ſuper ipſum, & muta aquã eius ſæpe poſtq; reſidet, & tere ipſum tota die, in ſero uero abiecta aqua, pone ſuper ipſum aliam aquam calidam, & dimitte uſq; mane, & iterum fac ut prius, & hoc cõtinuis ſex diebus, quo facto pone in unaquaq; mina lithargyrij quinq; athgokilos ſalis ex minera, & tere ſicut prius feciſti tribus diebus, deinde muta aquam eius, & agita ſæpe mutando aquam donec recedat ſalſedo, deinde dimitte ſiccari in ſole & repone. Galenus.) Eſt in eo ſtipticitas pauca. Et uirtus eius prima eſt æqualis deſiccatiua, ſicut deſiccant Medicinæ minerales. Secunda eſt uirtus quæ reſtringit & abſtergit minus quàm Medicina temperata. Et tertia confert excoriationi quæ fit in coxis, & in alijs partibus, propter confricationem in itinere, & eſt ſicut materia omnium Medicinarum conſtrictiuarum ſicut cæra. Dioſcorides.) Virtus lithargyrij eſt ſtiptica, mollificatiua, ſedatiua, infrigidatiua, & conglutinatiua, terper hulcera putrida carne, aufert carnem ſuperfluam quæ fit in eis, & conſolidat ea.

B Sed lithargyriũ dealbatum & ablutum conuenit in collyrijs, & emendat cicatrices turpes, & extendit cutem rugoſam, & abſtergit ſordes eius, & lentigines, & impetiginem, & his ſimilia. Alcançi.) Lithargyrium dealbatũ, eſt magis iuuatiuũ ad auferenda ueſtigia uariolarũ lithargyrio non dealbato, & aufert fœtorem aſſellarum, & prohibet ſudorem. Liber uenenorum.) Si bibatur ex eo, ſtringit uentrem & utinam, & præfocat, & occidit.

DE APHRONITO ET BAVRACH. CCCCI.

APhronitum & baurach, id eſt, nitrum, & ſpuma nitri. Species baurach & mineræ ipſius ſunt ſicut mineræ ſalis, nam ex eo eſt aqua fluens, deinde petrificatur. Et ex eo eſt quod eſt in minera ſua ſicut lapis. Et ex eo eſt rubeum. Et ex eo eſt album, & puluerulentum, & multorum colorum. Et nitrum quamuis ſit ex ſpeciebus baurach, habet tamen operationes alias à baurach. Iſaac eben amram.) Nitrum habet multas ſpecies, una earum dicitur baurach Armenũ, & apportatur ex Armenia. Alia quæ dicitur nitrum, & defertur ex Rahath. Et ſunt huius duæ ſpecies, ſcilicet album & nigrum, & eſt ſimile ſalibus minerarum, & ſapor eius eſt inter ſalſedinem & aceoſitatem. Et dixit quidam Medicus quod baurach duæ ſunt ſpecies, una eſt artificialis, & alia naturalis, & naturalis eſt baurach ex minetis. Et ſunt duæ ſpecies, ſcilicet Armenum & Babylonicum, & Armenum eſt melius. Et ego quidem nõ uidi apud nos, ſed Babylonicum eſt illud quod defertur ad nos. Et ſpecies eius ſunt duæ, una earum nominatur nitrum, & eſt ſal petroſus, cuius color uergit ad rubedinem, & ſapor eius ad ſalſedinem cum pauca amaritudine ſignificãs ſuper aduſtionem ſuam. Et ſpecies alia dicitur baurach panis, quia in Yaya utuntur eo in pane, & hoc, quia homines illius terræ diſſoluunt ipſum in aqua, & liniunt eo panem, anteq; coquant eum, recipit enim ab eo claritatem. Sed baurach artificiale nominatur nitrum, & eſt ſal petroſus, & eſt inciſiuum, abſterſiuum, & generatur ex materia nitri, & humiditate plumbi, & kali quando miſcentur adinuicem, & ponuntur in ignem. Raſis in libro introductorio ad practicam.) Vna ex ſpeciebus baurach, eſt baurach quod fit

C artificialiter,& eſt album,& eſt ex eo quod eſt ſpumoſum,& eſt melius omnibus,& & color eius eſt terreus,puluerulentus,& ex eo eſt tincar,quod fit,& ſigillatur.

Dioſcorides.) Nitrum oportet eligi illud quod eſt leue, & color eius ſicut color roſæ,aut albus,& eſt plenum foraminibus,ſicut ſpongia.Sed Medicina quæ dicitur aphronitrum,cuius expoſitio eſt ſpuma nitri,& eſt id quod quidam putant eſſe baurach Armenum, melior ex ea eſt illa quæ eſt leuis multum,& exiſtens in laminibus, cito frangibilis,& in colore eius eſt purpureitas,& eſt ſimilis ſpumæ, mordicans linguam,quemadmodum eſt illa quæ defertur à Philadelphia, id eſt, ab Archadia,& poſt hanc in bonitate eſt illa,quæ defertur à Babylonia. Galenus.) Differẽtia quæ eſt inter baurach Aphricæ,quod dicitur ſpumoſum,& inter ſpumam baurach eſt,ꝙ ſpuma baurach eſt Medicina deſiccatiua,& color eius eſt ſimilis farinæ tritici,in hoc quod ipſa eſt alba,& non eſt ſicut flos lapidis Aſij,neq; talis coloris, ſed baurach nõ eſt ſpumoſum ſicut farina,immo eſt coagulatum,aggregatum,& eſt illud quo utuntur quotidie homines ad lauandas ſordes, & ad remouendum pruritum,& poſtq̃ res eſt,ſicut dixi,inuenere ipſum Medici eſſe unam ex Medicinis reſolutiuis. Sed ſpumæ baurach natura & uirtus eſt hęc eadem,& habet naturam quam habet baurach, niſi quia eſt ſubtilior. Et poſtq̃ dixi ꝙ natura baurach eſt media inter naturam baurach Aphricæ, & naturam ſalis, eſt hoc, quia in baurach Aphricæ eſt uirtus quæ abſtergit ſolum, & in ſale eſt uirtus ſtiptica. In baurach autem ſunt duæ uirtutes ſimul, niſi quia uirtus ſtiptica eſt pauca in eo multum,uirtus uero abſterſiua eſt multa.Et dixit in hoc eodem libro,& eſt undecimus, ꝙ uirtus baurach eſt media inter uirtutem baurach Aphricæ & ſalis,& quando comburitur,eſt propinquius uirtuti ſalis Aphricæ,& hoc ideo,quia ipſum ſubtiliat, & propter hanc cauſſam deſiccat,& reſoluit,ſi ſumatur de eo aliquid per os,incidit, & ſubtiliat humores groſſos, uiſcoſos, plus q̃ ſal,ſed nos non utimur baurach Aphricæ interius,niſi egeamus Medicina forti,quia
D ipſum cõmouet nauſeam & uomitum,& niſi eſſet,propter hoc nos daremus ipſum in humoribus groſſis,uiſcoſis.Quidam uero utuntur iſto baurach Aphricæ in Medicinis quæ dantur eis qui ſumpſere fungos ſtrangulantes,& curãt eos ſtatim.Sed nos adminiſtramus baurach aduſtum,& non aduſtum,maxime ſpumam eius in ſtrangulatione iſta. Et dixit in quarto, quando rememoratus fui de ſale Sadon, & ita eſt in baurach,& in ſpuma eius quæ nominatur nomine cõpoſito in Græco,& eſt aphronitron,omnia iſta ſunt magis abſterſiua quàm ſal,quia non ſtipticãt,& ſunt amara multum.Et poſt hoc dixit ꝙ ſal amarus eſt medius inter ſalem durum, & aphronitron bonum.Et hoc ꝙ ab aphronitro ſunt ſpecies,quia ex eo eſt durum, groſſum, quod non diſſoluitur cito in aqua, & non eſt ſermo meus hic in illis ſpeciebus malis,ſed eſt ſermo meus hic in ſpeciebus illis, ſecundum ꝙ ſignificat ſecũdum nomen ſuum,& uolo dicere ſpumam ſubſtantiæ ſicut ſpumã baurach, quia omnes iſtæ ſpecies quas dixi,ſunt ſicut petra,quæ dicitur Aſius,quia ipſa eſt multum ſubtilis,ſed eſt minus calida quàm aphronitron, & propter hanc cauſſam aufert carnem ſuperfluam,quæ creſcit in hulceribus,& deſtruit eam abſq; nocumento aliquo,ſed flos nitri mordicat carnem hulcerum,& ſimile facit ipſum nitrum. Et dixit conſiderator horum ſermonum,quando diligenter conſideras ſermonem Galeni in quarto, de nitro & aphronitro, & comparas ipſum cum ſermone ſuo in undecimo, de baurach Aphricæ,quod eſt ſpumoſum,& baurach ſimiliter,&aggregas operationes eorum, ſcies pro certo quod intellexit per baurach Aphricę, nitrum,& per baurach aphronitron, ſpumam nitri.Et dixit quod aphronitron eſt ſpuma nitri,& eſt baurach Armenum.Scitur ergo ex hoc quod baurach per Galenum,eſt baurach Armenum.

Dioſcorides.) Virtus omnis nitri eſt deſiccatiua, quando bibitur ex eo incidit,& ſubtiliat humores groſſos, uiſcoſos, plus quàm aphronitron, & datur aduſtum,& non aduſtum,ad ſuffocationem fungorum pernicioſorum.Sed uirtus ſpumæ nitri, & eſt Medicina, quæ dicitur aphronitron, eſt ſimilis uirtuti ſalis aduſti, & aduſtio eius eſt ſicut aduſtio illius, niſi quia aphronitron ualet plus ſale in hoc ꝙ ſedat plus torſiones uentris,maxime autem quãdo teritur cum cimino,& bibitur cum hydromelle

A melle,aut cum uino,qui dicitur anſama,id eſt, mulſa, aut cum aliquibus Medicinis reſoluentibus uentoſitatem, ſicut ſunt decoctio aneti, & aquæ cum ruta,aut aneto, & ſimilibus, & miſcetur cum aliquibus unguentis,& inungitur cum eo in febribus periodicis, & aufert rigorem, quando inungitur ante horam acceſſionis febris iuxta ignem, & intrat in confectionibus unguentorum reſolutiuorum, & attractiuorum,& in unguentis,quę fiunt ad ſcabiem hulceroſam,& pruritum, & morpheam, & quando diſſoluitur in aqua,aut cum uino,& diſtillatur in aurem, ſedat dolorem eius;& uentoſitates,quæ ſunt in ea,& ſibilum, & confert humiditatibus fluentibus ab ea,& quando diſſoluitur cum aceto,mundificat ſordes aurium,et quando miſcetur cum adipe aſini,aut cum adipe porci, curat morſum canis, & quando miſcetur cum terbentina,curat orificia furunculorum, & fit emplaſtrum cum eo & ficubus ſuper uentrem hydropicorum, & quando fit cum eo & melle cohol,icauit uiſum, & quando bibitur cum aceto & aqua, confert ſuffocationi fungorum pernicioſorũ,& quando bibitur cum aqua,confert nocumento ſpeciei cantharidarũ, quæ dicitur buphraſitis,& ſumitur cũ aniuden,& confert nocumento ſanguinis tauri,& fit cum eo Medicamen,quod confert ad extenuandum. Et quando miſcetur cum cęrotis,& fit indè emplaſtrum paralyſi,quę facit declinare caput ad poſteriora,& torſionibus neruorum confert, & miſcetur cum paſta, ex qua fit panis, habenti paralyſim linguæ. Quidam uero comburunt ipſum,ſicut comburitur ſal, ponentes ipſum in olla terrę, & ſepeliunt ipſum in prunis ignitis,& dimittunt ipſum ſic,donec cadeſcit,& poſtea auferunt ab igne,reponentes ipſum.

DE CALCE. CCCCII.

HOrach,id eſt,calx. Dioſcorides.) Eſt de ea,quæ fit ex cõchylijs marinis,& quędam fit ex lapidibus,& quædam fit ex marmore,quando hæc comburuntur in igne,donec fiunt alba intus et exterius,fiunt calx,ſed melior omnium eſt calx,quę fit ex marmore. Galenus.) Calx adurit fortiter, donec facit eſcaram duram uſtam.
B Sed calx uiua poſtquam extinguitur,facit cum hoc aduſtionem, cum eſt nouiter extincta, ſed poſt duos aut tres dies diminuitur hæc uirtus in ea, & quando ablujtur, ceſſat hæc operatio ab ea,& mordicatio eius remanet in aqua,& aqua eius fit putrefactiua,& calx fit deſiccatiua ſine mordicatione,& quando lauatur multum,non habet mordicationem omnino. Et dixit.)Calx eſt ex ſpeciebus cineris,& eſt ſubtilior cinere lignorum,& hoc accidit propter nimietatem ignis, quæ eſt neceſſaria aduſtioni lapidis, plus quàm aduſtioni lignorum,antequam fiat cinis, & in ea eſt pars ignea in quantitate multa,ſed quando lauatur pluries,fit ſine mordicatione, & ſi lauetur in aqua maris,aduenit quod reſoluit fortiter. Dioſcorides.) Virtus calcis eſt inflammatiua, mordicatiua, aduſtiua, cauterizatiua, ſed ſi miſceatur cum axungia, aut cum oleo,fit maturatiua, mollificatiua, reſolutiua, incarnatiua, uel conſolidatiua. Et debes ſcire ꝙ calx noua uiua, quam non tetigit aqua, eſt fortior illa, quam aqua tetigit.

DE SALE ARMONIACO. CCCCIII.

HVxader, id eſt,ſal Armoniacus. Iſaac eben amram.) Eſt ſal albus, & rubeus, & extrahitur à lapidibus duris,claris,& eſt ſalſus,mordicans multum,& defertur ex Coraſeni,& ſunt ei multi colores, nam ex eo eſt niger, & puluerulentus,& albus,ſed puluerulentus & albus,clarus ſicut cryſtallus,& melior ex eo eſt ille,qui plus intrat in Medicinis,& eſt calidus & ſiccus in quarto gradu, abſterſiuus, & ſubtiliatiuus,lauatiuus,& de proprietate eius eſt, quod attrahit ab interioribus ad exteriora, & confert caſui uuulæ factæ ab humiditate,& ſubtiliat. Meſehah.) Virtus eius eſt calida in quarto gradu,& eſt acutus ſiccus. Atabari.) Eſt mundificatiuus, ſubtiliatiuus humorum groſſorum,& abſtergit & lauat, & eſt in eo acuitas, & confert caſui uuulæ. Alcanĝi.) Confert uuulæ pendenti,& ſquinantiæ,& diminuit albedinem oculi,ſeu pannum,& eſt calidus in fine tertij gradus.

DE AERE, ET QVAE EX eo fiunt. CCCCIIII.

C HOhas,id eſt,ęs. Philoſophus.) Quidam faciunt ex ęre uaſa ad comedendum & bibendum in eis,& nocent eis ualde, & maxime eis, qui aſſueſcunt hoc diu, nam tales parati ſunt incurrere elephantiam,& cancrum,& dolorem epatis & ſplenis,& maliciam complexionis,maxime comedentes in illis res actas, & bibentes in illis dulcia uina.Et quando comedunt cibũ,qui ibi ſtererit die una & nocte,eſt peius multum.Et quando ponitur uas æreum ſuper piſces aſſatos calidos, fiunt piſces uenenum mortiferum. Sed quod aduritur ex ære, quoddã aduritur ſimplex,& quoddam aduritur cũ ſulphure,& ſale,& alumine,cũ his omnibus,aut cũ aliquibus eorũ.

Dioſcorides.) Aes uſtum fit in hunc modum. Accipiuntur claui ærei ueteres, uel laminæ æreæ,& ponuntur ſeriatim in olla terrea cruda, deinde puluerizatur ſuper eos ſulphur uiuum,ſcilicet,quod non tetigerit aqua & ſal æquali quantitate, poſtq; fuerint trita, poſtea claudatur orificium ollæ cum argilla, & ponitur in fornace figuli,& dimittitur ibi,donec olla coquitur,deinde extrahitur. Et ſunt quidam, qui ponunt loco ſulphuris alumen lameni,& ſunt alij,qui nihil imponunt,niſi ſolũ ipſum æs,uerum iſtud non poteſt aduri in paucis diebus, & propter hoc ponunt ipſum in fornace toriens,donec aduritur. Quidã uero ſunt,qui admiſcent ſulphur & alumen ſimul,& terunt cum aceto forti,& ſic ex his liniunt clauos, & laminas, & ponunt in olla,& faciunt ſicut dictũ eſt ſupra,ſed melius uſtum eſt illud, quod portatur ex inſula Cypri. Galenus.) Sapor æris adufti eſt ſtipticus, & uirtus eius prima eſt acuta, & ſecunda incarnat,& quando abluitur,eſt melius corporibus mollibus,& non ablutum,in corporibus duris eſt melius. Sed ſquamæ æris uel batiturę ſubſtantia eſt ſubtilior,quàm ſubſtantia ipſius æris. Virtus eius ſecunda abſtergit & reſoluit, & tertia abſtergit & incidit,ac reſoluit groſſiciem palpebrarum,quæ dicuntur ſocoſas.

Dioſcorides.) Virtus æris adufti eſt ſtiptica,deſiccat,& reſoluit,ſubtiliat,& reſtringit, mundificat hulcera, & incarnat, & conſolidat ea, et abſtergit obſcuritatem uiſus, & diminuit carnem ſuperfluam, nec ſinit eam augeri, & prohibet augmentari hulcera fraudulenta,& corroſiua in corpore, & quando ſumitur in potu cum hydromelle, aut ſit loch cum eo & melle, prouocat uomitum, & laxat uentrem,& euacuat aquam, & prouocat urinam. Abluitur autem ſicut climia, quia mutatur ſæpe aqua eius uſq; ad quatuor uices, aut quouſq; non natat ſuper aquam ſordicies aliqua, & ſcoria æris, & eſt ſtercus æris,abluitur ſicut æs uſtum.

Sed flos æris eſt res, quę aggregatur in aggregationibus partium eius, quãdo conflatur,& roratur poſtea ſuper ipſum aqua ut coaguletur, coadunantur nanq; partes æris ad inuicem,& fit aqua illa rubea,& tunc eſt ibi flos natans ſuper æs ſimilis ſali.

Dioſcorides.) Melior ex eo eſt ille,qui frangitur cito dum teritur, & eſt ſiccus multum,& eſt in figura ſimilis geuers,& eſt minor eo in granis ſuis,et eſt mulum grauis, & eſt medius in claritate,non habens aliquid ex limatura æris admixtum, cum qua multotiens adulteratur, & cognoſcitur limatura æris in eo, quando ſtringitur cum dentibus,extenditur,& non frangitur. Et eſt flos æris ſecundũ hunc modũ,quando liquefit æs in botis metallorum,& extrahitur inde à climia,& eſt in botis aliquantulum terræ incenſæ de ſubtus in fundo, & æs purificatũ dimittitur currere in loco ubi colatur, tunc purificatores eius proijciunt ſuper ipſum aquam dulcem donec coagulatur,& faciunt hoc donec infrigideturꝫ & eſt aqua clara. Ex hoc ergo quod accidit æri ex aggregatione partium ad inuicem,fit hæc ſubſtantia,& eſt flos æris, qui eſt ſtipticus,& diminuit carnem ſuperfluam,& reſoluit apoſtemata, abſtergit obſcuritatẽ uiſus cum multa mordicatione. Et quando ſumuntur in potu ex eo quatuor onolo-ſat,laxat chimum groſſum,& diſſoluit, & deſtruit carnem ſuperfluam in ano, & in naribus,& quando miſcetur cum uino, aufert bothor. In ſpeluncis uero, in quibus foditur æs rubeum,& eſt cuprum,& eſt melius,ac groſſius, & nominãt ipſum aſtas, & fit batitura æris alba,& eſt ſubtilis, & debilis uirtutis, & nos non habemus hanc ſpeciem batiturę pro bona,ſed eligimus claram,groſſam,in cuius colore eſt rubedo, & quando roratur ſuper ipſum acetum,fit çiniar,& ipſa quidem eſt ſtiptica, ſubtiliat,putrificat,prohibet hulcera corroſiua,& incarnat,& conſolidat hulcera. Et quando bibitur

A do bibitur ex ea cũ melicrato,laxat aquoſitatem, & confert hydropiſi,nam facit deſcendere egritudinem aquæ. Quidam uero conficiunt eam cum farina frumenti,& faciunt pillulas inde,& dant eas in potu,& intrat in commixtione Medicinarũ oculi,& deſiccat hulcera quæ ſunt in oculo,& reſoluit aſperitatem palpebrarum. Lauatur autem ſquama æris in hunc modum. Accipe de ſquama æris optime purgata media manꝫ, & eſt lib.2. & pone in mortario, & tere ipſam cum aqua,& dimitte reſidere,& proijce aquam, & facita, quouſq; aqua remaneat clara, deinde proijce ſuper eam corilam unam aquæ pluuiæ, & miſce,& proijce id,quod eſt leuius ex ſquamis,& miſcebitur cum aqua in uaſe mundo,deinde pone in reſiduum aquam aliã, & miſce cum manu ſicut prius,& iterum infunde aquam cum ſquama, quæ leuigabitur cum ea in uaſe,demum uero reſiduum ſquamæ frica ad parietes mortarꝫ, donec adhæreat ibi,aquam uero pone cum alia.Quod autem ex ſquama eſt leuius ſupernatans admixtum aquę, proijcitur,& ſeparatur à grauiori, & hoc eſt illud, quod magis eſt conueniens in Medicinis oculorum. Dimitte igitur reſidere duobus diebus,donec poſſis abijcere aquam,& eijce,& dimitte ſiccari,& repone.Multi uero lauant hanc batituram,ſicut lauatur ſcoria. Sed batituræ ſabartã, & eſt cortex aſtahas, uirtus eius eſt ſimilis uirtuti batituræ æris,& ablutio eius eſt ablutio ipſius. Differt autem ab ea,quod laxat uentrem minus quàm batitura æris.

DE ARGENTO ET SCORIA EIVS. CCCCV.

FEdhe,id eſt,argentum. Adamaſti.) Infrigidat & deſiccat, & limatura argenti confert cardiacæ. Alcançi.) Scoria argenti eſt ſtercus eius,& eſt bona ſcabiei,& pruritui. Dioſcorides.) Scoria argenti eſt bona hulceribus, & intrat in unguentis conglutinantibus,& conſolidantibus hulcera uirgæ,& eſt ſicca attractiua.

Galenus.) Scoria argenti intrat in unguentis deſiccatiuis. Paulus.) Scoria argenti eſt ſtiptica,attractiua,& ideo intrat in unguentis conſolidatiuis hulcerum.

DE STANNO. CCCCVI.

B FEreng,id eſt,ſtannum. Aben meſuai,& Albaſari.) Fereng eſt ſtannum, & eſt ſiccum & frigidum,defertur ex Viſabar,& foditur ex mineris terræ, & inuenitur omne fruſtum de eo,à 23. uſq; ad quinq;. Aſaueri.) Intrat in operibus Alchimiæ, & in Medicinis oculorum. Raſis.) Quando teritur & bibitur, confert punctura ſcorpionis.

DE PVMICE. CCCCVII.

FAnech,id eſt,pumex,eſt lapis de Barchen,id eſt,lipari. Dioſcorides.) Oportet quod eligatur ex eo leuis,multum foraminoſus,nõ durus,ſed frangibilis, albus, in quo non ſunt lapides.Et modus cõbuſtionis eius eſt,ꝙ accipiatur de eo quantitas quam uis,& ponatur in prunis,& quando fuerit ignitus,extrahatur, & extinguatur in uino boni odoris,& fiat hoc ter,& tertia uice quando extrahitur ab igne, non extinguatur in aliquo,ſed dimittatur infrigidari per ſeipſum, & poſtea teratur,& reponatur,habet uirtutem ſtipticam,ſtringit gingiuam,abſtergit oculum,& aufert maculas quæ ſunt in eo,& replet hulcera,& conſolidat ea, & aufert carnem ſuperfluã oculorum. Quando teritur, & fricantur inde dentes,abſtergit eos, & adminiſtratur ad radendos pilos. Et æſtimauit Theophraſtus.) Quod ſi proijciatur in uas uini bulientis,non dimittit ipſum amplius bulire. Galenus.) Intrat in Medicinis abſterſiuis dentium,quando non eſt aduſtus,& quando aduritur,fit ſubtilior,nam acquirit ab igne tem calidam,quæ aufertur,& ſeparatur ab eo quando lauatur. Et dicunt homines,quod abſtergit dentes,& clarificat eos, & hoc facit non propter uirtutem eius, ſed propter aſperitatem,quę eſt in eo,ſicut façit lapis çeineil,uel ſmerilus, & alia ſimilia quando teruntur,quæ abſtergunt dentes, & fortaſſis facit hoc propter utrunq;.Et uolo dicere,propter ſuam uirtutem abſterſiuam,propter aſperitatem eius. Et ob hãc cauſſam cornua quando aduruntur,abſtergunt dentes.

DE CLIMIA. CCCCVIII.

CLimia. Dioſcorides.) Species eius ſunt duæ, Vna eſt lapis repertus in Cypro, in curſibus aquarum, & eſt petroſa, & melior alijs ſpeciebus climiæ. Et alia generatur

C neratur in fornacibus,& aggregatur in tecto fornacis,quando purgatur æs,& generatur ex ære,quando ponitur in fornace, & liquefit, nam resoluitur fumus ab eo,& adhęret parietibus fornacis, & tecto eius. Et istę quidem fornaces sunt ferreæ, habentes culmum,& fortasse aggregatur ex hoc fumo una species,& duæ, & fortassis plures. Et ex his speciebus est quædam,quæ dicitur hancodi,id est, granulosa, uel racemosa,quia assimilatur granis,uel racemis,& est melior specierum eius, & est subnigra,media inter grauitatem & leuitatem,sed leuitate magis participat,& color eius est similis colori ruthiæ,quæ dicitur sidos,& quãdo frangitur, color eius interior est cinericius,uergens ad colorem çiniar. Et post istã in bonitate est species nota, cuius color est cœlestinus,& extrahitur à mineris antiquis climiæ, & assimilatur çaphari. Et est ex ea species alia,in qua sunt uenæ similes manthichi,& propter hanc causſam nominãt eã Greci mantich. Et est species alia, quæ dicitur caçafi,& est subtilis,& deterior harum est habens colorem nigrũ,& exterius fortassis est similis tegulæ,& fortassis est similis luto sicco. Et est species alia albi coloris,& est species mala. Et est una alia species,quæ fit ex argento,& est albior,ac leuior,& debilior ea quæ dixi. Et iam quidẽ dissoluitur marchasita in fornacibus,& colligitur ex ea climia, & nulla istarũ est bona,quas dixi in Medicinis oculorum,nisi hancodi, & zafari. Aliæ uero omnes species conueniũt in unguentis,& pulueribus,quæ fiunt ad hulcera desiccãda & incarnandã,& competunt in hulceribus,& in apostematibus,& in uulneribus,& consolidant ea. Reperitur autem quidam lapis in locis, in quibus fodiuntur metalla alicuius,similis climiæ,& non est climia. Cognoscitur uero,quia est leuior climia,& nõ obedit ita masticationi dentiũ, sicut climia ipsa, propter duriciem lapidis, & climia quãdo teritur cũ aceto,desiccatur in sole,aggregatur,& fit corpus unũ,lapis uero nõ. Et quando teritur lapis,& proijcitur in ignem, aresci cito, & crepat aliquantulum, & emittit fumum similem alijs fumis. Sed climia quando ponitur in igne, non desiccatur ita,& eleuãtur fumi diuersi,scilicet albus,& similis colori æris,& similis meli. Et lapidibus accidit,quando ponuntur in igne,& extrahũtur, & dimittuntur infrigidari,mutatur color eorum,& fiunt albi. Sed climia quando ponitur in igne,& extrahitur,nõ mutatur color eius,nisi forsan ponatur in igne torriens,donec resoluatur tota pinguedo eius. Galenus.) Ista climia est in fornacibus,in quibus conflatur æs,quando in fornace proijcitur torba,id est,materia ex qua fit auricalcum, & eleuatur fumus ab ea, similis fumo grosso, aut fumo subtili, aut similis carbonibus, aut quomodo uelis nominare. Et si tu non uis id,ex quo coloratum est æs in fornace, cuius pars facta est æs,& alia climia, & pars alia auricalcum torba, seu uelis ipsum nominare lapidem,non est in hoc magna differentia. Est etiam ex climia in mineris, unde foditur argentum,quando purgatur,& affinatur, generatur climia, & quãdo dissoluitur lapis,qui dicitur marchasita,fit climia. Reperitur autem climia alibi quã in fornacibus,scilicet,in insula Cypri, & qui nominauit hanc climiam lapidem,bene dixit. Eo uero tempore,quando ego ascendi in insulam illam, non erat in domibus fornacis ex illa climia,quæ generatur in fornacibus,nisi res modica, sed ego recepi à fideli homini lapidem,qui reperitur ex illis mineris,in illis montibus, & in cursibus aquarum. Et quãdo ego dedi postea istũ lapidem cuidam Medico Italiæ, quidã amicus meus,qui erat mecũ æstimauit,ꝙ dederim ei donũ maximũ, quia ista species climię est nobilior & melior omnibus alijs climię speciebus. Et hęc est illa, quæ debet nominari climia petrosa. Sed climia quæ est in fornacibus,est quædã species, quę dicitur hancodi,id est,borrusa,& quędam quę dicitur laminosa,his enim nominibus nominãt Medici eas. Et honcadi est illa,quæ aggregatur in supremis tectis fornacis. Et laminosa est,quę aggregatur in partibus inferioribus fornacis. Et causſa quare honcadi est subtilior,& laminosa,& grossior,satis manifesta est. Et uirtus climiæ prima est æqualiter tẽperata in caliditate & frigiditate,nam ego non inueni,ꝙ operetur aliquã istarũ duarũ cõplexionum operatione manifesta,sed ipsa desiccat, sicut Medicinæ petrosæ & terreæ. Et secũda abstergit temperate, quoniã id quod est ex ea in tectis,habet ualde modicã quantitatẽ de uirtute ignis,& propter hanc causſam fit

D quando

A quando lauatur Medicina,quæ desiccat,& abstergit cum temperamento sine mordicatione,& cõfert hulceribus oculorũ indigentibus Medicina,replente ea carne,& hulceribus totius corporis,etiã hulceribus nõ fraudulentis, humidis multũ,& putridis,quãdo fuerint in corporibus mollibus multũ, sicut sunt infantes & eunuchi,confert hęc climia,sed quãdo fuerint in corporibus duris,fortibus,uel solidis,egent Medicina plus desiccante multũ,& fortiori uirtute. Dioscorides.) Virtus omnis climię est stiptica,replet hulcera,& purgat sordes hulcerũ putridorũ,& aufert,& diminuit, ac desiccat carnẽ superfluã eorũ,cõsolidat ea,& fraudulenta ex eis. Aduritur autẽ climia in hũc modũ. Pone climiã super prunas,& dimitte,donec inflãmetur, & candescat,& in ea apparẽt uesicę ebulientes,sicut sunt in scoria ferri, deinde extrahe eã ab igne,& extingue eã in uino,& si indigetur ea pro scabie oculorũ, extinguatur in aceto. Quidã uero accipiunt istam adustam,& terũt eam cũ uino, & ponunt in uas terreũ, & adurũt eam iterũ,donec fit cauernosa sicut spongia,& postea terunt iterũ, & adurunt,& hoc faciunt,donec fit cinis, & administrant eam sic paratam loco ruthiæ,& post hoc lauatur, quia teritur in aqua, & proijcitur aqua illa, quousqꝫ non natet aliquid ex sorde desuper cum aqua,deinde siccatur in sole,& reponitur.

DE PLVMBO. CCCCIX.

RAsas,id est,plumbum. Est frigidũ in secundo gradu, quidã habent humidum. Galenus.) Substantia eius est cõposita ex substãtia aerea,& substãtia humida multũ,quę fuit coagulata propter frigiditatẽ,et nõ est in eo substãtia terrea,nisi modica. Et uirtus eius prima infrigidat & humectat. Et signũ,ꝙ in eo est substantia humida,est,ꝙ dissoluitur cito quando ponitur in igne. Et signũ,ꝙ in eo est substãtia aerea est,quãdo infrigidatur raritas & mollicies sui corporis,& ꝙ ipsum crescit in quãtitate & põdere,quãdo moratur in terris,et in locis frigidis,humidis. Et uirtus eius secũda est,ꝙ quando accipitur mortariũ & pistellũ ex eo,& ponitur in eo oleũ cõmune, aut rosaceũ,aut myrtinũ,aut oleũ citoniorũ,et teritur in fortitudine fricationis,et utetis hoc oleo in medicatione apostematũ calidorũ,quę fiũt in uirga,et pectine,& anoB cũ hulceribus,aut in medicatiõe hemorroydarũ,cõfert,& apostematibus mamillarum est Medicina cõferens multũ,& secundũ hanc similitudinẽ administratur ad omnem materiã,quę descendit ad pedes,aut iuncturas,aut ad partes alias,aut ad apostemata calida & mala. Et si tu administras hanc Medicinã in apostematibus, in quibus est cancer,facit operationẽ mirabilẽ. Et si tu uis coagulare cũ hoc plũbo aliquos ex succis herbarũ,& indiges hoc in tempore breui,tere eos in sole,aut in aere calido, quomodocunqꝫ sit calidus. Et ex succis sunt,succus lactucæ,aut uuæ acerbæ,aut sempertuiuæ,aut endiuiæ,aut portulacæ. Et hęc Medicina quę fit in hunc modũ,est multum cõferens,sed Medicinę,quarũ succus exprimitur subito,debent admisceri cũ humiditate,quę infrigidet,sicut succus uuę acerbæ. Et quando fit ex plũbo lamina, & ligatur stricta in pectine,prohibet pollutiones in somnis, & infrigidat infrigidatione manifesta,et si ligatur super contorsiõẽ neruorũ,aut super enodationes eorũ,dissoluit cito & curat. Et dixit Hippocrates.)Oportet ꝙ stringatur super locũ egritudinis, & nõ in partibus circũstantibus. Sed quando plũbum cõburitur,& lauatur,fit uirtus eius infrigidatiua,anteꝙ uero lauetur,est uirtus cõposita. Et hoc plumbũ adustũ confert apostematibus,et hulceribus mamillarũ,quę dicũtur baharomina,et hulceribus cãcrosis putridis,quãdo administratur solũ simplex,& misceatur cũ aliquibus Medicinis,quę incarnãt et cõsolidant,sicut est unguentũ,quod fit cũ climia. Et quãdo curantur huiusmodi hulcera cum eo,oportet ꝙ dissoluatur omni die, quãdo sanies adest multa abundans,sed quãdo fuerit pauca, sufficit ꝙ dissoluatur in duobus uel tribus diebus semel,& ponatur desuper spõgia madefacta in aqua frigida,& quãdo exiccatur,madefiat iterũ. Dioscorides.)Quando plumbũ teritur,& linitur super punctura scorpionis marini,et draconis marini,cõfert. Lauatur autẽ plumbũ in hũc modum. Habeas mortariũ ex plumbo,& pistellũ ex eodem,et proijce intus aquã paucã,et misce fricãdo bene cũ pistello illo donec aqua fiat nigra et spissa,deinde cola ipsam per pannũ lineũ,et facias hoc duabus uicibus,aut pluribus si oportet,et post hoc dimitte

resi dere

C residere in fundo, & abijce aquam, & deinde infunde ſuper ipſum aquam aliam, & ablue, ſicut lauatur climia, & fac hoc, donec non appareat in aqua nigredo, et fac inde trociſcos, & ſerua. Quidam uero accipiunt plumbum mundum, et limant ipſum cum lima, & terunt in mortario lapideo cum aqua, & proijciunt ſuper ipſum aquã, & fricant cum manibus bene in mortario illo, & colligunt quod apparet de nigredine, & proijciunt, & non debet ultimari fricatio eius nimis, & poſt hæc dimittitur, donec deſcendat ad fundum, & abijcitur aqua, & ponitur ſuper ipſum aqua alia, ſi oportet, & fiunt trociſci. Cauſſa autem, quare non oportet quod fricetur nimis, quia quando nimis fricatur, conuertitur in cæruſam. Et ſunt quidam, qui ponunt cum fricatura plumbi Medicinam, quæ dicitur molibdina, putantes ꝙ plumbũ ſic * abluatum ſit melius. Virtus autem plumbi adufti eſt ſtiptica, refrigidatiua, conglutinatiua, mollificatiua, replet hulcera profunda, abſcindit curſum humiditatum ab oculo, aufert carnem ſuperfluam ab hulceribus, & confert fluxibus ſanguinis. Et quando miſcetur cum oleo roſaceo, confert hulceribus ani, & hemorrhoidibus à quibus fluit ſanguis, & hulceribus difficilis conſolidationis, & corroſiuis. Et uniuerſaliter uirtus eius eſt ſimilis uirtuti tuthiæ. Aduritur autem plumbum hoc modo. Accipiuntur ex eo laminæ ſubtiles, & ponũtur in olla noua, & puluerizatur ſuper eas parum ſulphuris, deinde ponũtur ſuper eas laminæ aliæ, & ſuperpuluerizatur ſulphur, & fit ita, donec ſit plena olla, deinde accenditur ſub olla ignis, et quando plumbum fuerit inflammatum, mouetur cum ferro, quouſq; fit cinis, et non apparet ibi aliquid de ſubſtãtia plumbi, deinde aufertur ab igne. Et oportet quod ille qui facit hoc, obturet nares ſuas, quia fumus eius eſt multum nociuus, & accipitur limatura plumbi, & ponitur in olla, & puluerizatur ſuper ea ſulphur, & comburitur, ſicut diximus. Et quidam accipiunt laminas plumbeas, & ponunt in olla, & cooperiunt ollam cum coopertorio adhærente illi, & perforant ſummitatem illius, ut fumus exalet, & aduruntur, aut in fornace, aut præparant ſub ea ignem. Et ſunt quidam, qui puluerizant D ſuper plumbum cæruſam loco ſulphuris. Alij uero proijciunt ſuper ipſum hordeum. Quidam uero ponunt ſuper ignem plumbum in olla, et faciũt ignem fortem, & mouent cum continuatione, donec fit cinis. Verum modus iſte aduſtionis eſt difficilis, & laborioſus. Et quando aduritur plumbum multum, fit color eius ſimilis colori lithargyrij. Nos autem præelegimus primum modum aduſtionis. Lauatur autem plumbum iſtud, ſicut lauatur climia. Et uirtus quidem plumbi adufti non abluti, eſt ſimilis uirtuti eiuſdem abluti, niſi quia ablutum eſt melius. Sed ſcoria plumbi melior eſt illa, quę eſt ſimilis ſulphuri citrino in colore ſuo, grauis, difficile frangibilis, nõ habens admixtum plumbum, citrina, clara, ſimilis in claritate ſua uitro. Et uirtus eius eſt ſimilis uirtuti plumbi uſti, niſi quia eſt plus ſtiptica. Abluitur autẽ poſita in mortario, & ſuperfuſa aqua, nam teritur, et abijcitur aqua illa, & ponitur alia, & fit hoc totiens, donec ſit bene abluta, & recedat ab ea uiſcoſitas, & fit ſolida & clara, & tunc dimitte reſidere, & abijce aquam cum facilitate, & fac inde trociſcos, & repone.

* Aliãs aduſtum.

DE ALVMINE. CCCCX.

SCeb, id eſt, alumen. Dioſcorides.) Species eius ſunt multę. Sed illę quę adminiſtrãtur in Medicinis, ſunt tres. Vna earũ eſt illud, quod dicitur lameni, et eſt melior alijs, et melius ex eo eſt illud, quod eſt nouũ, albũ, fortis albedinis, facile diuidẽſe, habens uelut capillos albiſſimos, quos uentus rapit, & eſt acre multum, & ſtipticum, non habens lapides, & defertur hoc tale ex Babylonia. Et ſecundum eſt rotundum, & eſt ſecundum in bonitate, & melius ex eo eſt illud, quod aſſimilatur tuthiæ, rotundum naturaliter, & non artificialiter factum rotundum, cuius color eſt albus, & eſt ſtipticum ualde, & eſt in eo parum citrinitatis cum pinguedine quadam, non habens lapides, & cito frangibile, eſt autem ex Babylonia. Et tertia eſt illud, quod eſt humidum, & melius ex eo eſt clarum, habens ſuper ſe uelut florem ſimilem lacti, æqualium partium & iunctarum, & eſt totum humidũ, non habens lapides, & odoratur ex eo odor uelut igneus. Galenus.) Subſtantia omnium ſpecierum aluminis eſt groſſa, & ſubtilius ex eis eſt lamenũ, & poſt ipſum eſt rotundũ. Aliæ uero ſpecies omnes

A omnes ſunt groſſæ multum, in ſapore eius eſt ſtipticitas multa. Dioſcorides.) Virtus omnium iſtarum ſpecierum eſt ſtiptica, calefactiua, abſtergit obſcuritatem uiſus, & aufert bothor qui fiunt in facie, & corrodit carnem ſuperfluam in ſcabie, & alijs hulceribus. Aduruntur autem iſtæ ſpecies omnes, & aſſantur, ſicut aduritur, & aſſatur colcotar. Prohibet hulcera fraudulenta, ne augeantur in corpore, & abſcindit fluxum nimiũ menſtruorũ, & reſtringit gingiuas, à quibus fluit nimia ſaliua. Et quando miſcetur cum aceto, & melle, confirmat dentes commotos. Et quando miſcetur cum melle, confert ad culla. Et quando miſcetur cum ſucco uirgæ paſtoris, confert bothor, & etiam curſui humiditatum ex auribus. Et quando coquitur cum folijs uineæ, aut cum melle, confert ſcabiei hulceratæ. Et quando coquitur cum aqua, & linitur ſuper pruritum, aut ſuper ungues leproſos, aut ſuper panaricium, aut ſuper excoriationes, quæ fiunt in frigore, confert, & quãdo miſcetur cum fece aceti, cum quantitate ſui ex gallis, confert hulceribus corroſiuis, & quando admiſcetur ei duplũ eius ex ſale, confert hulceribus fraudulentis, & quando linitur cum aqua picis caput, & cum eo aufert furfures capitis, & quando miſcetur cum aqua, & linitur caput, occidit pediculos & lendines, & confert combuſtionibus ignis, & liniũtur cum eo apoſtemata phlegmatica, & confert, & quando liniuntur cum eo axellæ, & pecten, aufert fœtorem eorum, & quando fit cum eo naſale, confert fluxui menſtruorũ, & prohibet impregnationem, & eſt bonum apoſtematibus gingiuarum, & uuulæ, & confert doloribus aurium, & doloribus qui fiunt in collo matricis, & ſciſſuris eius, & doloribus teſticulorum.

DE LAPIDE EMATITIS. CCCCXI.

SCedenigi, id eſt, lapis ematites. Dioſcorides.) Eſt lapis ſanguineus, cuius color eſt ſimilis colori ſanguinis, aut ferruginis, & melior eſt ille qui cito frãgitur, comparatione alicuius lapidis, qui nõ ſit ſcedenigi, & qui eſt durus, unius coloris, æqualium partium, mundus à ſordibus, & habens uenas. Adulteratur autem cum lapide B ſciſſo. Sed diſcernitur, quia lapis ſciſſus ſeparatur in uenas rectas, ſed ſcedenigi non, & lapis ſciſſus quãdo fricatur ſuper cotem, egreditur ex frication eius color bonus, ſed fricatio ſcedenigi eſt magis tincta rubore. Galenus.) Scedenigi quando fricatur ſuper cotem, diſſoluitur, & ſapor eius eſt ſtipticus, & uirtus eius prima eſt deſiccatiua, & infrigidat in quantitate qua eſt ſtipticus, ſecunda incarnat, & tertia cõfert aſperitati oculi, & palpebratum, & quando aſperitas fuerit cum apoſtemate calido, debet fricari cum albugine oui, aut cum decoctione fœnugræci, & ſi eſt ſine apoſtemate, frica cum aqua quantitate temperata, & diſtilla in oculum, & quando uides ꝙ infirmus poteſt hoc ſuſtinere, fac Medicamen ſpiſſius, in fine uero pone ſpiſſum, ita ꝙ poſſit colligi cum radio, & pone cum eo in oculo, aut trahe palpebram ad inferiora & pone in oculo, & quando fricatur ſuper cotem, ſicut diximus, confert ſputo ſanguinis, iuuamento maximo, & confert omnibus hulceribus quando liniuntur cum eo, & quando fit ex eo puluis ſubtiliſſimus, & puluerizatur in hulceribus, aufert carnem ſuperfluam, & conſolidat hulcera oculi, & curat, & quando fricatur, ſicut diximus, cum aqua, & datur in potu, ſtringit menſtrua ſuperflua, & quãdo bibitur cum uino antiquo, ſtringit uentrem. Dioſcorides.) Virtus ſcedenigi eſt ſtiptica, calefacit parum, ſubtiliat & abſtergit maculas oculi, & aufert groſſiciem palpebrarum, quando miſcetur cum melle, & teritur, & miſcetur cum lacte mulieris, cõfert ophtalmiæ, & lachrymis, & aduſtioni oculi, & ſanguini eius, quando linitur cum eo, & bibitur cum uino, & ualet ſtranguriæ, & fluxui nimio menſtruorum, & diſſoluitur in aqua granatorum ad ægritudines oculorũ, & ſcabiem eorum. Et modus aduſtionis eius eſt ſicut diſtriges, & extinguitur in uino.

DE TVTHIA. CCCCXII.

TVthia.) Ex ea eſt quędam quæ inuenitur in mineris, & ex ea eſt quæ fit in formacibus, in quibus citrinatur æs, & colligitur, & reponitur ſicut climia. Sed illius quæ eſt in mineris, ſunt tres ſpecies. Nam ex ea eſt alba, & ex ea eſt uiridis, & ex ea eſt citrina, imbibita rubore. Et minerę tuthiæ Indiæ ſunt in litoribus maris, prope regi-

A onem

C onem Indiæ, & melior omnium est alba, quæ cum aspicitur, uidetur quod habeat super se salem, & post ipsam est citrina. Sed in uiridi est asperitas, & est perforata, & defertur ex maritimis Syri, & alba est subtilior omnium specierum tuthiæ, & uiridis est grossior illa, quæ est in fornacibus. Dioscorides.) Sunt ei duæ species, una est alba, leuis multum, & alia est minus leuis ea. Generatur autem tuthia, quando accipitur climia, & puluerizatur super æs in sui citrinatione, & apponitur in ipsum climia, ut fiat clarum, citrinum. Eleuatur ergo ex climia fumus, & adhæret parietibus. Et tuthia quidem non est solum, propter tincturam æris, sed est absq; hoc, quia potest fieri ex climia, absq; citrinatione æris. Et ego docebo te modum. Aedifica fornacem habentem duplicia tecta, & supra tectum inferius sit pauimentum positum, & mundū quod regat tectum superius, & habeat fenestram, per quam sit ingressus fumi ad pauimentum illud, & ædifica domum aliam iuxta fornacem, in qua ster artifex, deinde fac foramen in pariete fornacis, inter domū artificis & fornacem, & sit foramen strictum, in quo possit constitui nasus follis, ad sufflandum in fornacem, & habeat fornax similiter seorsum hostium mediocriter latum, aptum ad ponendum, & extrahendum, quod uolumus mittere in fornacem. Similiter autem in superiori parte fornacis sub tecto superiori sit fenestra, per quam possit fieri ingressus, ad colligendū id quod factum fuerit ex tuthia, & sit semper clausa in tempore operationis. Ponantur ergo carbones in fornacem, & inflammentur, deinde artifex habeat climiā puluerizatam, & proijciat eam in botijs paulatine, & addat carbones, quando necesse fuerit, & faciat hoc, donec nihil remaneat de climia, quoniā climia fumat, & quod est ex fumo eius subtile, ascēdit ad tectum fornacis, & adhæret ibi, & parietibus eius, & in principio eius ascensus, assimilatur ampullis quæ fiunt in aqua, & quando continuatur fumi ascensus, assimilatur floccis lanę, quod uero ex fumo illo est grossum, graue, cadit ad inferiora, & cadit aliquid ex eo in pauimento fornacis superioris, &
D aliquid in parte ipsius inferiori, in qua est ignis, & hæc species tuthię est minor in bonitate alia specie, quia in ea est ex terreitate & sorde. Et quidam putauere q; tuthia fit in hunc modum. Et melior ex tuthia est illa quæ fit in cupro, quæ quando roratur aceto, emittit odorem æris. Cuius color est similis colori resinæ, & sapor similis sapori luti. Et quando ponitur super prunas, aggregantur partes eius, & fit color eius similis colori æris, & quando tangitur, non habet asperitatem, & est leuis. Oportet enim q; inueniantur in ea hæc omnia, aliter enim non est bona. Adulteratur autem cum colla ex corijs boum, & cum puluere agni, & cū ficubus immaturis, siccis, quando aduruntur, & cum alijs rebus similibus his. Sed discernitur, quia in adulterata non est aliquid ex eis quæ diximus. Lauatur autem tuthia in hunc modum. Accipitur sicca, uel cum aqua mixta, & ponitur in petia lini rara, & ponitur in aqua pluui ali, & mouetur petia in aqua, & quod est de tuthia bona, electa, subtilis egreditur à petia in aquam, & id quod est in ea ex sorde, & grossum remanet in petia, & post hoc dimitte residere, deinde proijce aquam cum tuthia in uase alio mūdo, & quod remanet in fundo ex graui arenoso abijce, deinde dimitte aquam clarificari, & proijce eam cum facilitate, & iterum infunde super tuthiam aquam aliam, & agita, & fac ut prius, & hoc tandiu quod nihil arenosi remaneat, & aqua superstans sit clara, & cum hoc feceris, proijce aquam & desicca tuthiam. Et quidam sunt qui dissoluūt tuthiam in aqua, donec fiat sicut mel, & ponunt eam in petia, & suspendunt petiam super uas, & colatur ex eo quod potest, & restringunt petiā parum, ut amplius egrediatur, & proijciunt super ipsam aquam multam, & mouent, & quod natat in superficie aquæ, colligunt cum lana, & istud quod natat est pinguedo, & ponunt eam in uase nouo, mundo, deinde commouent residuum leuiter, & proijciūt in uas aliud, & quod remanet in fundo, ex arenoso abijciunt, & faciunt hoc sępe, donec nihil arenæ remaneat. Et quidam accipiunt tuthiam, sicut est, & proijciunt super ipsam aquā paulatine, & accipiunt quod est in inferioribus eius ex arenoso, & proijciūt, & quod supernatat ex pilis, uel sordibus alijs, proijciunt similiter, & sic separant tuthiam ab eo quod natat, & ab eo quod est in fundo eius, & abluitur sicut climia. Lauatur eriā tuthia

A tuthia similiter cum uino terræ, quæ dicitur habos, maxime cum illo, in quo non est aqua marina, & tuthia quidē quæ lauatur cum uino, est plus stiptica quàm illa quæ lauatur cum aqua. Et uirtus tuthiæ est stiptica, infrigidatiua, replet hulcera carne, conglutinatiua, desiccatiua parum. Et qui uult assare tuthiam, terat eam fortiter, & conficiat eam cum aqua, & faciat trociscos, & ponat eos super testam, & ponat super prunas, & uoluat trociscos cum assiduatione donec desiccentur, & fiant rubei. Et sci as quod accipitur tuthia etiam ex auro, & argento, & plumbo, & illa quæ accipitur ex plumbo, est secunda in bonitate ab illa quæ fit in cupro, de qua diximus. Aliquando autem egemus tuthia, & non possumus inuenire, sed nos scimus Medicinas æquiualētes in bonitate, & similes uirtuti eius, quas uolumus hic docere, & modum earum qualiter fuerit. Accipe ex folijs myrthi cum floribus & granis eius recentibus, sicut sunt, & pone in uase terreo crudo, & cooperi uas coopertorio, habente multa foramina, & pone in fornace figuli, & quando decocta fuerit terra uasis, & facta testa, aufer quod est in ea, & pone in uase alio crudo, & pone iterum in fornacem sicut feci sti prius, & sine coqui, & extrahe cum coctum fuerit uas, & extrahe quod est in eo, & laua cinerem illum, sicut lauatur tuthia, & utere. Fit autem hoc idem ex folijs, & summitatibus oliuarum, eadem disciplina, & maxime oliuarum siluestrium, & fit ex citonijs, postq; inciduntur per frusta, & abijciuntur semina, & ex galla, & ex frustis lini, & ex moris celsi, albis, immaturis, & desiccatis in sole, & ex summitatibus arboris masticis, & ex summitatibus arboris grani uiridis, & ex floribus uitis agrestis & ex folijs hauſig recētibus, aut ex summitatibus arboris siod, aut ex fobros cum suo flore. Et quidam accipiunt folia arboris ficus, & desiccant in sole, & faciunt ut diximus. Et quidam faciunt cum colla coriorum boum. Et quidam faciunt cum lana lauata, postq; imbiberint eam in melle & pice. Galenus.) Virtus tuthię ablutę est sicca, & plus desiccatiua omni Medicina sine mordicatione, & uirtus eius secunda confert hulceribus cancrosis, & alijs hulceribus fraudulentis, & ingreditur in sief, cum
B quibus curantur ægritudines oculorū. Et est una ex melioribus Medicinis, cum quibus curantur hulcera, quæ fiūt in ano, & uirga, & pectine. Et dixit in almiemur.) Tuthia lota desiccat humiditates, quæ ueniunt ad oculum, & prohibet eas uenire, & ingredi tunicas eius.

DE BORACE. CCCCXIII.

TIncar, id est, borax. Isaac eben amram.) Tincar est ex speciebus salium. Et in sapore suo reperitur de sapore baurach, & habet cum hoc parum amaritudinis, & est minerale, & artificiale. Et minera eius est in riperijs maris, & est calidū, siccum, subtile, & confert corrosioni dentium, & occidit uermes qui sunt in eis, & sedat pulsationem eorum, & habet in hoc proprietatem mirabilem. Rasis, & Aben mesuai similiter.) Sed dixit plus Aben mesuai q; radix eius est urina infantium, & intelligo eius quod est artificiale, & est gluten auri.

DE TEGVLA. CCCCXIIII.

CHaçeph, id est, tegula. Dioscorides.) Tegula atanor, uel furni, quæ est bene adusta, habet uirtutem cauteriçatiuam, & propter hanc causſam quando miscetur & linitur cum ea, confert pruritui, & bothor, & confert podagræ. Et quando miscetur cum cerotis, resoluit apostemata dura, & scrophulas. Galenus.) Tegulæ laterū uirtus est absterſiua, & maxime tegulæ atanor. Et dixit alibi q; uirtus testę abstergit, & desiccat, & proprie illa quæ est ex atanor, quia est siccior alijs, & propter hāc causſam ponitur in unguentis quæ dicuntur ausastas, & est unguentum in quod ingreditur hæc testa Medicina bona ad consolidanda uulnera, & incarnanda.

DE AVRO. CCCCXV.

DEheeb, id est, aurum. Limatura auri confert cardiacæ melancholicæ, & debilitati cordis, & quando cauteriçatur cum eo, non facit ueſicas cauteriçatio eius, & est melioris & uelocioris curationis. Et dixere antiqui, quando accipitur annulus aureus, aut argenteus, & ponitur in igne, & cauteriçantur cum eo alæ columbarum,

C ueniunt cito,& libenter ad turtim suam,& non separantur ab ea. Alcanci.) Vtrum sit in anulo,aut aliter natura eius talis,sicut si cauterizentur cum eo.

Completus est sermo secundus, secundæ partis libri aggregati in Medicinis simplicibus. Cum quo completur sermo de Medicinis, quæ sumuntur ex lapidibus, & mineralibus,& lutis.

INCIPIT SERMO TERTIVS. ET EST DE Medicinis quæ sumuntur ex animalibus,& membris eorum, & super fluitatibus. Sermo de animalibus in secundo libro Dioscoridis, & in decimo,& undecimo libro Galeni, continentur sufficienter. Qui ergo indiget eo, in quantũ necessaria sunt in uia dietæ,accipiat eum ibi. Quod autem est iuuatiuum in corporibus & superfluitatibus eorum in uia Medicinæ dicemus hic.

DE LEPORE SYLVESTRI. CCCCXVI.

ARneberti, id est, lepus sylvestris. Dioscorides.) Quando assatur & comeditur cerebrum eius,confert tremori qui accidit post ægritudines. Et quando liniuntur gingiuæ infantium cum eo, confert doloti qui accidit eis,quando emittunt dentes, & facit facilem natiuitatem eorum. Et quando comburitur caput eius, & conficitur cum adipe ursi, aut aceto, curat alopeciam. Et dicitur quod quando bibitur coagulum eius tribus diebus post mundificationem menstruorum, prohibet impregnationem, & stringit cursum humiditatum matricis,& stringit uentrem. Et quando bibitur cum aceto, confert epi-
D lepticis,& est beçaar omnibus Medicinis mortiferis,& proprie lacti coagulato in stomacho,& morsui uiperæ. Et quando fit linitio cum sanguine ipsius calido,mundificat morpheam,& impetiginem,& bothor lactea.

DE ANATE. CCCCXVII.

BAt,id est,anas. Galenus in libro almiemur.) Adeps anatis sedat dolorem sedatione magna. Et dixit in principio catagenis. Adeps anatis est melior omnibus adipibus,nam non inueni adipem subtiliorem,nec magis mollificatiuam,nec magis resolutiuam ipsa, propterea, quia caro eius est calida multum, nam ego comedi ex ipsa & calefecit me,& dedi ex ea calefacto,& calefecit ipsum amplius, & dedi infrigidato,& calefecit eum. Aben mesuai.) Caro anatis habet multam humiditatẽ, & est grauis digestionis,sed clarificat colorem & uocem,& impinguat,& augmentum efficit in spermate,& aufert uentositates,est mollis,unctuosa,grauis stomacho, & fortificat corpus. Alchalaemen.) Caro anatis est calidior & grossior omnibus carnibus auium domesticarum. Salemnia.) Pinguedo anatis est sedatiua mordicationum,quæ sunt in interioribus corporis,& est calida subtilis.

DE GALLINA ET GALLO. CCCCXVIII.

DIgedi,id est,gallina. Galenus.) Gallinæ decoctæ in phidhbege,uirtus rectificat multum complexionem corporis. Sed galli decrepiti ius,laxat uentrem. Et oportet quod ille qui uult laxare uentrem cum eo, coquat gallum decoctione forti. Et ego fui expertus hoc bis, & inueni ueritatem esse. Dioscorides.) Galli quando scinduntur per medium, & ponuntur dum sunt calidi, super morsum uenenosum, conferunt,& super puncturas etiam. Et oportet quod renouẽtur sæpe, unus post alium. Et cerebrum eius quando bibitur cum uino,confert morsui uenenoso,& abscindit fluxum sanguinis,miringarum cerebri. Et quando gallus decollatur,& deuiscératur,& accipiatur pellicula stomachi eius interior, & desiccatur, & teritur, & datur de ea in potu cum uino, confert habenti dolorem in stomacho suo. Ius uero pullorum gallinarum solum acceptum, confert proprie ad rectificãdam complexionem corporum ægrotantium, & maxime habentium inflammationem in stomacho.

Sed ius

A Sed ius galli decrepiti administratur ad laxandum uentrem. Et oportet ꝙ extrahas interiora eius,& lauetur & repleatur uenter eius sale,& suas,& coquas in uiginti cotilis aquæ, donec remaneant sex,& bibatur. Quidam uero coquunt cum eo caules marinos,aut herbam quę dicitur bolmorsatas,aut cartamum,aut pollypodiũ,laxat enim humores grossos,uiscosos,& crudos, & est conueniens febribus antiquis perodicis,& rigoribus, & tremoribus eorum, & inflationibus stomachi, & asmaticis, & doloribus iuncturarum.

DE VERMICVLIS VASORVM. CCCCXIX.

HArna. Galenus.) Est uermiculus uasorum aquæ, & cisternarum,& est uermiculus paruus,qui quando tangitur,inuoluitur in seipsum, & est uiridis coloris. Vidi multos ex Medicis rurium, qui utũtur eo omni tempore in doloribus aurium, à quacunq; caussa contingat, & propter hoc uidetur mihi ꝙ aliquando curent eos, & aliquando nocent. Dioscorides.) Porceliones sunt uermiculi pusilli,qui reperiuntur sub uasis aquarum,& in cisternis,& in sterquilinijs,qui quando tangũtur, inflectuntur,& fiunt rotundi,quando sumuntur in potu cum uino,conferunt strangutiæ,& ictericiæ,& quando teruntur cum melle,& linitur cum eis,confert squinantiæ,& relaxationi uuulæ,& quando teruntur cum oleo rosaceo, & buliuntur in cortice granati,& distillatur ex hoc Medicamine in aurem,confert doloribus eius.

DE LIMACIA. CCCCXX.

DAlçum, id est, limacia. Galenus.) Phoholia est species ex speciebus limaciarum,quando terũtur ex eis cum cortice suo, est uirtus earum exiccatiua fortiter, & administratur in cura apostematum, difficilis resolutionis,quæ fiunt in auribus à conquassatione,uel ictu,& exiccant ea, quamuis inueniãt in eis humiditatem grossam,uiscosam, & quando ponuntur in hunc modum super uentrem hydropici, & super apostemata iuncturarum dolorosa,exiccant fortiter. Et oportet ꝙ non ponuntur in his ægritudinibus,in locis quæ diximus ꝙ dimittantur ibi, donec cadant. Et
B quãdo limaciæ aduruntur cum cortice suo,fit uirtus earum desiccatiua fortiter,& est cum hoc in eis calefactio propter adustionem,& quando accipiuntur ex earum carne quatuor partes,& ex gallis uiridibus partes duæ, & piperis pars una, & teruntur omnia,& fit Medicina conferens hulceribus intestinorũ,quando nondum sunt putrida,iuuamento maximo. Et oportet ꝙ teratur hæc Medicina fortiter,& pulueriçetur super cibos eorũ, & detur ex ea similiter in potu cum uino & aqua,& caro limaciarum,& testa earum conferunt multum uulneribus morsuræ canis rabidi, & caro limaciarum agrestium, quando teritur in mortario, fit Medicina quæ exiccat membra omnia,in quibus est humiditas multa, & propter hanc caussam confert hydropisi. Sed humiditas limaciarũ quando accipitur sola sine carnibus, & miscetur cum olibano,aut myrrha,aut cum aloe,aut cum aliquo istorum, aut omnibus, & teruntur simul,donec incorporentur,& fiant sicut mel,fit hæc Medicina tenax,glutinosa, quæ exiccat apostemata mucillaginosa,quæ sunt sub auribus,exiccatione forti,& similiter ipsa est adherens multum, & exiccat, & coercet humores qui fluunt ad oculum,quando apponitur super tempora. Modus uero accipiẽdi aquam limaciarum, est ꝙ perforatur caro ipsarum cum stilo ferreo,& sint limaciæ recẽtes,sicut accipiuntur,emanat namq; humiditas ab eis,& colligitur in uase,& hæc humiditas conglutinat pilos palpebrarum,quando non recte oriuntur. Et limaciæ administrantur ad extrahendum infixa corpori, & fragmenta ossis, quando teruntur cum cortice suo. Et ponuntur etiam in Medicinis quæ fiunt ad retinendum menstrua. Sed caro limaciarum sola quando admiscetur ei puluis molẽdini, aut myrrha, aut olibanum,aut de quoliber,aut gluten,consolidat uulnera habentia apertionem magnam,& attritionem in neruis,conglutinatione forti, & non sinit fieri apostema in neruis, maxime in corporibus duris,densis. Dioscorides.) Cocleæ marinæ sunt bona stomacho,laxãt uentrem. Sed illæ quæ sunt in fluminibus,sunt pingues. Sed agrestes quæ adherent spinis arborum paruarum, quæ dicuntur sasum, & nominantur saslitem, laxant uentrem,& prouocant uomitum. Et uirtus testarum ipsarum omnium est, ꝙ

A 3 quando

C quando comburuntur,calefaciunt, & adurunt, & abstergunt scabiem hulceratam, & morpheam,& dentes.Et quando aduruntur limaciæ cum carnibus suis,& urun-tur sicut sunt,& teruntur,& fit inde cohol, abstergit cicatrices corneæ oculi, & curat hulcera oculi,quæ dicuntur loma, & impetiginem, & fit emplastrũ cum eis crudis, sicut sunt super tumorem hydropicorũ,& minuunt tumorem,neq; separantur de lo co,donec diminuant humiditatem eius,& sedant apostemata podagrę,& quando fit emplastrum cum eis,attrahit infixa corpori, & fragmenta ossium, & teruntur,& fit nasale cum eis,& prouocant menstrua, & fit emplastrum uulneribus, & proprie neruorũ,cum eis pistatis,cum carne sua,& maxime addito thure & myrrha,& mix-ris adinuicẽ,& cõglutinat ea,& caro earũ curat hulcera, & teritur caro earum,& mi-scetur cum aceto, & stringit sanguiné nariũ, & elixantur carnes limaciarũ recẽtium, & proprie illarũ quæ sunt in terris Linoi,& comeduntur, & sedãt doloré stomachi, & reruntur sicut sunt cum testis suis, & bibitur ex eis cum uino, & confert colicæ, & doloribus uesicæ. Et quando accipitur de uiscositate, quæ est super carnem agresti-um,cum summitate acus, & ponitur super pilum palpebræ, cuius ortus non est re-ctus sicut debet,conglutinat eum,& rectificat decenter.

DE HARBE. CCCCXXI.

HArbe. Galenus.) Caro harbæ habet uirtutẽ attractiuã, quæ quando teritur, & fit emplastrũ cum ea,extrahit infixa corpori. Dioscorides.) Quando comedi-tur recens,est conglutinatiuũ,& mollitiuũ uentris, mundificat pulmonem, & acuit uocem,& quando fit emplastrum cum carne ipsius salsa ueteri,attrahit infixa corpo ri.Et aqua carnium ipsius salsarum,quando sedent in ea,habentes hulcera intestino rum in principio ægritudinis,est eis conueniens, propter suam attractionem,ad ex-teriora corporis.Et quando fit clistere cum ea,curat sciaticam.

DE CANCRIS. CCCCXXII.

D SArtam,id est,cancer. Galenus.) Aqua cineris eius desiccat sicut cinis aliorũ.Vo-lo dicere sicut cinis aliorum ostrachorum quæ diximus. Et in proprietate totius substantiæ ipsius est,quod confert iuuamento magno morsui canis rabidi, quando administratur cinis eius solus,aut quando administratur cum gentiana & olibano. Et oportet ꝙ accipiatur ex olibano pars una,& de gentiana partes quinq;, & ex cine re cancrorũ adustorũ tantũ,quantũ est summa illarũ. Et adustio eorũ secundũ ꝙ adu rebat eos. Astahadion experimẽtator est,ꝙ accipiebat cancros certo tempore,& po-nebat eos adhuc uiuentes in olla,ex ære rubeo, & adurebat eos donec fiebant cinis, postea terebat eos leuiter. Faciebat autẽ hoc tempore æstatis,quãdo sol erat in signo leonis,& luna iam habuerat 18. noctes. Dabat ergo Medicinã hãc illi,quem momor derat canis rabidus 40. diebus,& dabat ex ea coclear unum magnũ cum aqua.Sed si æger non erat curatus à principio,sed transiuerant iam super ipsum multi dies, profi ciebat ex hac Medicina super aquã in quantitate duorũ cochlearioꝝ,& dabat in potu, & super locũ morsurę debet apponi unguentũ,quod fit ex pice,quę dicitur in lingua Greca brotia,& est illud in quo ingreditur oppoponax,& acetũ, & quãtitas quæ po nitur in eo de pice est libra una,& aceti kist unũ, & est kist Italiæ, & sit acetũ forte,& de oppoponace unciæ tres.Et Galenus quidẽ laudat multũ hanc Medicinã. Et dixit ꝙ non uidit aliquẽ mori,qui morsus fuerit à cane rabido cum hac Medicina, & ute-batur ea sicut dixit.Et dixit ꝙ hæc ægritudo est multũ sicca,& propter hanc causſam timent aquam.Et dixit ꝙ cancri fluuiales sunt iuuatiui in hoc, marini uero non,pro pter salsedinem quæ inest eis ex mari. Galenus uero dixit in hac ægritudine ꝙ can-cri fluuiales faciunt hoc cum tota sui natura, & non uidit aliquem utentẽ hoc Medi-camine qui moreretur ex ægritudine hac. Galenus.) Sed cancer marinus est mollis multum,& non est testa eius sicut testa conchyliũ alioꝝ,nec ita petrosa, & in cancro marino est absterſio, similiter & in testis omniũ ostrachoꝝ, & similiter est in eis de-siccatio.Sed subtilitas substantiæ est inuenta in eis plus quàm in omnibus speciebus alijs ostrachoꝝ,& propter hoc administrantur adusti in curatione morpheæ, & im petiginis,& lentiginum faciei. Et quando additur eis sal, cõminuunt ungulã oculi, & non

A & non adusti,triti,abstergunt dentes, & desiccãt hulcera. Et quia in cancro marino est de grossicie temperata,non superflue fricantur cum eo palpebræ,quãdo est in eis asperitas,fricatione forti,nam fit ex puluere eius sief longum, & fricatur cum eo pal-pebra interius,donec sanguis egrediatur, & quando feceris hoc in scabie palpebræ, administra sief qui fiunt ad scabiem. Dioscorides.) Fluuiales ex cancris quãdo adu runtur,& accipitur ex cinere ipsorũ põdus aureorũ triũ,cum aureo uno & semis gen-tianæ,& bibitur cum uino tribus diebus, confert iuuamẽto manifesto morsui canis rabidi,& quando miscetur cum melle cocto, confert scissuris pedum, & manuum, & ani,& excoriationi quæ fit à frigore,& cancro, & quando terũtur crudi sicut sunt, & bibuntur cum lacte asinæ,conferũt morsibus uenenosis,& morsui rutellæ,& pun cturæ scorpionis,& quando coquuntur,& comeditur caro, & ius eorũ,confert hul-ceribus pulmonis,& illis qui sumpserunt leporem marinum, & quando teritur can cer cum bederog,& miscetur bene,& approximantur scorpioni,occidunt eum, can cri uero marini faciunt easdem operationes,nisi quia sunt debiliores.

DE SCORPIONE. CCCCXXIII.

HArrab,id est,scorpio. Galenus.) Dicunt ꝙ scorpio quando teritur, & ponitur super locum puncturæ ipsius,confert,& similiter confert quando assatur,& co-meditur,& confert etiam secundum ꝙ dicitur morsibus uiperæ,& semabris,& con-fert cinis eius adusti lapidi renũ & uesicæ. Dioscorides.) Scorpio montanus quan do teritur crudus,& ponitur super punctura suam,curat,& assatur, & comeditur, & facit hoc.Sed scorpiones marini quando comedũtur, uel bibitur ius eorũ,laxant choleram,& conferunt aquæ descendenti ad oculum,& obscuritati uisus.

DE CONCHYLIIS. CCCCXXIIII.

SEdeph,id est,conchylium. Dioscorides.) Cocleæ paruæ siccæ, quãdo adurun tur, cinis eorum,secundum ꝙ dicitur est cinis multum adurens,ita ꝙ qui misce-rit eum cum alkitran, & linierit cum eo locum pilorum palpebrarum, postq; euulsi
B fuerint,prohibet ortum eorum, & quando teruntur sine adustione, & decoctione, & ponuntur super membrũ infirmum,non debilitatum,conferunt. Et dixerunt qui dam Medicorum qui composuere libros in Medicina, ꝙ fuerunt experti hoc,& in-uenere ita. Galenus.) Homines Orientis nominant eas talsam, & est una ex speci-ebus conchyliorum habentium paruam testam,quando sunt recentes,& comedun tur,molliunt uentrem, & maxime ius earum, sed antiqua uetus ex cocleis, quando comburitur & miscetur cum alkitran,& teruntur bene simul, & ponitur in Medica-tione hac in palpebra,non sinit renasci pilos qui pungunt oculum, & ius specierum coclearum quæ dicuntur hamæ, & aliarum specierum paruarum, laxant uentrem, quando coquuntur cum pauca aqua,& bibitur ius illud.

DE ERICIIS. CCCCXXV.

CEusud,id est,ericius. Galenus.) Quando comburitur quodcunq; amborum, uolo dicere marinus,& terrenus,fit cinis eorũ absterſiuus, & resolutiuus,& de-ſtruit carnem superfluam,& administrant eum quidam in Medicinis uulnerũ, quæ fiũt ad generandã carnem, sed uirtus carnis ericij terreni desiccat & resoluit fortiter, & quando desiccatur & bibitur, confert leprosis & habentibus cõplexionẽ malam, corrũptam,dominantem in corporibus eorum, & confert spasmo & egritudinibus tenum,& habentibus hydropisim carnosam. Dioscorides.) Ericius marinus ha-bet bonũ saporẽ,& est bonus stomacho,& mollit uentrẽ,& prouocat urinam,& cu tis eius adusta ingreditur in Medicinis,quæ curant scabiem. Et quãdo aduritur cutis eius,& miscetur cum Medicinis,uel per se administratur, mundificat hulcera sordi-da,& diminuit carnem superfluã. Sed terreni ericij cutis quando aduritur, & misce tur cũ pice humida,& linitur inde alopecia,curat eã. Carnes uero ipsius quãdo desic cantur,& bibũtur cũ secaniabin,sedãt doloré renũ,& cõferunt hydropisi carnosæ,et paralysi,& elephantiæ,& principio hydropisis,& abscindũt cursum humorũ fluen tium ad uiscera,& desiccãt eos. Epar uero ipsius quãdo desiccatur in sole calido, & datur in potu,cõfert ad omnia,quibus confert caro eius. Habix.)Caro terreni con fert febribus longis.

C

DE HANABROCH, ET EST auis upupa. CCCCXXVI.

HAnabroch. Galenus.) Hæc auis habet coronã,quę fit ſuper caput eius ex plumis eius. Quando coquitur kanabroch ad efidhbeg, confert dolori colicæ, & oportet ꝙ ille qui uult,ꝙ cõferat ei ad hoc,bibat ſatis ex iure ipſius,et utatur cibo eius multũ. Dioſcorides.) Quãdo bibitur ius eius,et ipſa comeditur,cõfert dolori colicę.

DE PISCE STVPEFACIENTE. CCCCXXVII.

THead,id eſt,torpedo,ſiue piſcis ſtupefaciens. Galenus.) Hoc animal eſt marinum,& eſt illud,quod inducit ſtuporem, quando tangitur cum eo caput habentis ſoda,aufert dolorem,& ſimiliter dolorem ſtomachi ſuo tactu. Et ego expertus ſum hoc in his ambobus,& non reperi iuuamẽtum, & exiſtimaui, ꝙ oportebat me tangere caput habentis ſoda cũ piſce ipſo uiuente,& ſic confert,ſicut faciunt aliæ Medicinæ narcoticæ,& feci ſicut cogitaui,& inueni conferre, ſicut dixit Galenus.

Dioſcorides.) Quando ponitur ſuper caput habentis ſoda antiquum, confert,& quando fit ſuppoſitorium cum eo,reſtringit anum egredientem.

DE VVLPE. CCCCXXVIII.

THaleb,id eſt,uulpes. Galenus.) Oleũ in quo decoquitur uulpes,confert multum doloribus iuncturarum,& multi Medicorum ponunt eam uiuentem in uaſe cum oleo ad coquendum,& quidam ponunt eam mortuam,ſed hoc oleum non eſt plus reſolutiuum,q̃ oleum in quo coquitur adhib,nam quãdo coquitur in oleo, eſt uirtus eius reſolutiua multũ. Et nos quidẽ diximus, ꝙ Medicinæ quę hoc faciunt, attrahunt ab interioribus corporis,& ideo omnia huiuſmodi quando ponuntur ſuper magnos dolores,ſedant eos,niſi quia non ſedant eos ſemper, nam quando dolor eſt propter humorẽ groſſum,uiſcoſum,adhærentem,& exiſtentem in profundo membri,non poteſt eum attrahere Medicina totum, propter ſui multitudinem, aut propter groſſiciem ſuæ ſubſtantiæ,& uiſcoſitatem,aut propter frigiditatem ipſius minam,aut propter uentoſitatem inflatiuam,quæ generatur ab eis. In ueritate autem dico,quod illi,qui operabantur cum uulpibus ad hoc,ipſi faciebant olea, qui reſoluebant cum eis multum,& ipſi faciebant balnea,in quibus egri ponebantur,& iacebant ibi,adeo quod oleum cooperiebat corpus egri totum, & iubebant infirmo, ꝙ ſtaret ibi multum,& faceret moram ibi longam. Contingebat ergo ex hoc,ꝙ oleum iſtud reſoluebat id,quod erat in iuncturis,ex apoſtemątione & collectione humorũ in loco,et non faciebant hoc ſolum,immo euacuabant cum hoc quod erat in corpore toto,ex ſuperfluis humoribus,q̃uis in corpore habentis dolorem iuncturatũ eſſet repletio magna. Non eſt ergo mirum,ſi hoc Medicamen confert his in hunc modũ, nam humores non deſcendunt ad iuncturas eorum, immo curantur per reſolutionem ex loco ubi ſunt,& illi qui ſunt in iuncturis,reſoluuntur etiam. Sed ſicut in principio,dum corpus iſtorum eſſet ſanũ,et non erat in eo ęgritudo aliqua,generati ſunt huiuſmodi humores,qui fecerunt ęgritudinẽ hanc, propter malũ regimen in dieta, ſimiliter poteſt poſtea iterũ reuerti ægritudo in iuncturis illis, propter malam dietã, ſicut fecit prius,& adhuc plus propter debilitatem,quæ remanſit in iũcturis,propter præcedentem infirmitatem. Paulus.) Dicitur,quod quando pulmo uulpis deſiccatur,& poratur ex eo pondus drachmæ unius,confert aſmati multum.

DE LVMBRICIS TERRENIS. CCCCXXIX.

CHaratin,id eſt,yſculi,uel lumbrici terreni. Galenus.) Sunt uermes,qui quãdo foditur terra,uel aratur,inueniuntur,& quando ipſi teruntur,et ponuntur ſuper neruos inciſos,conferunt iuuamento manifeſto & ſubito, & quando dantur in potu cũ rob,ſunt Medicinę,quę prouocãt urinam. Dioſcorides.) Quando conterũtur fortiter,& ponuntur ſuper neruos inciſos,conglutinant eos,& nõ oportet,ꝙ uulnus diſſoluatur,niſi poſt tres dies.& quando coquuntur in oleo,& diſtillatur ex eo in aurem oppoſitam dentis dolentis,ſedat dolorem eius,& quando teruntur fortiter,et bibitur ex eis cum rob,prouocant urinam, & frangunt lapidem, & curant ictericiam.

DE HYRVNDINE. CCCCXXX.

Thartaph

A

Thartaph,id eſt,hyrundo. Galenus.) Multi faciunt cinerem ex hyrundinibus, comburẽtes eos,& miſcent cinerem illum cum melle, & liniunt ſquinantiam, & omnia gutturis apoſtemata,& uuulæ,& multi ſunt,qui utuntur hoc cinere in cohol,ad acuendum uiſum,& alij deſiccant hyrundines,& terunt, & dant in potu ex puluere ſuo aureum.i. ad hoc. Et quidam adminiſtrant animal,quod dicitur in Greco carochas,poſtq̃ deſiccant ipſum,& curant cum eo omnes ſpecies colicæ, & dant in potu certum numerum ex eis,cũ totidem granis piperis, & dant in potu pro una doſi tria corpora eorum,aut quinq̃,aut ſeptem,cum totidem granis piperis,& dant in potu hora qua ſedatur dolor,& dant ſimiliter in cibo habentibus ęgritudinem in ueſica de his. Dioſcorides.) Quando accipitur pullus hyrundinis in augmento lunæ,& ſit primus quem habuit mater eius,& ſcinditur,inueniũtur in uentre eius duo lapides, unus eſt unius coloris, & alius habet colores diuerſos, qui ſi ſtringantur in corio uituli, aut cerui, antequam terram tangant, & ſuſpendantur in brachio, aut collo epilepticj,confert ei,& multi fecerunt hoc,& curati ſunt curatione completa. Et quando hyrundo comeditur ſicut auis,quæ dicitur ſophlidas, & fit cohol ex ea,acuit uiſum,quando comburuntur,& miſcetur cinis earũ cum melle, & fit inde cohol,& ſaliuntur,& deſiccantur,& fit inde puluis,& accipitur in potu ex eo drachma una cũ aqua,& cõfert ſquinantię,& apoſtematibus gutturis,& uuulę,ſimiliter uero facit cinis pullorũ eius quãdo aduritur. Ignotus.) Cerebrũ eius quãdo miſcetur cũ melle,et fit inde cohol in principio deſcenſus aquæ ad oculũ, cõfert multum.

DE CANTHARIDIBVS. CCCCXXXI.

DHerarie,id eſt,cantharides. Galenus.) Experti ſumus experientia non modica in unguibus leproſis,& inuenimus,quod quando ponuntur ſuper eas cum cæroto,conferunt multum,aut cum unguento. Auferunt enim unguem, & faciũt eum cadere totum. Et cantharides ingrediuntur ſæpe in mixtione unguentorũ & Medicinarum,quæ fiunt ad ſcabiem,& ad ægritudinem,cum qua eleuatur cutis,& in Medicinis alijs putrefactiuis, & in Medicinis quæ euellunt erucas, quæ dicuntur capita clauorũ. Et fuerunt quidam ex Magiſtris noſtris,qui dabant ex eis in potu, miſcentes parum ex eis cum Medicinis,quæ fiunt ad prouocandam urinam. Et quidam accipiebant alas & pedes ipſarum ſolũ,dicentes,quod hæc conferebant illis,qui ſumpſerant corpora ipſorum,& erant illis bezaar. Et alij dicebant contrarium huius,uidelicet,quod corpora ipſarum ſola iuuabant eos, qui ſumpſerant alas & pedes earum. Ego uero miſcui omnia ſimul, ſcilicet corpora cum pedibus, & alis, & dedi. Illæ autem,quæ ſunt magis iuuatiuæ ex eis, ſunt illæ, quæ reperiuntur in tritico, in quarum alis ſunt lineæ citrinæ, in latitudine protenſæ, & proprie quando proijcis eas in olla terrea noua,& claudis orificium ollæ cum panno lineo,ſuper uas, in quo ſit acetum feruens,donec ſuffocentur, & moriantur. Et ſimiliter oportet, quod fiat ex animali,quod dicitur xophoſtis, quando uolumus ipſum reponere, & ſimiliter ſpecies animalis ſimilis cantharidibus in figura & uirtute,& ſimiliter uermis uiridis, qui reperitur ſuper arborem pini, uirtus eius eſt ſicut uirtus earum, & ſimiliter cinis adhaya quando comburuntur,miſcetur à quibuſdam in Medicinis putrefactiuis, & in Medicinis conferentibus ſcabiei,& ægritudini,cum qua eleuatur cutis.

B

Dioſcorides.) Quæ generantur & degunt ex cantharidibus inter frumentum,ſunt meliores,& idoneæ ad reponendum,& oportet,quod ponantur in uaſe terreo non uitreato, & ligetur pannus lineus ſuper os uaſis, deinde uertatur orificium ollæ ſuper uaporem aceti fortis, qui buliat ſuper ignem, & teneatur uas in hunc modum ſuper uaporem aceti fortis, donec moriantur cantharides omnes,& poſt hoc infectantur in lino,& reponantur. Et melioris & fortioris operationis ſunt illæ, quæ ſunt diuerſorum colorum,& in alis earum ſunt lineæ tranſuerſæ citrinæ, & ſunt groſſæ, & oblongæ. Operatio autem illarum, quæ ſunt unius coloris, eſt debilis.

Reperiuntur autem in tempore æſtatis cantharides, quæ dicuntur pytoriapſa, quæ ponuntur ſuper cribrum, & ponuntur ſic ſuper cinerem calidum, donec aſſentur paulatim, & reponuntur. Et uirtus quidem cantharidarum eſt putrificatiua,

calefactiua

C calefactiua, hulceratiua, & ob hoc miſcentur cum Medicinis conuenientibus apoſtematibus cancroſis, & quæ fiunt ad ſcabiem hulceratam, & impetiginem malam, & ſi ponuntur in naſalibus, prouocant menſtrua. Et æſtimant, quod quãdo miſcentur in aliquibus confectionibus ad hydropiſim, conferunt propter uirtutem earum fortem, quam habent in prouocãdo urinam. Et æſtimauere quidam, quod alæ cantharidarum & pedes earum ſunt bezaar illis, qui bibere corpora earum.

DE RANA. CCCCXXXII.

DIphdaha, id eſt, rana. Galenus.) Cinis ranarum combuſtarum, ſecundum quod dicitur, abſcindit fluxum ſanguinis, quando puluerizatur ſuper locum, & quando linitur ſuper alopeciam cum eo, mixta pice humida, aufert eam.

Dioſcorides.) Ranæ quæ ſunt in paludibus, quando coquuntur cum ſale & oleo, & adminiſtrantur in cibo, ſunt bezaar uenenis, & lepræ. Et ius earum quando elixatur, eſt conueniens apoſtematibus antiquis, quæ ſunt in chordis, quando proijcitur ſuper ea. Et quando comburuntur ranæ, & puluerizatur cinis earum ſuper locũ unde fluit ſanguis, abſcindit eum. Et miſcetur cum pice humida, & linitur inde alopecia, & confert. Et quando ſanguis ranarum uiridium ponitur in loco pili palpebræ euulſi, prohibet ortum eius. Et quando rana coquitur in aqua & aceto, & fit colluțio oris cum elixatura illa, confert dolori dentium multum.

DE MEMBRIS ET SVPERFLVITATIBVS animalium. CCCCXXXIII.

TEſtę conchylium, uel oſtraca marina. Galenus.) Oſtracorum ex mari, quæ dicuntur barcora, non uſus ſum corporibus eorũ, niſi comburerem prius ea, propterea quia ſunt teſta dura multum, ſed quando aduruntur, fit uirtus eorum deſiccatiua fortiter. Et uirtus eorum ſecunda reſoluit & abſtergit, & oportet, quod terantur fortiter, donec fiant ſicut puluis. Et hæc eſt regula generalis omnium Medicinarum,
D quarum ſubſtantia eſt teſtoſa & petroſa, nam quando comburuntur bene, fiũt ſicut arena, quamuis ſi bene terantur, fiunt ſicut farina. Quando ergo adminiſtrãtur ſola, conferunt apoſtematibus fraudulentis. Et quando conficiuntur cum aceto & aqua, aut cum aceto & melle, conferunt iuuamento magno apoſtematibus putridis. Sed teſta eorum conchylium, quæ dicuntur oſtreæ, quando aduruntur, & adminiſtrantur cum curatione hulcerum putridorũ, in quibus non poteſt naſci caro, propter fluxum humorum antiquum, qui fluunt ad ea, & in hulceribus, in quibus factæ ſunt fiſtulæ, & cauernæ, conferunt iuuamentum maximum, & pone cinerem eius circa ea exterius, poſtęq; miſcueris eum cum axungia porcina, & interius cum rebus, quæ faciunt naſci carnem in hulceribus, ſicut eſt Medicina, quæ dicitur nir, & Greci nominãt eam mohoma, & facit hoc poſt eius aduſtionem. Et hæc eadẽ uirtus reperitur in omnibus, quę habent corpora teſtuoſa, poſtęq; aduruntur, niſi quia eſt plus in illis, quę dicuntur oſtrea, & poſt in illis, quæ dicuntur cobros, & quæ dicũtur purpura, et propter hanc cauſſam miſcẽtur hi cineres cũ unguentis reſolutiuis, & cum quibuſcunq; adipibus, & conferunt, nam reſoluunt. Et omnis adeps quanto eſt antiquior, tanto eſt acutior, & etiam fortioris reſolutionis. Et iſte cinis habet uirtutẽ abſterſiuã, quare abſtergit, & albificat dentes, et non facit hoc propter abſterſionem ſolummodo, ſed propter groſſiciem ſuæ ſubſtantiæ, ſicut facit mel, & teſta furni. Et qui uult his uti ad hoc, non oportet quod terat eas multum, ſed quãdo uult eas ponere in hulceribus malis, fraudulentis, oportet q̃ terat eas fortiter, & hoc quod de cineribus habet hanc proprietatẽ, adminiſtratur ad carnem, quę ſupercreuit in hulceribus. Et omnes iſtę teſtæ quando aduruntur, & miſcentur cum ſale, fit Medicina, quæ abſtergit dentes fortiter, quouſq; deſiccet gingiuam, & confert hulceribus eius putridis, & alijs hulceribus. Sed ungulæ, quæ cooperiunt oſtraca, quæ dicuntur naporam, ſecundum quod dicunt quidam, quando bibuntur cum aceto, curant durieiem ſplenis, & quãdo pũnuntur ſuper prunas, confert fumus eorum ſuffocationi matricis, & cum hoc extrahit ſecundinam, quæ remanſit in matrice. Dioſcorides.) Porphira marina, & eſt conchylium purpureum, habet uirtutem deſiccatiuam, abſtergit dentes, diminuit

carnem

A carnem ſuperfluam, & mundificat hulcera, & conſolidat ea, & quando teſtę eius replentur ſale, & ponuntur in uaſe terreo, & aduruntur, deinde teruntur, abſtergunt dentes, & ſunt conuenientes ad hoc, & conferunt combuſtioni ignis, quando puluerizantur ſuper locum. Et oportet, quod dimittatur hoc medicamen in loco, donec per ſe cadat, nam quando locus conſolidatus eſt, cadit per ſe, & fit calx ex iſtis teſtis, ſicut diximus ſupra. Et dixit.) Quod quando conchulæ purpureæ coquuntur in oleo, & fit linitio cum eo, retinet capillos cadentes, & facit oriri capillos in loco.

DE BLACTE BISANTIAE. CCCCXXXIII.

VNgulæ ipſarum, & ſunt coopercula, quibus teguntur in foramine ſuo, ſimiles ungulis. Quædam deferuntur ex India, & quædam ex Babylonia, & quædam ex Iamen, & meliores omnium ſunt, quæ uergunt ad albedinem. Illæ uero, quatũ color uergit ad nigredinem, ſunt minus bonæ, & ſunt omnes odoriferæ, quarum odor trahit aliquantulum ad odorem caſtorei, & quando ſumũtur in potu cum aceto, extenuant ſplenem, & quando fumigantur cum eis mulieres patientes ſuffocationem matricis, confert eis, & iſte fumus excludit ſecundinam. Et quando fumigatur epilenticus cum eo, excitat eum. Et quando conchylium purpureum, & quod eſt intra ipſum, ſicut conchylium cobros, aduritur, facit ea, quæ diximus de conchylio cobron, ſed uirtus eius eſt fortius adurens, quàm cobron, & quando ponitur ſuper carnem ſuperfluam, corrodit eam. Et caro cobron, & purpureæ eſt bona ſtomacho, & mollit uentrem. Et dixit, ſecundum amarchas, eſt ſpecies conchyliorum, & melior eſt illa, quæ defertur ex terra Nitan, & quando aduritur, facit id quod facit cobron, & quando abluitur ſicut plumbum, & adminiſtratur in Medicinis oculi, confert debilitari, & doloribus eius.

DE COAGVLO. CCCCXXXIIII.

B ANphea, id eſt, coagulum. Galenus.) Coagulum omne eſt calidum, ſubtile, reſolutiuum, & ſiccum, & propter hanc cauſſam conferunt coagula his, quæ dicemus omnino, nam dixerunt quidam Medicorum, quod dederunt in potu ex coagulo leporis diſſoluto cum aceto, & contulit epilepſiæ. Et dixerunt, quod confert fluxui menſtruorum, & reſoluit ſanguinem & lac, quando coagulãtur in ſtomacho. Et nos experientia ſcimus, quod ita eſt non de coagulo leporis ſolum, ſed de omnibus coagulis aliorum animalium, niſi quia coagulũ leporis in hoc eſt fortius, ac melius. Et dixerunt quidam, quod coagulum leporis confert emoptoicis, ſed non ſum expertus hoc, nec uidi aliquem, qui fuerit expertus hoc, nec uidetur mihi bonũ adminiſtrari in hac ęgritudine, quoniam Medicinæ conferentes huic ęgritudini, ſunt Medicinæ ſtipticæ, & iſta eſt Medicina acuta, reſolutiua, quare eſt contraria intentioni eius, quod neceſſarium eſt in emoptoyca paſſione. Et dixerunt quidam ex eis, quod coagulum equi quando ſumitur in potu, ſtringit fluxum uẽtris. Et uidi quoſdam laudantes coagulum animalis marini dicti koki, & eſt foca, & uirtus eius eſt ſicut uirtus caſtorei. Non autẽ uidetur mihi hoc loco rememorandũ ſermonũ quos ſcripſerunt antiqui, de operatione, & proprietate, & uirtute coagulorum animalium, & cauſſa huius eſt ſuperfluitas longitudinis ſcripturæ, in qua non eſt, niſi occupatio cartarum, & propter nimietatem fit nobis tædium, & aufert nos ab eo, quod promiſimus loqui in hoc loco. Dioſcorides.) Coagulum eſt calefactiuum, reſolutiuum, exiccatiuum, & ſtipticum, & confert omnibus fluxibus, & quando ſumitur in potu, diſſoluit ſanguinem, & lac, quando coagulatur in ſtomacho & ueſica. Sed coagulum leporis eſt fortioris operationis, nam quando accipiuntur ex eo 3. onoloſat cum uino, confert morſibus uenenoſorum, & fluxui antiquo, qui fit ab hulceribus inteſtinorum, & fluxui humiditatum antiquarum ex matrice, & coagulationi ſanguinis, & ſputo eius, quando colligitur in pectore. Et quando mulier facit ſibi naſale ex eo cum butyro, poſt mundificationem menſtruorum, confert impregnationi, & quando ſumitur ex eo in potu, prohibet impregnationem. Coagulum uero equi eſt conueniens fluxui antiquo uentris, & hulceribus inteſtinorum.

Coagulum

C Coagulũ uero agni,& hœdi,& uituli, & animalis dicti phalariphros, & illius quod dicitur dorcas,& ibicis,habent hæc omnia uirtutem ſimilem, & conferunt omnia coagulato lacti in ſtomacho,& coagulum quando fit naſale cum eo, prohibet impregnationem,& coagulum animalis dicti koki habet uirtutem ſimilem uirtuti caſtorei,& eſt bonum epilepticis, & ſuffocationi matricis. Experientia uero qualiter ſcitur,quod ſit coagulum koki,eſt,quod accipias coagulum alicuius alterius animalis,& præcipue agni,& pone ſuper ipſum aquam,& diſſolue ipſum in ea,& dimitte parum,donec bene diſſoluatur,deinde proijce ex illa aqua,in qua diſſolutum eſt coagulum,ſuper coagulum koki,nam ſi non fuerit uere coagulũ huius animalis,diſſoluitur cito,& fit ſicut aqua. Si uero fuerit uere coagulum eius, non diſſoluitur, ſed remanet ſicut eſt. Debet autem accipi coagulum koki dum fuerit ita paruum,quod nõ poteſt paſcere. Vniuerſaliter autem omne coagulum diſſoluit coagulata, & coagulat diſſolura coagulabilia.

DE CASTOREO. CCCCXXXV.

INchiam algindi beduſter,id eſt, teſticuli caſtorei. Dioſcorides.) Sunt teſticuli animalis, quod dicitur caſtor,& eſt animal, quod uiuit extra aquam, & in aqua, ſed in aqua plus,quia nutritur ex piſciculis & cancris. Eligendi ſunt autem ex his teſticulis gemini pendentes ex una radice,interius habentes ſicut mel, & ipſi ſunt ſimiles cæræ,in colore ſanguinis coagulati, & qui ſunt in pelliculis ſuis, grauis odoris, pingues,facilis ſeparationis,& quando ſeparantur, inueniuntur ibi tunicæ multæ,à quibus facile ſeparantur. Debent ergo emundari ab ipſis pelliculis, & ſic poni in Medicinis. Adulteratur autem cũ amoniaco,aut gummi,confectis cum ſanguine ipſius animalis,& poſitis in ueſicis. Et caſtoreum confert iuuamento magno,& nocumentum non habet in ſe ulli membro,niſi calefacto fortiter. Galenus.) Virtus eus prima calefacit, & deſiccat. Secunda reſoluit. Et tertia curat ſpaſmum ex repletione,
D & hoc ideo,quia euacuat & purgat neruos ab eo, quod in eis continetur de re extranaturam,& ſecundum hanc uiam confert patientibus tremorem. Et quando ſumitur in potu cum pipere & aquà mellis, prouocat menſtrua,& expellit fœtũ,& quando ſumitur in potu cum aceto,confert habentibus inflationem in inteſtinis et ſtomacho,quando eſt difficilis reſolutionis,& habentibus torſiones,& habentibus ſingultum propter humores frigidos,groſſos,aut propter uentoſitatem inflatiuam,& omnibus egritudinibus,quibus confert bibitum,confert etiam exterius inunctum cum oleo ueteri. Sed ad ſubeth,& ad obliuionem cum febre, oportet quod admiſceatur cum oleo roſaceo,& fiat linitio ſuper caput. Et quando ponitur ſuper prunas, & fumigatur cum eo,confert ad hoc. Et dixit in almayemir.) Quod ipſum eſt comparatum opio,& eſt contrarium ei. Dioſcorides.) Caſtoreum confert morſibus uenenoſis,& inducit ſitim,commouet ſternutationem. Et quando bibuntur ex eo aurei tres cum ſaudhenig,id eſt,pulegio, prouocat menſtrua, & expellit fœtum,& ſecundinam,& datur in potu cum aceto ad inflationes ſtomachi, & inteſtionrum,& torſiones,& ſingultum,& ad Medicinas mortiferas,& proprie ad illam, quę dicitur abſie. Et miſcetur cum aceto,& oleo roſaceo,& inungitur inde caput, aut attrahitur odor eius per nares,& confert lithargyæ,quęcunq; ſit,& ſimiliter quando fit fumigium cum eo,& quando ſumitur in potu, aut fit inunctio cum eo, confert tremori,& tetano,& doloribus neruorũ,& iũcturarũ,& uniuerſaliter uirtus eius eſt calefactiua.

DE OVIS. CCCCXXXVI.

NAid,id eſt,oua. Galenus.) Illa quæ eligimus,ſunt oua gallinarum. Non ergo oportet,quod narremus naturam aliorum ouorum, quia natura eorum eſt eadem cum natura iſtorum,& complexio quidem oui eſt frigidior parum,quàm corpus temperatum,ipſum nanq; infrigidat temperate, & deſiccat ſine mordicatione. Et oportet,quod adminiſtrentur ex eis illa, quæ ſunt recentia, quia uetera non ſunt bona. Albugo uero oui adminiſtratur in doloribus omnibus, in quibus eſt neceſſaria Medicina,quæ non mordicet, ſicut ſunt dolor oculorum, & apoſtemata ani,& pectinis,& omnia hulcera fraudulenta mala. Et miſcetur cũ Medicinis, quæ abſcin-

dunt ſanguinem

A dunt ſanguinem qui fluit à miringis cerebri,& iſtæ Medicinæ deſiccant ſine mordicatione,& tuthia lota eſt una ex iſtis,& aliæ multæ, & quando imbibitur in eo lana, & ponitur ſuper aduſtionem ignis,aut aquæ feruentis,confert multum, & eſt bonũ in emplaſtris, quę ponuntur ſuper frontem,& facit adhęrere pilos,quorũ ortus non eſt directus in palpebris, poſtq; admiſcetur ei Medicina conueniens ad hoc, ſicut eſt olibanum, & maxime pingue ex eo quod non eſt antiquum, nec minus ſiccum, & iuuatiuum eius eſt in hoc propter uiſcoſitatem quæ eſt in ipſo, non propter cõplexionem eius, ueruntamen tu potes dicere q̃ complexio eius non eſt contraria in hoc huic operationi, ſed adiuuat ipſam, uitelli uero oui ſubſtantia eſt ſimilis ſubſtantiæ albuginis,& propter hanc cauſſam miſcetur cum cerotis, quæ non habent mordicationem aliq;,poſtq; fuerit elixatum,aut aſſatum. Differt enim parum,aſſatum enim deſiccat ſuperfluitates paucas, & nos æſtimauimus q̃ ex hoc quod acquiſiuit ex hac uirtute egreſſum eſt à ſua complexione, & miſcetur ſimiliter in emplaſtris,quæ prohibent apoſtemata calida,ſicut emplaſtrum,quod fit ex melliloto,& confert ſtomacho. Totum uero ouum adminiſtramus, poſtq; miſcetur cum oleo roſaceo,in curatione apoſtematum quæ fiunt in mammillis, & in palpebris,& in auribus,quando apoſtema fit ex percuſſione,aut alia quacunq; cauſſa,& utimur eo etiam in Medicatione membrorum neruoſorum,ſicut ſunt iuncturæ & chordæ digitorum,& iuncturæ corporis & pedum,& ſi coquitur ouum ſicut eſt in aceto,& comeditur,ſedat humores fluentes ad ſtomachum,& ad inteſtina, & ſi miſceris cum eo aliq; ex Medicinis,quæ conferunt ad fluxum uentris,& dolorem eius, & das in potu, aut coquis ſuper ignem ſine fumo,ſicut eſt ignis carbonum, & dederis in cibo infirmo,confert ei iuuamento non pauco. Et meliores Medicinæ quæ admiſcẽtur ei in hoc caſu,ſunt ſuccus uuæ acerbæ, ſumach ipſum,& ſuccus eius,& galla ſimiliter,& cortex granatorum,& cinis limaciarum aduſtarum,& grana paſſularum,& grana myrthi,& ſorba & grana granatorum,& quando aſſatur ouum,aut coquitur,acquirit propter decoctionem,aut aſſationem diuerſitatem non paucã,& eſt conferens propter hoc multum, & hoc quod ipſum admiſcetur cum Medicinis, quæ deſiccant humiditates, poſtq; elixatur,aut aſſatur,aut frigitur, & miſcetur ſimiliter cum Medicinis conferentibus ad hoc,quod eſt in pectore & pulmone, & eſt illud quod eſt ſemicoctũ,& utatur eo cauſſa ſuæ naturæ, & ſuæ ſubſtantiæ, ille qui conqueritur de aſperitate guttu-
B tis,& cannæ,& pulmonis,nam ouum adhęret in locis illis, & remanet ibi uelut emplaſtrum,& propter hãc eandem cauſſam curat mordicationem ſtomachi, & aſperitatem meri,& ſtomachi, & inteſtinorum, & ueſicæ. Dioſcorides.) Ouum ſemicoctum,ſorbile, eſt magis nutritiuum quàm alio modo comeſtum, & uitellum oui elixati quando miſcetur cum croco, aut cum oleo roſaceo, confert pulſationi oculi, & admiſcetur ei melliloti,& confert apoſtematibus ani, & apoſtemationi hemorthoidarũ,& quando frigitur cum ſumach,& galla,ſtringit uentrem, & quando comeditur ſolum,facit hoc aſſatum. Albumen uero eius quando diſtillatur in aurem apoſtematã apoſtemate calido,infrigidat,& ſedat dolorem eius, & quãdo ponitur ſuper apoſtema oculi calidum,confert, & quando linitur cum eo ſuper combuſtionem ignis in principio eius,non ſinit locum ueſicari, & quando linitur cum eo facies,prohibet ab ea ſolis combuſtionem, & quando conficitur cum eo thus,& ponitur ſuper frontem, prohibet curſum humorum ad oculum, & quãdo miſcetur cum oleo roſaceo,& uino quod dicitur omomel, & infunditur in eis lana,& ponitur ſuper locum,ſedat apoſtemata eius calida, & quando ſorbentur oua, confert morſui animalis quod dicitur amolos,& ſorbetur tepidum ouum, & confert ardori ueſicę, & hulceribus renum,& aſperitati pectoris, & expuẽtibus ſanguiné, & catarro quod deſcendit in pectus,& quando ſorbetur crudum, confert apoſtematibus amygdalatum,& quãdo inſtillatur modicũ ex albugine tepido in oculũ,ſedat dolorem eius.

DE SPVTO. CCCCXXXVII.

BVſach,id eſt,ſputum. Galenus.) Sputum habentis ſtomachum repletum cibo, eſt ualde debilis uirtutis. Sputum uero famelici ieiunii,eſt forte, & eſt reſolutiuũ,

C abſterſiuum,& curat umbilicum infantis,quando linitur cum eo omni die,& quando maſticatur frumentum,& ponitur ſuper apoſtemata corporum ruſticorũ,maturat,& reſoluit ea, & ſi ſunt in corporibus mollibus, ſufficit ſputum ſolum, aut cum maſticatione panis,& cõfert ſanguini qui fluit ad oculum, & abſtergit maculas corporis,& faciei,& lentigines, & impetiginem, & pannum, & ſanguinem mortuum ſub cute. Et ſputum quidem hominis eſt contrarium omnibus animalibus, habentibus uenenum,occidens hominem,& ipſum occidit ſcorpionem.

DE VRINA. CCCCXXXVIII.

BAul,id eſt,urina. Galenus.) Virtus urinæ eſt calida, acuta, & eſt in ea abſterſio magna,& propter hanc cauſſam utuntur ea lauatores pannorum,lauantes cum ea pannos,& aufert ab eis maculas,& ſordes,& quod ex animalibus eſt fortis caliditatis,caliditas urinę ipſius eſt maior,& fortior,& quod ex eis eſt frigidę cõplexionis, urina eius eſt minus calida, & urina hominis eſt debilior omnibus alijs urinis,præter urinam porci caſtrati, ipſa enim eſt in caliditate ſicut urina hominis, urina uero uerris eſt fortior urina hominis,ſed urina apri eſt fortior his. Et ſignũ in hoc eſt acuitas odoris eius,poſtq̃ non poteſt tentari per ſaporem,uel potum. Propterea uero q̃ Medici uiderunt,q̃ urina multum abſtergit,curant cum ea hulcera profunda,& ſcabiem ſordidam,& hulcera multæ ſordis, & adminiſtrãt eam ſimiliter in hulceribus teſticulorum,& circa loca illa exiſtentibus, quando ſunt multum humida,& in hulceribus aurium, & abluunt cum ea caput, & mundificat furfures, quæ ſunt in eo,& lentigines faciei,& curat impetiginem, & ſerpiginem, & ſaaphati capitis,& quãdo eam adminiſtramus,neceſſitate coacti, non potentes habere Medicinã aliam in ruſticis,curat ægritudines eorum. Accipitur enim petia, & ligatur ſuper exiturã,aut ſuper hulcera quæ generantur in manibus & pedibus eorum,& ligantur cum ea fortiter,& præcipitur infirmo q̃ mingat aſſidue ſuper locum illum,& non diſſoluat eum

D donec curetur, cõfert enim & curat. Sed Medicina quæ ſumitur ex urina infantium, & eſt dicta criſocolla,eo q̃ aurifices utuntur ea ad aurum ſolidandũ,& eſt Medicina multum iuuatiua in hulceribus fraudulentis,& difficilis curationis. Qui ergo uult facere hanc Medicinam,accipiat mortarium ex cupro,& piſtellum ex eodem,& præcipiat puero,qui nondum peruenit ad coitum,q̃ mingat in eo,deinde piſtetur cum agitatione continua in ſole, aut in domo calida, ut diſſoluatur ex ſubſtantia æris in Medicina illa,propter caliditatẽ ſolis, uel aeris amplior quantitas, erit namq̃ magis conferens,eſt enim in ipſa iuuamentũ magnum in hulceribus quæ diximus. Sed fex urinæ,quæ reſidet in fundo eius,alba,groſſa,ſecundum q̃ dicitur, confert eriſipilæ. Et urinam puerorũ, & etiam uirorũ tam biberunt quidam in ægritudinibus prouenientibus à corruptione aeris,& æſtimauerunt ſe propter hoc fuiſſe curatos,& urina animaliũ miſcetur cum Medicinis, quæ fiũt ad dolores iuncturarũ, & eſt conferens.

Dioſcorides.) Vrina hominis quæ ſumitur in potu ab illo quem momordit ſerpens,confert,& reſiſtit Medicinis mortiferis ebibitis,& cõfert principio hydropiſis, & quando infunditur ſuper morſum tyri marini, & ſcorpionis marini, & draconis marini,confert,& urina hominis quando miſcetur cum nitro,& proijcitur,uel linitur ſuper morſurã canis rabidi, & ſuper ſcabiem hulceratã, & ſuper pruritũ,confert, & urina uetus eſt melior q̃ recens in hulceribus humidis oculorũ,& in furfuribus capitis,& impetigine,& ſerpigine,& ſcabie, & prohibet dilatationẽ hulcetum fraudulentorum in corpore,& quando peſſariçatur cum ea matrix,prohibet dilatari hulcera quæ ſunt in ea,& abſcindit curſum humiditatũ auris, & quando calefit in cortice granati,& diſtillatur in aurem,extrahit uermes qui fiũt in ea, & urina infantiũ quando ſumitur in potu,confert aſmati,& quando coquitur in uaſe æneo cum melle,abſtergit albuginẽ quæ fit in oculo propter incarnationẽ hulcerũ corneæ, & hulcerum quæ dicuntur ahalos. Etiam fit ex urina puerorũ, quãdo agitatur diu in mortario ex ęre cuprino,cum piſtello eiuſdem in ſole calido gluten,cum quo glutinatur aurum, & ſedimen urinæ uelut fex quod reſidet in fundo eius, quando linitur cum eo eriſipila,ſedat eam,& quando teritur cum oleo alcannæ,& fit inde naſale, ſedat dolorẽ ex ſuffo

A ex ſuffocatione matricis, & abſtergit albedinem oculi. Vrina uero tauri, quando miſcetur cum myrrha,& diſtillatur in aurem,ſedat dolores eius. Sed urina apri eſt ſicut urina hominis, niſi quia proprietatem habet frangendi lapidem, faciens egredi ipſum cum urina. Vrina uero capræ,quando bibitur cum ſpica omni die,in quantitate unius conos,curat hydropiſim carnoſam, expellens humiditates eius per fluxum uentris,& per uiam urinæ,& quando diſtillatur ex ea in aurem,ſedat dolorem eius,& urina animalis, quod dicitur linx, quæ urina dicitur farayos, ut quidam dicunt,quando mingitur,ſtatim petrificatur,& fit lapis,& hoc eſt uerum,& dicitur lapis iſte ablataron,uel batarapton, quia quando ſumitur in potu cum aqua, eſt conueniens ori ſtomachi,& ſedat dolores eius, & confert curſui humorũ ad ſtomachũ. Vrina uero aſini,ſecundũ q̃ dicitur, quando ſumitur in potu,curat dolores renum.

DE PELLE ARIETIS. CCCCXXXIX.

GEldalchebe,id eſt,cutis arietis. Galenus.) Quando accipitur recens,ſicut excoriatur aries,& ponitur ſuper locum percuſſionis,confert, adeo q̃ curat percuſſionis læſionem in die una & nocte,& hoc quia maturat & reſoluit loca percuſſa,quæ ſunt replera ſanguine. Sed geldalatiche, id eſt, corium uetus. Dioſcorides.) Solæ ſotularium ueteſtorũ quando comburuntur,& cinis earum puluerięatur ſuper combuſtionem ignis, & ſuper apoſtemationem quæ fit in pedibus à ſtrictura calciamentorum,confert,& quando puluerięatur ſuper excoriationem,quæ fit in coxis, deſiccat,& conſolidat eam. Et dicunt quidam, q̃ quando fit fumigium cum eis, fugiunt ſcorpiones,& animalia uenenoſa fumum earum. Galenus.) Id quod cadit à ſotularibus ueteribus,ſecundum q̃ dicunt quidam,quando comburitur,confert contritioni,quæ fit propter calciamentum ſtrictum, & habet hoc per naturam contrarietatis,ſed ſi fuerit ibi apoſtema propter conſtrictionem, non confert, poſtq̃ uero fuerit ſedatum apoſtema,confert ei id quod eſt interius, ex ſola inferiori ſubtularis,quando aduritur,quia deſiccat. Nos enim iam poſuimus hunc cinerem, dum eſſemus in

B quadam uilla, ſuper exituram, quæ acciderat propter fricationem, ſeu conſtrictionem ſubtularis,& contulit. Et iſte cinis curat etiam apoſtemata,quæ fiunt à combuſtione ignis,& excoriationes quæ fiunt in coxis.

DE SANGVINE. CCCCXL.

DEm,id eſt,ſanguis. Galenus.) Sanguis porci eſt calidus & humidus, ſicut ſanguis hominis. Sed ſanguis columbi adminiſtratur à quampluribus Medicorũ in capite,quando fuerit ſciſſura in craneo,nam proijciunt in loco illo ſanguinem columbi,& ſi non inueniunt illum, ponunt ſanguinẽ garidem, aut ſanguinẽ cuniculi. Et quidam diſtillant ſanguinem columbi, dum eſt recens & calidus,in oculo,quando in oculo fuerit tarpha,id eſt, ægritudo ſanguinis. Et quidam extrahunt pennam ab ala eius,& exprimunt ſanguinẽ qui eſt in ea,in oculum, aut ſcindunt ſub ala eius, & accipiunt ſanguinẽ qui egreditur,& imponunt calidũ,& non faciunt hoc, niſi illi qui uolunt occidere columbos. Et quando diſtillatur in oculũ loco huius ſanguinis oleum roſaceũ,facit idem, niſi quia oportet q̃ diſtilletur oleum calidũ,ſecundũ caliditatem ſanguinis,ſanguinis namq̃ iuuamentũ in hoc non eſt,niſi propter caliditatem eius actualem,non propter aliã uirtutẽ quę ſit in eo, niſi propter illam caliditatẽ cum temperamento ſuæ cõplexionis, & manifeſtatur hoc etiã, quoniã oleum roſaceum eſt melius ad curandã ſciſſurã cranei, quia oleũ roſaceũ cum hoc quod eſt temperatæ cõplexionis,habęt quandã ſtipticitatẽ. Et ſanguis caprinus,quidã Medicorũ ſunt,qui dant in potu ſanguinẽ caprinũ, & hircinũ mixtum cum melle hydropicis. Et quidam aſſant hunc ſanguinẽ, & dant in potu habẽtibus fluxũ uentris,& fluxum mucillaginum,in quibus eſt admixtus ſanguis, & exiſtimo q̃ cauſſa quare iuuat ad hoc,eſt propter groſſiciem terreã,quæ eſt in eo, & propter ſiccitatẽ quæ eſt admixta ſuæ caliditati. Sanguis uero agni,& hœdi, dicunt quidã q̃ ſanguis agni quando bibitur,cõfert epilepſiæ. Et dixit Theophraſtus q̃ ſanguis hœdi confert epilepſię. Vidi opificem quendã qui erat diſcretus homo,& uerax,& bonæ memoriæ,qui dixit mihi q̃ fuerat expertus in duobus qui expuebant ſanguinem,dare eis de hoc ſanguine,

C & cõtulit eis iuuamẽto manifesto, & ego credidi dicto eius, & existimaui q̃ isti non emittebant sanguinem à pulmone, neq; à palato, sed propter apertionẽ alicuius uenæ. Et dixit Theophrastus q̃ sanguis hœdi, est magis iuuatiuus ad fluxũ sanguinis, q̃ sanguis alius, & oportet q̃ sit coagulatus, & q̃ accipiatur ex eo libra una in pondere, & misceatur cum aceto forti, tanto quantus est sanguis, & coquatur tribus bulitionibus, plus parũ, deinde diuidatur in tres partes, & detur in potu qualibet die pars una, in ieiunio, & maxime quando sumus distantes à locis ubi sunt Medicinæ aliæ. Sanguis ursi & hirci quando apponitur calidus super apostemata, maturat ea cito.

Dioscorides.) Sanguis porcinus sedat dolores, & curat hulcera quæ sunt in auribus, & confert uulneribus. Et sanguis hœdi, & agni, & anseris, ingrediũtur in confectionibus antidotor̃, & confert apostematibus. Sanguis uero garscen, & cuniculi, & columbi, & kebg accipitur calidus, & fit cum aliquo istor̃ cohol, & confert apostematibus oculi, & sanguini qui est in eo, & obscuritati uisus, & sanguis colũbi proprie abscindit fluxum sanguinis nariũ, qui fit à miringis cerebri. Sanguis hirci, & capræ, & leporis, ac cerui, quando assantur & administrantur quicunq; ipsor̃, confert hulceribus intestinor̃, & fluxui uentris antiquo, & quando bibitur cum uino, confert ueneno, quod dicitur taphsipon. Leporis uero sanguis quãdo linitur impetigo cum eo, dum suum retinet colorem, curat eam. Sanguis uero canis, quando sumitur in potu, curat morsum canis rabidi. Sanguis uero nemoralis testudinis, confert epilepsiæ, quando sumitur in potu. Sed sanguis testudinis marinæ, quãdo bibitur cum uino, & cum coagulo leporis, & cimino, confert morsibus uenenosis, & confert bibentibus ranunculos. Sed sanguis tauri, quãdo fit emplastrũ ex eo cum sauich, mollificat, & resoluit apostemata dura. Sanguis harbæ quando ponitur in radice capillorum euulsorum, non sinit eos renasci, similiter autem facit sanguis ranæ uiridis. Sanguis menstruus quando inungitur uirga cum eo in hora coitus, prohibet mulierem illam impregnari, & si liniuntur cum eo pedes podagrici, curat dolorem eius.

D

DE CEREBRO ANIMALIVM. CCCCXLI.

Imag, id est, cerebrum. Galenus.) Cerebrũ leporis, pro certo scimus q̃ quando liniuntur cum eo gingiuæ pueror̃, tempore ortus dentium eor̃, facit eos facile nasci, & sine dolore, & hoc est notorium apud omnes, & administratio eius est postq̃ decoquitur, & non habet hoc cerebrũ solum hanc proprietatẽ, immo etiam mel, & oleum, & butyrum, & alia multa huiusmodi, quæ habent uirtutem faciendi nasci dentes infantiũ. Et dicunt quidã, quando cerebrũ leporis comeditur, cõfert tremori membror̃. Cerebrũ cameli quando desiccatur, & sumitur in potu cum aceto, confert epilenticis. Sed cerebrum gallinæ stringit sanguinem miringarum cerebri. Et cerebrum anatis est conueniens apostematibus quæ fiunt in ano. Etiam administrant quidam cerebella quædam animalium, & uolatilium quorundam ad morsus uenenosorum, & ad illos qui biberunt Medicinam mortiferam.

DE HYSOPO HVMIDA. CCCCXLII.

Senfe ratab, id est, hysopus humida. Galenus.) Virtus eius est resolutiua, & maturatiua. Dioscorides.) Est pinguedo quæ est in lana, quæ in hunc modum accipitur. Accipe lanã succidã, lenem, uel mollem, & laua eam in aqua calida, in sole calido, & exprime totũ quod est in ea ex sorde, & pone sordicie illam in uase habente orificiũ latũ, & proijce super eam aquã, infundens ab alto cum impetu, ut spumã faciat, deinde agita fortiter, ut multã faciat spumã, deinde collige spumã illam super quã asperge aquã marinã cum impetu, donec spuma sedetur omnino, & tunc collige pinguedinẽ illã, quã supernatare uideris, & pone in uase terreo, deinde proijce in uas iterũ aquã aliam, & agita sicut fecisti prius, & proijce super spumã eius aquã marinam, & dimitte sedari spumã, & collige quod super aquã natat ex pinguedine, & pone cum pinguedine alia, & facias hoc toties quoties spumã fecerit, deinde accipe pinguedinẽ quã aggregasti, & malaxa ipsam manibus, & si aliquã inuenis in ea sordem, extrahe ipsam ab ea, secundũ modũ quem diximus, proijciendo super ipsam aquã, & agitando, & facias hoc toties, donec uideas ipsam albam, & purã pinguedinem

A dinem sine admixtione alterius rei, cum ergo feceris hoc, pone in uase terreo, & serua, hoc autem totum, ut dixi, fiat in solo uase. Et quidã accipiũt unctuosum ex lana, quod fit in hunc modum, & est albior alia, quia ipsi accipiunt lanam succidã, sordidam, & lauant cum aqua calida, exprimentes donec extrahant sordem eius, deinde ponunt sordem illã super ignem leuem in uase æneo, & buliunt leuiter, & colligunt postq̃ friguerit pinguedinẽ, quæ supernatat, & lauant cum aqua, sicut diximus, agitantes, & colligunt, & ponunt in uase terreo, & superinfundũt aquã calidã, & cooperiunt uas cum panno lini, & ponunt in sole, quousq; insipissetur conuenienter, & albescat. Et quidam mutãt aquam eius in duobus diebus semel. Melior ex hysopo est illa, quæ non habet odorem astaros, & est mollis, quando tangitur sine asperitate, habens odorem lanę succidæ, & quando dissoluitur in coclea munda, non apparet ibi aliqua grossities, sicut apparet in adulterata cum cera dissoluta, aut cum oleo, aut sepo. Et uirtus huius Medicinę est calefactiua, mollificatiua hulcerum indurator̃, & proprie hulcerũ matricis, & ani, & quando miscetur cum melliloto, & butiro, & quando fit suppositoriũ cum ea, prouocat menstrua, & expellit fœtum mortuũ, & secundinam, & quando miscetur cum sepo anatis, confert hulceribus aurium, & hulceribus uirgæ, & testiculor̃, & existentibus circa loca illa, & confert pruritui lachrymalium oculi, & grossitiei palpebrarũ, & pilis cadentibus ab eis. Aduritur autem hæc hysopus, quia ponitur in uase nouo, & ponitur super lenem ignem, & dimittitur donec finiatur pinguedo eius, & fiat cinis. Est autem conueniens iste cinis in collirijs, & Medicinis oculi, quando bibitur ex eo pondus trium onolosat, confert morsibus uenenosis, & cõfert fluxui uentris antiquo, & hulceribus intestinor̃, & abscindit fluxum menstruor̃, & dissoluit sanguinem coagulatũ in stomacho, & uesica, & quãdo sumitur in potu, sicut diximus, mundificat hulcera pectoris & pulmonis, & quãdo miscetur cũ butiro, et fit nasale cũ eo, post mũdificationẽ mẽstruor̃, prohibet impregnationẽ, et quãdo dat in potu mulieri post partũ, facit eã habilẽ impregnari.

B

DE STERCORE. CCCCXLIII.

Hebel, id est, stercus. Galenus.) Omne stercus est calidum, resolutiuum, attractiuum, & hoc secundum plus & minus.

Stercus canis comedentis ossa, & signũ eius est quod est album, desiccat, & curatur cum eo squinantia, & apostemata gutturis, & miscetur cum melle ad dissenteriã, & hulcera antiqua, & miscetur cum lacte, in quo extincti sunt lapides, aut ferrũ candens, & datur in potu, aut fit clistere cum eo, & miscetur cum Medicinis resolutiuis apostematum, & confert iuuamento maximo.

Stercus infantium comedentium panem aranor, & lupinos, aut carnes gallinarũ elixatarum, quando desiccatur, curat squinantiam, & confert iuuamento mirabili, quando miscetur cum melle, & linitur cum eo guttur & palatum, aut datur in potu.

Stercus lupi confert dolori colicæ, quando sumitur in potu, aut suspenditur super infirmũ iuxta locũ doloris. Oportet autem q̃ eligatur ex eo album, quod est repertũ super spinas, aut super plantã aliam. Et dixerũt quidã q̃ oportebat q̃ ligaretur in corio lupi, & suspẽderetur cum filo ex lana quæ remansit ex animali quod comedit lupus. Ego uero posui ipsum in pisside argentea, sedat namq; dolorem, & præseruat ab eo antecẽ accidat, uerum oportet antecẽ afferatur q̃ purgetur corpus, & adhibeatur cura conueniẽs cholicæ, donec simus securi q̃ non eueniat, deinde auferatur. Et ego dedi ex eo in potu in hora quietis, & non supernenit dolor.

Stercus caprarũ est calidũ, resolutiuũ, cõfert apostematibus fraudulẽtis, sicut sunt apostemata genuũ, & doloribus iuncturarũ, & sciæ, quando miscetur cũ farina hordei, & conficitur cum aceto, & ponitur super locũ, maxime in corporibus duris, solidis, sicut corpora rusticor̃, & administratur in duritie splenis, & hydropisi, & quando stercus caprarũ aduritur, est subtilius, & magis resolutiuũ, & curat alopiciã, & scabiem, & hulcera mala, & omnẽ ægritudinẽ, quæ indiget Medicina mundificatiua, & abstersiua, & miscetur etiã cum emplastris resolutiuis, sicut est emplastrũ, quod fit ad apostema radicis auris, & testiculor̃, & confert morsui uiperæ, & alijs morsibus

C uenenosis,& datur ex eo in potu ictericis,& curat eos,& sedat fluxum menstruoꝝ.

Stercus uero boum collectũ in uere, est magis mollificatiuũ, nã uirtus eius quando comedunt herbã, est mollificatiua multũ, sed quando comedunt fœnum, est uirtus eius exiccatiua,& resolutiua,& est cum hoc in eo uirtus attractiua,& confert puncturæ apum,& uesparum,& zambor,& quãdo emplastratur cum eo uenter hydropici, confert iuuamento magno, resoluens aquã eius,& attenuans uentrem,& quando liniuntur cum eo membra apostemata, confert eis,& stercus boum comedentium orobum, confert hydropicis etiam,& curantur cum eo apostemata rusticorum,& quando conficitur cum aceto, confert apostematibus duris.

Stercus pecudum confert uerrucis,& carni superfluæ, quando conficitur cum aceto,& liniuntur cum eo,& confert combustioni ignis, nam cõsolidat excoriationem eius, maxime quando conficitur cum oleo rosaceo,& cæra,& ponitur super locum.

Stercus uero columbarum uolãtium, quando administratur cum sinapi,& cum nasturtio trito super membra frigida, quæ oportet calefieri,& maxime in ægritudinibus antiquis, sicut in podagra,& emicranea,& soda,& scothomia,& doloribus lateris,& spatularum, nam accidunt eis aliquando dolores antiqui,& dolores uentris,& renum,& iuncturarum, confert eis omnibus maxime desiccatum.

Sed stercus gallinarũ est minus calidũ q̃ stercus columbarũ,& administratur ad suffocationẽ quæ fit ex fungis, quãdo miscetur cũ aqua & aceto,& datur in potu,& iuuat fortiter, nam facit euomere,& quãdo bibitur cũ uino in dolore colicæ, cõfert.

Stercus muris confert alopiciæ,& laxat uentrem. Et stercus stellionis,& adhaya,& çerçir sunt sicca, abstersiua,& mundificant faciẽ, nisi quia stercus çerçir est debilius q̃ stercus adhaya. Sed stercus stellionis curat impetiginẽ,& lẽtigines faciei,& aufert morpheã. Sed stercus çerçir comedentis riçi solum, abstergit impetiginem fortiter.

D Dioscorides.) Stercus uaccarũ pascentiũ herbã, quãdo ponitur cum humiditate sua recẽs super apostemata calida, sedat,& inuoluitur in foliis,& calefit in cinere calido, deinde auferũtur folia,& stercus ponitur super apostemata,& secundũ eundẽ modũ cõfert sciaticæ iuuamento manifesto,& quando miscetur cum aceto, resoluit scrophulas,& apostemata dura,& stercus boum proprie, quando fit fumigiũ cũ eo, cõfert descẽsui matricis,& egressui eius,& quãdo fit fumigiũ cũ eo, fugat cimices,& quãdo coquitur in olla noua cũ uino,& bibitur uinũ illud, cõfert hydropisi & lepræ.

Stercus caprarũ, maxime syluestriũ, quãdo bibitur cũ uino, cõfert ictericię,& quando bibitur cum speciebus ad hoc cõferentibus, sicut spica,& foliũ,& huiusmodi prouocat menstrua,& expellit fœtũ,& quãdo teritur siccũ,& miscetur cum olibano,& fit inde nasale, confert cursui humiditatum antiquo ex matrice,& quando miscetur cum aceto, confert fluxui sanguinis, undecunq; fluat,& quando comburitur,& miscetur cum aceto,& secaniabin,& linitur cum eo alopicia, curat eam,& quãdo fit ex eo emplastrum cum sepo antiquo, confert podagræ,& quando coquitur cum aceto, aut uino,& ponitur super morsus uenenosos,& super formicam,& super apostemata auriũ, confert,& quando cauteriçatur cum eo, confert sciaticæ. Et modus cauteriçationis cum eo est, q̃ accipias lanam, quam tu iam imbibisti oleo,& inflamma frustum stercoris,& pone in lanam,& subito appone in loco medio, inter pollicem & indicem,& tene tam diu in loco donec sentiat insciа impressionem, nam statim sedatur dolor,& nominatur hæc cauteriçatio Arabica.

Stercus uero arietis quãdo fit emplastrũ aceto mixto, curat sciã,& cõfert uerrucis,& quando miscetur cum cęra dissoluta cum oleo rosaceo, curat cõbustionem ignis.

Sed stercus apri quando desiccatur,& bibitur cum aqua & uino, confert spuentibus sanguinem à pectore,& aufert dolorem lateris antiquum,& quando administratur cum aceto, confert attritionibus,& quando miscetur cum cęra dissoluta, cum oleo rosaceo, curat contorsiones neruorum.

Stercus asini & equi combustum, aut non combustũ, mixtum cum aceto, abscindit fluxum sanguinis,& stercus asini comedentis fœnum, mixtum cum uino,& bibitum, confert puncturæ scorpionis, iuuamento magno.

Stercus

A Stercus uero columbarum est calidius,& magis adurens alijs stercoribus omnibus,& quando miscetur cum farina hordei,& aceto, resoluit scrophulas,& frangit apostemata maturata,& quando miscetur cum melle & semine lini, aufert uariolas, quando teritur cum oleo, curat combustionem ignis.

Et stercus gallinæ facit hoc etiam, nisi quia est debilioris operationis,& est conueniens proprie illi, qui sumpsit fungos mortiferos,& habenti colicam, quando sumitur in potu cum uino & aceto.

Stercus lacalit quando sumitur in potu cum aqua, confert epilepsiæ.

Stercus rocham facto cum eo fumigio, expellit fœtum.

Stercus muris quando dissoluitur cum aceto,& linitur inde alopecia, curat eam,& quando sumitur in potu cum olibano,& aqua mellis, facit mingi lapidem,& quando fit cum eo suppositorium infantibus, prouocat uentrem eorum.

Stercus uero canis quando colligitur in æstate, tempore quo ascendit stella, quæ dicitur canicula,& deficcatur,& datur in potu cum uino & aqua, stringit uentrem.

Stercus alhadra, quando fit emplastrum cum eo cum sua caliditate, prohibet erisipilam,& apostemata,& exituras conglutinat. Et dicitur, quando deficcatur,& miscetur cum melle,& fit linitio cum eo, confert squinantiæ.

Stercus stellionis mundificat & clarificat uultum. Melius autem ex eo est illud, quod est album multum,& facile frangibile,& lene, sicut amylum,& quando miscetur cum aliquo liquore, cito dissoluitur,& quando frangitur, odoratur ex eo uelut acetositas, similis acetositati fermenti. Quidam uero adulterant ipsum cum stercore turturis comedentis rizi, nam stercus eius est similis stercori stellionis,& miscẽt amylum cum chimolea,& cribrant cum cribro lato, ut fiat cribratio sicut uermiculi,& desiccant,& uendunt pro stercore stellionis.

DE EXTREMITATIBVS ANIMAlium & dentibus. CCCCXLIIII.

B KAphit, id est, pes. Stes, id est, ungulæ. Zeide, id est, augmentationes, quæ fiunt in cruribus animaliũ maiorum. Neb, id est, molares dentes. Galenus.) Quidam adurunt ungulas caprarum,& conficiunt cinerem earum cum aceto forti,& liniunt inde alopeciam,& confert,& postq̃ res est, sicut diximus, uirtus huius cineris subtiliat humores grossos. Quidam uero existimantes hoc, accipiunt ungulam asini,& adurunt,& curant cum ea epilepsiam magnam. Et idem cinis resoluit scrophulas, quando conficitur cum oleo,& quando fit puluis ex eo cinere, est deficcatiuus,& curat hulcera, quæ fiunt in manibus & pedibus propter frigus.

Dioscorides.) Augmentationes quæ fiunt in cruribus & iuncturis equorũ, quando teruntur,& datur de eis in potu cum aceto, curant epilepsiam. Et ungulæ caprarum quando adurũtur,& miscentur cum aceto,& fit inde linitio super alopeciam, curat eam. Sed limatura dentis elephantis est stiptica,& quando fit emplastrum cũ ea, curat panaricium. Dicunt quidam, quod molares dentes canis rabiosi, qui momorderit hominem, si accipiatur ex eis,& ligetur in corio, et suspenditur in brachio, prohiber portantem se à morsu canis rabiosi.

DE EPATE. CCCCXLV.

BEbib, id est, epar. Galenus.) Epar canis rabidi quando sumitur in cibo, curat morsum canis rabidi. Ego iam uidi quosdam, qui comederunt ipsum,& euaserunt, ueruntamen non erant contenti in hoc solo medicamine, sed usi sunt cum hoc alijs Medicinis, in hoc à nobis expertis. Et dixit mihi quidam, quod quidam comedit epar canis rabidi, stans contentus illo solo,& mortuus est.

Epar caprarum à quibusdam assatur, accipientes humiditatem spumosam emanantem ab eo,& faciunt cum eo cohol ad obscuritatem uisus,& dum assatur, præcipiunt aperire oculos super ipsum,& recipere uaporem ipsius. Et similiter præcipiunt, quod comedatur ab ægro,& estimauerunt, quod confert ad hoc. Et dicitur, quod quando comeditur ab epilentico, manifestat in eo ægritudinem suam,& facit ipsum cadere. Et dicunt, quod epar hyrci facit hanc eandem operationem.

C Sed epar lupi posui sæpe in Medicinis, quæ fiunt cum eupatorio, & fuit cõferens epati multum. Sed ego non sum expertus, utrum per admixtionem epatis in medicamine aucta sit uirtus medicaminis comparata uirtuti eius sine appositione epatis, cuius uirtus utriusq; sit magna in ægritudinibus epatis. Dioscorides.) Epar asini quãdo comeditur, confert epilenticis, debet tamen sumi in ieiunio. Sed epar capræ quando assatur, & colligitur liquor emanans ab eo, & fit inde cohol, confert obscuritati uisus. Et quando aperit homo oculos suos super uaporem eius dum assatur, quousq; sentiat uaporem peruenisse ad oculos suos, confert ei similiter, & quãdo comeditur postquam fuerit assatum, facit hoc idem. Dicitur autem, q̃ quando comeditur epar hyrci ab epilentico, facit eum cadere, & sic detegit egritudinem eius, maxime autem epar magni hyrci. Epar porci masculi quando desiccatur, & sumitur in potu, confert morsibus uenenosis. Epar canis rabidi, secundum quod affirmatur, assatum & comestum ab illo, quem momordit canis rabidus, prohibet eum à timore aquæ.

DE RENIBVS. CCCCXLVI.

BHule, id est, ren. Renes sunt stinci. Galenus.) Ex piscibus istis, & sunt stinci, quidam deferuntur ex Babylonia, & quidam ex India, & ex eis sunt qui generantur in mari Cozum, & ex eis sunt qui reperiuntur in regionibus Lodiæ, & in regionibus Morsion, & sunt species stellionis aquatici, & ipsi quidem desiccantur in tempore autumni. Et dicitur, quod quando sumitur in potu ex eo, quod est iuxta renes stinci, incitat fortiter libidinem, sed quando bibitur decoctio lentium cum melle, aut semen lactucæ cum aqua, sedat libidinem illam. Et hæc Medicina ingreditur in confectionibus ad excitandum desyderium coitus. Alcanzi.) Si bibitur ex renibus ipsis solis istius piscis, facit nimiam erectionem uirgæ, adeo quod oporteat fieri Medicinam extinguentem ipsam, uerum quando miscetur cum Medicinis alijs, reprimitur uirtus eius. Mesehah, & Rasis.) Est calidus, & auget spermam & libidinem, & melior ex hoc pisce est ille, qui est maior, & pinguior, & accipitur in Vere, & D aliquando administratur in Medicinis, quæ fiunt ad ægritudines frigidas neruotum, & confert.

DE LACTE, ET HIS, QVAE FIVNT ex eo, caseo, & butyro, & aqua eius. CCCCXLVII.

LEbem, id est, lac. Lubon, id est, caseus. Zebd, id est, butyrum. Semẽ, id est, mantega. Galenus.) Lac melius est sanum naturale, non habens infectionem alicuius alterius humoris, aut super quod non uincit aliqua qualitas, & est clarum, in quo nõ est turbulentia aliqua, nec acuitas in sapore uel odore, nec acetositas, nec salsedo, immo est in eo dulcedo pauca, & est odor eius bonus. Et lac quidem, quod est huiusmodi, est illud, quod generatur ex sanguine sano, expiato ab omni malicia. Et sanius lac est mulieris, maxime cuius corpus est sanum, non antiquę, sed iuuenis, pulchræ, temperatæ complexionis, cuius nutrimentum est bonum generatiuum bonorum humorum. Et post lac mulieris, est lac animalium, quorum natura non est elongata à natura hominis, sed est prope naturam eius, & odor quidem carnium animalis significat super bonitatem lactis, & sanguinis eius, & super ipsorum sanitatem, & super elongationem aut appropinquationem naturæ hominis. Quoniam animalium quædam sunt, quorum carnes sunt fœtidæ, sicut carnes canis, lupi, leonis, & ursi, & quædam sunt, quorum carnes sunt boni odoris, sicut carnes porcorum, pecudum, & caprarum, & boum, equorum, & asinorum syluestrium, ac domesticorum, & danulorum, ac eorum, quæ currunt cursu istorum, quorum carnes comedunt quamplures hominum, natura nanq; earum est propinqua naturę hominis, & propter hanc caussam administratur lac caprarum, & aliorum animalium similium, ut boum, & asinorum, & fit caseus ex eis, præterquam ex lacte asinæ, propterea quod est aquosum, subtile, non habens grossiciem in se. Lac uero uaccarum est grossum, & lac caprarum est medium inter utrunq;, & lac quidẽ est uelocioris alterationis, quando tangitur à caliditate aeris, & propter hanc caussam præcipitur, quod sugatur ex mamilla, ne alteret ipsum aer, & ipsum confert catarro acuto, & mundificat membra à chimis

A bra à chimis malis suis, propter suam absterssionem, & adhærent membris, & prohibet ab eis acuitates humorum, ne perueniant ad ea, quemadmodum albumen oui, & cæra lota, & cætera similia horum ex Medicinis, quæ membris adhærent & sedãt mordicationem humoꝝ malorꝝ, & propter hãc caussam confert habentibus hulcera in pulmone & pectore, & confert ophthalmiæ, quæ fit propter catarros acutos, & fortassis curatur cum eo solo, & fortassis miscetur ei aliquod cohol propter fortificationẽ oculi, & fortassis ponimus ipsum super palpebras in hora somni, & quandoq; miscemus cum eo oleum rosaceum, & parum albuginis oui, & ponimus super palpebras apostematas, & curat eas. Et fit clistere cum eo ad hulcera quæ sunt in matrice, aut cum eo solo, aut admixto cum aliquibus ex Medicinis conuenientibus eis, & confert hulceribus ani, quando fiunt ex humoribus acutis mordicantibus, uenientibus ad locum illum, & propter hanc caussam confert hemorrhoidibus, & hulceribus intestinorum, & uniuersaliter utimur eo in omni apostemate, et in omni hulcere, ad quæ currunt humores mordicatiui. Et quando miscetur aliqua Medicina sedatiua cum eo, sicut est cinis, qui accipitur in fornacibus, in quibus purgatur æs, confert hulceribus cancrosis, & sedat dolorem eorum. Et quando fit collutio oris cũ eo, & gargarisma, confert hulceribus oris, & apostematibus duarum amygdalarum, & uulæ, & sedat dolores eorum. Et multi Medicorum dant ipsum in potu illi, qui sumpserit aliquas ex Medicinis mortiferis, sicut sunt cantarides, & etiam alia similia. Sed lac acetosum, & est mast, & ego administraui aliquando in plagis rusticorum, & cõglutinaui eas cum eo, & ponebam super uulnus aliqua ex folijs, & curabantur.

Et lac quidem est compositum ex tribus substantijs, scilicet, caseata, butyrosa, & aquosa. Et quando tu cognoueris has substantias, & separas unam ab alia, caussa medicationis, inuenis, quod unaquæq; habet operationem propriam, in uia nutrimenti, & in uia Medicinæ, & propter uictoriam pinguedinis super lac uaccatum accipitur ab eo recocta.

B Butyrum uero accipitur ex lacte caprarum, & uaccarum, & ouium, & butyrum resoluit & maturat, & propter hanc caussam administratur in apostematibus, quæ fiunt sub aure, quando uolumus ea mollificare, & maturare cito. Et operatio eius in corporibus mollium carnium est fortior, & est magis maturatiua in eis. In corporibus uero duris est debilioris operationis, & liniuntur cum eo apostemata, & furunculi, quando fiunt in corporibus infantium, & mulierum solum, & curat ea, & multi curant cum eo tumores gingiuarum, & nos administramus ipsum proprie in gingiuis infantium, linientes eas cum eo, quando uolumus, quod dentes eorum cito oriantur, & sine dolore, & confert apostematibus oris, & miscetur cum Medicinis, ex quibus fiunt emplastra lumborum, & membrorum aliorum, & quando fiunt ex eo mixto cum melle, affert iuuamentum magnum spuentibus saniem, & habentibus pleuresim, & apostemata in pulmone. Et quando sumitur butyrum solum sine melle, est maturatiuum plus, sed ad excreandam saniem est debilioris operationis. Et quando comeditur mixtum cum melle & amygdalis amaris, est fortioris operationis in excreatione & mundificatione, & debilioris in maturatione.

Sed aqua lactis lauat & mundificat uiscera, & purgat ab eis superfluitates eorum, quando bibitur, aut fit clistere cum ea, & facit hoc sine mordicatione, immo habet operationem bonam, ad sedandam mordicationem, & lauat hulcera saniosa, & curat ea. Et quidam miscent cum hac aqua, Medicinas, quæ fiunt ad descensum aquæ ad oculum, & similiter ad mundificandam impetiginem, & curat apostemata oculi, & sanguinem, qui uenit ad oculum, quando miscentur cum ea Medicinæ, quæ cõueniunt ad hoc. Et lac, in quo est caseitas, quando administratur, adhæret membris interioribus, & sedat acuitatem sanguinis, & humorum malorum, & sedat fluxum uentris, & abscindit fluxum humorum sanguinolentorum uiscosorum. Et præparatio eius ad hoc est, q̃ accipiatur ex lapidibus littoris plena manus, & mundificentur bene ab omni sorde, & ponantur in ignem, donec calefiant, à quo extracti, extinguantur in lacte, aut coquatur lac, donec minuatur aqueitas eius, & plurimum suæ humiditatis

C humiditatis, deinde auferatur ab igne, & administretur. Nos autem assueuimus hoc facere cum ferro rotundo, mundo, & inuenimus ipsum melius lapidibus, propter stipticitatem aliquam, quæ est in ferro, & quanto ferrum fuerit stipticius, erit melioris operationis, & non omne lac recipit caseitatem & coagulationem.

Sed caseus est lac coagulatum, & fit caseus, nam illud lac coagulatur, super quod uincit grossicies, tale quidem est facilis coagulationis, & separatur facile ab aqueitate quando fit caseus, & substantia butyrosa in lacte uaccarum est plus, & quando coagulatur lac absq; eo, quod auferatur ab eo butyrum, fit pinguis caseus. Et quando caseus ueteraſcit, fit incendens, & significat hoc sapor & odor ipsius. Et ego assueui administrare ipsum cum decoctione crutis porci salsi, facta confectione unguentosa, super dolores iuncturarum cum duricie, & sciſſus fuit locus per se, & exiuit ab eo uirulentia, & aquositas multa, & alleuiatus est dolor, & contulit magnifice. Et expertus est hoc etiam alius absq; me, & inuenit hoc idem. Sed caseus recens est contrariæ uirtutis à caseo uetere, & ego iam posui eum super uulnera putrida cum folijs acetosæ, & curauit, etiam ponuntur loco foliorum acetosæ folia uineæ, aut lactucæ, aut siclæ, aut dulb, & est platanus.

Dioscorides:) Lac omne est boni chimi, & est multum nutritiuum, mollit uentrem, & confert stomacho. Et lac quidem Veris est aquosius lacte æstiuo, & lac animalis pascentis herbas recentes, est magis mollitiuum, quàm pascentis herbas siccas. Est autem lac bonum, quod est album, æquale in spissitudine, quando ponitur super unguem, & non diffunditur, sed stat collectum in se. Et lac caprinum est minus mollitiuum uentris, quàm aliorum animalium, quoniam capræ ut plurimum comedunt herbas stipticas, & folia arborum, sicut folia masticis arboris, & oliuæ, & arboris grani uiridis, & propter hanc causſam lac earum est bonum stomacho. Sed lac ouis est spissum, dulce, & pingue, non est adeo bonum stomacho,
D sicut caprinum. Sed lac uaccarum, & asinarum, & equarum, sunt magis laxatiua uentris, quàm aliud lac. Et lac animalium comedentium plantam scamoneæ, uel elebori, aut plantam, quæ dicitur palamictas, est malum stomacho, nam nos uidimus in montibus, qui dicuntur uiscosi, capras comedentes ibi folia elebori albi, & contingebat ob hoc in principio quando comedebant ea stomachis earum nauſea, & uomitus. Et omne lac quando coquitur stringit uentrē, & maxime quando exiccatur aqua eius cum lapidibus calefactis, confert nanq; sic paratum hulceribus interiorum membrorum, & proprie illis qui fiunt in gutture, & canna pulmonis, & in renibus, & intestinis, & in uesica, & confert pruritui, & bothor, & maliciæ chimorum, & administratur lac cum melle, & parum aquæ, & modicum salis, ne inflationem faciat ad supradicta, & quando coquitur cum lapidibus, donec ad medium redeat, confert fluxui uentris, & hulceribus intestinorum.

Præterea omne lac aquositatem quandam habet, quæ quando separatur ab eo, & administratur in potu, est multum conferens, nam laxat uentrem fortiter, & conuenit, quando uolumus uentrem laxare sine acumine, sicut quando uolumus purgare habentes melancholiam, aut epilepsiam, aut scabiem, aut lepram, aut bothor in toto corpore. Extrahitur autem aquositas eius sic. Accipitur lac, & ponitur super ignem in uaſe terreo nouo, & mouetur cum ligno ex ramis ficulneæ, abscisso ab arbore sua recenter, & bullitur duabus aut tribus ebulitionibus, deinde proijcitur in omnibus unciarum nouem ex eo quantitas, uncia una cum dimidia ex squingibin, nam cum hoc separabitur cito aqueitas eius à caseitate, & oportet quod accipiatur spongia, & imbibatur in aqua frigida, & abstergantur cum ea labia uasis forti abstersione, & continuo, ne ebuliat fortiter. Et oportet similiter, quod accipiatur urceolus argenteus, & impleatur aqua frigida, & ponatur in medio lactis, & sic separatur aquositas hæc. Dantur autem in potu ex hac aqua, & est aqua casei, à nouem uncijs, usq; ad tres libras. Et oportet, quod ille qui bibit eam, exercitetur, & moueatur.

Sed lac nouiter emulctum, est bonum acuitati humorum, & bibenti Medicinas mortiferas, & illis, qui sumpserunt cantarides. Et lac uaccinum est magis contra-

tium Medi-

A tium Medicinis illis omni alio lacte. Et dicitur, quando colluitur os cum lacte, confert hulceribus oris, & fit gargarisma cum eo ad hulcera palati. Et lac asinæ proprie quando colluitur os cum eo, confortat gingiuas & dentes. Lac uero uaccinum & caprinum, & ouinum, quando unumquodq; horum coquitur cum lapidibus littotis, confert fluxui uentris, & hulceribus intestinorum, & tenasmoni, & fit clistere cum eo solo, aut cum aqua hordei, aut cū decoctione grani, quod dicitur handain, & sedat mordicationes intestinorum, & fit clistere cum eo hulceribus matricis.

Omne præterea lac quando sugitur ex mamilla ipsa, est magis iuuatiuum, & uelocius, & melius nutritiuum., neq; ita corrumpitur. Et lac mulieris est dulcius, & nutribilius omni lacte, quando sumitur ex eo, confert mordicationibus, quæ fiunt in stomacho, & hulceribus pulmonis, & illi, qui sumpsit leporem marinum, & miscetur cum eo olibanum tritum, & distillatur in oculo, in quo est ungula, aut hulcus, & confert, & quando miscetur cum eo succus papaueris nigri, & cæra, & oleum, & linitur cum eo super podagram, confert. Et omne lac est malum spleni, & epari ægrotanti, & sodæ, & epilepsiæ, & scotomiæ, & ægritudinibus neruorum, & febribus. Et estimauerunt quidam, quod lac canis primi partus, quando ponitur super pilos palpebrarum, abscindit eos, & quando sumitur in potu, est bezaar Medicinis mortiferis, & expellit fœtum mortuum.

Sed caseus recens sine sale quando comeditur, est nutritiuus, & bonus stomacho, & boni saporis, facile transiens ad membra, auget in carne, & impinguat, & mollit uentrem temperate. Sed quando coquitur, & exprimitur, aut assatur, stringit uentrem. Et quando fit emplastrum cum eo recenti super oculum, confert apostematibus eius calidis, & liuori qui fit sub oculo. Sed recens caseus salsus est minoris nutrimenti, quàm recens sine sale, & est malus stomacho, & intestinis, & non impinguat, immo macrefacit, & inducit ardorem in stomacho, maxime qui fit ex lacte uaccino. Et caseus uetus stringit uentrem, & aqua casei nutrit canes multum,
B & id quod dicitur alchachi, & est caseus qui fit ex lacte equarum, est multum pingue, & nutrit multum, & est simile in suo nutrimento caseo uaccino, & quidam nominant coagulum equæ auphea calpheras.

Butyrum uero melius fit ex pinguiori lacte, sicut ex lacte ouis, & capræ, & uaccæ. Et modus faciendi butyrum, est, quod agitatur lac in uaſe, donec separatur ab eo butyrum. Et uirtus butyri est mollificatiua unctuosa, & propter hanc causſam quādo sumitur de eo in potu nimis, laxat uentrem. Et quando caremus oleo, possumus ipsum ponere loco olei in iuuamentis eius ad Medicinas mortiferas. Et quando butyrum miscetur cum melle, & linitur cum eo gingiua pueri, facit dentes eius nasci facile, & sine dolore, confert enim mordicationi gingiuarum, quæ accidit ei illo tempore, & confert ad culla. Et butyrum nutrit corpus, & impinguat, & non sinit ei accidere halaf. Et quando ex eo, quod non est putridum, nec uetus, fit clistere, confert apostematibus calidis, & duris, quæ fiunt in matrice, & hulceribus intestinorum, & ipsum miscetur cum Medicinis aperitiuis, & confert, & in Medicinis proprie quæ fiunt ad exituras neruorum, & panniculorum cerebri, & uesicæ, & replet hulcera, & mundificat ea, & generat in eis carnē, & quādo ponitur super morsum tyri, confert. Nouum uero seu recens ex eo ponitur in cibis pro oleo, & in alijs pro adipe.

Fumus uero butyri colligitur hoc modo. Accipe lucernam nouam, & pone in ea butyrum, & incende in ea licinium, & cooperi cum coopertorio habente culmum, & cui culmo sit foramen, & dimitte cōburere, & quando explebitur butyrum, pone aliud, & post abrade fumum à coopertorio cum pluma, & sic facite rum, & administra in Medicinis oculorum, nam iste fumus desiccat, & stipticat manifeste, & abscindit cursus humiditatum ab oculo, & replet hulcera eius cito.

DE CARNE TYRI. CCCCXLVIII.

LAbame alphahay, id est, caro tyri. Galenus.) Caro tyri calefacit, & desiccat, & resoluit fortiter, maxime quando fuerit cōdita cum oleo, & sale, & aneto, & portis, & aqua in quantitate necessaria. Et ut dicunt quidam, uirtus istarum carnium est

uirtus

C uirtus mirabilis, perueniens usq; ad cutem corporis, expellés inde superfluitates quę sunt in corpore, & propter hoc generantur in cute illorum, qui comedunt has carnes, in quorum corporibus sunt humores mali, res ab humoribus illis generatæ, exeuntes cutem similes squamis, & hoc fit à proprietate ipsarum, nam istæ carnes adhærent humoribus, & adducunt eos ad cutem, maxime quod ex eis est grossum, terreum, ex quibus generatur scabies, & ægritudo, cum qua eleuatur cutis, & iam uerificauit experientia, ꝙ tyrus quando ponitur in uino, & bibunt ex eo leprosi, ingrossatur cutis eorum tota, deinde cadit, sicut cadunt testæ animalium ostracorũ, & remanet eis post hoc caro mollis, sicut caro quæ remanet in ostrachis, & cancris, quando cadit testa ipsorum, & quando bibit leprosus ex tyriacha, quæ fit cum carnibus tyri, cum assiduatione, aut linierit corpus eius cum ea, confert ei ualde. Dioscorides.)

Caro tyri quando coquitur, & comeditur, acuit uisum, & est conueniens doloribus neruorum, & prohibet scrophulas augmẽtari. Et oportet ꝙ excorietur, & auferatur caput eius, & cauda. Qui autẽ uoluerunt ꝙ abscindatur de extremitatibus eius quantitas certa, errauerunt, residuum uero accipiatur, & lauetur, & coquatur cum oleo, & ruta, sale, & aneto. Et dicunt quidam ꝙ qui comedit carnes istas, generat multos pediculos, & hoc non est uerum. Et dicũt ꝙ qui utitur carnibus istis, augetur uita eius, & dicunt ꝙ sal carnium tyri, facit operationem ipsius carnis, nisi quia est debilior carne. Accipitur ergo tyrus, & ponitur in uase terreo uitreato, & ponitur ibi sal, & ficus tritæ, de quolibet libra una & semis, cum uncijs nouem mellis, & obturant os uasis, & assatur in furno, donec inflammetur sal, & post hoc teritur ac reponitur, & fortassis miscetur cum eis spica, aut parum malabatri, ad aromatiçandũ saporem eius.

DE FELLIBVS ANIMALIVM. CCCCXLIX.

D Sararac, id est, fel. Galenus.) Melior ex colera est, cuius color est naturalis, & est color purus, nam uiridis est ex admixtiõe humiditatis aquosæ, & nigra ex ea, aut illa quæ est alterius coloris, est propter aliam causſam. Non ergo oportet ꝙ administretur illa, quę est uersa ad alium colorem, & mutata, & egressa à sua qualitate. Et fel quidem masculi est fortius felle fœminæ, aut castrati. Et fel tauri masculi, est fortius felle omnium quadrupedum, & post ipsum est fel ursi, & post ipsum fel ouis. Et fel quidem ouis, est fortius & siccius felle porci. Sed fella auiũ sunt omnia calida, mordicatiua, sicca, & quædam ex eis faciunt mordicationem fortem, & quædam debilem. Et fel galli & dorog, id est, perdicis, ingrediuntur plus in Medicina. Et fel austuris, aut milui sunt multum mordicatiua, & corrodunt carnem, & hoc faciunt, nam color eorum uergit ad uiriditatem, & forte ad nigredinem, quia cholera eorum est acuta, quare aperiunt orificia uenarũ, quæ sunt in ano, cum mordicatione & ardore doloroso, quare non oportet ꝙ appropinquet eis calefactus, & secundũ ꝙ diximus oportet ꝙ compares diuersitatem fellium adinuicem, & appropries unumquodq; ex eis, cui conuenit ex corporibus, quando uolueris aliquod ex eis administrare. Et dicunt quidam ꝙ fel gaçelli cõfert obscuritati uisus, & fel galli, & perdicis similiter. Et dicunt ꝙ fel porci quando imponitur hulceribus auris, confert eis. Et si tu indiges fortiori eo, administra fel hirci, & fel ursi, & fel ouis, & fel tauri, quodcunq; istorum, secundum acuitatem qua indiges ad curationem istorum hulcerum. Et ex Medicis sunt qui ponunt fel tauri super hemorrhoidas, quando uolunt aperire orificia uenarum, quæ sunt in eis, & fortassis pertransit terminum in aperiendo, propter acuitatẽ eius, & fortitudiné suæ mordicationis, & propter hoc non oportet ꝙ fiat huiusmodi cura, nisi cum timore, & cautela, & cognitione corporum, in quibus administratur, & ꝙ attendatur uelocitas sensus membri, in quo administratur, & fortitudo acuitatis Medicinæ. Et omnia fella ingrediuntur in sief, aliquibus in curis oculorum, & quando admisces quodcunq; inuenis cum aqua fœniculi, & melle, & fit cohol cum eo, acuit uisum, & abstergit oculum. Dioscorides.) Omne fel reponitur sic. Accipe fel recens & liga os eius, & submerge in aqua feruenti, & teñe ibi spacio temporis, quo possis uocare tribus uocationibus, & extrahe ab aqua, desicca in umbra, in loco priuato ab humiditate. Sed fel quod tu uis seruare, ad administrandũ in Medicinis

oculi

A oculi sic serua. Liga os eius cum filo lineo dum est recens, & pone in uase uitreo, in quo tu posuisti mel, & liga filum in orificio uasis, & cooperi, & repone. Et omnia fella sunt acuta, calefactiua, uerum diuersificantur adinuicem in fortitudine & debilitate. Et fel picis marini, qui dicitur scharchis, id est, scorpius, & alterius qui dicitur calonomos, & testudinis marinæ, & adhabea claudi, & achab, & galli, & capræ syluestris, sunt omnia magnæ uirtutis. Sunt enim utilia multum ad aquam descendentẽ ad oculum, & ad hulcera eorum quæ dicũtur galmes, & ad hulcera dicta haramar, & ad obscuritatem uisus, & ad palpebrarum asperitatem. Et fel quidem tauri est fortius felle ouis, & hirci, & ursi, ac porci. Et omnia fella commouẽt fluxum uentris, & proprie infantibus, quando supponunt ano, aut si lana inuoluatur in eis, & ligetur super umbilicum infantis. Sed fel taurinum quando miscetur cum melle, & linitur inde squinantia, confert, & curat hulcera ani, & uulnera, & meliorat cicatrices eorũ, & quando miscetur cum lacte caprino, aut muliebri, & distillatur in aurem, à qua emanat sanies, curat eam, & quando miscetur cum succo porri, cõfert tinnitui auriũ, & ingreditur in confectionibus unguentorum, quæ prohibent erisipilam, & eorum quæ fiunt ad morsus uenenosos, & est bonum hulceribus fraudulentis, quando miscetur cum melle, & dolori colli matricis, & testiculorum, & uirgæ, & quãdo miscetur cum nitro, & chimolea, curat scabiem hulceratam, & furfures capitis, quando lauatur inde caput curatione perfecta. Et fel ouis & ursi, conferunt in omnibus, in quibus confert fel tauri, nisi quia sunt debilioris operationis. Et fel ursinum quando fit ex eo loch, confert squinantiæ, & fel testudinis confert squinãtiæ, & hulceribus fraudulentis, quæ sunt in ore infantium, & quando ponitur in naribus epilentici, confert, & aperit opilationes narium, & fel capræ syluestris, curat obscuritatẽ uisus proprie, & idem facit hircinum, & aufert carnem superfluam, & quãdo linitur cum eo, habens elephantiam, confert ei, & fel porci administratur in hulceribus aurium, & ad omnia quæ diximus de hulcerum speciebus.

B DE MEDVLLIS OSSIVM. CCCCL.

Mochial hal hadam, id est, medulla ossium. Galenus.) Virtus medullæ resoluit, & mollificat duricies, & petrificationes neruorum, & lacertorũ, & humores qui sunt in corpore, & illa quæ est melior per experientiam, est medulla ossis cerui, & post ipsam medulla uituli, sed boum magnorum, & hircorum magnorũ sunt magis adurentes, & magis acutæ, & magis desiccatiuæ, & propter hãc causſam non sunt potẽtes resoluere duricies petrificatas. Sed ex medulla uituli fit Medicina composita, quæ est mollificatiua, & supponitur in ægritudinibus matricis, & fit similiter cum ea emplastrum exterius in ægritudinibus matricis, quoniam uirtus eius mollificat. Reperitur ergo in ossibus medulla, quæ uere est medulla, & reperitur medulla alia in spinali, & est nucha, quæ est durior & siccior medullis alijs omnibus, quæ accipiuntur ex ossibus, & habet de mollificatione & unctuositate plus, quare oportet ꝙ eligatur nucha per se, & custodiatur sola, & reponatur per se, ne faciat putrescere medullas alias, uolo dicere medullas ossium, & propter hanc causſam oportet ꝙ accipiatur ad reponendum in tempore hyemis, sicut accipitur adeps, deinde desiccetur in testa, quę non habeat humiditatem cum folijs lauri siccis, nam si essent uiridia propter eorum humiditatem, acquireret ab eis saporem, & fieret uirtus eius acutior, & adurentior, & reponatur in domo non calida, ne putrescat, habẽte fenestras apertas, ubi possit ingredi uentus die & nocte. Dioscorides.) Medulla ossium cerui est fortior omnibus, & post eam est medulla uituli, & post medulla tauri, & post caprina, & post arietina. Tempus autem collectionis medullarum est in fine ætatis, quia in alijs temporibus reperitur in eis superfluitas sanguinis, quæ congelatur in loco cum medulla, & non nouit hoc nisi ille qui assueuit frangere ossa, & extrahere medullas. Et omnes species medullarũ sunt mollificatiuæ, resolutiuæ, sedatiuę, replent hulcera. Et medulla cerui quando inungitur corpus ex ea, prohibet nocumentũ animalium uenenosorum. Et medulla reponitur in hunc modum, dissoluitur sicut adeps, & proijcitur super eam aqua, & mundificatur ab ossibus quæ sunt in ea, & cola-

C tur cum

C tur cum panno lini, & lauatur, & mundificatur ab aqua, deinde ponitur in olla, & ponitur olla illa in aliam ollam, in qua est aqua, & colligitur cum apparet ex sorde in ea cum pluma, deinde colatur in uase, & dimittitur ibi donec fiat rubea, deinde accipitur quod est desuper ex puro eius, & quod est in fundo, ex impuro abijcitur, & purum reponitur in uase nouo. Si uero uis aliter reponere, repone ipsam sicut docui mus reponi adipem gallinæ & anseris, & serua necessitati, mollificat namq; duritiem corporis.

DE PINGVEDINE ET ADIPE. CCCCLI.

MEnim uxaham, id est, pinguedo & adeps. Galenus.) Quando animal est humidum, generatur in eo pinguedo sicut porcus, & quando est siccum, generatur in eo adeps, sicut taurus, capra, & alia quæ habent cornua. Et uirtus adipis & pinguedinis calefacit, & humectat, quando sunt recentes, quando uero ueterascũt, sunt calidiores, & subtiliores, & magis resolutiuę, diuersificantur autem species adipis in plus & minus, secundum diuersitatem animalium. Pinguedo porci comparata ad id quod facit in corpore est humidior, & non calefacit sicut oleum, sed mollificat, & maturat plus quàm oleum, & caliditas quę est in pinguedine porci pinguis, est, sicut caliditas corporis hominis, & adeps tauri est calidior, & siccior pinguedine porci, & masculi est calidior quàm fœminæ, & castrati est similis fœminę, & lactentium est pluris humiditatis quàm adulti, & adeps uituli est minus calidus & siccus quã adeps tauri, & adeps caprarũ est minus calidus quàm adeps hircorum, & adeps taurorum est minus calidus quàm adeps leonis, & sic adeps leonis est plus resolutiuus, & calidior, & subtilior adipe omnium quadrupedum, & propter hanc causſam est magis iuuatiua Medicina in apostematibus antiquis, duris, & in nodationibus neruorum, & uniuersis ægritudinibus duris, petrificatis. Pinguedo uero porci impossibile est q̃ faciat aliquam ex istis operationibus, sed adeps tauri & capræ elongantur à pinguedine porci, inquantum calefaciunt, & deficcãt plus ea, & sic sunt ambo
D debiliores adipe leonis in hoc, sunt ergo medij inter illos duos, & propter hoc miscentur aliquando cum Medicinis, quæ curãt apostemata dura, & cum illis quæ curant apostemata calida, sicut est basilicon, quod fit ex adipe, & resina pini, & cęra, & oleo. Et si adeps qui imponitur fuerit tauri, aut uituli, aut capræ, aut porci, fit Medicamen prouocatiuum saniei, & maturatiuum, uerum si fuerit porci, erit in corporibus infantium, & mulierum magis conueniens, & præcipue quorum corpora fuerint tenera, & si fiat cum adipe tauri, erit magis conueniẽs rusticis, & omnibus, quorum caro est sicca & dura. Et adeps capre quando cum eo fit clistere habentibus mordicationes in recto intestino, & in colon est cõferens plus q̃ si fiat cũ pinguedine porci: & hoc propterea quod sit callidior aut magis sedatiuus acuitatũ: sed propter naturam sui propriam. Nam pinguedo porci est magis calefactiua, & magis sedatiua mordicationum quam adeps caprarum, & propter hoc miscetur in medicinis quæ conferunt uulneribus. Facit ergo illud adeps caprinus, quia uelociter coagulatur propter grossitiem suę substantiæ. Pinguedo uero porci fluit & liquefit & lubricat facile sicut oleum, & propter hanc causſam facimus cum ea clistere, proprie quãdo in intestinis fuerit aliquis ardor, aut tenasmon, & uolumus sedare ardorem illum cum adipe, & confert propter suam subtilitatem, & est magis conueniens ad sedandum, quando res nociua fuerit profundata in membro, quia res subtilis penetrat in omni substantia membri, & propter hanc eandem causſam adeps anatis est de magis sedatiuis adipibus alijs mordicationum existentium in profundo membrorum, & est in hoc plus etiam quàm pinguedo porci. Sed adeps gallorum & gallinarum est medius inter hos. Et dixit in decimoquarto de ingenio sanitatis, pinguedo gallinarum, & anatis est subtilior alijs adipibus omnibus. & magis penetrat in profundum corporis. Dioscorides.) Virtus omnium adipum est calefactiua, & adeps tauri est stipticus, stipticitate pauca, & similiter est adeps uaccarum, & uitulorum, & caprarum. Et his etiam est similis adeps ursi in uirtute sua. Et dicunt quidam, quod si quis eo unxerit corpus suum, non timebit malorum hominum insultum,

A tum, & adeps elephantis, & cerui, quando linitur corpus cum uno ipsorum, repellit ab eo uenenosa, & adeps caprinus est stiptitior omni alio adipe, & propter hoc curantur cum eo hulcera intestinorum, quãdo fit cum eo clistere cum sauich, & furfure, etiam liquefit, & miscetur cum aqua hordei, & fit clistere, & fit ius cum eo, & sorbetur ab eo qui habet hulcera in pulmone, & iuuatur cum eo ille qui bibit cantarides, & adeps ursi est plus resolutiuus illo, quando miscetur cum stercore caprino, & croco, & ponitur cum lana succida super podagram, & confert. Adeps uero arietis est similis uirtutis cum supradictis. Adeps uero porcinus conuenit doloribus matricis, & ani, & adustionibus ignis, antiquus uero ex eo, super quem pertransiuit longum tempus, calefacit, & mollificat, & quando abluitur cum uino, confert paralesi, & quando conficitur cum cinere, aut calce, confert apostematibus calidis, & alijs apostematibus, & uulneribus. Asini uero adeps, secundum quod dicitur, inducit cicatricibus turpibus colorem similem colori corporis. Adeps anatis & gallinæ conueniunt doloribus matricis, & scissuris labiorum, & ad uultum clarificandum, & conferunt auribus. Sed adeps ursi facit oriri pilos in alopicia, & est conueniens scissuris quę fiunt à frigore, & apostematibus sanguineis. Vulpis uero adeps est bonus doloribus oculorum, & aurium. Et adeps piscium marinorũ, quando dissoluitur in sole, donec liquefiat, & miscetur cum melle, & fit cum eo cohol, acuit uisum. Adeps uero serpentis, quando miscetur cum alkitran, & melle, quod dicitur Atticum, & oleo ueteri, de omnibus æqualibus ponderibus, & fit inde cohol fit optimum Medicamen, conferens obscuritati uisus, & aquæ, descendenti ad oculum, & quando euelluntur pili assellarum, & linitur locus cum adipe serpẽtis, dum est recens, non sinit eos renasci.

Dioscorides iterum.) Quod est recens ex adipe anseris, & gallinæ, & sine sale, est conueniens dolori matricis, & ægritudinibus eius, & renum, sed quod ex eis est salsum, aut habens acuitatem aliquam. In epistola Plinij secundi, ad Vespasianum im
B peratorem ita scribitur. Omnia uulnera quæ foris in corpore nata sunt, uel ferro efecta, crassus lardus appositus, assidue ex putredine uulnerum ipsorum, & sanat propter antiquitatem eius, est malum matricis. Præparatio autem omnium adipum ad reponendum est in hunc modum. Accipiatur ex eo recens, & mundetur à pelliculis suis, in quibus continetur, & pone in olla noua ex terra, quæ capiat duplum adipis, & sic cooperi ollam bene, & pone in sole calido, ubi liquefiat, & quod ex eo liquefit, pone in uase alio nouo, & pone iterum ollam in sole, & facies hoc tam diu, donec totus adeps dissolutus fuerit, & nihil ex eo remaneat in olla, & post hæc repone in loco frigido, & serua. Quidam uero ponunt ollam cum adipe in aqua calida loco solis, aut super prunas debilis caloris.

Præparatur autem alio modo, & est quod postquam fuerit purgatus à pelliculis suis, teritur, & liquefit in olla, & ponitur super eum aliquantulum salis, deinde colatur per petiam lini, & reponitur. Sic enim præparatum conuenit lassitudini, quando miscetur cum Medicinis conuenientibus ad hoc.

Sed adeps ursinus, & porcinus præparantur sic. Accipe ex eo dum est recens illum qui est pinguior multum, sicut ille qui est circa renes, & pone in multa aqua pluuiali frigida, & purga bene à suis panniculis, deinde dissolue eum cum manibus, malaxando fortiter, & ablue sæpe mutando aquam frigidam, & malaxando, deinde pone in uase terreo, mundo, capiente duplum eius, & pone super eum aquam, quæ ipsum cooperiat, & pone super carbones incensos, lenis caloris, & agita sæpe donec dissoluatur adeps totus in aqua, deinde cola adipem super aquam aliam frigidam, postquam separaueris ab eo aquam primam, in qua dissolutus fuit, & dimitte infrigidari, deinde separa ipsum ab aqua illa, & pone in olla iterum cum aqua alia recenti, & pone super prunas lenis caloris, donec liquefiat iterum, postea uero cola, et abijce sordes eius, & pone in uase latioris orificij fundo eius satis, & dimitte donec coagulatur, cum autem coagulatus fuerit extrahe à uase, & quod reperies in fundo eius ex sordido abijce. Reliquum uero pone in uase mundo, & dissolue tertia uice, &

C proĳcé in uaſe terreo mundo,& dimitte coagulari,& repone in loco frigido.

Adeps uero hircinus,& arietinus,& ceruinus præparatur ſic. Accipe ex eo,& purga,ſicut diximus ſupra, & laua ſicut diximus de adipe porcino, & frica malaxando manibus,ſicut diximus,& aſperge ſuper eum aquam ſæpe, & facias hoc ſæpe,donec fiat albus,& non appareat in eo aliquid ſanguinis, uel alterius ſordis, deinde pone in uaſe,& pone ſuper eum aquam qua cooperiatur, & pone ſuper prunas lenis caloris,& agita,& poſtquam liquefactus fuerit, cola in uaſe alio, & dimitte infrigidari, deinde pone in uaſe ſecundo cum aqua,& liquefac, & cola ut diximus. Tertio uero pone in uaſe,& liquefac ſine aqua,& pone in uaſe alio, & dimitte infrigidari,& extrahe ſicut diximus in porcino,& ſerua.

Sed adeps renum uaccarum accipitur, & purificatur à ſuis pelliculis, & abluitur cum aqua marina copioſa, deinde ponitur in mortario, & teritur bene, & aſpergitur ſuper eum ſemper aqua marina,et teritur ſemper,deinde pone in uaſe cum aqua marina non multa,& coque,donec amittat odorẽ ſuum, deinde pone ſuper unam quamq; manerĩe adipis unciæ quatuor cæræ regionis Cirineæ,& poſt cola,& quod fuerit in fundo uaſis,abĳce ex ſorde, reliquum pone in uaſe alio nouo, & puluerĳça ſuper eum parum lateris triti,& pone omni die in ſole coopertum, ut albificetur,& amittat fœtorem ſuum.

Adeps uero renum tauri ſic præparatur. Accipe ex eo recenti, & ablue cum aqua dulci, & purifica à ſuis pelliculis, & pone in uaſe nouo, & pone ſuper ignem cum aqua munda, & aliquantulo ſalis, donec liquefiat, deinde auſer ab igne, & eĳce aquam,& ſine infrigidari, & quando infrigidatus fuerit, & inceperit coagulari,ablue manibus tuis,& frica cum aqua clara,& muta aquam eius ſæpe, donec mundetur bene,& facias hoc ſecundo & tertio ſi indiges, deinde pone in uaſe, & coque in uino odorifero eiuſdem quantitatis, & quando bulierit duabus ebulitionibus, auſer ab igne, & dimitte ſic nocte una, & ſi odor eius adhuc eſt fœtidus, pone iterum
D in uaſe cum uino alio, & coque ubi prius, & facias hoc toties quod nihil ex odore ſuo percipias remanſiſſe. Fit etiam eodem modo ſine ſale propter ægritudines, quibus ſal eſt nociuus,uerum non fit ita albus.

Eodem modo præparatur adeps leonis,& leopardi,& apri,& equi,& cameli,& ſimilium,ſicut diximus de adipe bouis,& tauri.

Quidam uero aromatiçant adipem uituli,& tauri, & cerui in hunc modum. Accipe de quocunq; uis,& ablue ſicut diximus,& buli in uino, & poſt auſer ab igne,& dimitte ſic nocte una,mane uero muta uinum eius, ponens aliud in eadem quantitate,& liquefac iterum,deinde collige, & pone in uaſe alio. Et faciunt quidam hoc pluries, & in omnes nouem cotillas adipis ponunt drachmas ſeptem ſquinanti. Sed ſi uis fortius odorificare ipſum,pone ex ſquinanto drachmas octo, & corticum palmæ drachmas octo,& darſiſaan,& xilobalſami ana drachma una, & cordumeni,& nardi, & caſſiæ ligneæ, & cinnamomi ana drachma una, incide Medicinas iſtas groſſo modo,& pone in uino odorifero,& cum adipe, & fac bulire totũ ſimul tribus ebulitionibus,& dimitte ſic nocte una, mane uero accipe adipem, & proĳce uinum,& ablue uas bene,& purga adipem à ſorde quæ eſt in fundo eius, & remitte adipem in uas, & diſſolue, & cola, & repone, & utere. Et ſecundum hanc formam aromatiçantur adipes alĳ ſupradicti. Et iam diximus in eo quod præter modũ præparationis adipum,qui neceſſarius eſt fieri,antequam aromatiçentur, ut citius reciat odorem ſpecierum.

Fit autem aliter ſic. Accipe ex adipe quodcunq; uolueris, & buli cum uino,& pone cum eo ex ſummitatibus myrthi,& ex ſerpillo,& cypero,& darſiſaam, de qualibet horum trium ana. Quibuſdam uero uidetur unum ex his ſufficere, & quando bulierit bulitione tertia,auſert ab igne,& cola cum panno,& repone.

Et iam narrauerunt alĳ in hunc modum. Accipe de quocunq; uis recenti,& mundato à ſanguine,& præparato, ſicut ſupra diximus, & pone in uaſe nouo,& proĳce ſuper eum ex uino albo,antiquo, odorifero tantum, quod ſuperfluat deſuper octo digitis

A digitis,& buli leui igne, quouſq; ſeparetur ab eo odor eius naturalis, & habeat ferè odorem uini,& poſt auſer uas ab igne,& permitte infrigidari, & accipe ex adipe illo duas eminas, & proĳce ſuper eum libras tres uini ſupradicti, & pone cum eo ex fructu plantæ quæ dicitur ocis,& ex fructu palmæ triris ambobus, & buli totum ſuper ignem lenem,& moue continue, & cum amiſerit odorem eius, cola,& infrigida,& poſt accipe ex darſiſaam trito eminam unam, & florum alcannæ eminas quatuor,& confice cum uino ueteri,& dimitte nocte una maturari ſimul, mane uero accipe ollam unam nouam terream,capientem circa libras triginti, & pone in ea adipem,& ſpecies,& adde ſuper hoc ex uino unum miſohaos,aut minus parum,& fac bulire,donec adeps odorem ſpecierum receperit,deinde cola,& iterum liquefac,& repone. Et ſi uis augere odorem eius, adde ſpeciebus ex myrrha pingui, drachmas nouem,uel octo,diſſoluta in uino ueteri. Gallinæ uero & anatis adipem ſic aromatiçabis. Accipe quam uis ex eis,& præpara prius, ſicut ſupra diximus, & accipe ex eo quatuor cotillas,& pone in uaſe nouo ex terra,& proĳce ſuper eum ex darſiſaam,& xilobalſamo,& ex corticibus palmæ,& ex calamo aromatico, de quolibet tunſo,& præparato drachmas duodecim, deinde pone ſuper hoc ex uino ueteri regionis Baſis,uncias nouem uel decem,& confice omnia ſimul, & pone cum adipe in uaſe,& pone ſuper prunas,& fac bulire tribus ebulitionibus,deinde auſer ollam ab igne,& dimitte ſic die & nocte, mane uero liquefac, & cola in uaſe uitreo,uel argenteo,per pannum lini mundum, & quando coagulabitur, collige cum cocleari, & pone in uaſe terreo,& opila,& pone in loco frigido, hoc autem faciendũ eſt in hyeme,nam in æſtate non poſſet coagulari. Quidam uero miſcent cum eo ex cera terræ dictæ Trici,eo quod melius coagulatur cum ea. Simili uero modo aromatiçantur adipes porci, & urſi, & ſimiles his. Aromatiçantur autem adipes omnes uniuerſaliter in hunc modum. Accipe adipem purgatum, & præparatum ſicut diximus ſuperius in quantitate unius eminæ. Et melior ad hunc modum præparationis eſt adeps tauri-
B nus,& maioranæ recentis ſiccatæ minam unam & mediã,& miſce ſimul,& fac trociſcos,quos pone in uaſe terreo,& proĳce ſuper eos uinum,& cooperi uas,& dimitte ſic una nocte. Accipe eos & pone in uaſe terreo, & proĳce deſuper aquam, & fac bulire ſuper lentum ignem,& quando receſſerit odor adipis,cola in uaſe,& cooperi,& dimitte tota nocte,mane accipe ex adipe qui fuit colatus mundus, & proĳce feces eius,& pone cum eo ex maiorana trita,ſicut diximus minam unam & mediam, & pone in uaſe,& fac ut prius feciſti,& quando perfeceris, & bulieris ultimo,& colueris,& proieceris feces eius, pone in uaſe, & ſerua in loco frigido. Et ſi tu uis reponere adipem aliter ab iſtis modis omnibus,ita ut præſeruetur,ne putrefiat,& deſtruatur. Accipe de quocunq; uis recenti,& laua bene, & deſicca in umbra ſupra panum mundum,& cum fuerit deſiccatus,pone in petia lini,& cõprime bene, & poſt inſere in filo lineo,& ſuſpende,poſt aliquot uero dies pone, inuoluens in cartis nouis ex papyro,& repone in loco frigido. Et quando ponuntur adipes in melle,& reponuntur ſic non corrumpuntur.

DE SPOLIO SERPENTIS. CCCCLII.

SAlchalhaieth,id eſt, ſpolium ſerpentis. Dioſcorides.) Spolium ſerpentis quando coquitur in uino,& diſtillatur ex eo in aurem doloroſam,confert ei multum, & quando colluitur os cum uino illo, confert dolori dentium. Etiam miſcẽt ipſum quidam in Medicinis oculorum, & proprie illud quod fuit ex maſculo. Galenus.) Dicunt quidam quod ſpolium ſerpentis quando bulierit in aceto, & colluitur os cum eo,confert dolori dentium.

DE PISCIBVS. CCCCLIII.

CAmech, id eſt, piſcis. Galenus.) Aqua piſcium ſalſorum confert uulneribus putridis ſicut almuri, & confert ſimiliter dolori ſciaticæ, & hulceribus inteſtinorum, quando fit cum ea cliſtere, & hoc ideo, quia attrahit humores qui ſunt in ſcia, & lauat inteſtina, & deſiccat hulcera quæ ſunt in eis, & illa qua Medici plus utuntur,eſt aqua anguillæ ſalſæ,& piſcium paruorum. Et nos quidem iam adminiſtrauimus

C ſtrauimus eam in hulceribus putridis, quæ ſunt in ore. Sed abſamaris eſt ſpecies piſcis quædam cuius caput ſalſum quando aduritur, aufert carnem ſuperfluam ab hulceribus, & non ſinit eam creſcere in corpore, & aufert uerrucas, & carnem ſuperfluam, quæ dicitur morum. Et caro eius eſt conueniens punctureę ſcorpionis, & morſui canis rabidi, ſicut etiam caro omnis piſcis ſalſi alterius.

Piſcium uero paruorum qui dicuntur cir, capita quando aduruntur, & teruntur, & puluerizantur ſuper ragadias ani curant eas. Et muri quod ſit ex eis, quando colluitur os cum eo curat hulcera oris putrida.

Et kāmēn, & eſt piſcis marinus, quādo accipitur recens, & ponitur in uentre porci, & coquitur cum eo in decem & octo libras aquæ, donec redeant ad tres libras, & colatur aqua illa, & infrigidatur, & tribuitur in potu, laxat uentrem laxatione forti. Et quando fit emplaſtrum cum eo, cōfert morſui canis rabidi, & morſui cuiuſcę animalis uenenoſi.

Et caro piſcis marini ſalſi qui dicitur keſam, & homines Orientis nominant eum aliena, quando adminiſtratur, confert morſui tyri. Oportet autem ꝙ infirmus comedat ex eo ſæpe, & bibat uinum multum, & euomat ſæpe, & cum ea fit emplaſtrum ſuper morſum canis, & confert. Et adminiſtratur etiam ad incidendum phlegma, ſicut adminiſtrantur Medicinæ ſecundinæ acutæ.

DE OSSIBVS COMBVSTIS. CCCCLIIII.

HAidham mahariceb, id eſt, oſſa combuſta. Galenus.) Virtus eorum eſt quæ reſoluit & deſiccat, deſiccatione forti. Et dicitur quod hæc uirtus in oſſibus hominum eſt proprie, & propter hanc cauſſam curant quidam cum hoc cinere epileptiam, & dolorem iuncturarum. Et dicitur quod calcaneus porci quando aduritur, donec color eius ſit albus, & datur ex eo in potu, reſoluit inflationem inteſtinorum,
D & punctiones eorum antiquas, & ſic confert colicæ. Et dicitur quod ſi fit cum eo emplaſtrum ſuper baras, aufert eam. Et dicunt quod calcaneus hirci quando aduritur, & datur in potu, incitat libidinem coitus, & quando bibitur cum oximelle, extenuat ſplenem. Et dicunt quod oſſa crurium bouis adusta, abſcindunt fluxum ſanguinis, & quando ſumuntur in potu, abſcindunt fluxum uentris.

DE TELA ARANEA. CCCCLV.

HAmdebur, id eſt, tela aranea. Galenus.) Tela aranea, quando ponitur ſuper uulnera, quæ fiunt in exterioribus corporis, non ſinit ea apoſtemari. Dioſcorides.) Quando miſcetur cum aliquo unguento, & extenditur ſuper peciam, & ligatur ſuper tempora, & ſuper pulſus brachiorum, curat febrem tertianam, & quando ponitur ſuper locum, unde fluit ſanguis, ſtringit eum ſtatim, & quando ponitur ſuper hulcera non profunda, prohibet ea apoſtemari. Et ex tela aranea eſt quædā ſpecies alba, & dura, quæ ſecundum quod dicūt quidam, ſi reſtringatur in corio, & ſuſpenditur ſuper adiutorium, aufert febrem quartanam, & quando coquitur in oleo roſato, & diſtillatur in aurem, confert dolori eius.

DE SVDORE. CCCCLVI.

HArach, id eſt, ſudor. Galenus.) In ſudore hominis eſt ſalſedo, & amaritudo pauca, maxime quando admiſcetur cum puluere illius loci, ubi luctant homines, & accipitur, & linitur ſuper tumores qui ſunt in corpore præter naturam, & reſoluit eos. Et dicunt quod in iſto puluere ſolo eſt uirtus conſolidatiua & ſtiptica, & propter hanc cauſſam prohibet deſcenſum humorum ad loca. Quando ergo miſcetur cum ſudore, fit fortior nimis uirtus eius, & curat citius. Quando ergo ponitur ſudor iſte cum illo puluere ſuper apoſtemata mammillarum, reſoluit ea, & extinguit inflammationem eorum. Et quando linitur cum eo dulbklet, confert. Et ego uſus ſum eo in apoſtematibus lumborum, & ſedata fuerunt apoſtemata, & reſoluta,
& æger

A & æger fuit curatus curatione completa. Sed quādo apoſtemata, quæ curantur cum iſto Medicamine, ſunt ſicca, & dura, oportet quod mollificētur cum oleo de alkanna, & ſi non reperitur, cum oleo roſaceo, & quando miſcetur cum hoc oleo, confert coagulationi lactis in mamilla, & reſoluit ea, & ſecundum hunc modum oportet ꝙ utaris eo in omnibus apoſtematibus. Sed ſudor equi quando calefit cum aceto, confert epilepſiæ. Et dixerunt quidā, ꝙ confert, ſi adminiſtretur in morſibus uenenoſis.

DE LANA. CCCCLVII.

SAuf, id eſt, lana. Galenus.) Lana ſuccida confert attritioni & conquaſſationi membrorum & neruorum, & quando fricatur corpus cum ea, ſordes quæ eſt in ea, confert ad penetrandum. Sed lana lota eſt conferens in hoc, quod ipſa eſt materia recipiendi omnē rem humidam, & liquorem, quando in eo infunditur. Et quando lana aduritur, fit uirtus eius calida cum ſubtilitate, quouſcę ipſa aufert carnem ſuperfluā ab hulceribus, & ponitur ſimiliter in emplaſtris deſiccatiuis. Et modus aduſtionis eius eſt, quod ponatur in uaſe nouo, & cooperiatur coopertorio perforato multis foraminibus, & ſic aduratur. Dioſcorides.) Melior ex lana eſt lenis, quæ eſt ex collo animalis, & ex interioribus coxarum. Quando lana infunditur in aceto & oleo, aut uino, & emplaſtratur cum ea, cōuenit apoſtematibus in principio eorum, & confert attritioni membrorum, & neruorum, & fracturis oſſium. Et quādo infunditur in aceto, & oleo roſaceo, confert ſodæ, & dolori ſtomachi, & aliorum membrorum. Sed adusta habet uirtutem calefactiuam, & aduſtiuam, & ſtipticam, & cauterizatiuam, & aufert carnem ſuperfluam ab hulceribus, & incarnat, & conſolidat ea, & aduritur, poſtquam abluitur, & ponitur in olla munda, & aduritur, ſicut alia quæ diximus, ſimiliter autem comburitur ſeta & ſtupa. Quidam uero lauant lanam cum ſorde ſua, & pectinant, & imbibunt eam cū melle, & ſic adurunt, ſicut diximus. Quidam uero in olla habente latum os componunt clauos, uel aliquid tale facientes in modum craticulę, deinde ordinant ſuper eos fruſtula ligni pini, & deinde uel-
B lus lanæ pectinatæ in oleo linitæ, nec multum madidæ, componunt ſuper ligna, & deinde alium ordinem fruſtulorum ligni ſuper lanam componunt, ſuper quam lanam aliam ponunt, ut prius, & faciunt hoc ſecundū quantitatem, quam uolunt aduſtere ex lana, & ligna incendunt. Et recipiunt in uaſe aliquo liquoré olei & picis manantis à lignis, & cinerem lanę ſapientem odorem picis illius, & reponunt ſimul. Et lauatur cinis lanæ, & ponitur in Medicinis oculorum. Lauatur autem hoc modo. Pone eum in uaſe terreo mundo, & pone ſuper eam aquam, & agita ſimul agitatione forti, & facias hoc tam diu, donec non ſentias in ſapore eius mordicationē, quando poſueris ex eo ſuper linguam tuam, & ſemper muta aquam eius. Hoc autem caue, quod ibi remaneat aliqua ſtipticitas, cum autem reſederit in fundo, abijce aquā, & collige & ſicca.

DE CORNIBVS. CCCCLVIII.

KAren, id eſt, cornu. Galenus.) Plurimum quod adminiſtratur ex cornu, eſt cornuinum, & caprinum, nam aduruntur, & adminiſtrantur ad reſtringendam gingiuam, & confirmandos dentes. Et iam narrauimus, quod cornu cerui quando aduritur, & abluitur, curat hulcera inteſtinorum, & fluxum ſanguinis, & fluxū uentris, & quando bibitur, etiam curat ictericiam, & doſis eius eſt coclearia duo. Etiam adminiſtratur aduſtum & ablutum in ſief, ad deſiccandos humores uenientes ad oculum, & omnia quæ hoc faciunt, habent uirtutem deſiccatiuam. Dioſcorides.) Cornu cerui quando aduritur, & lauatur, et bibuntur ex eo aurei duo cum dragagan to, conuenit ſanguinis ſputo, & hulceribus inteſtinorum, & fluxui uentris antiquo, & ictericiæ, & doloribus ueſicæ, & confert curſui humiditatum antiquo ex matrice, quando bibitur cum aliqua Medicina cōueniente ad hoc. Et inciditur cornu in fruſta, & ponitur in olla terrea, & luratur caput eius, & dimittitur in furno, donec albeſcat. Lauatur autem poſtmodum ſicut climia, & ſic conuenit oculo, ad quem currūt humiditates, & hulceribus quæ ſunt in eo. Et quando fricantur cum eo dentes, abſtergit eos à ſordibus. Et fit fumigium cum cornu crudo, & fugat animalia uenenoſa. Et quando

C sa. Et quando coquitur cum aceto, & colluitur os cum decoctione eius, confert dolori dentium. Et limatura eius quando datur in potu cum uino, excludit lumbricos.

DE VENTRICVLIS AVIVM. CCCCLIX.

KAnisa, id est, uentriculus. Dioscorides.) Ventriculum gallinæ aquaticæ quidam laudauerunt, dicentes, quod est Medicina maturatiua, quando comeditur coctus, uel crudus siccus. Sed experti sumus hoc, & non inuenimus uerum. Et similiter pelliculam interiorem uentriculi galli quidam desiccantes, dant in potu, & esti mant, quod confert ægritudinibus oris stomachi.

DE PVLMONE. CCCCLX.

KIch, id est, pulmo. Galenus.) Pulmo agni & porci, ut dicunt quidam, confert excoriationi calciamentorum. Et pulmo uulpis quando desiccatur, & bibitur, confert asmati. Dioscorides.) Pulmo porci, & agni, & ursi, quando aliquis horum ponitur super excoriationes pedum, confert, nec finit eas apostemari. Et pulmo uulpis desiccatus & bibitus, confert asmati. Et adeps eius dissolutus & distillatus in aurem, sedat dolores eius.

DE CAPITIBVS ANIMALIVM quorumcunq; CCCCLXI.

RAs, id est, caput. Galenus.) Fuit quidam, qui accipiebat capita paruorum piscium falsorum, & desiccabat, & puluerizabat super hulcera ani, & uulæ, & curabat ea, & in hoc modo non est uirtus eorum calida nimis. Et quidam aduruntcaput leporis, & curant cum eo alopeciam. Sed caput alguasgar, ubi dixerunt quidam ex scriptoribus librorum, quando teritur, & ponitur super membrum, ubi est res infixa, extrahit eam, & aufert uerrucas. Dioscorides.) Piscículi parui dicti in Oriente Sir, caput, quando aduritur, & puluerizatur super scissuras ani, curat eas. Et muri qui fit cum eis, quando fit emplastrum cum eo, curat hulcera fraudulenta, & putrida, &
D illa quæ sunt in ore.

DE CAPILLIS. CCCCLXII.

SCahar, id est, capilli. Galenus.) Quando aduruntur capilli, fit similis uirtuti lanæ adustæ, uolo dicere, q̃ calefacit, & desiccat, calefactione & desiccatione forti.

LECTORI.

LIBELLVM Hunc de Centaureo, in Cathalogo librorum Galeni, maxime uero eorum, qui Græce extant hodie, non reperimus, unde suspicio subit, nec uero dißimile est, supposititi um esse. Tamen quando in iuuamentis conueniebat plane cum alijs Scriptoribus, & nostri instituti argumento respondebat, libenter adiecimus, nec tamen illi hic tribuit Galenus, quin adhuc & maiora posßit, si comperta haberemus, merito ob hoc centaureum dicta. Si enim tanta possunt plantago, betonica, chamæmilum. de quibus quoq; olim uolumina extiterunt Scriptorum, mirum uideri non debet, eadem posse & centaureum, siue Galenus, siue alius quispiam scriptor fuerit. Vale.

De uirtute

A DE VIRTVTE CENTAVREAE CAP. I.

IGo uidi, frater mi Papia, sicut Themiscin famosus Magister de Arnogloßa narrabat, quoniam reuera incredibilia existimabantur esse, quæcunq; de centaurea uolo narrare, ipsa multas & difficiles passiones curat. Sed si non credideris mihi, & probare uolueris, quam uirtutem habet, nõ credes, sed miraberis de eius succositate, sicut de nullo alio pharmacorum. Nihil enim, ut est dicere, est inuenire euidentius, & ad multa utilius centaurea. Fortassis enim non est in usu illis, qui liberaliter eius experientiam ostenderunt, præbere grates. Sic enim à certa noticia uteris hoc pharmaco, cogitans, quod non sunt solummodo pronunciationes ea, quæ dicuntur, cum sint iam ad actũ producta. Appollonius ergo senex, unus uirorum, qui ualde erant approbati in Roma, cuius Magister fuit expertus Medicus, utebatur hoc pharmaco in multis aduersitatibus, & per Deum miratus sum de ipso in circumambulatione, plurimum enim propter hoc circumambulabam cum eo. Cunq; quendam morsum à cane rabido curaret, præsente me, & deridente, Nunc non habes uti centaurea, conuersus ad famulũ ait, Da mihi pixidem. Cunq; dedisset ei, uidens eum ego de pixide accipientem de pharmaco, præ quidem putabam & ipsum deridere, erat enim maxime simplex homo. Postquam autem uidi curam facere de ipsa, multum miratus fui de succositate, & exinde diligens inquisitor factus sum de ipsa, ut dicta antiquorum percurrerem, & eorum, qui secundum nos & plurimos Medicorum interrogarem de ipsa, si aliquid noui haberent dicere, & nihil minus omnia aggregans, iudicaui scribere tibi de ipsa, ut nihil tibi deficeret eorum, quæ à nobis cognita sunt. Hæc quidem in tantum dicta sunt.

DE SPECIEBVS CENTAVREAE, & notificatione earum. Cap. II.

B CEntaureæ autem species sunt duæ, & secundum ueritatem ita est. Et Crates dixit in tertio libro eorum, quæ eradicantur, Vna, quarum folia habet sicut lapacium hortulanum, minora tamen, in circuitu autem sunt scissa sicut scira, cablum autem habet sicut trium palmorũ, opum uero habet rubeum, in summitate uero eius caput lanuginosum, cancro marino simile, radicem autẽ habet solidam & grossam, est autem in gustu dulcis, & subacris, nascitur uero in locis altis, & alius in Palancie, & in locis quæ aspiciuntur à sole, hoc idem centaurea solida dicitur.

Altera uero subtilis centaurea dicitur, nominatur autẽ ab aliquibus limuscus. Magna ergo cẽtaurea fructuosa est, et in pratis nascẽs, parua uero & unius palmi, ramos habens paruos, & flores paruos, radicẽ uero omnino subtilissimam, & debilẽ, & in gustu est amara, sicut absinthiũ, nascitur autẽ maxime in locis stagnosis & paludosis.

DE MODO SVCCOSATIONIS SEV extractionis, & conseruationis succi centaureæ. Cap. III.

ESt autem hic sermo de ultima. Succosatur autem sicut & alia, quæ prædicta est tali modo. Lebes præponitur magnus, sicut cum fit epsima, id est, uinum coctum, & ponitur centaurea minor, ut plurimum tempore quo uigẽt opera, & aqua superinfunditur tanta, quanta sufficit continere herbam, & tunc supponitur ignis, & coquitur herba sufficienter, deinde postquam bene & sufficienter cocta fuerit, ut uirtus tota sit emissa in aqua, auferunt centauream, & exprimitur, & mensuratur decoctio, & tertia pars epsimatis, id est, uini cocti, superinfundatur ei, & coquitur, quousq; consistentiam habeat, & ad spissitudinem mellis. Ego autem, sicut prædictus senex, coxi eam in lebete, & auferens, & exprimens incisi eam, & iterum coxi eam in aqua, deinde exprimens & colans, mensuraui, & iunxi uini dulcis decocti optimi tertiam partem, & coxi, quousq; habuit consistentiam, & feci ualde fortiorem huius confectionem, & ille senex laudauit. Fit autẽ & absq; aqua huius herba incisa, & expressa, & fit etiam de flore eius succositas inciso eo & expresso, & confert in ophthalmijs, oportet uero attendere in decoctione eius, post hæc autem dimitte infrigidari, & repone in uase, & obtura diligenter.

Caput de

C

CAPVT DE NATVRA SVCCOSI-tatis centaureæ, & eius conseruatione & utilitate.

EST autem huius succositas, ut suasibiliter est dicere, stiptica, & siccatiua, & calefactiua, cum uirtute immanifesta operans, quam non est possibile exponere uerbo, nec ad cogitationem uenire, ita est utilis ad multa.

AD DOLOREM CAPITIS, & passiones alias eius.

Confert enim ad dolorem capitis, qui fit propter multam adustionem solis, uel uini meri potationem, cum permiscetur cum aceto, & ungitur. Confert etiam ad sudores capitis, permixtus cum uino, & unctus, abraso capite. Iuuat etiam hulcuscula quę fiunt in capite spissa, & parua, & rubicunda, paruis papillis similia, & sit illa spissa, & parua, & rubicunda, permixta cum aqua, & uncta, abraso capite. Cõfert etiam ad furfures cum aceto, abraso & prælauato capite cum aqua salsa.

DE PASSIONIBVS OCVLORVM.

Confert etiã ad cancros oculorũ asperatos, & ad pruritum oculorũ, & cicatrices albas, & caligines, & sicoses, & cõmuniter ad omnes antiquas dispositiones oculorum. Mitigat etiam inflationes oculorum, & dolores, cum ungitur desuper, & rubicundos, & sanguinosos oculos, sine inflatione, si ungatur cum aqua, & similiter approximata cum aqua, curat ordeolum.

DE PASSIONIBVS AVRIVM.

Mitigat etiam aures phlegminantes, & dolentes, si apponatur in quantitate lentis cum aqua rosacea, uel uino. Sanat etiam hulcera, quæ sunt in auribus cum uino. Et etiam confer auribus saniem manantibus, & humidis, & fœtidis, si cum uino austero colluantur, & postea cum uino illo colluantur. Confert etiam ad sonitus auriũm, permixta cum aceto, & infusa, & ad difficultatem auditus, cum succo raphanide. Iuuat etiam ad pulices, & cimices, & conuenienter ad omnia animalia, quę ingrediũtur ad porum auditus, cum aceto permixta, proprie uero ad cimices cũ oleo. Mitigat etiam phlegmones, quæ fiunt in poro auditus in superficie, & tumores, & tubores, & quassationes aurium cum uino.

D

DE PASSIONIBVS NARIVM.

Confert etiam ad narium hulcerationes, & putredines, & fœtores, cum aceto, & sistit fluxum sanguinis narium, cum aceto permixta, & cum lixiuio posita. Iuuat etiam fracturas narium, ungendo narem, quæ patitur ab intra, & ab extra.

DE PASSIONIBVS ORIS.

Confert etiam hulcerationi oris, si ungatur cum aqua, & alcolis, tam albis, quàm nigris, in pueris quidem cum aqua, in perfectis uero cum uino austero colluta. Confert etiã putredinibus oris, & depascentijs malignis, si colluatur cũ uino, & ungatur. Iuuat etiam os humidum & fœtidum, si colluatur cum aceto.

DE PASSIONIBVS LABIORVM.

Prodest etiam scissuris labiorum, & gingiuis diu sanguinolentis, & tumidis, & phlegminantibus, & hulceratis, & corrosis, & etiam eis, quæ pungunt in productione dentium, si colluatur cum uino, & ungatur, confert enim ad parulidas, & epullidas, quæ sunt tumores gingiuarum, cum ungitur, & colluitur. Mitigat etiã parisimia phlegminantia, & communiter palatum, & radicem linguæ, cum aqua granosæ.

SQVINANTIAE.

Iuuat etiam squinanticos, si ungatur cum aqua, & sine, confert ad escaras parisimiorum, aliquando quidem cum aqua, aliquando quidem cum melle.

AD CASVM VVAE.

Curat etiam kionidam seu uuulam dislocatam, & relaxatam cum aqua, uel phlegmonizantem. Confert etiam post cirugiam kionidę, si ungatur cũ aqua farinacum.

DE LIVIDITATIBVS OCVLORVM.

Tollit etiã yppopia, id est, liuiditates, quę fiunt sub oculis, & alias liuiditates recentes oculorũ, seu sanguinẽ mortuũ, permixta cũ aqua, & uncta, & binda sup apposita.

De pudendis

A

DE PVDENDIS.

Competit etiam pudendorum & ossei hulceribus, uncta cum uino. Confert etiam tagadijs, & tineis phlegminantibus pudendorum, uncta cum aqua, & auadibus pudendorum cum uino. generose etiam operatur & in depascẽtijs, & nigritioribus, qui circa pudendum, & in extremitate uirgæ, quæ dicitur glans, usus enim in his est diuersus. Accipitur enim de succositate tantum, quantũ est nux, & de uino ciatus unus uel duo, & feruent simul, & de hoc colligitur locus qualibet die, deinde superapponitur ab extra hydromel. Non oportet autem pudendum trahere deorsum, ut fluat liquores, sed apprehendatur cum ligaturis, sicut multi Medicorum apprehendunt & ligant, ita enim ualde multos uidi curatos ab illo sene, & ego ipse curaui non paucos. Mitigat etiam sufficienter flammationes ani cum uino, & hulcerationes eius cum aqua, & quassationes eius, uel depascentias, uel putredines, cum uino, confert etiam exitui ani colluto cũ aceto, deinde uncto. Confert etiam quassatis unguibus, & apostematis super ligata binda. Totum autem corpus iuuat ad sudores cum uino, & ad erisipilam cum uino, & ad exfloriationes similiter.

DE HERPETIS.

Sistit etiam herpetes depascentes, seu ambulationes, cũ aceto, eos autem, qui non sunt depascentes, cum aqua. Delet etiam impetigines cum aceto.

DE COMBVSTIONE IGNIS.

Confert etiam combustis ab igne cum uino absq; supplicatione, abstersо prius loco cum spongia infusa in uino.

DE HVLCERIBVS ANTIQVIS.

Confert etiam cronicis, & antiquis hulceribus, uncta cum uino, in corrosis uero cum aceto, & in putridis similiter.

DE CANCRENA.

Vsus autem fuit Appolonius in cancrena cum aqua, & circuncrassauit locum, ut ipse dixit. Ego enim non uidi, sed credidi huicuiro, multum enim erat ueridicus. Maximum enim est hæc succositas pharmacum ad omnes plagas.

B

DE PLAGIS.

Plagarum autem aliæ sunt superficiales, & aliæ profundæ, & superficialium aliæ quidem sunt in diuisione sola, aliæ in quassatione, aliæ in apostemate, aliæ uero usq; quo emittitur os, ad hæc enim omnia excellens pharmacum est centaurea. Quia uero diuersus est usus eius, redeo ad eum. In omnibus igitur superficialibus ungitur cum aqua, uel ponitur in corio, & superapponitur in loco, & ligatur cum binda. In profundis uero cum licino cum melle, & superappone bindam, qui modus etiam confert, quando fuerit scissio usq; ad ossa. Vidi enim ego tertiam partem cutis capitis aposirma pati, & curari isto modo per dies septem, & aliquando nouem, & aliquando undecim. Habet autem proprietatem hoc pharmacum non colligendi humiditates. Iuuat autem & per modum collyrij in plagis, in quibus denudatum est os, et non est magna diuisio, colligens enim tu labia uulneris, immitte pharmacum, & ad consolidationem ducetur, & si futurma feceris binda de panno uel corio, pone in septem, uel nouem, uel quatuordecim diebus, & fomentes cum spongia. In sagittis autem & aculeis, oportet immittere hoc pharmacum superposita binda. In percussionibus uero gladij sicut in duellatiõibus ponatur in binda de corio fomentato loco prius cum spongia infusa in oxalma, id est, in aqua salsa & aceto. Et tunc utendo centaurea cum melle, dimittendo usq; ad dies quatuor. Iuuat autem in cyrugia, quando consolidare uoluerimus posita in binda, sicut in colobonatibus, & atonatibus, & fauis, & adipiminibus, & scrophulis, uel aliquo tali. Confert etiam & thimis, & uerrucis, & acrocodibus, & similibus unctis per bindam. Consolidat etiam plenas plagas cum melle mixta. Ego autem usus fui in cura duellorum hoc pharmaco, projjciens bindas, & ligaturas, & utens hoc pharmaco solo, usq; ad consolidationem. Summæ etiam confert in apostematibus incisis, paruis, & multis diuisionibus, propter decorem, aut magnitudinem, uel loci ineptitudinem.

Quando

C Quando ergo utemur in apostematibus, ut dictum est, multis & paruis incisionibus, tribus aut quatuor diebus exugantes cum aqua salsa & aceto, diligenter inungimus centaurea cum melle. Confert etiam & in feris uenenosis interficientibus & non interficientibus. In apum quidem, & in ciniforum morsibus uncta cum uino, in reliquorum uero sicut echios, & cerasti, & aspidis, & hemorræ, & scorpionis, & turturis marinæ, & ungale, & ammoditæ, & amfisbenæ, & basilici, & drinj aquatilis, & cerestæ, & praffrj, & scolopendriæ, & ascalaboræ, & canis omnis, & proprie tabiosi, & leopardi, & cocodrili, & similium, usus autem est diuersus. Statim autem q̄ plaga facta est aut mordicatio, sacrificare oportet eum, qui in circuitu eius est locum, & in ipso loco qui patitur, facere unam diuisionem profundam, & sic mulgere, & educere humorem, deinde in plaga supperponere collyrium, & desuper bindam de corio, & soluere per dies octo, aut quatuordecim ad plurimum, & uino abstergere, infuso in spongia. Aquam uero non oportet adducere, & maxime in morsis à cane, quinimmo abstinere oportet à balneo, usq; ad annum, & omni aqua. Hulcus autem in morsis à cane rabido custodimus inconsolidatum tempore multo, sicut multi Medicorum faciunt, secundum uarietatem tamen permittendum est consolidari, sicut & alia hulcera, in propriis temporibus, ita enim & Appolonius curauit quendã genere gallicum morsum à cane rabido. Et ego curaui quendam iuuenem, dans bibere pharmacum istud, & aliquando ex superabundanti cum oximelle. In omnibus autem ydeminant per excellentiam, confert, si ungatur cum ouo, mitigare enim & replere natum, est in omnibus extrinsecis. Tusses etiam mitigare uidi datum in fabæ magnitudine cum aqua, & stomaticis similiter cum aqua. Purgat etiam choleram cum melicrato, & soluit grossos & uiscosos humores, in quantitate auellanæ cum aqua. Iuuat etiam asmaticos, & ortomicos, in quantitate auellanæ datum cum oximelle. Confert etiam ad ruptiones, & ulsiones, & supercurat splenèticos, in quantitate fabæ Aegypticæ datum cum aqua, & hydropicos similiter. Confert etiã dissentericis, in quibus requiritur stipticatio, & retentio. Confert etiam in disuria, in magnitudine fabæ Aegyptiacæ bibita cum aqua, & sciaticis in quantitate auellanæ data cum melicrato. Operatur etiam in podagricis, si ungatur cum uino, & bibatur cum aqua, uel hydromelle, in quantitate modica. Iuuat etiam matrirem, & orificiũ eius, cum fluminat, si ungatur cum uino, & super hulcera eius. Si autem nigrefiant, & putrefiant, uel sint depascentia, oportet ut cum uino & alumine colluatur. Mundificat autem matricem immundam, in quantitate unius auellanæ cum aqua. Bonum etiam est in collutionibus mulierum quidem communiter, proprie uero matricis.

Et hæc de centarea quidem in tantum dicta sufficiant.

FINIS.

A

AVERROIS
DE SIMPLICIBVS.

ARGVMENTVM HVIVS LIBRI. CAP. I.

IN primis sciendũ est, quid sit cibus, & quid Medicina, & quot sint eorum operationes, & qualiter operantur, & proprie Medicinæ, eo q̄ habent multas operationes, quas Medici appellant uirtutes primas, secũdas, & tertias, & proprietates, & cum hoc dabimus cognitionem harum istarum Medicinarũ, quæ operantur quamlibet istarum operationum. Et postea speculabimur in operationibus earum, hoc est, utrum uia qua apprehendimus, est per uiam syllogismi solum, aut per uiam experientiæ solum, aut per uiam continentem utrumq̄, & hoc totum erit, postq̄ receperimus à naturalibus, quod erit recipiendũ. Et quãdo compleuerimus hoc, recordabimur propriorum ciborum & Medicinarum, quoꝝ multiplicata est scientia, & experientia in terminis naturalibus, & testificata sunt à communitate Medicorum, aut à maiori parte. Et postea narrabimus modos compositionis, & recordabimur eorum, quæ manifestiora sunt sectæ componentium, & narrabimus naturam complexionis, secundum uiam quam nobis ostendent regulæ illæ, & quando cõpleuerimus hæc, tunc cõpleta erit nostra intentio in hac particula.

De quiditate cibi & Medicinæ. Cap. II.

DIcamus quod cibus est illud, quod ponit naturales partes cibati, & hæc pars est in specie partis dissolutæ. Sed Medicina diuersificatur ab hoc, ideo, quia quamuis ipsa sit ex rebus, quæ ponũt naturales partes cibati, illa pars non est in specie partis dissolutæ, sed habet in se rem actiuam, & alteratiuam. Et propterea quãdo superuenit hæc dispositio super dispositionem ægritudinalem, quæ est cõtraria, uocatur illa operatio curatio. Et hæc est intentio diffinitionis, qua Galenus diffiniuit cibum & Medicinam, dicẽs q̄ cibus est illud quod patitur à corpore. Et Medicina est illud à quo patitur corpus. Sed si nos non intelligeremus ex uerbis hoc quod dictum est, non esset intellecta certitudo cibi & Medicinæ. Et iam opinatus est unus ex nostris socijs, qui nominatur Ahuberti Auensuphu, quod illud quod diximus in hac diffinitione esset quasi contrarium uerbis Galeni, & super hoc eidem multas transmisi epistolas, quousq̄ hoc plene intellexit.

De operationibus primis quas operantur Medicinæ in corpore humano, quæ sunt primæ. Cap. III.

ET operationum quas operantur Medicinæ in corporibus humanis, quædã sunt primæ, sicut est caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas, & quędam earum sunt secundę, sicut maturatio, digestio, mollificatio, resolutio, & apertio, & multa alia similia istis, quæ enarrare debemus, quando declarabimus naturam Medicinarum, quæ faciunt hoc, & fuerunt uocatæ secundariæ, quia seqũuntur mensurã mixtionis primarum uirtutum, & quædã earum sunt tertiæ, quæ sunt propriæ in certis membris, & sunt quasi continentes secundarum. Et est conueniẽs in primis narrare quomodo hæ habent agere in corporibus has operationes, & quomodo habent pati à corporibus earum passiones, & hoc sciemus quando sciuerimus per quem modum nutritur nutritus. Et dicamus iam declaratum est in naturali philosophia, q̄ membra quæ primo nutriuntur sunt membra similia, ideo quia cibus primo conuertitur secundum ordinem, quem habet in corpore cibati, in humiditatem similem, humiditate fixæ in membris consimilibus, & miscetur cum eis per eundem modum, quo miscentur adinuicẽ res liquidæ, propterea quia non est alter modus, per quem natura possit restaurare rem dissolutã omnibus partibus membri, nisi per modum mixtionis, & quando erit permixtum secundũ hũc modum, tũc habebit essentiam

B

D in ipso

C in ipso, & post hoc assimilabitur illud membro, hoc est, quia dat eidem unam coagulationem stabilitatis similem stabilitati membri. Et est ibi declaratū q̄ hoc fit per decoctionem, & decoctio fit per calorem qui est in cibato, non q̄ calor sit primus motor in hac re, sed est anima nutritiua, propterea, quia operationes caloris nō sunt determinatę, nec ordinatę ad unum finem manifestum. Et postq̄ ita est, uidendum est, quomodo dicitur cibus esse temperatus, aut Medicina, & quomodo dicitur super quemlibet eorum, ut sint distemperati, quamuis melius sit appropriare temperantiam cibo, sicut est melius appropriare distemperantiam Medicinæ, propterea, quia cibus qui habet propter suam uirtutem, & suam præparationem, ut conuertatur ad humiditatem, similem humiditati radicali, quæ est in membro consimili, & calori intrinseco simili calori qui est in cibato, ita ut sint idem secundū omnem modum, & hoc est solum in eo, qui est temperatæ complexionis, uel propinquus ei, & per hunc modum dicitur quod cibus sit temperatus, sicut erat panis grani, & carnes gallinarum iuuenum, & similia istis, quia quantitas partium præstitarum corpori ab istis cibis, est idem cum partibus quæ fuerunt dissolutæ. Sed temperantia Medicinæ est propinqua huic, sed diuersificantur inquantum non habēt uirtutem restaurandi partem æqualem quantitati rei, quæ dissoluta est ex corpore, & propterea non potest homo nutriri ex temperata Medicina, & si comedat ex ea tantum, quantum comeditur ex cibo. Sed quādo dicimus quod Medicina sit temperata, intelligitur eius temperantia, quod quando comeditur ex ea quantitas, quæ non est sensibilis comparando eam quantitati partium dissolutarum à corpore, quia tunc non inducit in corpus rem extraneam, quia si homo comederet ex ea quantitatem sensibilem, secundum quod comedisset de cibo, induceret in corpus ex necessitate rem extraneam, quamuis difficile sit inuenire Medicinā temperatā in operationibus omnibus.

Et secundum hoc debes intelligere, quod quādo dicimus quod Medicina est calida, & frigida, humida, uel sicca, & dicimus etiam de cibo, nostra intentio non est, nisi equiuoca, sicut tu scis, quod quando dicimus de uino, quod est calidum in secundo gradu, & similiter crocum non intēdimus, ut sit idem calor. Et postq̄ declaratum est quid sit cibus temperatus, & Medicina temperata, & qualiter operentur in corpore, ex hoc potes intelligere uiam per quam dicimus esse distemperatos, & hoc dicimus in qualitatibus primis, id est, quomodo calefacit Medicina, refrigerat, & humectat, & exiccat. Quia Medicina quæ conuertitur in chilum calidiorem temperato chilo, aut in calidiorem quàm est pars corporis, hoc est ad partem calidam, illam Medicinam dicimus calidam, quia calor dicitur, quod sit una rerum quæ calefacit hominem plus debito, & quod generatur ex hoc chilo, est calidius debito, & sanguis qui est materia caloris naturalis, est calidior debito. Similiter humiditas radicalis in quam conuertitur sanguis, est calidior suo modo, & sic de necessitate calefiunt omnes corporis partes. Et sic dicitur de Medicina frigida, quia non refrigerat nisi quia cōuertitur in locis digestionis ad diminutum calorem, magis quàm calor corporis sit, ita quod chilus qui ex ea generatur, est diminutus à calore corporis, & non dicitur ueraciter ut refrigeret, quia calor naturalis non habet aliquam uiam generandi frigiditatem, & sic debes dicere in sanguine, & humiditatibus quæ sunt in membris, & in humiditate & siccitate omnium partium corporis. Et quando Medici speculantur operationes Medicinarum in corpus, facile est eis dicere, qualiter calefaciunt, sed difficile est eis dicere qualiter refrigerant, ita quod Galenus dicit sicut fugitiuus, quod non fit nisi per diuisionem Medicinarum in paruas partes. Et si non refrigeraret Medicina, nisi per diuisionem ipsius in partes minutas, ergo necessariū esset nobis dicere quod esset frigida in actu, sed hæc Medicina frigida, non est frigida in actu, neq; etiam calida est calida in actu, sed hæc res æque bene comperit Medicinæ calidæ, sicut Medicinæ frigidæ, quia res conuertibiles, quando conuertuntur in partes minutas, facilius cōuersionem recipiunt. Et quamuis Medicina sit passibilis à corpore per uiam quam diximus, non est impossibile ut patiatur ab ea per alium modum. Nam uides quod cibus est passibilis à corpore, & tamen inuenis cibum qui

A bum qui mutat corpus secundum aliquem modum, & secundum aliquam latitudinem, & si hoc inuenitur in cibo, qui est appropriatus passioni, & tamen uincit aliquo modorum, ergo hoc maxime debet inueniri in Medicina, quæ uictoriæ appropriatur, & mutationi, quia ueraciter debemus dicere, quod quamuis aliquādo uincatur, tamen non deserit propriam suam uirtutem, hoc est substantialem. Sicut dicitur quod arbor Aegypti occidebat, dum erat in Aegypto, & quando remota fuit ab inde nutriebat. Et dicit Aristoteles, quod in terra Latinorum sunt duo flumina, ex quorum uno si oues biberent, generabūt masculos, & ex alio fœminas. Et hoc non est nisi propterea, quia cibus ex una parte est similis, & ex alia dissimilis, & ex parte similitudinis est patiens, & ex parte dissimilitudinis est agens. Et hic est modus Medicinarum quæ dicuntur calidæ, aut frigidæ in potentia, hoc est propter præparationem quam habent, quia non est in aliquo compositorum calor in actu, nisi in animalibus, propter eorum perfectionem, & indigent calore extrinseco magis, & propterea non inuenitur in eis temperantia elementorum, sicut in animalibus. Sed res simplices quæ non nutriunt, sicut quatuor elementa non dant corpori, quando adueniunt ei intus uel extra, nisi qualitatem, ideo quando obuiant nostris corporibus, mouent corpora, sed non mouentur à nostris corporibus, propterea quia qualitates cum quibus operantur elementa in corporibus, sunt in actu, sicut est calor in igne, & frigus in niue. Et quando elementa mouent corpora ipsa, non mouētur, id est, non conuertuntur. Et quando Medici uolunt de mensuris præparationum narrare, quæ sunt in Medicinis, quia indigent hoc in Medicatione, ordinauerunt gradus per modum comparationis, corpori temperato, & posuerunt quamlibet qualitatē in quatuor gradibus, scilicet, calidum in primo, secundo, tertio, & quarto, & sic de frigido, sicco, & humido, & de humido non uidetur quod possit transire tertium gradum. Et quod pertransit quartū gradum, est res uenenosa, quæ corrumpit corpus, & istæ sunt uiæ primarum actionum, & passionum Medicinarum.

B

In generali consyderans de operationibus secundis & tertijs, quas operantur Medicinæ in corpore humano. Cap. IIII.

ET nos uolumus incipere narrare de uirtutibus secundis & tertijs, & dicere naturas Medicinarum, quibus hoc operantur, & qualiter operantur. Et dicamus q̄ Medicinæ quæ sunt compositæ ex elementis, quando alterantur à corpore, aut alterant corpus, quædam eorum sunt quæ assimilantur ei, quod est in eis ex uirtutibus elementorum, sicut sunt illæ quæ dant caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & humiditatem, similem in qualitatibus quæ sunt in illis, & quędam actionum aut passionum quæ non assimilantur ei, quod est ex uirtutibus elementorum, sed sunt operationes consequentes primas uirtutes elemētorum, & hoc est propter locum subiecti, in quo operantur, sicut illæ quæ habent indurare, mollificare, denigrare, rubificare, & similia, & locus subiecti, in quo manifestantur istæ operationes, circa quod cunq; membrum, si indeterminatum fuerit, appellantur istæ uirtutes secundæ. Et quando operabuntur in proprium membrum, tunc dicentur uirtutes tertiæ, sicut sunt Medicinæ quæ prouocant urinam, & quæ mundificant pulmonem, & quæ generant sperma, & quæ frangunt lapidem, & similes istis. Et postq̄ dictum est de uirtutibus secundis, & tertijs, dicendum est de natura operationum istarum Medicinarum manifestorum, & incipiamus à secundis. Et dicamus quod istarum Medicinarum quædam sunt maturatiuæ, hoc est, quæ faciunt saniem, & quædam earum sunt mollificatiuæ, quædam induratiuæ, & quædam aperitiuæ, & quædam opilatiuæ, & quædam euaporatiuæ, & quædam petrificatiuæ, & quædam stipticæ, & quædam lenitiuæ, & similes his. Et debes scire quod Medicina quæ est appropriata alicui operationi, non dicitur habere illam proprietatem, nisi comparatione ad corpus temperātum, uel ad propinquum temperantiæ, & Medicus expertus in hac arte, quando cadit ad manus ipsius, aliud corpus distemperatum debet arbitrari Medicinam, secundum mensuram quam uidet ei esse magis iustam, & magis conuenibilem in uirtute Medicinæ, quæ habet facere operationem istam in tali corpore,

C & experientiæ habent hic locum magnum. Verbi gratia, postq; sciuerimus q; Medicina maturatiua est illa, cuius calor est æqualis calori corporis, debemus intelligere hanc proportionem propriam unicuiq; corpori per se, & facere cõparationem propriam tali corpori. Et hoc non fuit solum in complexione propria unius individui, sed etiam in unoquoq; membro per se, propterea, quia Medicina quæ facit saniem in testiculis, non facit saniem in aure, & non oportet quod Medicus has res tradat obliuioni, & experientia habet in istis uijs & arbitrijs magnum posse.

De Medicinis maturatiuis. Cap. V.

DEinceps narranda est natura illius Medicinæ, quæ operatur operationes supra dictas, & incipiendum est à maturatiuis. Et dicamus quod maturatio est operatio caloris naturalis in substantia materiæ, sicut dictum est in alio loco. Et maturatio est ordinata secundum ordinem, quem habet digestio in cibo, hoc est in tribus digestionibus. Et quando spargitur ad aliud membrum materia quæ egreditur à natura in quantitate, aut qualitate, aut in utrisq; simul, & putrefit illa materia, tunc generatur in illo membro de necessitate unus calor mixtus ex naturali & extranea, & si materia illa est apta recipere digestionem, fit ibi sanies, & maturatur. Ideo, quia alba sanies est media inter digestionem perfectam & diminutam, eo quod est alba, quia materiæ non sunt aptæ ad recipiendũ digestionem pro maiori parte, nisi quando egrediuntur à sua natura in quantitate. Sed quando egrediuntur à natura etiam in qualitate, tunc est in eis digestio difficilis, hoc est, quando tendunt ad malã qualitatem, sicut ad humores adustos, & similes illis, ergo ars conueniens in simili re est confortare uirtutem membri, quia calor naturalis est quasi sepultus in membro, super quod est sparsa hæc materia, & propterea est necesse, ut Medicina habeat ex sui natura, ut faciat digestionem, sicut Medicina quæ assimilatur calori intrinseco, quæ
D debet esse temperata in caliditate & humiditate, uel sit declinans aliquantulum ad calorem, & propterea, quia calor intrinsecus qui est in membro, potest esse refrigeratus, propter multam materiam sparsam in eo, aut propter qualitatem. Et quando comparamus talem Medicinã, qualis est hæc corpori humano, dicimus ipsam esse temperatam, & quando comparatur parti dominanti in ipsa ex partibus elementorum, dicimus quod est talis aut talis. Et de Medicinis temperatis est aqua calida temperati caloris, & oleum dulce oliuæ, quando guttatim cadit super apostema, & sicut cataplasma factum de farina tritici coctum cum aqua & oleo dulci. Et debes scire quod Medicina quæ facit saniem in una complexione, non facit in alia, & similiter in quolibet membro corporis, sicut dictum est superius, & propterea Medicus expertus debet ex se ponere gradus istis Medicinis, uerbi gratia, quia Medicina quæ inducit saniem, quasi in primo gradu est calida, ut cataplasma supradictum, & supra illam in gradu est, quæ facta est ex pane propter salem qui ibi est, & super hanc illa, quæ facta est ex fermento. Et quidam dicunt quod Medicinæ opilatiuæ sunt maturatiuæ, sed hoc est per accidens sicut cerotum factum ex cæra, & oleo rosato, propterea, quia quando pori clauduntur, calefit membrum, & materia maturatur. Et quidam dicunt quod Medicinæ maturatiuæ maturant, propterea quia faciunt in materia rem, propter quam est facile naturæ diuidere ipsam materiã, temperando qualitatem materiæ, aut subtiliando ipsam. Et potest esse, ut in una Medicinarum inueniatur maturatio cum omnibus istis modis, & erit in composito per artificium, in simplici uero per naturam. Et etiã dicitur quod Medicina maturat, propterea, quia rectificat in qualitate caloris naturalis, illud quod permutatum est per calorem extraneum, & per hanc uiam dicitur quod psylium maturat apostemata calida, & secundum hunc modum quod res frigidæ maturant apostemata calida. Et diffinitio qua diffiniuit Galenus maturationem non uerificatur, nisi in apostematibus quæ sunt difficilia ad maturandum, propter nimiam debilitatem caloris naturalis, aut propter quantitatem, aut propter frigiditatem.

De Medicinis mollificatiuis. Cap. VI.

Istæ

A ISTæ Medicinę appropriantur multum in hac arte Medicinis, quæ dissoluunt apostemata dura, dempsata, lapidea, quasi habentia insensibilitatem. Et ista apostemata generaliter fiunt ab humoribus grossis, qui sunt, aut melancholici, aut phlegmatici grossi, aut cõpositi ex ambobus. Et quia hæc apostemata sunt indurata propter frigiditatem, necesse est ut res quæ ea mollificant, sint calidæ, quia res quæ sunt congelatæ per frigiditatem, dissoluuntur per caliditatem, si sunt resolubiles, sicut plumbum, & stannum, quia ista apostemata cum maturantur, humectantur, & de necessitate est, ut Medicinæ quæ habent permutare, quamuis sint calidæ, ut habeãt aliquam siccitatem, ut uincant illam humiditatem frigidam. Et Medicinę quæ probatæ sunt per experientiam, in hoc opere sunt calidæ, in secundo, uel tertio gradu, & siccæ in primo sunt, sicut armoniacum, bdelium, storax, & medulla cruris uituli, & sepum hircinum, & bouinum. Et est necesse ut sint mensuræ harum Medicinarũ, secundum mensuram quam habent caloris & siccitatis, ideo, quia Medicinæ quæ sunt fortes in calore & siccitate, nimis habent dissoluere, & posset remanere pars grossa ex materia, quæ cõuerteretur in naturam lapidis. Et est necesse, sicut diximus, ut per te ponas gradum in fortitudine harum Medicinarum, propterea, quia pinguedo est debilior armoniaco & bdelio. Et pinguedo gallinæ debilior existit pinguedine anseris, & anatis, quia res istæ diuersificantur secundum aliquam complexionem, aut ad aliquod membrum.

De Medicinis induratiuis. Cap. VII.

DE necessitate est, ut Medicinæ indurate sint frigidæ, propterea, quia induratio cum grossitudine non est nisi congelatio, & congelatio non fit nisi à frigiditate. Sed illud quod dicit Galenus de humiditate in his Medicinis nihil est, propterea, quia humiditas non habet nisi solum humectare, & non indurare, & melius esset ut poneret siccitatem cum frigiditate, quia de illa frigiditate fit duricies cruditatis. Sed istæ duæ qualitates sunt, ut plurimum passiuæ, & non actiuæ, quia duæ actiB uæ sunt caliditas & frigiditas, quamuis earum operationes diuersificentur secundũ humiditatem & siccitatem, & hoc declaratum est in quarto methaurorum. Et istæ Medicinæ habent latitudinem, & istæ Medicinæ sunt sicut semperuiua, psilium, & portulaca, & si infrigidant & incrudant, non faciunt hoc nisi per frigiditatem.

De Medicinis opilatiuis. Cap. VIII.

ISTæ Medicinæ sunt ex his quæ claudunt poros, & natura sunt terrestres sine mordicatione, quia mordicatio est una ex rebus quæ cito faciũt Medicinam egredi ex poris, aut ut sint conglutinatiuę, ut gummi, & terrestre, quando non est conglutinatiuum sicut amidum. Et est necesse ut istę Medicinę sint multum remotę à mordicatione, & propterea debent esse temperatę complexionis, uel declinantes ad frigiditatem parum. Et si quęsieris quomodo oppilant istę Medicinę corpus interius, quando assumuntur. Respondemus quod hoc potes scire, per hoc quod est dictum superius, quia claudunt intestina propter chilum factum ex eis, & similiter epar & uenas & membra ipsa. Et istę Medicinę opilatiuę diuersificantur secundum diuersitatem complexionis membrorum, sicut dicitur, quod dactili opilant epar, & aperiunt opilationem pulmonis.

De Medicinis aperitiuis & absterſiuis. Cap. IX.

ISTæ Medicinæ sunt unius generis, & inter ipsas est parua diuersitas, quia Medicinę quæ abstergunt sordiciem ex membro, & lauant ipsum, neq; habent posse penetrandi in poris, dicuntur absterſiuæ, sicut aqua mellis, & aqua melonum, & farina hordei, & fabarum, & quæ habent uirtutem penetrandi propter partem igneam, quæ est in eis, dicuntur aperitiuæ. Et quædam istarum Medicinarum plus operantur extra corpus quàm intra, & quædam plus intra quàm extra, & quędam operantur æqualiter. Et quæ plus operantur extra, sunt, quæ habent aliquantulam bauracitatem, nec in eis est multa grossities, & propter partem subtilem, quæ est in eis, penetrant intus, & propter largitatem intranearum uiarum, penetrant cito. Et res uiscosę mundificare non possunt, & si cum eis inungeretur corpus stipticum aliquan-

C tulum groſſum, tunc mundificarent, propterea, quia ſunt inſtrumenta naturæ aperitiuæ, quæ eſt in eis, quia hæc ſtipticitas coniuncta, retinet eas in meatibus, donec compleuerint ſuas operationes. Sed extra corpus non poſſunt ita operari, propter ſtricturam pororum, & propter ſtipticitatem. Et propterea abſynthium aperit opilationes epatis, & non poteſt poros exteriores aperire, propter ſtipticitatem quæ eſt in eo. Et iſtæ Medicinæ debent eſſe amari ſaporis cum ſtipticitate. Sed Medicinæ quæ ambas operationes faciunt, ſunt inter harum naturam mediæ, uidelicet illæ quæ habent aliquantulam amaritudinem cum bauracitate, ſine ſtipticitate, ſicut radix lilij cœleſtis, & ſimilia eis. Et tu iam ſciuiſti quod Medicinæ quæ ſunt aperitiuæ unius membri, non ſunt aperitiuæ alterius. Et propter hoc dare debes unicuiq; harum tetum gradus, quemadmodum facis reliquis Medicinis & uirtutibus.

De Medicinis euaporatiuis. Cap. X.

QVia autem euaporatio non fit niſi in quantitate mẽbri euaporati, & augmentum ipſius quantitatis non fit niſi propter calefactionem membri, neceſſe eſt ut Medicinæ euaporatiuæ ſint calidæ. Sed earum calor debet eſſe temperatus, quia Medicinæ quæ habent diſtemperatum calorem, euacuant & deſiccant, nec debent habere ſubſtantiã groſſam, & iſtæ Medicinæ ſunt ſicut camomilla, malua, & oleum uetus. Et debes ſcire quod euaporatiuæ ſunt contrariæ opilatiuis, hoc eſt, quia ſunt frigidæ, ſcilicet opilatiuæ, de quo dictum eſt ſuperius, quia quando membrum refrigeratur, diminuitur quantitas ſua propter quantitatem ſui ad frigiditatem & terreſtreitatem, quemadmodum augmentatur quantitas eius propter propinquitatem, ad caliditatem ipſius naturæ aeris. Et ſcias quod non fit augmentum quantitatis ex his quæ apponuntur, uel eueniunt extra, nec fit diminutio propter aliquid quod reſoluatur ex eo, & hoc probatum eſt in naturali philoſophia. Et
D Medicinæ facientes hanc operationem, ſunt hæ eedem his quæ indurant, ſed primo inuiſcant, & ſi diu permanent in membro, indurant ipſum, & poſſibile eſt ut mortificent ipſum, cum diu permanent ſuper illud.

De Medicinis aperientibus ora uenarum. Cap. XI.

IStæ Medicinæ ſunt calidæ complexionis, & habent groſſam ſubſtantiam, & ſunt de genere Medicinarum aperitiuarum, tamen ſunt fortiores eis. Et habent quaſi tres gradus operationum, primus eſt abſtergendi, ſecundus eſt aperiendi, tertius eſt elargandi ora uenarum, tamen calor iſtarum Medicinarum aperitiuarum non eſt conueniens ut ſit calor coroſiuus, quia coroſio claudit, & iſtæ Medicinæ ſunt ſicut aleum, & fella, & proprie fel bouis.

De Medicinis ſtipticis. Cap. XII.

STipticæ Medicinæ quæ ſtringunt orificia uenarum, ſunt natura frigidę, & terreſtres, & fortis ſiccitatis, & propterea fuit ſapor earum ſtipticus, & propterea claudunt orificia uenarum, quia frigiditas quę non eſt terreſtris, eſt debilis operationis. Et hęc eſt differentia quę eſt inter ſtipticum & opilatiuum, quia opilatiuum eſt in materia quę tenet ſubtilitatem, & ſtipticum eſt in materia groſſa, & hęc ſunt ſicut galla, baluaſtia, acatia, & ſimilia.

De Medicinis mitigatiuis dolorum. Cap. XIII.

DIcitur quod prima uia mitigandi dolorem, eſt ut remoueatur cauſſa doloris. Et ſecunda eſt, ut ſtupefiat membrum ita, ut non ſentiat dolorem, ſicut fit cum opio. Tertia eſt Medicina quæ facit in membro illud quod repugnat rei quæ inducit dolorem, & iſtud eſt uerax mitigatiuum, quia in primo modo cadunt multa genera Medicinarum, ſicut Medicinarum purgantium in eis, & Medicinarum digeſtiuarum. Et ſecundus non mitigat, niſi per accidens, quando priuat ſenſum membri, aut ipſum indurat, quæ res non eſt facienda, niſi quando uitare non poſſumus, ſicut dictum eſt in libro de ingenio ſanitatis. Sed tertius eſt uerax

mitigatiuus

A mitigatiuus, propterea quia preſtat ſine medio illud, quod reſiſtit cauſſę doloris. Ergo neceſſe eſt, quod Medicinæ quæ hoc faciunt, ſint temperatæ, ſimiles calori naturali, aut parum calidiores, in tantum, in quantum calor naturalis eſt refrigeratus à calore naturali debito membri, propter reſolutionem factam in ipſo. Et propterea poſſunt iſtæ Medicinæ mitigare dolorem, qui eſt ex cauſſis calidis, & frigidis, per eundem modum, eo quod augmentant calorem naturalem, qui eſt inſtrumentum naturæ, qui eſt Medicinalis per omnem partem. Et tunc dominatur natura ſupet malam complexionem, quæ facit dolorem, & ipſum remouet. Et quamuis iſtæ Medicinæ ſint in hoc gradu, neceſſe eſt, ut ſint ſubtilis ſubſtantię, penetrantes, & uelocitet permutabiles ad calorem naturalem, & tunc adiuuabunt digeſtiones, propter earum ſubtilitatem. Et propterea appropriantur iſtæ Medicinæ duabus uirtutibus ad remouendum dolorem. Vna eſt ad multiplicandum calorem naturalem, & alia ad præparandum humorem ad digeſtionem, qui eſt cauſſa doloris, ad hoc, ut ſit facile permutabilis à natura. Et res magis conuenientes in hoc ſunt pinguedines, & oleo, & pinguedinum, ſicut pinguedo gallinæ, & anatis, & pinguedo anſeris eſt melior ſecundum Galenum. De oleis, oleum uitelli ouorum, & oleum dulce oliuæ calidum parum. Et generaliter quando dolor eſt mordicatiuus, res quæ mitigant debent eſſe dulcoratiuæ, unde Medicinæ quæ habent qualitatem mordicatiuam, & proprie ſtipticæ, multum ſunt remotæ à mitigatione doloris. Et Medicinæ frigidæ & oppilatiuę habent augmentare dolorem, eo quod reſiſtunt diſſolutioni humoris. Sed Medicinæ quæ in Arabico nominantur muſcabecha, uariantur ab iſtis, eo quod ſubſtantia earum aliquantulum groſſior exiſtit, & cum hoc ſunt aperitiuæ pororum cum euaporatione membri. Sed generaliter natura earum eſt propinqua naturæ ipſarum Medicinarum prædictarum, quæ indigent pauca abſterſione.

De Medicinis generantibus carnem. Cap. XIIII.

B IStę Medicinę indigent pauca abſterſione, cum pauca exiccatione, ſed abſterſio eſt, ut auferatur ſordicies, quæ eſt in uulnere, & ſiccatio eſt ad ſiccandum humiditatem, quia in digeſtione uniuſcuiuſq; membri inueniuntur iſtę duę humiditates, hoc eſt, ſubtilis, & groſſa.

De Medicinis cicatrizantibus. Cap. XV.

IStæ Medicinæ debent eſſe ſtipticæ, & fortiter ſiccæ, propterea quia cutis eſt illud, quod fit à natura poſt generationem carnis, & cutis eſt ſiccior carne, propterea neceſſe eſt, ut exiccatio iſtarum Medicinarum ſit fortis, ſicut pallę, & balauſtię.

De Medicinis cauſticis. Cap. XVI.

IStę Medicinę debent eſſe in fine caliditatis, cum groſſicie ſubſtantię, & tunc facient opus, quod facit prima, id eſt, carbo.

De Medicinis coroſiuis, & facientibus carnem cadere. Cap. XVII.

IStæ Medicinæ conſumunt carnem, non tamen faciunt, quod faciunt cauſticæ, & hoc accidit, quia habent caliditatis minus, & ſubtiliorem ſubſtantiam, & quę faciunt cadere carnem, ſunt debilioris putrefactionis, & non dicuntur putrefactiuę, niſi propterea, quia coroſio & caſus carnis, non ſunt niſi propter calorem extraneum, & in calore extraneo eſt aliqua putrefactio de neceſſitate, & Medicinę putrefactiuę ſunt ſicut auripigmentum rubeum, uel citrinum. Et utimur Medicinis faientibus cadere carnem in uulneribus, quando uolumus, quod caro bona in eis naſcatur, ſicut putrefactiuis in locis coroſiuis.

De Medicinis attractiuis. Cap. XVIII.

QVædam earum operantur prima qualitate, & quędam proprietate. Quę operantur per primam qualitatem, trahunt quodlibet aduenies. Sed quę trahũt proprietate, trahunt rem propriam, ſicut adamas ferrum, & generaliter omnis attractio, quocunq; modo fiat, non fiet niſi per calorem. Et ego debeo declarare operationes, quę à proprietate ſunt complętę. Et Medicinę quę trahunt propter

C primam qualitatem in eo, quod est qualitas absolute, hoc est illud, quod facit caliditas, in quantum caliditas sunt duarum specierum. Vna est, quæ trahit per calorem naturalem, qui est in ea, sicut radix, quę uocatur moschec almesia, id est, putredo facta circa orificium bussorum apum, & alia trahit per calorem putredinalem, sicut fermentum, & stercus columbarum. Sed Medicinę quę uocantur bezahar, quę curant à uenenis, quędam faciunt hoc à tota substantia, & quędam faciunt propter primam qualitatem, quę est in eis, hoc est, quando resistunt qualitati generatę à ueneno, propterea quia uenenum ingreditur hanc diuisionem, hoc est, quia uenenorum quoddam est uenenum per primam qualitatem, & quoddam est à tota substantia, & hãc diuisionem postea declarabo. Et Medicinę preseruatiuę dicuntur Medicinæ, quæ resistunt putrefactioni, aut propterea, quia tenent aperta loca, quę patata sunt opilari, aut quia resistunt putredini, aut propter utrunq;.

De Medicinis confortantibus. Cap. XIX.

ISte Medicinę sunt, quę assimilantur cõplexioni membri in tota substantia. Et propterea dicunt quidam, ꝙ quodlibet membrum comestum cõfortat simile membrum comedentis. Sed Medicinę quę confortant, in quantum sunt Medicinę confortatiuę, necessario calor earũ debet esse fortior parumper calore membri, & similiter siccior, propterea quia mẽbra non terrentur, neq; debilitantur, nisi propter qualitatem frigidam et humidam. Et hoc secundum plurimum accidit proprie in membris principalibus, & generaliter non debilitatur operatio membri ut plurimum, nisi propter frigiditatem, quę est cõuenientior ad inducendam lesionem, hoc est, quia assimilatur uirtutibus dominantibus super ipsum ex uirtutibus elementorum, sicut est cerebrum, quia ideo quod super ipsum dominatur frigiditas, & humiditas, læsio quæ superuenit ei propter has duas qualitates, est maior. Et propterea est necesse, quod natura Medicinæ, quę confortat membrum, resistat parti, à qua prouenit læsio membri. Verbi gratia, Quia Medicinæ quæ confortant epar, necessario debent habere manifestam siccitatem, econtrario in Medicinis cordialibus, & quædam sunt, quę confortant à tota substantia, sicut aurum & margarita cor. Et quędam sunt, quę confortant propter qualitates primas & secundas, sicut stipticitas & amaritudo quę sunt in rosa. Et Medicinę odoriferę sunt supremę omnibus Medicinis, quę confortant principalia membra, & maxime in rebus testificatis ab experientia, & proprie cordi. Et propterea muscus plus cõfortat inter cętera odorifera, nam eius aromaticitas pręualet omnibus aromaticis.

D

De operationibus tertiarum uirtutum. Cap. XX.

IAm diximus naturam Medicinarum, à quibus prouenium operationes secundæ. Deinceps debemus narrare naturam Medicinarum, quæ faciunt tertiam operationem. Et dicamus, quod istarum Medicinarum quædam sunt, quę frangunt lapidem, & quædam, quæ prouocant menstrua, & quædam, quæ generant lac, & quædam, quæ generant sperma, & quędam, quæ diminuunt lac, & sperma, & quędam mundificant pectus. Sed Medicinæ quæ frangunt lapidem, non sunt multum calidæ, secundum quod Medici dicunt, propterea quia calor qui indurat & pertificat, est fortissimus, & propter hanc uiam calor extraneus indurauit lapides, & propterea est necessarius in earum fractione calor suauis, & nón fortis, in quo sit aliquantula humiditas, comparando calori, qui indurabit lapides, & cum subtilitate, eo quod scis, quia res quæ induratę sunt propter calorem & siccitatem, non dissoluuntur, nisi per frigiditatem & humiditatem. Et cum dico frigiditatem, intelligo diminutum calorem à calore, qui coagulauit lapidem, & sic intelligo cum dico humiditatem, ideo quia non operantur istæ medicinæ in lapidibus, nisi per operationem similem operationi alicuius decoctionis, & per uiam istam diuidit eum calor naturalis, & expellit. Et tales Medicinę sunt sicut sparagus, cicer tubeũ, & amygdalæ quę tendũt ad amaritudiné. Et nõ est remotum, ut hęc operatio nõ fiat à tota substantia. Sed Medicinæ quæ prouocant urinam, debent necessario habere caliditatẽ cũ subtilitate, quia caliditas cum subtilitate adiuuat uirtutem attractiuam, quæ est in renibus,

A nibus, uidelicet, ad trahendum illam aquositatem, & discretiuam, quæ est in epate etiam adiuuat in cognitione istius aquositatis caloris. Et dicitur, quod Medicinę quę faciunt hoc, habent conuenientiam cum membris urinæ à tota substantia, sicut sunt apium, fœniculum, daucus, & similes illis. Sed Medicinæ quę lac generant, sunt quę habent calefacere humores phlegmaticos, & habent iuuare uirtutem digestiuã, quæ est in membro, ut conuertatur ad sanguinem. Et ex generantibus lac sunt quædam, quæ sunt cibi, & illa sunt conuenientiora in hoc opere. Et sunt cibi, ex quibus fiunt humores temperati in caliditate & humiditate, æqualibus humiditati & caliditati sanguinis. Et Medicinæ quæ prouocant menstrua, per os sumptę, sunt de genere Medicinarum, quæ generant lac, sed necesse est, ut sint calidiores eis, eo quod habent aperite orificia uenarum, & subtiliare sanguinem. Et quando hoc accidens est parum, tunc sufficiunt solum Medicinæ, quæ generant lac, sed si ex toto cessaret menstruum, non sufficiunt illæ, sed sunt necessaria ea, quæ sunt similia pulegio, & mentastro, & oppoponaco, & costo, & squinanto, & cassiæ ligneæ, & aristologiæ, & similia his. Sed Medicinæ & cibi qui generant sperma, sunt calidi, & humidi, & uentosi, sicut faseoli rubei, cepe, & nuclei pinearum. Sed Medicinæ quæ mundificant pectus & pulmonem, & adiuuant ad excreandum materias inclusas in ipsis, sunt, quæ habent uirtutem digestionis & incisionis, sine forti calore, ut non indurent. Et quandoq; adiuuant ad excreandum sputa Medicinæ, quæ habent lenitatem, & uiscositatem, quando difficultas spuendi erit propter subtilitatem materiæ, quia spargitur & circunfluit ante aerem, & educi non potest. Et Medicinæ digestiuæ, & huius materiæ absterśiuæ sunt, sicut nuclei pinearum recentes, & butyrum cum melle cannæ & amygdalis. Et semper sis memor eorum quæ diximus superius, hoc est, quia diuersificantur operationes istarum Medicinarum per diuersitatem complexionis alicuius membri, etiam plus & minus, & à te pone gradus, & uia cognitionis harum rerum utplurimum est experientia.

B De Medicinis operantibus à forma specifica, & de differentia inter eas & illas, quæ operantur per primam, secundam, & tertiam uirtutem. Cap. XXI.

DEinceps uolumus dare differentiam, quæ est inter Medicinas, quæ operantur per primam, secundam, & tertiam uirtutem, & illas quæ operantur per proprietatem, quam appellant Medici totam substantiam, & qualiter operantur. Et dicamus, ꝙ operationes Medicinarum sumuntur duobus modis. Vnus est, operationes quæ appropriantur proprijs uirtutibus elementorũ, sicut est calefacere calori, & refrigerare frigori, quia huiusmodi sunt substantialia, & sequuntur eorum substantiam, & similiter incisio, subtiliatio, & alię operationes secundę & tertiæ, sicut dictum est. Et propterea possumus apprehendere occasiones harum operationum bono arbitrio. Sed alium modum Medicinarum operationis appropriare non possumus primis uirtutibus elementorum substantialiter, uerbi gratia, Attractio quam facit adamas in ferro, propterea quia attractio, in quantum est attractio, quamuis sit appropriata calori, non propterea ut trahat absolute accidit ut trahat ferrum. Sed propterea quia trahit tali attractione propria, & hoc accidit propter proportionem & conuenientiam, quæ est inter ipsum & ferrum. Et hæc proportio & conuenientia non est, nisi in mensuris mixtionis elementorũ in eis, hoc est, in trahente & attracto. Et propterea est possibile inueniri in una re proprietates infinitas, & hoc est cõparando entibus quasi infinitis. Et hęc operatio est quasi sicut accidés in ipsis uirtutibus elementorum, quæ sunt infusæ in re, quæ habet hanc proprietatem, & non insunt substantialiter. Et propterea est impossibile scire per arbitrium mensuram mixtionis, propter quam fit hęc operatio in ipso ente, sicut sciuntur operationes, quę prouenium à materia, quæ non sciuntur, nisi per arbitrium. Istud est esse proprietatis, & totius substantiæ. Sed complexio non quæritur, nec arbitratur in hac specie, sed in alijs. Et qui quærunt, in qua specie harum operationum operentur Medicinæ laxatiuæ, eis respondendum est, quia habent hanc operationem per modum attractionis

C ctionis,in quantum est attractio,& per proprietatem. Propterea quia nos uidemus, quod quando reperitur una ex istis Medicinis purgantibus, ipsa attrahit humorem proprium ei,& à quacunq; parte sit in corpore, uel quod sit in partibus infimis corporis,aut in partibus supremis,sicut scamonea, quæ curat ægritudinem formicæ pedis,eo quod mouet hunc humorem colericum,qui est in pede, ad exeundum extra cum Medicina,& hoc non fit nisi per uiam attractionis. Et Medicinæ purgatiuæ non habent hanc solam uirtutem,hoc est,attrahendi humorem proprium eis, sicut turbith phlegma trahit,& scamonea choleram, & lapis lazuli melancholiam, sed etiam trahunt proprium humorem,& ex proprio membro,sicut faciunt gummi,& proprie serapinum,quod trahit à neruis & à iuncturis humores phlegmaticos grossos,& uiscosos. Et apparet,quod Medicina cum hac operatione attractationis habeat operationem cognoscendi humores,propterea quia humores, sicut scitur,sunt in maiori parte in sanguine, in potentia, & ipsa cognoscit eos, & ipsos attrahit. Et quando trahuntur humores ab instrumentis ciborum ad intestina & uentrem, tunc mouetur uirtus expulsiua ad expellendum eos,nec est remotum,ut uirtus expulsiua, quæ est in hoc membro,in quo est humor, sit iuuatrix operationi Medicinæ in illo humore,hoc est,quia cum Medicina incipit attrahere,& natura incipit expellere. Et propterea quando uirtus expulsiua est multum fortis,fit propter hoc magna euacuatio,quamuis Medicina non fuerit multũ fortis. Et manifestum est, quod attractio non potest fieri,nisi cum apertione orificiorum uenarum,& illa apertio nõ habetur, nisi per calorem,& sic fit similiter attractio. Et propter hoc totum apparet,quod Medicinæ purgatiuæ non operãtur,nisi per unum calorem proprium,qui est in eis, qui habet proprietatem trahendi talem humorem. Sed quærendum est, & dicamus per exemplum. Ponamus quod scamonea habet proprietate sua trahere choleram solum,sicut habet adamas trahere ferrum solum. Ergo quando bibitur ex ea plus q̃m
D sit eius dosis,nõ debet alium purgare humorem, & iam certificatum est per omnes Medicos,& experientia scitur,quod si fuerit quantitas maior debito,purgata cholera fortiter,postea purgat phlegma,post melancholiam,& sanguinem. Et sic apparet quod alia uirtus hoc facit proprietate. Ad hoc respondere debes, quod iste calor proprius,quem habet Medicina purgatiua,per quem attrahit, non habet ipsum solum in se,& in actu,sicut habet adamas,qui trahit ferrum propter suam formam specificam,quia Medicina non acquirit illum calorem, nisi à corpore, & calor non dat illum calorem,nisi in quantitate determinata in illa. Et propterea quando recipitur aliqua quantitas indeterminata,non stabit in hac proprietate, ergo attractio Medicinæ non est propria alicui humori, nisi per uiam comparationis, & proportionis determinatæ in illa Medicina,& non omni quantitate accidente,quia quando egreditur ab illa quantitate,tunc trahit solum illud,quod trahit per attractionem. Et nõ oportet ut hæc omnia dicantur,nisi in Medicina,quæ inuenta est per experientiam, ut non trahat nisi unum humorem proprium,eo quod inueniuntur Medicinæ,quæ trahũt diuersos humores,sicut dicitur de agarico. Et non est remotum, quia omnes humores habent propinquitatem in uno genere. Et hæc est etiam causa,si duplicaretur quãtitas Medicinæ,quæ est propria uni humori, ut purgaret alium humorem. Sicut dicitur,quod Medicinæ quæ trahunt melancholiam, trahunt humores phlegmaticos,quia conueniunt cum ea in una qualitate.

De uenenis. Cap. XXII.

VEnena operantur in corpore quatuor operationibus uirtutum, sicut tu uides,q̃ plura operantur qualitatibus primis, sicut opium,quod priuat sensum et motum sua frigiditate,unde si sumeretur pauca quantitas postquã esset refrenata aliqua Medicina,contraria esset Medicina. Et quędam operantur à tota substantia, hoc est, quia permutant corpus penitus ex toto,sicut aurum conuersum in calcem, quod nõ potest aliquo modo esse Medicina. Et quędam interficiunt fortitudine attractionis, sicut dicitur de elleboro nigro,alias albo. Et quædam occidunt remouẽdo calorem uitæ,& hæc sunt,quæ purgant sanguinem.

De bezahar.

A

De bezahar. Cap. XXIII.

MEdicinæ quę uocantur bezahar,quæ curant à uenenis,operantur has passiones conuersim,hoc est,quia quædam permutant sua qualitate uenenum, quando sunt contrariæ,& quędam hoc operantur à tota substantia,& quędã hoc faciunt sua attractione. Et istę Medicinę bedazaricę non curant,nisi recipiantur,cũ est in corpore dispositio uenenosa facta à ueneno,& tunc dant corpori unam uirtutẽ,quę est cõtraria uirtuti ueneni. Et sic curatur uenenũ quasi per accidens, propterea quãdo illas comedit homo sanus,sunt sicut uenenũ,exceptis granis citri,& similibus illis. Propterea dicũt Medici,q̃ Medicinę bedazar sunt medię inter Medicinas & uenenũ,& nos sic nõ intendimus,quia mediũ & extrema sunt unius generis,& quę sunt unius generis,sunt similia,& sic non est in bedazarijs cũ ueneno,& propterea melius est dicere, q̃ bedazar sit in fine cõtrarietatis cũ ueneno,quia medicatio cõtrarietatis semper debet attribui contrarietati. Sed causa quare bedazar occidit sanum, non est,nisi quia non habet prodesse,nisi quando in corpore est dispositio uenenosa. Et est ut istę Medicinę faciant duas operationes in corpore humano. Vna est ut uenenosa, quando recipitur non existente in corpore dispositione uenenosa. Et alia est iuuatrix, quando in corpore est dispositio uenenosa,& sunt sicut uenenum ex una parte, & Medicinæ ex alia, non quod sint Medicinæ ex parte, ex qua sunt uenenum, quia non est extraneum, ut dicatur, quod diuersificantur actiones unius agentis, diuersificatis dispositionibus substanti locorum, hoc est, quod potest dici bono arbitrio de operationibus Medicinarum, qualiter operantur.

De modo cognoscendi uirtutes Medicinarum, & ciborum. Cap. XXIIII.

DEinceps habemus perscrutari, si possunt comprehendi argumento operationes Medicinarum, quæ non sunt expertę, aut sit cognitio inuentionis earum per experientiam, aut si in hac inuentione cadit res, quæ contineat argumentum
B & experientiam, & si ceciderint, utrum sufficiant modi, qui dicti sunt à Medicis. Sed dicamus, quod operationes Medicinarum, secundum quod dictum est, sunt quatuor, primæ, & secundæ, & tertiæ, & propriæ. Sed cibus non habet nisi unam operationem, hoc est, quia nutrit. Et cibi naturales non conueniunt nobis, nisi in tota substantia, propterea quando perscrutati erimus de hoc, si poterit comprehendi per modum argumenti demonstratiui in hac demonstratione,alias perscrutatione, cader perscrutatio inquisitionis proprietatis, si potest assignari aliqua ratio uel non. Et dicamus, quod iam dictum est in primo posteriorum, quod cognitio rerum est duobus modis. Vnus,ut habeatur cognitio sui esse solum, & hæc uocatur demonstratio esse. Et secundus dat nobis cognitionem causæ illius esse, & hæc uocatur demonstratio causæ. Et quando sunt in una & eadem scientia, differunt secundum hunc modum, quia quod dat causam, non stat nisi per primam causam propinquam sine medio. Verbi gratia, Si tu quæreres, quæ sit causa diei, respondemus, quia est propter lumen Solis. Sed quod dat esse rei solum, non stat per primam causam, sed stat per principia mediata, & si non sint mediata, non sunt ipsa & eadem causa, sed hoc scitur per conuersionem æqualem, aut per tes magis notas apud nos. Verbi gratia. Ponamus ut uelimus rationem assignare, quod luna sit rotunda, eo quod ipsius lumen paulatim augmentatur in figura rotunda,sicut arcus,quia hoc principium, hoc est, augmentatio sui luminis paulatim non est mediatum, propterea hoc idem non est causa rotunditatis lunæ,propterea quod rotunditas lunæ non est propter hoc, quod augmentatur paulatim in hac figura rotunda, sed augmentatur in hac figura, quia rotunda,& est conuersiue, propterea quod cuius rei lumen augmentatur paulatim in hac figura est eius forma rotunda,& omnis res rotunda luminosa,augmentat lumen suum in hac figura. Et etiam inuenimus principia,quæ dant esse rei solum in hoc, q̃ nota sunt per se, & non propterea,ut sint prima causa in re,sicut dicitur, q̃ stellæ quæ non scintillant, sunt nobis propinquiores,& hoc principium est notũ apud nos per sensum, propterea

prodest

C prodeſt dicere, quod ſtellæ errantes ſunt propinquiores fixis. Et debes ſcire, quod hæc principia, quæ nos iuuant ad ſciendum eſſe rei, ſolum ſunt poſteriora à complexione in eſſe, alias, cognitione cauſſæ, & ſunt priora ei in cognitione, comparatione ad nos. Propterea quia priuatio ſcintillationis errantium eſt propter earum propinquitatem ad nos, & propinquitas earum ad nos eſt prior in natura & cognitione. Et principium conuerſiuum poteſt nobis dare cognitionem cauſſæ rei, quando probatur per medium terminum, quod fit in uero ſillogiſmo, quia in hoc probatur terminus maior & minor, uirtute medij. Quia quando inuenitur terminus maior in toto medio, & medius in toto minori, tunc probatum eſt eſſe maioris in minori, & hęc demonſtratio poteſt dare cauſſam eſſe, & nominatur demonſtratio cauſſæ. Sed quod dat ſolum eſſe, eſt inductio, hoc eſt, quia ſcitur ex inquiſitione partiũ, quæ ſunt ſub illo uniuerſali, quia quando fuerit quæſitum prædicatũ, cuius eſſe uolumus habere certitudinem uniuerſaliter, tunc quæruntur omnes partes uniuerſalis. Et ſi inueniantur, tunc conſtituetur, quod hoc prædicatum eſt in toto uniuerſali, & hæc ſpecies nominatur declaratio eſſe maioris in medio uirtute minoris, quia quando inuenitur maior in toto minori, hoc eſt, in omnibus partibus, & totus minor eſt totus medius, tunc argumentatur maiorem eſſe in toto medio. Ergo quando quæruntur multa ex particularibus in una ſpecie, & inueniatur unum prædicatum in omnibus, non opinando, ut ſit aliqua pars in ſubiecto, in qua non inueniatur hoc prædicatũ, & eſt certificatum, quod nõ uidebitur per hoc, quod uidetur à partibus per hũc modum declarationis cognoſcitur eſſe unius prædicati in tota illa ſpecie à parte experientiæ in omnibus ſuis partibus. Et per hanc uiam habemus cognitionem maioris partis ſpecierum principiorum artis Medicinæ. Et principium quod nobis dat eſſe rei, ſolum eſt poſt concluſionem, ut non ſit conuerſiuum ſuper medium terminum, & in hoc modo cadit demonſtratio eſſe, uerbi gratia, ſicut uolumus declarare eſſe
D uirtutem nutritiuam homini per unum principium, quod dicet, Omne animal eſt nutribile, & fiet argumentũ hoc ſic, Omnis homo eſt animal, omne animal eſt nutribile, ergo omnis homo eſt nutribilis, propterea quia hoc principium nõ prodeſt nobis, niſi ad tribuendum uirtutem nutritiuam homini, ſed non ut uirtus nutritiua ſit cauſſa propinqua homini. Et quare non iuuat nos in dando cauſſam rei, quia nõ cõuertitur maior ſuper mediũ, quia oñe nutribile nõ eſt animal. Et in ſumma dico, quod demonſtrationes quę naſcuntur à cauſſis remotis, uel ſint affirmatiuæ, uel negatiuæ, ſunt demonſtrationes eſſe, & non demonſtrationes cauſſę, quia demonſtratio cauſſæ eſt prima & propinqua. Et omnes iſtæ res faciles ſunt ei, qui ſtuduit in Logica per aliquod tempus, & perfectius cognoſcet iuuamentum, quod faciunt in hoc loco, & etiam neceſſitatem. Et poſtquam ita eſt, ſicut dictum eſt, debemus perſcrutari de proprietatibus, & dicamus, Videndum eſt, ſi poſſit inueniri uia, qua poſſimus cognoſcere, quod proprietates ſint per comparationem alicuius alterius rei, ſicut eſt ad comparationem corporis hominis. Et dicimus, ꝙ hoc non poteſt ſciri, niſi uno duorum modorum. Vnus eſt, ut ſit natura, propter quam prouenit hęc operatio manifeſta apud nos perfecte, aut per primos intellectus, aut per demonſtrationem. Alter eſt, ut inueniantur res proprie poſterius illi naturę. Et ad hęc ut ſint illæ res & proprietates æquales in uno prædicato. Et etiam ut ſint illæ eedem res poſteriores magis notæ apud nos, q̃ proprietates, & ut ſint illæ res, propter quas poſſint ſciri proprietates abſq; medio. Quoniam ſpecies harum demonſtrationum quamuis ſint ex rebus, quæ ſunt quaſi per accidens, ſunt tamen ueraces. Et nos uellemus, ſi poſſet eſſe, inuenire hoc quæſitum uirtute illarum demonſtrationum. Sed uidetur, quod iam ſit ſententiatum, quod natura, qua operatur proprietas, nõ poſſit ſciri perfecte, quia proprietas non eſt, niſi una operatio exiſtens per ſe, tranſiens ab uno ente ad aliud, propter proportionem menſurarum elementorum, quam habet unum ens cũ alio. Et hæc menſura comprehendi non poteſt per modum arbitrij, neq; etiam poteſt ſciri hoc plus q̃ ſit hæc cognitio, quæ non eſt perfecta. Neq; etiam inuenitur hic aliud accidens poſterius, quod ſignificat ſuper hanc naturam ueraci ſignificatione. Etiam neq; eſt

A neq; eſt aliqua niſi proprietas eadem quando ſentitur, quia tunc ſignificat ſuper hãc naturam, & ſi eſt impoſſibile hoc ſcire, eodem modo eſt impoſſibile inuenire in eo ꝙ habet proprietatem unum accidens æquale proprietati ad hoc, ut ſignificet ſuper proprietatem, & ſit manifeſtius apud nos quàm ipſa, quia non eſt conueniens inuenire hoc, niſi quando inueniretur unum accidens magis notum, quod ſignificaret perfecta ſignificatione, ſuper naturam, propter quam ſit hæc proprietas. Et propterea, quia proprietas ſequitur proportionem menſurarũ entium, poſſibile fuit inueniri in una re proprietates quaſi infinitas, & res quæ eſt propinqua infinito, non poteſt ſciri perfecte per arbitrium, neq; etiam poſſumus inuenire ſigna ſignificãtia ſubſtantialiter ſuper hanc naturam. Et poſtq̃ ita eſt, debemus perſcrutari ſi poſſibile eſt apprehendere primas operationes per uiam demonſtratiuam, aut non. Et dicamus ꝙ uia qua perſcrutati ſumus ſuper proprietates, erit eadem cum uia qua hic erimus ſcrutati, quia ſi poſſet apprehendi arbitrio Medicina temperata, aut diſtemperata in fine æqualitatis, hoc non eſſet niſi cum cognoſceremus naturam, quæ hoc operatur perfecta cognitione. Quia quando nos tractamus de Medicina, ſi eſt calida, aut frigida, aut temperata, nos non intelligimus hoc, niſi quia habet per ſui naturã & preparationem permutando ſe à corpore humano, uel ut permutetur à corpore humano, & corpus poſtmodum ab ea recipit unam qualitatem permutatam, comparatam, proportionatam qualitatibus naturalibus quæ ſunt in corpore, quam proportionem dicimus temperantiam, eſſe aut diſtemperantiam. Ergo utinam ego ſcirem quæ natura eſt hæc, propter quam præparatum eſt corpus humanum pari has paſſiones, & quæ eſt illa quæ præparata eſt ad agendum, & cui rei has debemus comparare, hoc eſt, cui rei debemus comparare menſuras elementorum, quæ ſunt in illa. Propterea, quia hæc comparatio, alias operatio, non dicitur niſi cõparatiue ad corpus humanum. Et propterea apparet prima fronte ꝙ debet fieri comparatio inter complexionem ciborum & Medicinarum, & complexionem hominis, ita ꝙ menſuræ elementorum, quæ inueniuntur in cibo & Medicina, in qualitate æquales ſint
B his, quæ in homine inueniuntur, & hoc eſt quod dicitur cibus temperatus, & Medicina temperata. Et quod egreditur à temperantia ad unam extremitatum, eſt illud quod eſt augmentatum, aut diminutum in illo extremo. Hæc eſt melior ratio, quæ poſſit aſſignari proportioni, & comparationi ciborum & Medicinarũ corpori humano, & operationibus ipſius. Sed unum nobis obuiat, ꝙ ſi ita eſt, nullus cibus debet dici temperatus homini, niſi caro humana. Et forte poſſet eſſe ꝙ carnes gallinarum per modum ſimilitudinis remotę eſſent temperatæ complexioni hominis, aut complexio carnium hœdi ſimiliter. Sed de terræ naſcentibus, nullum temperatum poterit inueniri, & minus debent eſſe calida corpore humano, quia corpora animalium ſunt calidiora naſcentibus terrę, & propterea non inuenitur in terrę naſcẽtibus calor in actu. Et poſtq̃ non eſt uia cognoſcendi hanc naturam, perfecta cognitione, ab hac parte comparationis, quę eſt inter naturam corporis & complexionem, qua operantur Medicinę has operationes, fortaſſe poterit cognoſci à parte comparationis & proportionis, menſurarum, elemẽtorum, quam habet Medicina à ſeipſa, hoc eſt, quia Medicina in qua dominabitur calor in ſeipſa, illa dicitur calida, & illa in qua dominabitur frigus, dicitur frigida. Et ſic de ſicco & humido, quia Medicina in cuius partes dominabitur pars ignea, illa erit conueniens, ut ex ea generetur calor magis, ſicut uidetur in ſulphure, & in ſimilibus. Hęc eſt una uia quę poſſet ſuſtineri in parte. Sed etiam illa eſt corrupta in pluribus ſuis partibus. Ideo, quia inuenimus multas res, quę ſunt in ſuis complexionibus calidiores. Et quãdo nos comparamus eas corpori humano, hoc eſt, quando eas comedit homo, inueniuntur frigidiores ſicut muſtum & uinum antiquum, quia in eo, ſcilicet muſto, apparet calor manifeſtior. Poſtq̃ tu uides quia bullit, & comparando ipſum corpori humano eſt frigidius. Et uidemus res, in quibus frigiditas eſt magis manifeſta, & comparatione ad corpus noſtrum ſunt calidiores, ſicut uetus uinum. Et ſi tu dicis, hoc prouenit à uirtute corporis. Ergo ſumus in eo quod prius eramus, & non ſumus egreſſi. Et quare uolo

E in hoc

C in hoc conari, quia in terræ naſcentibus, & animalibus omnibus dominatur calor, & ſi refrigidarentur, propter dominans in eis non eſt frigiditas illa à parte qua ſunt terrę naſcentia, aut animalia in actu. Sed quędam eorum inueniuntur calida compatione corporis humani, & quędam frigida, & non ſolum frigida, uerum etiã mortifera, propter frigiditatem, & illud quod eſt mortiferum, non eſt mortiferũ ex parte qua frigidum eſt in actu, quia uinum quod eſt uiuificatiuũ, eſt frigidum in actu, ergo non prouenit niſi à parte permutationis quã recipit à noſtro corpore, & hęc permutatio aut eſt ad magis calidum, aut ad magis frigidum, & ſi ad magis calidũ, ergo calefit & non refrigerat, ſi ad plus frigidum, ergo in corpore noſtro eſt frigiditas in actu in quarto gradu aut ultra, ergo ſunt occupationes, paſſus, uel tranſitus, & eſt nobis neceſſe tentare nouum paſſum, & dicemus parum de eſſe olei. Oleum eſt ex rebus in quibus dominatur humiditas & caliditas, eo ꝙ partes aereę in eo ſunt manifeſte multum. Etſi aliquis quęreret quomodo poteſt eſſe ut in eo partes aereę dominentur, cum uideamus quod ingroſſatur, & cõgelatur, & inſpiſſatur à frigore, & dicitur quod non congelantur à frigore, niſi ſubſtantię aquoſę. Debemus reſpondere quod non congelatur propter frigiditatem, niſi propter multam conuerſionem ſuarum partium ad aquam, & ab illa conuerſione prouenit hoc, & multum ſubtiliati ſumus ſuper eſſe olei, ſuper quarto metaurorum, & ibi ſunt ſoluta omnia dubia, & propterea non poteſt haberi ex hoc certitudo, niſi per experientiam, & quomodo non debes hoc credere, quia tu uides quod quando ponimus in ignem multas res, non ſubito alterantur, propter calorem naturalem, qui eſt in ipſis, & quando comeduntur ab aliquibus animalibus incontinenti, alterantur propter calorem naturalem, qui eſt in ipſis animalibus, ſicut dicitur quod cum ſtrutionibus datur ad comedendum aurum, & incontinenti extrahatur à ſtomacho, inuenitur multum diminutum, & hoc eſt ueritas, quamuis aurum dure patiatur ab igne, nec poteſt dici
D quod calor ſtrutionis ſit fortior igne, nam uerbum eſſet uanum. Ergo hæc res non eſt niſi illud quod ſequitur à tota ſubſtantia in calore ſtrutionis, & non propter fortitudinem qualitatis caloris, & hoc eſt manifeſtius in cibis quàm in Medicinis, propterea, quia cibus eſt illud quod habet per ſui naturam, ut conuertatur & alteretur à cibato, ita ut ſit cum cibato idem in ſpecie, & manifeſtũ eſt ꝙ hæc conuenientia quæ eſt inter cibum & cibatum, non eſt niſi à tota ſubſtantia, & propterea una & eadem res uni animali eſt cibus, & alteri eſt uenenum, ſicut helleborus coturnicibus, & napellus ſaratro ꝙ latine ſturnelli nominantur, ſed Medicina eo ꝙ operatur in corpore propter primas qualitates opinantur quidã, ut illud arbitrio poſſit cõprehendi.

De inueſtigatione qualiter ſunt uerificata ſigna rationabilia ciborum & Medicinarum. Cap. XXV.

ET Galenus, & alij Medici conati fuerunt facere regulas demonſtratiuas, ut probarent operationes harum Medicinarum, in corporibus humanis, quamuis nõ ſint niſi ſigna opinãtia, ſicut oſtenſum eſt ſuperius, & ut ipſum honoremus, dicimus ꝙ habent ueritatem pro maiori parte, ſed non neceſſario, & etiam, quia mouent hominem ad experientiam. Et propterea dicit Galenus, quod duo inſtrumẽta, quibus hæc ars fuit inuenta, fuerunt ratio & experientia, & etiam conferunt ad habendam cognitionem rerum expertarum, utrum ſint cibales, aut Medicinales. Verbi gratia, ſint duo cibi, unus ſit facilis uel leuis, alter uero grauis & durus, nos dicimus ꝙ facilis & leuis citius alterabitur, eo ꝙ citius recipiet diuiſionem à calore naturali, & citius patitur. Et adhuc plus ſi conati eſſemus in his rebus ad accipiendum per unam uiam cauſſam & eſſe ſimul, eſſet ualde difficile, & quando habebimus experientiam eſſe, facile erit nobis dare cauſſam per hunc modum ſpeculationis, & erit hæc ars ratiocinatiua. Et quando una Medicina non complebit intentionem noſtrã hac ratione, poterimus ad aliam tranſire. Sed qui non haberet niſi experientiã, non poſſet hoc obtinere. Et iam dilatatus eſt Galenus in diuiſione harum duarum rerum, niſi quia demonſtrationes & ſententiæ datæ à Galeno, & quibuſdam Medicis uenientibus poſt eum, ſunt breues, reſpectu illarum quæ hic dici poſſunt, eo ꝙ intenderant ad loquen

A ad loquendum ſuper naturam Medicinarum, ex parte ſaporum & odorum, & uelocitate conuertendi ab igne, & ſi poneremus omnia hæc eſſe ſigna, erũt propriora naturarum quæ tenentur has operationes facere in corpore humano. Sed ſigna ſubſtantialia, neceſſe eſt ut ſint æqualia naturis quæ manifeſtant ſuper eas, & tunc poteris ireà nouiſſimo ad primum, & à primo ad nouiſſimum. Et ſi non fueris perſcrutatus ſpeculationes huius artis, per hanc uiam ignorabis naturam Medicinæ calidæ, in quantum abſolute calida extitit, & frigidæ in quantum frigida, nec etiam ſcies naturam Medicinæ calidæ in eo, ꝙ eſt calida perfecte, nec frigidæ, in eo ꝙ frigida eſt. Verbi gratia, ſi cõgnitio Medici in Medicina calida non eſſet, niſi propterea ꝙ habet ſaporem acutum, aut amarũ, aut ſalſum, & ꝙ natura quæ habet calefacere, facit hoc, tunc eſt eius ſpeculatio in hac arte multum diminuta, propterea, quia multę res ſunt calidæ, & non habent ſaporem amarum, neq; acutum, ſicut carnes paſſerum & columbarum iuuenum, & ſimilium. Quia cibi & Medicinæ uniuerſaliter ſunt terrę naſcentia, aut animalia, aut mineralia, & ſapores non dominantur, niſi in terrę naſcentibus, aut animalibus. Et nobis neceſſe eſt, ut iſtarum rerum arbitriũ ſit rationale ad affirmandam naturam Medicinarum calidarum, frigidarum, ſiccarum, & humidarum, & poſtea ſtudebimus in rebus quæ ſignificant has naturas. Ergo primo conſyderanda ſunt ſigna, quibus poſſimus cognoſcere quantitatem harum menſurarũ à complexionibus Medicinarum. Et dicimus ꝙ res quibus poſſunt ſciri, ſunt res ſuperuenientes unicuiq; qualitati rei complexionatæ, propterea, quia complexionatũ eſt corpus conſimile in partibus, & iſta ſuperuenientia ſunt differentiæ quæ aduenient ei à menſuris mixtionum illarum. Et quædam iſtarum differentiarum ſunt quæ continent omnia corpora conſimilia, & ſunt omnes enumeratæ in quarto methaurorum, quarum quædam ſunt quæ congelantur, & quædam non, & quædã diſſoluuntur, & quędam non, & quędam ſunt lenes, & quędam aſperæ, & quædam ſunt quæ ſunt extenſibiles, & quędam non. Et quędam ſunt quæ ſunt propriæ, quibuſdã
B corporibus conſimilibus, ſicut odores, & ſapores, & colores. Et quędam quibus eſt dominatio manifeſta unius elementorum per ſe, quando ſentiuntur per tactum caliditas, frigiditas, humiditas, aut ſiccitas, & hoc non inuenitur niſi in rebus in quibus eſt caliditas, frigiditas, humiditas, aut ſiccitas in actu. Sed cum nos perſcrutati fuerimus cibos & Medicinas, nos temperabimus eos in eo ꝙ ſunt partes rei compoſitæ, & hoc eſt proprium in Medicinis & cibis, quæ ſunt partes terrę naſcentium & animalium. Et quædã illarum ſunt quæ iudicantur per earum operationes & loca, & ſi ſunt partes animalium, iudicantur à regimento illorum animaliũ, & à ſpecie illorum ciborum, & generaliter neceſſe eſt uti in animalibus cõparatis rebus, quibus uſi ſumus in cognitione complexionis hominis in operatione, regione, & loco, & cum dico hic operationem, intendo operationem animæ, hoc eſt nutrimentum, ſenſibilitatem, & concupiſcibilitatem, & alias operationes animæ quæ dictę ſunt. Iſtę ſunt uię quibus poſſumus per hanc artem iudicare, & quamuis non ſint fortes, ſine eis non poſſumus eſſe, nec ipſas diminuere. Sed dicendum eſt de unaquaq; iſtarum, ſecundum ꝙ melius eſſe poterit, nec petendum eſt ultra illud quod dictum eſt, ſicut dicit Ariſtoteles, quia non debemus quęrere à traulo ſermocionari, nec à muto loqui, & in his non eſt aliud niſi ut recipiantur à naturali, & ab eo quod uidemus quod facit natura, quia demonſtratio non habet ueracem uiam in hac arte.

Quomodo cognoſcenda complexio ciborum & Medicinarum per generales differentias corporum mixtorum Cap. XXVI.

ET dicamus ꝙ res quę ſunt manifeſtiores, à quibus poſſumus habere certitudinẽ complexionis corporum conſimilium, eſt cõgelatio & ſpiſſitudo, humectatio, reſolutio, diſſolutio, facilitas, uiſcoſitas, ſubtilitas, groſſities, mollificatio, duricies, combuſtibilitas, & non cõbuſtibilitas, opilatio, & apertio, & quędam congelatio à calido, & quędam à frigido. Eorum quę congelantur à frigore, quędam ſunt quę inſpiſſantur primo à calore, & quædã quæ non ſunt inſpiſſata primo à calore, & quędam quæ inſpiſſantur ab utroq;. Et eorum quæ diſſoluuntur, quędam diſſoluuntur

C à calido,& quædam à frigido. Et eorum quæ humectantur, quædam humectantur à calido,& quædam à frigido. Sed quæ congelatæ ſunt à calore, calor & ſiccitas ſuper eas dominatur,ut eſt ſal & ſpecies eius. Sed quæ congelata ſunt à frigore,ſi in primis eſſet inſpiſſata à calore, & iſta ſpiſſitudo eſſet propinqua ſpiſſitudini quę fit à natura aerea,aut aquea,ſicut ſpiſſitudo butyri,hæc erit neceſſario calida,& idem eſt de oleis,gummis,& ſimilibus,& quę congelatę ſunt à frigore, & natura terreſtris ſuper eas dominatur,ſi calor prius eas inſpiſſauerit,ergo frigiditas et ſiccitas dominabũtur in eis,ſicut ſunt oſſa,cornua,panniculi,& ſimilia. Sed quæ ſunt congelatæ à frigore, nec ſunt prius inſpiſſatæ à calido, naturaliter hæc ſpiſſitudo erit frigida & humida, ſicut eſt argentum uiuum,& ſimilia. Et quæ res ſunt inſpiſſatæ à calore, & coagulatæ à frigore,ſunt propinquæ æqualitati,ſicut eſt cachimia, & res quæ diſſoluuntur à calore,ſemper coagulantur à frigore,& quæ coagulantur à frigore,diſſoluuntur à calore. Ideo cum nos uidemus res quæ ſunt diſſoluţę à calore, debemus inſpicere ſi coagulatæ ſunt à frigore, nec inſpiſſatæ ſunt à calore, iudicamus ipſas eſſe frigidas & humidas. Et ſi ſint inſpiſſatæ à calore cum dominio partium terreſtrium,iudicamus ipſas eſſe frigidas & ſiccas, ſicut ferrum, & multa metalla. Et ſi cum hac ſpiſſitudine dominantur partes aereæ,tũc eas iudicamus humidas, declinantes ad caliditatem, ſicut eſt pinguedo inteſtinorum, & ſunt res quæ diſſoluuntur à frigiditate & humiditate,ut ſunt ſpecies ſalis. Sed res quæ ſunt inſpiſſatæ à calore,pro maiori parte ſunt calidæ & ſiccæ,excepto quod illa ſpiſſitudo non ſit fundata in ſubſtantia aerea,ſicut ſperma,quia tũc illa ſubſtantia erit humida, aut temperata ſicut lac coctum. Sed res quæ ſunt inſpiſſatæ à frigiditate & humiditate, ſi calor eſt in primis operatus aliquã coagulationem,debet dici quod ſint calidę & humidæ,ut eſt ius pingue,& ſi ſint inſpiſſatæ, ita quod calor in primis nullam fecerit coagulationem , debent dici ut ſint frigidę & humidæ,ſicut lac quod coagulatur multa frigiditate. Et debes ſcire, quod poteſt eſſe quod operationes quas faciunt caliditas & frigiditas, in rebus iſtis poſ-
D ſunt eſſe naturales aut accidentales , ideo debemus iudicare ſuper generato illarum ſi eſt naturale,quia complexio propter quam Medicina hoc facit,erit naturalis,ſicut eſt ſpiſſitudo ſpermatis,& complexio quæ facit non naturale , eſt non naturalis,ſed accidentalis,ſicut ſpiſſitudo quæ fit in muſto, quãdo ad ignem decoquitur. Sed res quæ inſpiſſantur à calore & frigore, æqualiter ſunt aereæ & aqueæ, & earum partes ſunt conglutinatæ ſimul , ſicut oleum oliuæ , & alia olea quæ poſſunt recipere has operationes,quia oleum inſpiſſatur & congelatur à frigiditate,propterea,quia partes aereæ quæ ſunt in ipſo,conuertuntur ad aquam , & iterum inſpiſſantur à calore, propterea,quia reſoluuntur partes aqueæ,& remanent aereæ cum terreſtribus in eo dominantibus. Et res quæ non inſpiſſantur à calore,uel à frigore , ſunt aqueæ , cum pauca terreſtreitate, & calor eas conſumit, antequam inſpiſſentur. Nec etiam frigus poteſt eas inſpiſſare,propter paucam terreſtreitatem quæ eſt in eis, eo, quia non inſpiſſat frigus,niſi quando extrahit caliditatem exiſtentem in eis , & ſpargit humiditatem,& tũc aduenit ſiccitas,& illa de cauſſa erit coagulatio,& inſpiſſatio, & quando duæ res recipiunt congelationem & inſpiſſationem , æquali tempore , aut propter unum motorem æqualẽ in ſubtilitate & groſſitudine,ſunt in uno gradu æquales in caliditate & frigiditate. Sed ſi una earum plus inſpiſſatur,coagulatio ipſius eſt uelocior. Et cum motor ipſius eſt fortior, habet inæqualitatem ſecundum hoc. Sed res lenes & uiſcoſæ habent dominium aquæ & terræ , & propterea ſunt frigidæ & groſſæ,ſed lenes habent dominium aereitatis , cum pauca terreſtreitate , & propter hoc de facili diuiduntur,eo,quia aereitas quæ admixta eſt ei, eſt elementum humidum,& ideo leuiter ab alio diuiditur , & modica ſiccitas quæ eſt admixta ei, leuiter recipit paſſionem . Et res humidæ recipiunt extenſionem , propter partem humidam aqueam quæ eſt in ipſis,& propter dominationem partis terreſtris, cum aquoſa ſunt difficiles diuidi in duas partes , propterea res lenes uel faciles ſunt propinquæ,ut permutentur digeſtioni , propter facilem diuiſionem earum , quia calor in eis plus dominatur , quia hæc eſt una ex rebus quæ adiuuant ad uelocitatem digeſtionis

A ſtionis , quia difficultas diuiſionis partium fatigat naturam. Et ſcias quod uiſcoſitas & ſpiſſitudo ſignificant ſiccitatem, propter dominationem partium terreſtrium, ſi eſt Medicinalis, & ſi eſt cibalis, eſt difficilis digeſtionis, ideo , quia forma corporis difficilem ſuam deſerit naturam . Et ſubtilis ſubſtantia, ſi eſt aerea , ſignificat caliditatem & humiditatem, & ſi ignea, ſignificat calorem & ſiccitatem . Et mollicies ſignificat corpus humidum , & propterea res molles facile permutantur, ſicut fructus recentes , & humidi , & duræ , ſignificant contrarium . Et ſpiſſitudo , & mollicies , & ſubtilitas , & duricies , non ſignificant , niſi ſuper uirtutes patientes in re , hoc eſt , humiditatem & ſiccitatem , & non ſuper agentes . Et oppilatio & euaporatio dicitur ſecundum duos modos , unus qui debet ſic ueraciter appellari , & eſt talis operatio , hoc eſt , augmentum uel diminutio quantitatis , ſicut nos uidemus muſtum facere ex ſeipſo euaporationem in utre clauſo, & creſcit quantitas ſua ultra menſuram primam , non exiſtente additione ſubſtantiæ in ipſo , & aliquando frangit utrem . Et ſicut uidemus in nebulis , quæ conſtringuntur & oppilantur in ſeipſis , & redeunt ad paucam menſuram , nihilo ex eis exeunte , & elargantur , & creſcunt , nullam additionem recipientibus, & cauſſa in hoc eſt , quia aer eſt maior aqua & terra , & quando res appropinquat naturæ aeris , eius quantitas plus creſcit , & quando appropinquat plus naturæ terræ & aquæ , diminuitur plus , & propterea res uaporabiles ſunt aereæ, & ſunt calidæ & humidæ , & quæ ſunt clauſæ , & oppilatæ in ſeipſis , ſunt frigidæ & humidæ , propterea , quia euaporatio non eſt niſi dilatatio ſubſtantiæ aereæ , & non eſt augmentum rei uenientis ab extra , & ſic eſt opilatio per contrarium . Et propterea ponitur fermentum in pane , ad hoc, ut faciat ipſum ſpongioſum , & in eo dominetur aereitas , & ſit facilis ad digerendum , propterea, quia corpus aereum leuius eſt ad permutandum , propter ſuam humiditatem, quia ſubſtantia ſicca eſt dura ad permutandum & digerendum . Alter uero mo-
B dus eſt , qui dicitur uaporatio , uel opilatio , propter diſpoſitionem corporis, quod habet foramina larga , uel ſtricta , quia quod habet largos poros , dicimus eſſe uaporoſum , & quod habet ſtrictos , dicimus eſſe opilatum , quia naturalis intellectus eſt intelligere iſtas res in ſubſtantia corporea earum , & non propter largitatem , aut ſtricturam foraminum , quia hæc ſunt uerba uulgarium , quamuis etiam illud adiuuet digeſtionem , propter facilitatem digeſtionis. Sed res combuſtibiles ſunt de neceſſitate igneæ , ſicut ſulphur , aut aereę , ſicut fœnum. Et propterea uelociter permutantur ab igne . Et ſi diceretur ſic in digeſtione , hoc non conueniret niſi rebus quæ comeduntur , ſed ſi nos intelligeremus quod hoc eſſet uerum , ſecundum Galenum , non eſſet neceſſe attribuere Medicinæ opilationem , & ſubtilitatem , quia poſſibile eſſet , ut res eſſent groſſæ ſubſtantiæ , & de facili permutarentur , quia haberent foramina magna , per quæ poſſet ignis de facili tranſire , & propterea ſuper eas dominabitur ignis , & comburentur ſubito , quod facere non poteſt calor naturalis , propterea , quia eſt humidus , & eſt debilioris caloris quam ignis , quia res ſupradictæ non ſunt faciles ad comburendum , niſi propter accidentia largitatis ſuorum foraminum , ſicut harundines. Sed res quæ intenditur habere uaporationem & opilationem à ſubſtantia ſui corporis , hoc eſt , propter raritatem ſuam , aut ſpiſſitudinem ſuam , à partibus ſubſtantiæ ſuæ , & illa habent comparationem cum calore naturali , qui operatur in corpus noſtrum . Sed res quę non recipiunt combuſtionẽ , ſunt res terreſtres & aqueæ, hoc eſt , quod poteſt dici in ſignificationibus uniuerſalibus ſuperuenientibus naturis corporum conſimilium.

De cognitione Medicinarum & ciborum, per rationem ſumptam , à ſpeciali differentia mixti, quæ eſt ſapor. Cap. XXVII.

DEinceps uolumus narrare de ſaporibus , odoribus , & coloribus . Et dicimus quod ſpecies ſaporum quæ ſunt manifeſtiores , ſunt dulcis , unctuoſus , ſal-

C sus, amarus, acutus, ponticus, stipticus, acetosus, & insipidus. Dulcis significa complexionem calidam, sed calor ipsius est temperatus æqualiter ad comparationem complexionis humanæ, secundum Galenum. Sed unctuosus dictus est, quia pars aerea dominatur super ipsum cum modica aquositate, & propterea calor ipsius est minor quàm calor dulcis. Supra complexionem salsi dominatur pars sicca, adusta, in qua mixta est pauca humiditas, & calor suus maior est calore unctuosi. Et super naturam amari dominatur complexio sicca terrestris, & hoc potest nasci à calido & frigido; & significatio quæ separat unum ab alio, est quod significatio eius quod fit à frigore est ut sit dulce, postquam fuit amarum, sicut sunt glandes, xilocaracta, & aliqua ex cucurbitis. Et amaritudo quæ fit à calore & terrestreitate, reuertitur ad amarum, postquàm fuit dulce. Et hoc fit propterea quod amaritudo sequitur duas species complexionis, aut calidam & siccam, aut frigidam & siccam, quemadmodum inuenitur color niger per calorem & frigus. Et hoc quod diximus breuiter de amaro, non senserunt Medici, qui nos præcesserunt, & etiam Galenus, non appropriauit ipsum nisi calido seorsum. Sed quomodo non cogitant hoc, quod opium est in fine amaritudinis, & inducit paralysim, propter suam frigiditatem, & quamuis posset dicere quod non prouenit amaritudo à parte frigida. Nos dicemus iam est amaritudo dominans in suo sapore, & sapor fortis est, in iudicio super naturam ibi, unde debet iudicari quod sit magis calidum quàm frigidum, propterea istæ res accipiendæ sunt à naturali. Et quod nos diximus de amaro, inuenitur in libro nostro, qui dicitur liber de plantis, & amaritudo quæ prouenit à calore, est calidior salsedine, quia admiscetur salsugini aliquanta humiditas. Et significat hoc aqua maris maioris, quia est nimis salsa, & est multum amara, & non potest in ea uiuere aliquod animal, propter multam amaritudinem, propterea, quia amaritudo est in ultimitate contrarietatis nutrimento animalium, & est contrarium dulci, propter siccitatem solum,
D & propterea interficit infantes, quando multum ea utuntur, propterea, quia sunt in ultimo humiditatis, & uniuersaliter non ingreditur natura amaritudinis in re cibali, propterea, quia non est nisi Medicinalis, & dulcis ingreditur in cibos & Medicinas. Et quod dominatur super acutum, est multus calor, cum multa siccitate, & subtilitate, & propterea calor illius est fortior omnibus alijs. Isti sunt sapores significantes super species rerum calidarum, & uniuscuiusq; eorum habet in sua specie gradus, quia quoddam dulce est calidum in gradu primo, & quoddam calidum in secundo, aut ultra, & sic de salso. Et sapores qui significant in Medicinis super complexionem frigidam, sunt pontici, stiptici, acetosi, & insipidi. Sed insipidi magis debent attribui insaporabili quàm saporabili. Sed dicitur ut sit sapor propter sensum gustus, propterea, quia quilibet sensus sentit sensatum proprium, & priuationem illius, & stipticus & ponticus sunt unius speciei, & non diuersificantur, nisi secundum magis & minus, & illi significant super complexione forti, siccitatis & frigiditatis, & ponticus in hoc est fortior stiptico, & acetosus fit cum frigiditate mixta in parte humiditatis, & non est remotus à calore, & propterea incidit & subtiliat, & propterea subsistit pontico, & stiptico in frigiditate. Et insipidus est aquosus & frigidus, & hoc est quod potest dici in significationibus saporum. Et quidam sapores sunt qui non significant perfecta significatione super naturam rei, & hoc potest esse in una Medicina composita ex pluribus partibus, quarum quædam sunt saporabiles, quædam insaporabiles, propterea, quia non est necesse ut unumquodq; mixtum sit saporitum, ut probatum est in naturali philosophia. Et si homo uellet iudicare totalitatem Medicinæ, non posset iudicare per saporem super ipsam totam, sicut uidemus multa ex gummis, quia sunt insipida, & tamen calida.

De cognitione Medicinarum & ciborum per rationem sumptam à speciali differentia mixti, quæ est odor. Cap. XXVIII.

Et diffe

A ET differentiæ odorum non sunt manifestę nobis, sicut differẽtię saporum, unde non proprium habent nomen, sicut habent sapores, sed dicitur odor fœtidus, & odor aromaticus. Sed nos ordinamus nomina accommodata à nominibus saporum, sicut diceretur odor acetosus, & odor acutus, & odor amarus, & propterea significatio complexionis odorum istorum specialiter est equalis significationi complexionis saporis dominantis super ipsum. Sed odores aromatici non sunt nisi à cõplexione calida ex necessitate. Et fœtidi fiunt à complexione frigida, ab humiditate extranea, cum calore putrefactionis. Sed scias cum hoc toto, quod significatio odorum est multum debilis, propterea, quia sicut dictum est superius, possibile est esse Medicinam compositam ex partibus aliquibus odoriferis, & aliquibus non odoriferis, & si iudicaremus super totalitatem Medicinæ per odorem, posset esse iudicium ignorantiæ. Ideo quia de hac re non debemus iudicare de toto, propter partem, sicut ille, qui opinatus est, quod rosa est calida, eo quod esset aromatica.

De cognitione ciborum & Medicinarum, per rationem sumptam, à speciali differentia mixti, quæ est color. Cap. XXIX.

Significatio colorum, est multum debilior significatione istorum, propterea, quia colores non sunt nisi in superficie colorati, & propterea inuenies secundũ plus, quod complexio partis in quo est color, est alia, quàm complexio totius colorati, & propterea uides, quod idem est color in re calida, & in re frigida, sicut albedo, quę est in sale & canfora. Sed uidetur, quod color uerificetur plus in operatione eorum, quę sunt in una specie, sicut est in gallinis albis & nigris, & in cignis albis & nigris. Sed colores sunt multiformes, sed generaliter fiunt albi aut nigri, aut compositi ex his, sicut azurus citrinus, & alij. Sed uiriditas & nigredo fiunt ex necessitate ex partibus siccis terrestribus, quãdoq; fit ex multo calore, sicut nigredo in Aethiopibus, & quandoq; fit propter frigiditatem, sicut uinum nigrum, & hæc differen-
B tia iudicatur ex eo, quod præcessit, sicut alibi dictum est. Sed albedo quando prouenit à dominatione mixtionis partium terrestrium cum aereis, significat calorem, aut temperantiam, sicut tu uides homines habentes pulchram albedinem. Sed quæ fit propter admixtionem partium aquearum cum terrestribus, quando est in rebus humidis, significabit complexionem frigidam & humidam. Et iam dictum est in libro nostro, quod albedo fit ex admixtione partis igneę clarę cum corpore peruio. Et nigredo fit à parte ignea tenebrosa, cum corpore non peruio. Sed colores rubei omnes significant super calorem, propter partem igneam, quæ in eis manifestatur, & citrinus est medius inter eos. Sed uiriditas declinat magis ad nigredinem, sicut citrinus magis ad aliud extremum. Sed natura calorum mediorum est composita ex natura extremorum. Hoc est, quod potest dici super significatione uirtutum Medicinarum, ex parte calorum superuenientium corporibus consimilibus.

De cognitione ciborum & Medicinarum per proprietates eorum, prout sunt partes terrę nascentium, & animalium, & sunt hęc quatuor, scilicet, locus, tempus, & regio, operatio. Cap. XXX.

DEinceps narrandæ sunt propriæ significationes in illis, in eo quod sunt partes terræ nascentium, uel partes animalium. Natura terrę nascentium cognoscitur quatuor rebus, una à loco, alia à regione, alia à tempore, quarta ab operationibus, & non fortificantur hæc operationes, nisi propter significationes rerum præteritarum, & quamuis nos cognoscamus ab istis cõplexionem Medicinę, nos debemus cognoscere etiam per uiam operationis duarum Medicinarum, quę sunt in una specie, sicut dictum est. Et dicimus, quod terrę nascentiũ quędam sunt perfecta, & quędam sunt diminuta. Et diminutum est illud, in quo manifestatur dominiũ unius elementi solum, aut elementi aquę, sicut terrę nascentia, quę nascuntur ex aqua, aut elementi terrę, sicut terrę nascentia, quę nascuntur in locis petrosis & fortibus, & propterea ista terrę nascentia sunt diminuta, hoc est, quia non habent flores & folia, & manifestum est, quod dominans super complexionem istorum, est aut frigiditas,

C aut humiditas, ſicut foliũ herbæ, quæ ſtat ſuper faciem aquæ, quæ dicitur thaholeb, aut frigiditas, & humiditas, ſicut fungi. Et terræ naſcentia perfecta ſunt illa, quæ naſcuntur in montibus, quia apparet ab eminentia montium, ut debeat generare plura terræ naſcentia, quàm alia loca, dummodo ſint temperati cum bona euaporatione, & cùm bona mixtione caloris cum humiditate, & debet eſſe hoc in eis, quia habent aſcenſum in aere, & ſunt propinquiores influentiæ corporum ſuperiorum, & illa terræ naſcentia habent complementum fructuum florum & foliorum. Et ſunt terræ naſcentia, quæ naſcuntur in deſerto, & ſunt quæ naſcuntur in uiridarijs. Nam illa habent plus frigiditatis & humiditatis de neceſſitate, ut ſunt ſiclæ naſcentes in deſertis & uiridarijs. Et ſignificatio quæ prouenit à regione, eſt, quod quædam terræ naſcentia ſunt, quæ naſcuntur plus in terris calidis, & quædam ſunt, quæ naſcuntur plus in terris frigidis, & quæ naſcuntur in calidis, pro maiori parte ſunt calida, ſicut quæ ueniunt ab India, & quæ naſcũtur in frigidis, ut plus ſunt frigida. Et poteſt eſſe aliquando per accidens, ut naſcantur calida in terris frigidis, ſicut pineæ, quæ naſcuntur in Sclauonia, & frigida in terris calidis, ſicut ſunt tamarindi, qui naſcuntur in terra Arabum. Et hoc accidit propter duas res, aut propterea, quia cortex illorum terræ naſcentiũ eſt fortis & dempſus, aut ut ſint ſubmerſa ſub terra. Quia iſtæ duæ res poſſunt dare colorem, & frigus, in omni regione, eo quod calor naturalis exiſtens in eis, cõtrahitur intus propter frigiditatem, & ſimiliter accidit de rebus frigidis in terris calidis. Et ſignificatio temporis accipitur ſecundum ordinem regionis, quia tu uidebis multa terræ naſcentia calida naſci in hyeme, ſicut rapa, & napones, & quandoq; Medicina frigida naſcitur in temporibus calidis, & hoc accidit propter paucitatem ſui caloris, quia propter paucam frigiditatem aeris conſumitur, ſicut ſunt holera multa tempore caloris. Et demonſtrationes uegetabilium ſunt magnæ ualde de eo, quoniam quædam ex uegetabilibus ſunt, quæ cito mouentur ad augmentum, & quæ-
D dam tardius creſcunt. Sed ueloces generaliter ſignificant caliditatem, uel ſubtilitatem, uel ſuper utrunq;, & quę tardius creſcunt, ſignificant ſuper contrarium. Et ſunt etiam aliæ ſignificationes, ſignificantes ſuper uegetabilia in uelocitate & tarditate fructificandi. Et debes ſcire, quod uelocitas natiuitatis terræ naſcentium, ſignificat aut calorem magnum, aut frigiditatem. Et quædam ſunt ex terræ naſcentibus, quæ habent folia, flores, & fructus, & quædam ſunt quæ non habent fructus, alias folia, nec flores, & illa ſunt groſſa, terreſtria, aut aquea, & quod habet florem, & folia, eſt perfecte temperatum. Et terræ naſcentia, quæ ſunt ſpinoſa, & globoſa, uniuerſaliter ſunt terreſtria, & quæ hæc non habent, ſunt econuerſo. Et differentiæ ſignificantes ſuper naturam animalium, ſunt multæ, quia quædam creſcunt in aqua, quædam in deſerto. Quæ in aqua creſcunt, ſunt frigida & humida, quę uero in deſerto, ſunt calida & ſicca, & quædam ſunt uolatilia, & quædam deambulantia, & uolatilia ſunt magis aerea ambulatiuis. Et quædam ſunt ſanguinea, & quædam exanguia, & quæ non habent ſanguinem, ſunt frigida & ſicca, & quę habent ſanguinem, ſunt calida & humida, & quædam ſunt ouatilia, & quędam non, & quæ ſunt ouatilia, ſunt calida & humida, & quæ non frigida & ſicca, & quędam anhelant, & quædam non, & quæ anhelant, ſunt calida, & quæ non anhelant, ſunt frigida. Et quędam naſcuntur in locis calidis, & quędam non, & quę naſcuntur in locis calidis, pro maiori parte ſunt calida & ſicca, ſicut cameli & capreoli. Et diuerſificantur complexiones animalium in una ſpecie, propter paſcua, & propter aquam, quia piſces qui naſcuntur in loco petroſo, ſunt ſubtilioris ſubſtantię, & minoris ſuperfluitatis aliįs, & tales ſunt, qui uelociter mouentur, & multum laborant, & complexio iſtorum eſt minoris humiditatis, & qui parum laborant, ſunt frigidioris & humidioris complexionis. Et quędam animalia ſunt, quę incedunt ſicut naſcuntur, & quędam non, & quędam ſunt facientia multos filios, & illa ſunt calida & humida, & quędam, quę non faciunt, niſi unum. Et diuerſificantur etiam animalia ſecundum diuerſitatem ciborum, quoniam animalia comedentia carnes ſunt calida & ſicca. Et complexio animalium comedentium terræ naſcentia, ſunt tempe-

A ſunt temperatæ complexionis, ut ſunt pecudes, boues, & his ſimilia, & ut ſunt de uolatilibus gallinæ & columbæ. Item diuerſificantur animalia ſecundum magnitudinem & paruitatem ſuorum corporum, quia quę ſunt magni corporis, ſunt terreſtria, & quæ ſunt parui corporis, ſunt econuerſo, & hoc eſt in animalibus, quæ naſcuntur in terra. Sed eorum quæ naſcuntur in aqua, magnitudo corporis ſignificat multam humiditatem, & propterea laudatur in piſcibus paruitas, & in alijs animalibus duticies oſſium, & multitudo corporis terreſtrium, ſicut ungues, claui, & ſquamæ, & ſimilia his, quia hæc ſignificant, quod multa eſt in eis terreſtreitas, & propterea multæ ſquamæ laudantur in piſcibus, quia ſignificant rem contrariam eorum complexionibus, & etiam multæ ſpinæ. Et ſimiliter audacia cordis, & puſillanimitas, ſignificant ſuper complexionem animalis, quia animalia audacia ſunt calida, & puſillanima ſunt frigida. Et differentiæ, per quas cognoſcuntur complexiones animalium, ſunt multæ, & noſtra intentio non fuit, niſi rememorari eorum breuiter ad mouendum illum, qui diligit tentare, ad hoc, ut perſcrutetur omnes alias differentias, & ſciat cauſſas illarum in libris naturalibus. Et ſcias, quod omnia hæc ſigna ſunt accidentia, quæ aduenium corporibus conſimilibus, & ſuper ea ſignificant, & non ſunt ſigna illis, quæ non ſunt conſimilia, niſi quando aggregantur omnia, & fit una compoſitio inter contraria, & iudicatur propter dominans, & illud poteſt eſſe uerum iudicium. Hæc ſunt genera rerum, quibus nos poſſumus cognoſcere operationes Medicinarum & ciborum. Et dicimus, quod poſſibile eſt cognoſcere operationes ſecundas Medicinarum, tunc quando cognoſcemus complexionem Medicinarum, in caliditate & ſiccitate, quamuis hoc non uerificetur in omnibus, quia inuenitur in quibuſdam Medicinis, quod earum operationes ſecundæ non ſequuntur primas, hoc eſt, complexionem Medicinarum. Verbi gratia, Subtilitas & inciſio non ſunt attribuenda, niſi corpori multi caloris. Et nos inuenimus Medicinas temperatas cum ſuis complexionibus, tamen ſunt ſubtiliatiuę, &
B inciſiuę, ſicut capillus Veneris, ſquinantũ, & ſimilia his: & acetũ eſt in ultimitate ſubtilitatis & inciſionis, & eſt tamen frigidum, & hoc accidit, quia calor qui in eo eſt, ſuſtentatur frigiditate, quæ eſt in eo, quia frigiditas ſua compingit ipſum, & comprimit ipſum ad partes intrinſecas membri, & ſic uidetur, quod aliæ Medicinæ faciant, hoc eſt, ut habeant ſuperfluam ſubtilitatem in ſeipſis, aut ut eis ſuperueneriat aliqua res, propter quam faciant hoc, & poteſt eſſe, ut hæc res ſit aliquantulum ſimilis ei, quod habet aliquid à tota ſubſtantia. Sed operatio per comparationem terriarum uirtutum, eſt debilis iudicij, eo quod eſt ualde propinqua operationi, quę ſit à tota ſubſtantia. Hæc autem, quæ dicta ſunt, neceſſaria fuerunt ſecundum tractatus uniuerſales, in modo ciborum & Medicinarum.

De complexionibus ciborum quorundam, & Medicinarum ſpecialiter, ſecundum quod certificatus fuit Galenus. Cap. XXXI.

NVnc autem memorati erimus uniuſcuiuſq; earum ſpecialiter, ſecundum conſuetudinem Medicorum. Deinceps uolumus narrare de ſimplicibus Medicinis magis manifeſtis, quæ à Galeno ſunt teſtificatæ, propterea quia fuit uerax, & legalis experimẽtator in hac arte, & nullus eſt, qui poſſit ei comparari, niſi is, qui cum clamat, non intelligit id quod clamat. Item uolo incipere à cibis, qui ſunt cibi abſolute, & poſt illos dicam de illis, qui ſunt mediį inter cibos & Medicinas, & poſt illos dicam de Medicinis abſolute. Concordati ſunt Medici, quod melior ex cibis terræ naſcentibus hominibus naturalibus, hoc eſt, illis qui ſtant in quinto climate, aut quarto, eſt triticum artificialiter præparatum, & hoc fit multis modis. Fit enim panis fermentatus, & azimus, & cruſtella, & bucella, & ſorbitiones. Quidam ſunt, qui frangunt ipſum, poſtquam eſt uſtulatum, & poſtea infundunt in aquam, & poſtea coquunt ipſum ſine fractione, & hoc nominatur ſauich. Et melius ex tritico eſt illud, quod eſt frangibile, & graue. Et melior cæteris eſt panis factus ex farina tritici, in hunc modum, hoc eſt, ut ſit cuſtoditum à malis accidentibus

C accidentibus eidem uenire potentibus, & ut non ſint nimis furfures ab eo remotæ, ſicut ſunt remotę ab armach, & hoc appellatur apud nos madechuni, & Latini appellant panem groſſum, & iſte eſt uelocior ad digerendum quàm darmach, & minoris uiſcoſitatis, quamuis darmach plus nutriat, neq; eſt tantę ſiccitatis, ſicut furfureus, neq; ad melancholiam adeo cito conuertitur, ut ipſum, quoniam cortex uniuſcuiuſq; uegetabilis eſt terreſtris ſiccus, quamuis furfureus citius digeratur ipſo darmach, propter abſterſionem exiſtentem in ſuo cortice, & quando cõficitur, ponitur de ſale conuenienter, & conficitur cum multa aqua ad hoc, ut ſit ſpongioſus, et ſit fermentatus competenter, & coctus. Sed panis azimus eſt groſſus & uiſcoſus, eodem modo non eſt bonus, qui eſt nimis fermentatus, quia tranſmutatur ad humores putridos, propter calorem extraneum generatum in eo. Et poſt bonitatem cibi ex pane, eſt panata, quę uocatur rhauſu, excepto quia declinat ad frigiditatem & humiditatem, propter aquam cum qua fit, & quando bulliunt fruſtula panis pluries in aqua * fermenti, tunc fit iſte cibus in uelocitate digeſtionis, & leuitate, & maxime ægris ex complexione calida. Sed ſauich eſt etiam bonus cibus, & quando diſtemperatur cum multa aqua, refrigerat, & eſt iuuatiuus, eo quod uſtulatio & infuſio uaporauerunt, & ſubtiliauerunt, & remouerunt uiſcoſitatem. Confectum cum melle, & coctum datum ſanis, calefacit, & nutrit multum. Et frumentum coctum in aqua, eſt groſſum, uiſcoſum, opilatiuũ, & durum digeri plus alia re, & eſt ualde malum. Et pultes ſunt groſſi, & qui fiunt ex frumento, ſunt peiores, & refrigerant propter ſuam aceroſitatem, & ſunt propinqui corruptioni, & propterea ſunt abijciendi ab illis, qui ſunt parati ægritudinibus putridis. Sed panis qui fit ex hordeo, ſecundũ modum qui fit ex frumento, ſequitur bonitatem panis tritici, niſi quia parum declinat ad frigus. Et ſauich hordei bene digeritur, & quando bibitur diſtemperatum in aqua, refrigerat, & eſt frigiditas ſua quaſi in primo gradu. Et aqua hordei plus ingreditur opus Medicinarum, quã ciborum, & eſt laudabilis in ægritudinibus calidis & ſiccis, laude quę non occultatur ei, qui in hac arte ſtuduit, quia refrigerat, humectat, temperat, abſtergit, generat laudabilem humorem mirabiliter, non inflat, non moratur ad deſcendendum à ſtomacho, & hoc nobis totũ experientia dedit. Et ſic debet fieri aqua hordei. Infundantur grana hordei in aqua integra, non contuſa, & in una parte hordei debent poni uiginti aquę frigidę partes, & debent ſic dimitti in aqua quatuor horis, & poſtea coquatur in hac aqua, donec adipiſcatur rubedinem, quaſi uinum, & ſi fiat hoc modo, non inflat, & qui frangunt uel terunt ipſum prius, peccant, quia non eſt ab eo priuata inflatio, niſi propter infuſionem, & grana nõ trahunt aquam, nec recipiunt infuſionem, niſi propter uirtutem attractiuam, quæ eſt in eis, & uirtus attractiua non eſt in granis quando ſeminantur, & naſcuntur, niſi quando ſeminantur integra, & ſi frangerentur prius quàm eſſent ſeminata, non naſcerentur, quia hęc uirtus attractiua eſt in eis, ſicut forma ſpecifica in totalitate totius grani fixa, hoc eſt, quando partes ſunt continue cõiunctę ſimul, & hoc eſt ſimile calori ſmaragdi, uel alterius lapidis præcioſi, quod eſt, quia quando partes ſuæ ſunt ſimul coniunctę in eis, & quando ſeparatę ſunt, priuantur ab eis, & ſic teſtificatum eſt à mirabili Ammemarua Abynzoar in libro ſuo, qui dicitur Theiſir, quia iſte fuit ſupremus in ſcientia Medicinæ à Galeno, uſq; ad noſtra tempora, & hoc ab eo habui, & rememorat errorem Medicorum frangentium ipſum. Et panis qui factus eſt ex alijs granis, habet illam uirtutem, quam habent illa grana, ex quibus factus eſt. Et infra conuenit rememorari de aqua pluſq; hic, quia inçidenter ſum de ea locutus.

Aliàs feruẽti.

D

De carnibus. Cap. XXXII.

MElior caro ex uolatilibus, eſt caro gallinæ iuuenis, ſanæ, & pinguis, & habet mirabilem proprietatem in temperando complexionem, & prodium ſuum eſt optima Medicina leproſis. Et dicitur, quod cerebrum gallinæ augmentat ſubſtantiam noſtri cerebri, & acuit ingenium. Et poſt illius bonitatem, ex ambulatiuis eſt caro hœdi. Et poſt has, eſt caro arietum, & hęc eſt opinio maioris partis Medicorũ, prẽter Galeni, qui abominatur carnes arietum. Et uidetur ſibi, quod caro uitulorum eſt melioris

A eſt melioris nutrimenti arietina. Et Auicenna dicit, quod melior carnium eſt caro porcina, & ſentit, quod iſta caro quaſi ſit naturalior hominibus, quàm alia caro animalium ambulantium, & experientia hoc docet. Et maior pars Medicorum abominatur carnes agnorum, quia dominatur multa humiditas ſuper eas, & laudant carnes arietum iuuenum. Sed conueniens eſt dicere, quod carnes agnorum ſunt poſt bonitatem carnium hœdulorum, & ſic ſentit Raſis. Et quod mihi uidetur ex agnis eſt, quia ſunt multarum ſuperfluitatum, excepto quod in terris calidis recipiunt temperiem, propter eatum calorem. Et quod hoc ſit uerum, eſt, quia uidemus, quod pili agnorum ſtantium in terris Meridionalibus, ſunt tortuoſi, ſicci, & curti, & qui ſunt in noſtris, non excedunt tantum in hoc. Et carnes uitellinæ ſunt bonæ carnes, propterea quia non habent illam uiſcoſitatem, frigiditatem, & ſiccitatem, quam habẽt carnes bouinæ ueteres, & eorum carnes ſunt magis odoriferę alijs carnibus, & quantum eſt in hoc, meliores ſunt carnibus hœdulinis, propterea quia in carnibus hœdulinis manifeſtatur quædam mucillago quando coquitur. Sed carnes hœdulinę ſunt meliores uitulinis, quia generãt meliores humores. Et ex laudabilioribus carnibus uolatilium, ſunt carnes perdicum, ſed declinant parum ad frigiditatem, & ſiccitatẽ, & ſunt ſicut gallinæ deſerti, & habent proprietatẽ ſtringendi uentrem, aſſæ, & elixę. Sed turtures ſunt ſicut uolatilia cibaria, & declinant plus ad caliditatem, & habent mirabilem proprietatem in acuendo ingenium. Sed columbæ ſunt calidæ & ſiccæ groſſioris ſubſtantiæ quàm turtures, & pulli ipſarum habent humiditatem ſuperfluam. Et ſignificat ſuper hoc grauitas ſuorum motuum, ſicut ſignificat calor eorũ actualis, & uelocitas digeſtionis in ſtomachis eorum ſuper ipſorum calorem. Et propterea qui uolũt abſtergere margaritas, & clarificare eas, dant eis ad comedendum, & in continenti debent occidi, & extrahuntur purificatæ, & ſi cito non interficerentur, multum minueretur quantitas margaritarum. Et caro ueteris columbi maſculi mirabilem habet proprietatem in epilenticis & paraliticis. Et carnes uolucrum quæ aſſimilantur columbis, & dicuntur tudones, & in lingua Arabica alchamari, ſunt ſicciores prædictis, & groſſioris ſubſtantiæ, & habent aliquantulam aromaticitatẽ. Paſſeres ſunt omnes calidi & ſicci in fine caloris. Coturnices temperate ſunt aliquantulum declinantes ad calorem, & ſunt ſubtilis ſubſtantiæ, generantes bonos humores, & boni ſunt ſanis & conualeſcentibus. Et ſturneli qui dicuntur azuri, ſunt calidi & ſicci, & graues ad digerendum, & groſſæ naturæ.

B

De piſcibus. Cap. XXXIII.

MEliores eorum ſunt piſces, qui degunt in locis petroſis, & qui multas habent ſquamas, & quorum corpus eſt medium inter magnum & paruum, & qui ſunt uelocis motus, & paucæ uiſcoſitatis. Et melior apud nos eſt piſcis, qui dicitur eubrina, & poſt illum, ille, qui dicitur trilia, & quidam dicunt ipſum reſulum. Et piſcis qui captus eſt in fluminibus remotis à mari, neceſſario bonus eſt, & paucæ ſuperfluitatis, propterea quia hic piſcis propter ſui naturam habet, ut petat aquam dulcem & frigidam, & ad hoc multum laborat.

De lacte. Cap. XXXIIII.

ET melius lac eſt fœmineum, & poſt illud lac aſinæ, & poſt illud lac capræ, & iſtæ ſpecies lactis ſunt ſubtilis ſubſtantiæ. Sed lac ouis eſt groſſius, & propterea citius in ſtomacho caſeatur. Sed uaccinum groſſius eſt, & cum hoc butyroſius, & pinguius.

De caſeo. Cap. XXXV.

CAſeus recens eſt frigidus & humidus, groſſæ ſubſtantiæ. Vetus eſt calidus & ſiccus propter ſal, & tendit ad uſtionem. Et aliquis caſeus eſt bonus, medius inter nouum & uetereſt bonus, dummodo ſit factus rationabiliter ex bono lacte.

De ouis. Cap. XXXVI.

OVa gallinarum ſunt meliora cęteris, & uitellum eſt melius albo, nec album eſt nimis malum, niſi nimis ſit coagulatum. Et propterea quando conquaſſatur cum oleo & aceto, & fiat tremulum, eſt ualde bonum, quia res quæ coquitur cum oleo, eſt

C oleo, eſt multum nutritiua, dummodo oleum nouum ſit, & dulce, & oleum oliuæ, quia natura illius eſt temperata, declinans parum ad calorem, & impinguat epar, & augmentat ipſius ſubſtantiam. Et generaliter dico, quod eſt cõueniens homini multum, ſecundum totam ſui ſubſtantiam. Et propterea in terris noſtris non coquimus carnes, niſi cum eo, quia melior modus & temperatior comedendi carnes, eſt ille, qui dicitur athaphea, hoc eſt, ut ſic fiat. Accipe oleum, & parum ex cepe, & ponantur carnes fruſtatim in eo, addendo paulatim aquam calidam, donec ſint coctæ. Sed panis qui decoquitur cum oleo, eſt malus, id eſt, impaſtatus cum oleo, quoniã tempore decoctionis comburitur oleum, & tendit ad ſulphurem.

De fructibus. Cap. XXXVII.

MEliores eorum ſunt ficus, & uuę. Et complexio ficuum eſt calida, & humida, mundificant ſtomachum, laxant uentrem. Vuæ calidæ ſunt ex pãuco calore, & humidę temperate, & ſubito impinguant corpus, ſed inducunt uentoſitatem in omnibus digeſtionibus, & ficus nõ dãt uentoſitatẽ, niſi in ſtomacho & inteſtinis.

Vuæ paſſæ calidę ſunt & humidę, & digeſtibiles, proſunt epati à tota ſubſtantia. Et operationes uini ipſarum ſunt debiliores operationibus aliorum uinorum, ſed poteſt poni loco alterius uini.

De aquis. Cap. XXXVIII.

MElior aquarum ſecundum Hyppocratem, eſt aqua fontium Orientalium, quæ ſcaturit ex terra, quæ non habet nimis groſſam ſubſtantiam, nec nimis mollẽ, uel luteam, ſed ſit mediocris inter has, & propterea hæc aqua eſt ſuauior, & leuior, & citius permutatur à calido & frigido. Sed Raſis ſentit, quod melior aqua ſit fluminum magnorum ductuum, alias dulcium. Et Hyppocrates dicit, quod iſtę aquę ſunt diuerſarum ſubſtantiarum, eo quod tranſeunt per diuerſas terras, & propterea quia ingrediuntur eas multi riui. Et mihi uidetur, quod Raſis nõ laudauit flumina magis

D groſſa, niſi propterea, quia ſol operatur in eis unam operationem, propter quam ſeparantur partes groſſę à ſubtilibus. Et propterea coquunt Medici aquam illis, qui habent debilem ſtomachũ & epar. Ergo opus quod fit in aqua, eſt diuerſum ab aqua. Sed quod eſt inſpiciendum in aqua, eſt diuerſitas terrarum, quia non poteſt eſſe, ut in æſtate non defluant ad flumina aquę multitudo, & aquæ pluuiæ. Et propterea quanto plus elongatur flumen à ſuo ortu, eſt deterius. Et propterea noſtrum flumen melius eſt in Corduba, quàm in Sibilia, & eſt deterius in Sibilia, propter crementũ, & decrementum, & propter admixtionem aquæ ſalſę in eo, quamuis illud non ſentiatur. Et impoſſibile eſt, ut aquæ magnorum fluuium non ſint turbidæ, & propterea inueniemus in fundo pitariorum, quando ponimus in eis aquam fluminũ multum de ſabulo & terra, & ſic accidit in terra noſtra, quod nõ accidit de aquis fontiũ.

De granis, quę ſunt cibi Medicinales. Cap. XXXIX.

DEinceps uolumus dicere de cibis Medicinalibus, quia quidam eorum ſunt terræ naſcentia, & quidam animalia, & quidam ſuperfluitates animalium. Et ex terrę naſcentibus quędam ſunt grana, & quędam fructus, & quædam herbæ.

Faba eſt temperata inter frigiditatem & humiditatem, aut parum declinat ad calorem, & propterea habet diſſoluere apoſtemata, propter ſuam abſterſionem, et maturat, & eſt multæ humiditatis, propterea accidit ei multa inflatio, & uentoſitas, & ipſam non perdit propter aliquam decoctionem. Et dicitur, quod habet malam proprietatem cum uirtute cogitatiua, & qui ea utuntur, multa habent ſuſpiria, alias, ſomnia horribilia, & falſa.

Cicera temperate calida & humida, & habent inflationem, & propter tertiam eorum operationem habent generare ſperma, & prouocare urinam, & ſanguinẽ menſtruum, & frangunt lapidem, ſed hoc faciunt plus nigra, quàm alba. Et ſi comedantur recentia, generant in ſtomacho & inteſtinis multas ſuperfluitates: & ſi aſſentur, etiam fabę, habẽt minus ex ſuperfluitatibus. Sed ſunt duriora ad digerendũ, niſi primo eſſent infuſa, & habent proprietatẽ faciendi bonũ colorem, & hoc faciunt, quia acuunt calorem, ita ut generetur ſpiritus uentoſus, & per hanc uiam ualent coitui.

Lentes

A Lentes ſunt temperatæ in calore, & ſunt ſiccæ, & generant ſanguinem melancholicum, & extinguunt inflammationem ſanguinis, & magis quando coquuntur in aceto. Et earum uirtutes tertiæ ſunt, quia priuant coitũ, & obfuſcant uiſum, & quando coquuntur in aqua pluries, ſtringunt uentrem.

Lupini ſunt ſicci, terreſtres, & amari, & quando coquuntur in aqua, donec auferatur ipſorum amaritudo, eſt cibus tamen durus, & quando comeduntur amari, occidunt pueros, & occidunt uermes qui ſunt in ſtomacho & inteſtinis, & prouocant urinam, & aperiunt orificia hemorrhoidarum.

Leugbi, id eſt, phaſeoli declinant ad calorem, & humiditatem, & impinguant corpus, & prouocant urinam, & ſanguinem menſtruum, & laxãt uentrem, & proprie rubei, & inducunt ſomnia, & faciunt uertiginem.

Milium frigidum eſt & ſiccum, uentrem conſtipat, & eſt pauci nutrimenti.

Et hoc idem facit panicum.

Et ſpleta eſt propinqua huic.

Riçi ſunt groſſæ ſubſtantiæ in caliditate & frigiditate prope temperantiam, uentrem ſtringunt, & ſunt boni nutrimenti, quando coquuntur cum lacte.

De fructibus ârborum. Cap. XL.

POmum dulce, eſt temperatę humiditatis, & acetoſum, eſt frigidũ & ſiccum, & habet proprietatem confortandi membra principalia, ſi ſint diſtemperata in calore, & maxime cor confortat cerebrum odorando, propter ſuam aromaticitatem, & generant groſſam uentoſitatem in ſecunda digeſtione, & tertia. Ita quod dictum eſt à ſapientibus, quod poteſt generare priſim & ethicam, eo quod uenti qui generantur ex eo, habent malam proprietatem ad exardendas arterias pulmonis, & ſic teſtificatus eſt mirabilis Amemaruam Abomeron. Auençoar in Theiſir. Sed uinum ſuum non habet hanc intentionem.

Pira cruda ſunt frigida & ſicca, ſed matura temperata ſunt, aut declinant ad pau-

B cam frigiditatẽ, & hoc eſt, quia cõpoſita ſunt ex acetoſitate, dulcedine, & põticitate, propterea eſt eoꝝ uirtus uentrem conſtipare, & eoꝝ proprietas eſt remouere ſitim.

Coctana ſunt groſſioris ſubſtãtiæ q̃ pira, & maioris ſtipticitatis, & propterea ſunt frigidiora, & in eorum odoratu eſt proprietas contra omnes paſſiones cordiales.

Malorum granatorum quædam ſunt dulcia, & quædam acetoſa, & omnia humectãt. Verum dulcia ſunt calidiora & humidiora, & generatur ex eis modica uentoſitas non mala. Et habent unam nobilem proprietatem, quia mirabiliter reſiſtunt cibis, ne corrumpantur in ſtomacho.

Perſica ſunt frigida & humida, & habent generare humores corruptos & putridos, & aliquando colericos, & habent mirabilem proprietatem reſiſtendi fœtori, qui prouenit à ſtomacho, & odor ſuus ualet contra cardiacam paſſionem, & oleum quod fit ex eorum oſſibus, abſtergit faciem dominarum, & ualet contra difficultatem urinæ, & occidit uermes.

Sed antiperſica, quæ naſmus dicũtur, ſunt eiuſdem naturæ cum perſicis, ſed non habent illam proprietatem, & in Arabico dicuntur aiaç.

Prunorum duæ ſunt ſpecies, uidelicet album & nigrum, & ambo quando ſunt matura, ſunt frigida & humida, mitigant calorem choleræ, & laxant uentrem, ſed debilitant parum os ſtomachi.

Nuces calidæ ſunt & ſiccæ, & prouocant uomitum, & laxant uentrem, & dicitur quod habent malam proprietatem, ita quod qui utuntur eis nimis, faciunt eis in lingua paraleſim, & comeſtæ cum ficubus, obſtant ueneno loco beçahar, & multum ualent ſenibus, & nocent illis qui timent paſſionem caloris, & tempore magni frigoris non ſunt nociuæ.

Auellanæ in nullo differunt ab illis, niſi quia non prouocant uomitum.

Amygdalæ temperatæ ſunt in calore, & humidæ, ſuauis ſaporis, & habent multas bonas proprietates, & dicitur quod haben augmentare ſubſtantiam cerebri, & faciunt ſuauiter dormire, & abſtergunt, & mundificãt uias urinæ, & ſunt ualde con-

F uenientes

C uenientes macris,& earum oleum est melius quod possit esse spasmo sicco,& etiam melius quàm oleum sisaminum, propter aliquantulam stipticitatem quæ est in eo, quod oleum sisaminum est nimis calidum, & habet malam proprietatem in dando fœtorem ori,& qui utuntur sisamino loco olei amygdalarum,peccant.

Pineæ calidæ sunt & siccæ,& earum oleum cura paralysim.

Fistici calidi sunt,& sicci temperatæ, confortát stomachum & epar à tota substantia,& sunt ex illis Medicinis quæ habent multa iuuamenta, & magna.

De herbis & oleribus. Cap. XLI.

OMnes herbę per suam naturam declinant ad humores melancholicos, & hoc etiam faciunt à tota substantia,excepta lactuca,& buglossa.

Caules sunt frigidæ,alias calidi & sicci, necessario generát humorem melancholicum,& succus eorum habet proprietatem clarificandi uocem.

Cucurbitæ quæ in Arabico dicuntur ulla, sunt frigidæ & humidæ, aquosæ,& talem humorem generát,& dicitur quod sunt aptæ recipere corruptionem in stomacho,& habent malam alterationem, sicut fit in rebus humidis non habentibus stipticitatem,terrestreitatem,nec ponticitatem, quia sunt solũ aqueæ, & assimilamus eas moris,nec cucurbitæ istius regionis sunt tales,sed sunt duræ digestionis,& grossioris naturæ, ita quod non possunt rectificari, nisi cum multa decoctione, & cum hoc sunt multi mali chimi,& adhuc infrigidant & humectát, eo quod non habent uirtutem cito exeundi,cum nullam habeant abstersionem.

Melones sunt frigidi multæ humiditatis,& habét abstersionẽ,& prouocãt urinã, ita ꝙ dicitur,ꝙ qui utitur multũ brodio eorꝫ, est cautus ab ægritudine arenarum.

Cucumeres sunt frigidiores,& minus humidæ, & minus prouocant urinam melonibus,sed non corrumpuntur ita cito ut melones.

Portulaca est frigida in tertio gradu, & humida in secundo, & est lubricatiua,ui-
D scosa,aufert sitim,constipat uentrem,& aufert dentium stuporem.

Atriplices sunt frigidæ & humidæ,uentrem humectant, prosunt ictericis, paratæ tamen sunt corruptioni.

Spinachiæ ualde sunt bonæ & temperatæ, ualent gutturi, & pulmoni,& stomacho calido,& humectant uentrem,& sunt in secundo gradu frigidæ & humidæ.

Bletæ propinquæ atriplicibus sunt calidiores,& minus humidæ, humores generant grossos & phlegmaticos.

Rapæ calidæ sunt & humidæ,generant uentositatẽ, mouent coitum, eo ꝙ renes calefaciunt,& habent mirabilem proprietatem ad illuminandum oculos.

Melongiæ sunt ex his,ex quibus nos facimus in terra nostra multa cibaria delicata,& postꝫ proiecta est prima aqua suarum decoctionum, & coquuntur cum carnibus pinguibus,sunt multum delectabiles. Et ego reputo ipsum temperatum cibum postꝫ sic factus est,propterea,quia pars acuta quæ est in eo, remouetur per primam decoctionem, & sua siccitas, & stipticitas remouẽtur propter carnes decoctas in eo. Et quamuis Mẽdici dicant quod generant humorem melancholicum, similem humori generato ex caulibus. Tamen considerare debemus in cibis duas res, una est res quæ secum miscetur,quæ potest remouere maliciam,si est. Et delectatio cibi,hęc est secunda, & quando est multum delectabilis, læsio quæ prouenit ex eo, non est multũ manifesta, & hic est unus ex delectabilibus cibis. Isti sunt cibi manifesti apud nos,in quibus est uirtus aliqua Medicinalis.

De uariatione uirtutum Medicinarum simplicium. Cap. XLII.

ET nunc habemus loqui de Medicinis absolute. Alchison, quæ in latino dicitur bethonica,& in Persica lingua,beragues. Eius primæ uirtutes in calore & siccitate,sunt in quarto gradu, propterea qui est de substãtia terrestri adusta, & manifestat hoc,quia est in fine amaritudinis,& operationes eius secundæ sunt incisiuæ,dissolutiuæ,& aperitiuæ fortiter. Et est in hac uirtute fortior absynthio, propter stipticitatẽ quæ est in absynthio. Et uirtutes eius tertiæ sunt, quia nocet ori stomachi, propter amaritudinem quæ est sine stipticitate, & utimur ex eo extremitate & stipite. Cinis suus est

A suus est calidior & sicciòr eo,ualet contra allopiciam, quando miscetur cum aliquibus unguentis calidis. Et est etiam calidior suus cinis cinere cucumerum agrestium, & cinere radicis aneti. Et etiam isti cineres prosunt uentri, quando est hulceratio in eo sine apostemate.

Pentasiler dicitur à Persis arbor abraam,& in latino dicitur agnus castus. Sua prima uirtus in caliditate & siccitate est in tertio gradu,& hoc est,propterea,quia in sua complexione dominatur substantia terrestris adusta,mixta cum substantia terrestri, & frigida, & significat hoc, quia sapor suus est acutus cum aliquantula ponticitate. Et manifestum est quod secundæ operationes talium complexionũ, qualis ista est, sunt cum incisione & apertione. Et ponticitas est una ex rebus quæ adiuuát ad hoc, & in membris intrinsecis, ut in splene, alias in pulmone & epate. Et tertia operatio est ut remoueat coitum, & propterea nuncupatur in Arabico granum sterilitatis,& est sicut agnus castus. Athenienses dominæ decumbunt super ipsum in magnis festiuitatibus.

Et ruta est similis ei, excepto quod plus calefacit & desiccat, nec habet stipticitatem,neq; ponticitatem.

Altith,& alij dicũt uigil,uirtus suarũ radicũ est temperata in caliditate,& siccitate quia compositum est ex substantia aquea & terrestri, cum pauca igneitate,& manifestat hoc,quia est insipidum cum modico stipticitatis & acuitatis,sed herba eius est solum insipida,propterea ipsius prima uirtus est frigida & sicca, & operatur siccitatem. Et secunda est solidare uulnera sordida breui tempore. Et tertia est, ut frangat lapides,& signum huius est,quia nascitur in uallibus & locis humidis.

Eluegat,id est, pes columbinus est quatuor specierũ, & parum diuersificatur una ab alia,& Galenus non posuit ipsum in gradu, & quod nobis uidetur de eius complexione est,quia est frigidum in primo,& siccum in secundo,& hoc est,quia domi
B natur super partem ipsius substantia terrestris cum substãtia adusta, & propterea est sapor eius stipticus,cum modica amaritudine, & si amaritudo esset æqualis cum stipticitate,diceremus ipsum temperatũ in siccitate. Sed quia uidemus quia dominatur amaritudo parum cum stipticitate, iudicamus quod siccũ est in secundo gradu, & propterea ualet doloribus renum,& doloribus splenis, propter ipsius amaritudinem,& lentiginibus faciei,& morpheæ,quando pistatum miscetur cum aceto.

Agaricum,nec hanc radicem posuit Galenus in gradu, & quod nobis uidetur ex eo,de eius complexione est,quia est calidũ in primo,& siccum in fine secundi, quia compositum est ex partibus frigidis & terrestribus,& calidis, & igneis,& calidis,& humidis. Et significat super hoc, quia cum nos gustamus primo, inuenimus in eo dulcedinem,& post hanc amaritudinem, & post illam acuitatem cum pauca stipticitate,& omnes isti sapores significant super caliditatem, excepta parte quæ superata & sepulta est à stipticitate, sicut significant super siccitatem, excepta parte quæ superata & sepulta est à dulcedine,propter temperantiam quam ei tribuit, excepto ꝙ plus superat stipticitas cum frigiditate, quàm dulcedo cum humiditate, & propterea ponimus siccitatem maiorem caliditate. Et propterea, quia hæc planta assimilatur radici arboris,apparet quod terrestreitas dominetur super eam. Et quamuis sit leue & porosum,frangibile & album,quæ omnia significant, ut habeat partem multam aeream,propterea posuimus ipsum calidum in primo,quamuis habeat tres sapores,significantes super ipsum calorem, posuimus ipsum calidum in primo, quia non sunt fortes,neq; manifesti in ipso, & quod conueniens est in fiducia suotũ graduum est experientia. Sed ipsius operationes quæ non sunt primæ, sunt ad dissoluendum,& incidendum humores grossos, & exopilandum uenas splenis, epatis, & renum. Et habet sua proprietate ualere contra morsum uenenosorũ animalium. Et nos dicimus quod hoc non fit, nisi quando apparent ex illo ueneno accidentia frigida. Dosis ipsius est drachma una,& hoc non potest sic nocere, sicut nocent aliæ Medicinæ,quæ attrahunt ab extremitatibus corporis,& habet magnam proprietatem in mundificãdo cerebrũ,& propterea curat epilepsiam, & prodest cursui nouæ

C aquæ ad oculum. Et quantitas quæ de eo debet sumi, ad hoc est à drachma una usq; ad duas, nec est necesse ipsum refrenare, nisi propter siccitatem. Et non credas quod subtiliatio humorum grossorum, & incisio significent super multum calorem, sicut crediderunt errantes multi nouorum Medicorum.

Custaralber, id est, capillus ueneris, dicit Galenus, quod hic temperatus est in suis uirtutibus primis, quamuis habeat multas operationes secundas & tertias, quarum quædam sunt confortatiuæ & repercussiuæ, quædam dissolutiuæ, & quædam faciunt nasci capillos, & quædam quæ dissoluunt scrophulas, & quædam quæ frangũt lapides, & quædam quæ adiuuant ad trahendũ sputum grossum, ex pectore & pulmone. Et Galenus dicit quod stringit uentrem, & noui dicunt quod purgat, & talis Medicina qualis est hæc, quæ habet tot operationes secundas & tertias, est retinenda, quia cum hoc tota temperata propter ea quæ adhuc dicam.

Caylem, id est, semperuiua, hæc est multarum specierum, & omnes in tertio gradu frigidæ sunt, quia sunt insipidæ cum multa aquositate, & quia nascuntur in locis frigidis, & tempore frigido.

Acacia est succus arboris spinosæ, quando abluitur est frigida in secundo gradu, & sicca in tertio, & cum non lauatur, est frigida in primo, & hoc accidit, quia suum dominans est substantia terrestris & frigida, & propterea est stiptica, & cum eo toto est in ea aliquid ex partibus subtilibus, quæ remouentur quando abluitur.

Carinch, id est, urtica. Dicit Galenus quod fructus, alias succus huius plantæ, & folia calefaciunt calore non forti, Et habet multas operationes secũdas & tertias. Dissoluit apostemata quæ fiunt in radicibus aurium, & adiuuat super sputum, quod fit ex humoribus grossis in pectore & pulmone, & curat cancrum, & in summa ualet omnibus uulneribus quæ indigent exiccatione, uel exucatione, siue subtiliatione. Et hoc est magnum signum super debilitatem sui caloris. Sed cum hoc toto prouocat
D urinam, & mouet coitum, & hoc significatur per uentositatem. Et proprietas sui seminis est purgare phlegma, & in hac similitudine est uirtus siccitatis, sed fortius est aliquantulum semen urticę, & dosis eius est à drachmis tribus usq; ad quatuor, alias à drachmis quinq; usq; ad decem. Et qui opinantur quod sit igneum, propter acumen suæ punctionis errant, quia hæc pars ignea, quæ est in eius foliis, est subtilis, & remouetur propter ipsam frictionem, & maxime propter lotionem.

Elbadudarmel elsaray, istæ duæ plantæ sunt frigidæ & siccæ, sed siccitas plus dominatur quàm frigiditas, & maxime in elsaray, & ualent cõtra fluxum uentris, propter earũ stipticitatẽ, & cõtra passionẽ uuluæ, & cõtra hemorrhoidas, & apostematibus quæ fiunt in ano, & albadudarmel operatur radix, & alsaray fructus & radix.

Ligoç, id est, acorus, quod accipitur ex hac planta est radix, & est calida & sicca in tertio gradu, propterea, quia dominans in ea est substantia ignea subtilis, & potest esse ut sit cum ea admixta pars una terrestris adusta, & significat hoc quod sapor suus est acutus cum aliquantula amaritudine. Operationes eius secundę sunt hæ, quia abstergit, incidit, subtiliat, & aperit opilationes. Tertiæ sunt, quia prouocat urinam, & ualet ad duriciem splenis, & subtiliat grossitiem, quæ prouenit in cornea, & proprie succus radicis.

Cauar, id est, aloe, caliditas sua extenditur à primo gradu usq; ad secundum, & attingit parum ex secundo, & sic est in siccitate, & hoc est, quia est compositum ex substantia terrestri, adusta, mixta cum terrestri frigida, & illud diminuit aliquantulum de calore eius, & ambæ substantiæ concordant in siccitate, & significat hoc ꝙ sapor eius est amarissimus cum stipticitate, & supra suam caliditatem significat ꝙ nascitur in terris calidis, aut in terra Arabum, uel in India, & ꝙ nascitur in terris non calidis, est debile. Secundæ suæ uirtutes sunt, quia est stipticum, repercussiuum, & abstersiuum, & hæc est Medicina iuuatiua ad generandam carnem. Tertiæ uirtutes sunt ad curandas fistulas, & maxime quæ sunt in uirga & in ano, & ad repercutiendũ apostemata, quæ generantur in ore, naribus, & oculis, & purgat choleram & substantiã subtilem & grossam. Et est ex Medicinis quæ nullum habent periculum, eo ꝙ non lędit

A lędit os stomachi, propter suam stipticitatem. Et uirtus sua purgatiua est propinqua uirtuti agarici, excepto, quia est debilioris attractiõis, eo quod agaricum attrahit ab extremitatibus corporis. Sed aloe non attrahit, nisi quod est in extremitate stomachi, & uenis epatis, & in illo habet proprietatẽ, & dosis eius est à drach. i. usq; ad. z.

Eluoxat, calor & siccitas ipsius extenditur à primo gradu usq; ad secundum, & significat hoc, quia facit aliquantulã abstersionem, & mundificat renes, & aufert lentiginem. Et manifestior eius proprietas est, quia ualet contra morsum canis rabidi.

Nauoca, id est, carui, alias ameos, quod plus quæritur, in hoc est semen eius, sua prima uirtus in calore & siccitate est in gradu tertio, & hoc est, quia est compositum ex substantia ignea terrestri adusta, & significat hoc, quia habet saporẽ acutum, mixtum cum aliquantula amaritudine, secunda uirtus eius est apertio & dissolutio, & tertia est prouocatio urinæ.

Amygdalæ amarę sunt calidæ & siccæ in secundo gradu, excepto eo, quia plus declinant ad calorem, & minus ad siccitatẽ, & in hoc sunt quasi in primo gradu, quia earum unctuositas manifestat humiditatem. Et scias, quia complexio quæ hanc facit operationem, quæ est complexio calida, habet aliquam terrestreitatem, & sapor earum significat super hoc. Et operationes earum tertiæ sunt ad aperiendum opilationes epatis, & remouent dolores qui sunt in hypocondriis splene, & renibus, & adiuuant super sputum humorum grossorũ uiscosorum, qui sunt in pectore & pulmone. Et dico quod maior pars operationum harum non fit propter superfluũ calorem, qui est in eis, sed fit propter temperatam apertionem quam operatur in his materiis, propter humiditatem unctuosam quam habent, & propterea ualent plus aliis rebus omnibus in aperiendo opilationem pectoris, & pulmonis, propterea, quia hæc membra lęduntur, ut plus propter grossos humores.

Armoniacum est calidum & siccum, secundum quod apparet ex tertiis suis operationibus, excepto, quia tenet parum caloris in tertio gradu, & est siccum in primo.
B. Sed suus calor est in hoc quod est gummi, quia tu scis quod gummi sunt ingrossata & insp̃issata à calore, quia sunt superfluitates terræ nascẽtium. Et uidetur in hoc gradu caloris esse, eo quod mundificat, & sic est gradus suus in siccitate, propterea, quia siccitas est propter uiscositatem suam paucam quæ est in eo, & hoc est in omnibus gummis. Et uirtutes suæ sunt, ut mollificent & dissoluant duriciem quæ est in iuncturis & splene, & dissoluant scrophulas.

Alcamena, & inuenitur in frumento, in campis, uirtus eius est sicut uirtus sumac, magis desiccat, & plus digerit.

Shaachileelneemaç, & dicitur rosa regis, & dicitur calida & sicca in tertio gradu, eius proprietas est quando masticatur ut trahat phlegma, & succus suus mundificat caput per nares. Et tertia eius uirtus est, ut remoueat ex oculo ægritudinem caducur, & ualet morpheæ, & prouocat menstrua.

Anetum calidum est in primo gradu, quod in Arabico dicitur scenat, & attingit parum ex secundo, & est siccum in principio secũdi, & in fine primi, & idcirco quando coquitur cum oleo, habet dissoluere & mitigare dolorem, & maturat apostemata leuia, & inducit somnum, eo quod quando decoquitur cum oleo, reddit complexionem ipsius ad similitudinem Medicinarum maturantiũ, nisi quia est aliquantulum magis calidum & subtile, & hac de causa dissolutiuum est, & quando comburitur est in tertio gradu caloris siccũ, & ideo ualet uulneribus sanioſis, & plus in illis quæ fiunt in membris spermatis, & recens est minus calidum, & plus humidũ, & ideo istud inducit somnium, & maturat plus sicco, & siccum dissoluit, propterea dicit Galenus, quod qui intrabant ad potationes, faciebant ex eo garlandas.

Camomilla, quæ in Arabico dicitur habonog, calida est & sicca in primo gradu, secundæ uirtutes ipsius sunt, ut aperiat & dissoluat uapores cutis, & maturet, & habet proprietatem in mitigando dolorem uentris.

Anisum calidum est & siccum in tertio gradu, ideo, quia substantia ignea super ipsum dominatur, & significat super hoc acuitas sui saporis cum aliquantulo dulce-

C dine. Operationes ſuæ ſecundæ & tertiæ ſunt ad carminandũ uentoſitatem, & prouocat urinam, & aperit opilationes.

Ariſtologia, id eſt, çarahunt, non utimur niſi radice. Et eſt quędam longa, & quædam rotunda, & rotunda fortior eſt in inciſione & ſubtiliatiõe, & longa plus ualet abſterſioni & generationi carnis, ambæ calidæ & ſiccæ ſunt in ſecundo gradu, quia ſunt compoſitę ex ſubſtantia aliquãtulum ignea, & terreſtri adusta, & ſignificat hoc amaritudo, quam habent cum moderata acuitate. Secundæ earũ operationes ſunt, quia ſubtiliant mirabiliter humores groſſos, propterea remouent opilationes quæ proueniunt ab iſtis humiditatibus, & extrahunt ſpinas, & remouent putrefactionẽ, & mundificant ſordiciem, & faciunt generari bonã carnem, & iſtæ ſunt magis propriæ in rotunda. Et tertiæ operationes ſunt abſtergentes, & curant epilenticos, & podagram, & arthericos.

Lingua agni, id eſt, plantago frigida & ſicca in ſecundo gradu. Radix eius minus eſt frigida, & plus ſicca, & cum ſiccatur folium eius, eſt ſicut radix. Et habet duas qualitates, quia compoſita eſt ex ſubſtantia aquea & terreſtri, & ſignificat hoc inſipiditas quam habet cum ſtipticitate. Secundæ ipſius operationes ſunt, quia ſiccat & repercutit, & ualet contra mala apoſtemata, & materias putridas, & curat fiſtulas. Tertiæ proprietates ſiue operationes ſunt contra uulnera inteſtinorum, & ſtringit ſanguinem eorum, & huicerationes quæ proueniunt ex diſenteria, & radix eius contra dolorem dentiũ ualet, & aperit opilationes epatis & renum, & hoc eſt, quia omnis plantæ radix calidior eſt ſuis foliis, nec illa ſunt priuata calore, cum uideamus quod abſtergunt & mundificant.

Aſarabachara, quod ex ea ualet eſt radix & uirtus eius eſt ſimilis uirtuti acori, ſed eſt fortior hoc.

D Ebdarſian, id eſt, cortex maligranati ſylueſtris, eſt calidum in primo gradu, & ſiccum in ſecundo uel tertio, quia compoſitũ eſt ex ſubſtantia ignea & terreſtri, & propterea eſt acutum & ſtipticum, ualet ſordiciebus & materijs diſcurrentibus ab uno membro ad aliud.

Sparagus temperatus eſt, aut parum declinans ad caliditatem, & hoc ſignificat, quia habet aliquantulam amaritudinem, quæ elixatione renouetur, tertiæ eius operationes ſunt ad aperiendum opilationes quæ ſunt in renibus, & proprie radices, & ſemen, & multum ualent ad dolorem dentium.

Polium montanum, quod in Arabico dicitur andriaçabera, habet duas ſpecies, uel plures, & omnes ſunt calidæ & ſiccæ, & prouocãt urinã & menſtrua, & dictũ eſt q̃ ualent contra morſum ſcorpionis, quãdo bibitur drachma una cum uino calido.

Scolopendria temperata eſt in calore & ſiccitate, & manifeſtum eſt quod diſſoluit duriciem ſplenis, & aperit opilationes ipſius, ſicut baca lauri in opilatiõe epatis, & habet à ſua proprietate frangere lapides.

Alcanri, & eam uocant Hiſpani abuç, ex ea operatur, alias coquitur radix, & eſt abſterſiua & diſſolutiua, & quando comburitur cinis eius, magis calefacit, ſubtiliat, & diſſoluit, & propter hoc curat alopiciam.

Elcratis, alias cartamũ, id eſt, ſemen de papaga, ex eo utimur ſemine, & eſt ex Medicinis manifeſtis in purgãdo phlegma ſine aliquo timore, & eius nobilitas eſt quaſi ſuper nobilitate omnium Medicinarum purgantium. Doſis eius eſt à drachmis. x. uſq; ad xij. & multũ ſenibus cum ficubus ante cibũ comeſtũ ualet. Galenus dicit in primo de ſimplici Medicina q̃ calefacit & exiccat temperate, & in ſecũdo libro dicit quod eſt calidũ in ſecũdo gradu, quãdo applicatur homini per modũ emplaſtri, & diſtinguendũ eſt, quia in prio dixit de radice, in ſecũdo de ſemine, & i alio de folio.

Abſynthium calidũ eſt in primo gradu, & ſiccum in ſecundo, quia compoſitũ eſt ex ſubſtantia terreſtri, & frigida, & terreſtri ignea adusta, & ſignificat hoc ſtipticitas ſua cũ amaritudine & acumine, ſuccus ipſius eſt amarior ſuis foliis. Et tertiæ ſuæ uirtutes ſunt, quia habet confortare ſtomachũ, & trahere quod eſt in eo amarũ per modum purgatiõis, & hoc facit per uirtutẽ attractiuã, & propter amaritudinẽ lauatiuã.

Et ape

A Et aperit opilationes epatis, & prouocat urinam. Et ſi eſt phlegma in ſtomacho, nõ prodeſt propter ſtipticitatem ſuam. Et habet multas ſpecies, ſed melior omnium eſt aromaticum, & propter hoc confortat ſtomachum & epar. Et in ſumma manifeſtũ eſt, quod habet hæc Medicina proprietatem in ſtomacho & epate.

Laurus, quod ex eo utimur, eſt ſuccus & oleum, & eſt calidum in primo, & tangit parum de ſecundo, ideo quia eſt compoſitum ex ſubſtãtia terreſtri adusta, cum ſubſtantia terreſtri & frigida, & ſignificat hoc ſapor amarus cum ſtipticitate, & idcirco quia coniunctæ ſunt cum amaritudine aromaticitas & ſtipticitas, fit ex ſucco ipſius melius oleum, quod poſſit eſſe ſtomacho frigido et epati, et nos nõ damus eius ſuccum, nec grana, quia dicitur, quod quando comeditur, mouet uomitum et fluxum.

Elzunecat, id eſt, balauſtia, eſt frigida in ſecũdo gradu, et tangit aliquid de tertio, et ſine dubio eſt ſicca in tertio. Et dicimus, quod hoc eſt, quia eius ſubſtantia eſt frigida, et ſiccitas in ea eſt fortior frigiditate. Eius operationes ſunt ſtipticitas et ſiccitas, et ſtringit ſanguinem, et conſolidat, propter hoc ponitur hęc Medicina habentibus fluxum ſanguinis, et habentibus excoriationem inteſtinorum, et mulieribus habentibus fluxum menſtruorum, et aliarum humiditatum. Et dicit Galenus, quod nullus auctor fuit, qui huius Medicinæ non recordaretur.

Bahalbeli, et in Arabico dicitur chiemſom, folia iſtius plantæ, et cimæ, & flores, & fructus, omnino ſunt frigidæ & ſiccæ, & folia ſunt humidiora prædictis, propter aquoſitatem exiſtentem in ipſis, & propter hoc habet proprietatem ad curandam ægritudinem alcholæ, & ſimiliter alias ægritudines oris. Sed fructus eius cũ eſt immaturus, frigiditas & ſiccitas in eo dominatur, propter ſtipticitatem inuentam in ipſo, ſed quando dictus fructus habet completam digeſtionem, tũc eſt propinquus æqualitati, propter dulcedinem inuentam in ipſo. Et florum uirtus exiſtit ipſius fructus, & omnia prædicta conferunt.

Syaachilie, utimur foliis, & floribus, & fructibus, quamuis folia ſunt humidiora,
B ualent multum ægritudinibus oris, & uulneribus inteſtinorum, & fluxui uentris, & debilitati ſtomachi, & ſputo ſanguinis. Sed radix eius habet ſubſtantiam calidam & ſubtilem, & ideo frangit lapidem, qui eſt in renibus.

Bdellium duas habet ſpecies, fortiter mollificat, quod in Arabico dicitur mocle. Ex eo ſunt ſpecies duę, una Ciciliæ, & illa eſt ſiue bdellium illud eſt magnum, & alia ſpecies, ſiue aliud bdellium inuenitur hic, & eſt Arabicum. Virtus illius prima ſiue ſecunda eſt, mollificare, & eſt fortiſſima uirtus illius in hoc, & hoc potes cognoſcere per primam ſuam uirturem. Et alia, ſcilicet, Arabicum eſt ſuauior, & eſt clarius alio, & hoc uocatur bdellium Arabicum, & eſt ſiccius alio, ſed recens habet uirtutem Siciliani bdellium Arabicum. Et hoc Arabicum frangit lapides, qui fiunt in renibus, & quando bibitur, prouocat urinam, & prouocat uentoſitates groſſas & crudas, & ualet contra dolores laterum, & ypocondriorum, & in ſumma, eſt ex Medicinis quę purgant phlegma groſſum. Et habet proprietatem trahendi à neruis & iuncturis, & ipſum eſt melius inter Medicinas laxatiuas, & doſis eius eſt drachmæ unius.

Elgarzaria, quod Hiſpani uocant panicald, & in Arabico alchartama, & alij ſecacul, & in Latino iringi dicuntur. Galenus ſentit, quod eſt compoſitus ex diuerſis naturis, ſicut natura roſæ, excepto quia non habet ſtipticitatem, & ſignificat hoc, quia habet inſipiditatem cum aliquantula dulcedine, & modico acumine, & hoc habet plus in cortice, & uidetur quod ſit temperatum, aut parum declinans ad frigiditatẽ, & quod eſt talis cõplexionis, eſt multi iuuamenti, operationes ſuę ſunt repercuſſiuę, & diſſolutiuæ. Sed eius manifeſta proprietas eſt, ut diſſoluat apoſtemata ſuperpoſitum, & etiã ſi ſuſpendatur ſuper ipſum. Et noui Medici dicunt, q̃ habet hanc proprietatem in omnibus apoſtematibus. Et etiã dicũt, q̃ utuntur eo in potu aquę decoctionis eius, ipſa miniſtrat, ut defendat, ne generetur apoſtema in partibus interioribus.

Balſamus calidus eſt & ſiccus in ſecundo gradu, & oleum ſuum eſt multum ſubtile, nec habet ullum calorem, quia ab hominibus creditur, qui uidẽt, quod eſt ſubtile penetratiuũ. Et uirtus & fructus iſtius, eſt iſtius generis, ſed minus eſt ſubtilis ſuo

C oleo. Et iſtud oleum habet multas proprietates, & mirabiles operationes. Suæ ſecundæ operationes ſunt, quia diſſoluit omnes ægritudines phlegmaticas, quæ durę ſunt, & tardæ ad diſſoluendum, & eradicat dolores, qui ſunt ex humoribus groſſis, & uentoſis, alias uiſcoſis. Et ſuæ tertiæ operationes ſunt, quia frangit lapides, & mulier impregnatur, quæ defert ipſum ſuper ſe, quæ non poterat impregnari, propter opilationem matricis. Et eius proprietas eſt, quia eſt magna tyriaca uenenis, & ualet contra opium bibitum, & ualet contra diamantem, alias diabetem, bibitum, & contra fungos uenenoſos, & contra aquam ferti diſtillati, & doſis eius eſt à tribus partibus drachmæ, uſq; ad unam drachmam.

Iuniperus calidus eſt & ſiccus in tertio gradu, & eſt multũ ſubtilis, quia quod magis dominatur ſuper ipſum, eſt ſubſtantia ignea, & poſt ipſam, ſubſtantia terreſtris aduſta, & aliquantulum ſubſtantia terreſtris frigida. Et ſignificat hoc ſapor, quẽ habet cum forti acumine, & amaritudine, et aliquantula ſtipticitate. Operationes ſuæ ſecundæ ſunt, ut conſumat putrefactionem, quę eſt in uulneribus, & apoſtematibus, quod locus in quo non eſt putrefactio, non ſuſtinet talem Medicinam, ſed quando ponitur ſuper putrefactionem et ſaniem cum melle, mundificat ipſam. Operationes ſuæ tertiæ ſunt, quia habet prouocare urinam, & prouocat menſtrua fortius alia re, donec faciat mingere ſanguinem. Et facit aborſum, & extrahit fœtum mortuum, & propter ſuam ſubtilitatem et aromaticitatem ponitur quandoq; loco cuiuſdam ſpeciei cinamomi dorſini, & eſt etiam cinamomum cum multa dulcedine, & forti acumine, & debet poni duplum illius loco dorſini.

Albahac, hæc planta habet florem; qui aſſimilatur roſæ, & eſt fortior roſa bahanach, & propter hoc magis diſſoluit illa, donec liberet duriſſima apoſtemata, quando miſcetur cum cera & oleo.

D Oſſa uuarum paſſarum ſunt ſicca in tertio, alias ſecundo gradu, uel accedunt parum ad ſecundum, ideo quia compoſita ſunt ex ſubſtantia terreſtri frigida, & ſignificat hoc ſtipticitas, & habet ultimum iuuamen in fluxu uentris.

Aluſne, in lingua Hiſpaniæ, dicitur mulſa, hæc naſcitur ſuper quercus & nuces, et eſt in tertio gradu frigida, et hoc ſignificat ſtipticitas quam habet, et cum hoc habet uirtutem diſſoluendi, et mollificandi, et magis ualet, quæ inuenitur in quercu, propter caliditatem quæ eſt in ipſa arbore, eo quod ex ſuperfluitate ipſius nutritur.

Sagtares, uidetur quod ſit calidum in primo gradu, uel accedit parum ad ſecundum, idcirco quod compoſitum eſt ex ſubſtantia terreſtri aduſta, cum ſubſtantia terreſtri frigida, et ſignificat hoc ſtipticitas ſua cũ amaritudine. Primæ operationes ſuæ et ſecundæ ſunt ad ſubtiliandum, aperiendum, et prouocandum urinam, et ſimilia. Et aliqui dicunt, quod habet uirtutem purgandi, et eſt ultima Medicina ſtomachi, propter ſtipticitatem ſuam, et etiam mundificat propter ſuam amaritudinem, et talis Medicina, qualis eſt hæc, eſt magis propria ſtomacho, q̃ alia Medicina, et longe plus quando aſſociatur ſecum aromaticitas, ſicut in abſynthio.

Gentiana, ponitur hæc Medicina in gradu tertio calida et ſicca, et hoc manifeſtatur ex fortitudine ſuæ amaritudinis, et radix ipſius fortiſſima eſt ad ſubtiliandum et aperiendum opilationes.

Memite, ponimus ipſam in primo gradu frigiditatis, eo q̃ curat multotiens oculorum rubedines, quando non ſunt fortes, et eius ſubſtantia cõpoſita eſt ex ſubſtantia aquoſa et terreſtri, quæ omnia frigida ſunt, excepto quia frigiditas ſecundum Galenum non eſt fortis, ſed eſt eius frigiditas ſimilis aquæ paludum.

Alphoceng, id eſt, mentaſtrum, calidum eſt et ſiccum in tertio gradu, propterea quia dominatur ſuper ipſum ſubſtantia ignea, cum ſubſtantia terreſtri aduſta, et habentis talem complexionem, operationes ſunt manifeſtæ.

Liquiritia eſt humida in primo gradu, et excedit parum in calore temperatam cõplexionem. Galenus dixit, quod aſſimilatur cõplexioni humanæ, et ſignificat hoc dulcedo ſui ſaporis, cum aliquantula ſtipticitate, eo quia dulcedo temperata ſignificat caliditatem et humiditatem, et ſtipticitas ſua detruncat aliquid ex ſuo calore, & ſua

A & ſua humiditate, excepto quod ex humiditate remouet plus, et lenit aſperitatem quæ eſt in trachea arteria, & ueſica, & aliorum membrorum, quæ recipiunt aſperitatem. Tertiæ operationes ipſius ſunt, quia puluerizata, & poſita ſuper oculum, delet maculam quæ eſt in oculo, & carnem ſuperfluam, quæ eſt in radicibus unguium, & hoc ſignificat, quia radix eſt calidior ſucco, & complexiones quas diximus primo ſunt in ſucco, & quando radix eſt uetus, eſt amara, ſicut eſt illa, quæ nobis apportatur, generaliter ſuccus eius humidior eſt ſua radice.

Peonia, id eſt, roſa aſinorũ, eſt radix calida in primo gradu, & ſicca in tertio, quia eſt compoſita ex ſubſtantia terreſtri frigida, & terreſtri aduſta, & ſubſtantia ignea, & aliquantulum aerea, & ſignificat hoc, quia quando maſticamus ipſam primo, ſentimus ſtipticitatem cum dulcedine, & quando diu maſticamus ipſam, ſentimus acumen cum amaritudine. Secundæ ſuæ operationes à complexione ipſius ſciuntur, & tertiæ ſciuntur ſecundum exopilationes epatis & renum, & hoc accidit propter acumen & amaritudinem, ſed propter ſtipticitatem quam habet, ſtringit uentrem. Proprietas ſua teſtificata eſt à Galeno, quia ſuſpenſa ad collũ, curat epilepſiam in pueris, ſed ab aliquibus dicitur, q̃ non ſit uerum, & hoc iam expertũ eſt, & nõ ſic inuenitur.

Paſtinaca duas habet ſpecies, ſylueſtrem, & domeſticam. Syluestris fortior eſt domeſtica in omnibus, & in ambabus eſt uirtus calefaciendi & ſubtiliandi, & in radice eſt uirtus, quæ mouet coitum, & hoc etiam habet ſemen domeſticæ. Sed ſemen ſyluestris eſt calidius & ſiccius, & ideo prouocat menſtrua, & urinam, & ſyluestris dicitur daucus, & eſt calidum & ſiccum in tertio gradu.

Aegarelchaar, id eſt, lignum lauri, & fructus eius baca lauri dicitur. Hæc arbor cũ fructu ſuo calefacit, & exiccat multũ. Sed cortex arboris eſt debilioris caloris, & fortioris amaritudinis, & habet ſtipticitatem, & ideo frangit lapidem, & ualet contra paſſionem frigidam epatis, ebibitis quatuor danich et medio, cum uino aromatico. Suæ radices ſunt calidæ in ſecundo gradu, & ſiccæ in tertio.

Almoſtrameſia, eſt ex ſpeciebus chaſor, et operationes ipſius ſunt eędem cum operationibus ipſius ex rebus iachoſor ſyluestris, ſed eſt ſubtilior ipſo. Et operationes ſuę tertiæ ſunt attractio.

B Glandes omnes ſunt frigidæ & ſiccæ, & hoc cognoſcitur propter multam ſtipticitatem quam habent, ſed cortex ſuæ arboris maiorem habet ſtipticitatem, & in ambabus eſt coniuncta ſubtilitas cum ſtipticitate, & propterea hæc eſt una ex rebus, quę ualet multum fluxui menſtruorum, & fluxui ſanguinis undecunq;.

Acathemi, id eſt, altea, ſuæ ſecundæ operationes ſunt, quia diſſoluit, relaxat, & mitigat dolorem, & maturat apoſtemata dura. Et radix & ſemina faciunt, quod faciũt folia, & flos, donec eſt recens, ſed maiorem habent ſubtilitatem, & minorem ſiccitatem radicibus & ſeminibus. Et ſic debet eſſe in omnibus radicibus & ſeminibus terræ naſcentium, & idcirco maiorem habent abſterſionem, ita quod curant morpheam, & ſemen frangit lapides, qui fiunt in renibus, & tamen in radicibus eſt uirtus ſtiptica, & propterea ualet aqua decoctionis eius excoriationi inteſtinorum ex diſſenteria, & ſputo ſanguinis. Ego pono folia & flores calidos & ſiccos in primo gradu, & radicem in principio ſecundi.

Alzabit, id eſt, oleum quod trahitur ex oliuis maturis, & non ſalitis, & quarũ complexiones non ſunt artificialiter mutatæ, aſſimilatur complexioni humanæ, & iam rememorauimus hoc in cibis. Sed oleum factum ex oliuis non maturis, habet aliq; ſtipticitatem, & retinet ex frigiditate ſecundum quod habet ex ſtipticitate. Et oleum uetus eſt calidius & ſubtilius temperato, & propter hoc maiorem habet uirtutẽ diſſoluẽdi & mitigandi dolorem. Sed alia olea, quæ trahuntur ab aliis Medicinis, tenent naturam illarum Medicinarum, ſicut oleum de lilio, & oleum ſiſaminũ, & oleum amygdalarum, & oleũ nucum, & oleũ lauri, & oleũ de cimino, et oleum de ſinapi, & oleũ de myrtillis, & eſt ſtipticũ, et oleum de maſtice, et oleũ de oliuis ponitur loco olei de lilio, & econtra, et oleum de myrtillis eſt frigidum et ſtipticum, et oleũ ſiſaminum eſt calidum et humidũ, eodem modo et oleum amygdalarũ dulcium.

Sed hoc

C Sed hoc temperatius est in calore, aut quod habet calorem cum humiditate mixta, cum aliquantula stipticitate, & ideo habet humectare, siue calefacere, & mollificare, & in hoc excedit oleum sisaminum, & de squinante, & oleum de mastice. Et oleum granorum uiridium est compositum uirtutibus stipticis & dissolutiuis, & propterea prodest stomacho, & epati, plus omni alia re. Sed ista olea fiunt in Babylonia. Sed in nostris terris non trahuntur ex istis rebus proprie. Sed Galenus dicit in libro suo, quod consuetum est trahere oleum myrtę, & oleum masticinum, & oleum squinanti ex seipsis, & bonitas istorum excedit multum bonitatem factorum cum oleo oliuarum, in operationibus & uirtutibus. Sed olea quę consueta sunt fieri cum oleo oliuarum dulcium, quibus assuescunt antiqui, & moderni, sunt sicut oleum rosaceum, & oleum citoniorum, & oleum liliorum, & oleum uiolarũ, et oleum nenupharinũ, & de alcheri. Et uirtutes eorum oleorum sunt manifestæ ex uirtutibus ipsarum Medicinarum. Et scire debes, quod oleum oliuæ, cum quo facimus dicta olea, debet esse absq; alia mala qualitate. Sed eorum uirtus, quæ trahitur cum oleo oliuæ, nulla sunt uirtuosiora nostris. Oleum in quo infunduntur prædictę Medicinæ, debet esse suaue, ut non manifestetur aliqua fortis qualitas dominans in ipso, & talis est ratio Medicinæ, quia debet esse patiens, & non agens, exceptis duobus modis. Vnus est, quando intentio nostra est, ut fortificemus operationem illius Medicinæ, cum qua miscetur prius, & accipiemus oleũ, in quo dominetur qualitas, similis qualitati Medicinæ. Secundus est, quando intendimus facere cõtrarium illius Medicinæ, & hoc est, quando uolumus facere frangere ex illius uirtute, Verbi gratia, quando uolumus quod oleum rosaceum dissoluat, nos ponimus oleum uetus, & quando uolumus minuere, ex ea, ponimus immaturum, & quando uolumus, ut assimiletur uirtuti rosarum, infundimus rosas in oleum dulce & suaue.

D Alsaran, id est, enula, ponimus ipsam in secundo gradu calidam & siccam, & manifestatur hoc, quia ponimus ipsam in loco huius, quod confert phlegmati grosso, inuiscato in pectore & pulmone, & hoc facit sua siccitate. Operationes suæ secundę sunt, quia rubificat & membra in liuiditate à frigore.

Barbacus, id est, elleborus, habet duas species, album uidelicet, & nigrum, & ambo sunt calidi & sicci in tertio gradu. Secunda eorum uirtus est abstersiua, & ideo ualet contra scabiem, ignem sacrum, & similia, & non est tutum uti eo, bibito uel comesto, quia est ex genere uenenorum. Sed antiqui utebantur nigro ad euacuandam melancholiam. Sed est fortius in lædendo epar & pulmonem, sed noui ponunt loco eius lapidem lazuli. Sed quamuis epithimus laudetur in euacuando melancholiam, non tamen habet tantam uirtutem. Et adamas habet similem uirtutem purgandi cum elleboro, excepto quia est fortioris attractionis eo, quia est talis, alias calidus lapis, & propter siccitatẽ, quę est in eo, & lapis lazuli suauior est eo, alias sęuior.

Eua, id est, rubea tinctorum, calida est in secũdo, & sicca in tertio gradu, ideo quia est composita ex substantia terrestri adusta, & substantia terrestri frigida, & significat hoc sua amaritudo cum ponticitate. Operationes suæ secundę & tertiæ, habent apertire opilationem splenis, & epatis, & prouocare urinam, & sanguinem menstruum, & possibile est, ut faciat mingere sanguinem, & abstergit temperate, & ideo ualet tineæ, quando distemperatur cum acero, & superponitur, & quidam dant bibere sciaticis cum hydromelle.

Olibarda, id est, eupatorium, ualde manifesta est in fortificando uirtutem epatis, & aperiendo opilationes eius, quia composita est ex substantia stiptica & amara, & ideo debemus ponere eam in primo gradu, quia amaritudo est manifestior in ea stipticitate sua.

Zinziber calidum est in tertio gradu, cũ multa stipticitate uel humiditate, & ideo tardat in calefaciendo corpus, quod non facit piper, quia calefactio zinziberis est ã calore corporis, & permutatio piperis ab eodem est, sicut permutatio lignorum uiridium, & siccorum ab igne. Et piper longum est simile zinziberi, & propterea debet poni zinziber in primo gradu humiditatis.

Epithymus

A Epithymus est calidus, siccus in tertio gradu, & est laudabilis, ut dictum est, in euacuando melancholiam, & dosis eius est drachmarum duarum usq; ad tres, & in decoctionibus à quinq; usq; ad septem, & indiget refrenantibus, quia cõtristat propter suam siccitatem, & ideo nenufar est ultimum suum frenum, eo quod propter aromaticitatem suam remouet ipsius malitiam, & propter humiditatem suã remouet ipsius siccitatem, excepto quia cum hoc diminuit suum calorem. Et Medicina non indiget refrenatione ab omnibus suis qualitatibus, uel partibus, nisi à parte, qua purgat hoc à calore, aut à parte suę euacuationis. Et si refrenaretur epithymus cũ pomis, hoc plus acceptarent, excepto in febricitantibus, & similiter potest refrenari cum amygdalis, uel cum semine melonis.

Menta calida est & sicca in secundo gradu, & attingit ex tertio, & habet amaritudinem cum stipticitate, confortat stomachum, & mouet coitum.

Haama, id est, menta, hæc herba est hortiua, & propter hoc habet superfluam humiditatem, & propter hoc prouocat coitum, & ipsa est res, quę associatur rebus non bene digestiuis, & sapor ipsius amarus est cum stipticitate, & ex hoc apparet, quod minorem habet caliditatem deliachacos, & propterea ipsam ponimus in caliditate & siccitate in secundo, extendentem se usq; ad tertium.

Tapsia est gumma ruteę syluestris, secundum quosdam Medicos, uirtus eius est acutæ uirtutis, & calefacit caliditate forti, & propter hoc est in tertio gradu caliditatis, et humida in primo. Et significatur eius humiditas ex hoc, quia cito corrumpitur, & non recipit passionem à corpore, nisi post aliquantulam horam, quemadmodum facit zinziber, & proprietas eius est attractio ex profundo corporis, & resoluit quod ab ipso trahitur.

Tormos, id est, lupini, quando elixantur in aqua tamdiu, quod ipsorum remoueatur amaritudo, sunt Medicina nutritiua, & quando sunt amari, faciunt quod consueuerunt facere Medicinæ amaræ, ex abstersione, & exiccatione, & resolutione, &
B ex apertione opilationum epatis & splenis, & prouocatione menstruorum, et intersectione lumbricorum, & in extractione fœtus, & remouent morpheam, & purgant choleram, & remouent obfuscationes membrorũ, & dissoluunt scrophulas, & propter hoc ponimus ipsos in caliditate & siccitate, in principio tertij gradus, uel in fine secundi.

Lactuca. Dicit Galenus, quod sua frigiditas est similis frigiditati riuulorum, & significat hoc, quia non curat fortem etisipilam, sed curat debilem, ideo debemus ipsam ponere frigidam in primo, uel in principio secundi gradus, & usus sui seminis consumit sperma.

Alasce, quod quidam uocant corrutha, calefacit & desiccat in tertio gradu, & operationes eius prouocant menstrua, & urinam, & extrahunt fœtus à corpore, & aperiunt opilationes, & mundificant pectus & pulmonem.

Hele, id est, uiscus, operationes eędem sunt cum tapsia in operationibus primis & secundis, & est calidissimus, cum superflua humiditate, & extrahit à profunditate corporis, & hoc agit cum multa tarditate, propter superfluam humiditatem in ipso existentem.

Viola frigida est & humida, & idcirco debet poni in secundo gradu, iuuamenta sua manifesta sunt apud uulgares.

Cenapalcail, id est, cauda equina, & in Latino dicitur centinodia, uirtus ipsius est stiptica cum amaritudine, & ideo desiccat in ultimo absq; perforatione, & propter hoc sigillat uulnera magna, & confert hulceribus intestinorum, ac sputo sanguinis, & fluxui menstruorum, & maxime illa quę est rubea, & renasmoni: & dicunt aliqui homines, quod curauerunt cum ea hulcera uesicæ.

Castratus, huius uegetabilis flores & folia desiccant desiccatione forti, absq; mordicatione, & est manifeste plurimi iuuamenti, quoniam sigillat uulnera. Et quando aduritur cortex istius arboris, cinis eius desiccat desiccatione uehementi, & propter hoc confert porris, seu uerrucis, et maxime habentibus capita clauorum, qui fixi sunt in cute,

C in cute, quia quando recipitur cinis eius, & miſcetur cum forti aceto, & ſuperponitur eis, eradicat eos. Et gumma iſtius arboris remouet omnia, quæ ſunt uel fiunt ſupra pupillam oculi, unde obſcuratur uiſus, eo quod iſta gumma ſubtiliat & mundificat.

Indicum, cùm quo tingitur multum, deſiccat ſine ſubtilitate, quia amarum eſt & ſtipticum, & eſt duarum manerierum, ſcilicet, ſylueſtre, & domeſticum, & ſylueſtre eſt fortius domeſtico. Operationes ſuæ ſunt, ut conſolidet uulnera, quæ ſunt in duris membris, & etiam ſi ſunt in extremitatibus muſculorum, & abſcindit fluxum ſanguinis, & ualet multum uulneribus fiſtulatis, ſed ſylueſtre eſt fortius in uulneribus putridis, propter fortitudinem ſuæ deſiccationis, & domeſticum eſt utilius in apoſtematibus domeſticis, uel in medela apoſtematum, quia hulcerat ea, & ſylueſtre ualet multum contra opilationem ſplenis, ideo debemus ipſum ponere calidum in ſecundo, & ſiccum in tertio, & domeſticum calidum in primo, & ſiccũ in ſecũdo.

Pulegium tiuulorum calidum eſt & ſiccum in tertio gradu, quia eſt compoſitum ex ſubſtantia ignea, cum aliquantula parte terreſtri aduſta, & ſignificat hoc acumen ipſius cum aliquantula amaritudine. Operationes ipſius ſecundæ ſunt diſſolutiuæ, ſubtiliatiuæ, & deſiccatiuæ. Tertiæ ad prouocandum urinam. Et dictum eſt, quod ualet multum leproſis, & morſis ab animalibus uenenoſis, & maxime quando ſuperponitur, & occidit uermes, qui naſcuntur in auriculis, & montanum fortius eſt, & plus ualet.

Canella, uel cinamomum, id eſt, recapaldereca, calidum eſt & ſiccum in ſecundo gradu, & in ſiccitate plus extenditur, & hoc eſt, quia compoſitum eſt ex ſubſtantia terreſtri, cum ſubſtantia aerea æqualiter, & hoc teſtificatur Galenus, & cum hoc haber ſubſtantiam ſubtilem igneam, à qua haber ſuam aromaticitatem, & ſtipticitas ſua cum modico acumine, ſignificat terreſtrem ſubſtantiam. Et canelloſitas ſua ſignificat ſubſtantiam aeream ſuper ipſam dominãtem, & hoc ſcitur propter naturam
D cannarum. Iuuamenta ſua manifeſta ſunt in ſtomacho & epate, quia illa eſt ex Medicinis, in quibus inueniuntur aromaticitas, & ſtipticitas, & acumen, & quod habet tam nobilem complexionẽ, roborat omnia membra. Et dicit Galenus, quod pars ſubtilior quæ eſt in eo, eſt minor alijs, & daſeni eſt fortior in iuuamento.

Capparis calidus eſt in ſecundo, & ſiccus in tertio, quia compoſitus eſt ex ſubſtantia terreſtri & frigida, & terreſtri aduſta, ignea, & ſubtili, & ſignificat hoc amaritudo dominans, & poſt hoc habet proprietatem cõtra uicia ſplenis, propterea quia illud quod facit exire cum ſtercore, eſt ſanguineum, & tunc remouet dolorem ſplenis. Et hoc idem facit in alijs humoribus groſſis, quia educit eos per urinam, & prouocat menſtrua, & attrahit phlegma ex capite, quando maſticatur, & ualet contra ſciaticũ dolorem, & contra dolorem dentium, quando maſticatur.

Alcharf, id eſt, naſturcium, eſt calidum & ſiccum in quarto gradu, & uirtus ſua eſt ſimilis ſinapis uirtuti, & eſt Medicina, quæ datur loco cibi.

Cardamomum calidum eſt & ſiccum in tertio gradu, & non eſt mihi neceſſe manifeſtare operationes ipſius, quia habet ſimilem complexionem, nec ſecundas, nec tertias. Sed cõueniens eſt mihi dicere proprietates eorum manifeſtiores, & hoc debuiſſemus feciſſe ab ipſo principio. Sed eſt accommodatio iuuamenti in his, quæ dicta ſunt, & eſt in hoc fructu cum amaritudine aliquantulum caloris.

Carui, in caliditate & ſiccitate eſt in tertio gradu, & propter hoc expellit uentoſitates, & prouocat urinam, & non ſolum ſemen, ſed totum.

Clalicha, id eſt, caſſia lignea, calida eſt & ſicca in tertio gradu, quia compoſita eſt ex pauca ſubſtantia terreſtri, & ſubſtantia ignea, & illa eſt dominãs, & ſignificat hoc acumen, quod habet cum aliquantula ſtipticitate, & eſt ex bonis ſpeciebus aromaticis, & idcirco cõfortat membra principalia, & exopilat opilationes epatis, & prouocat menſtrua, & habet alias operationes, quas debet facere talis complexio.

Arbor nucum eſt frigida & ſicca in ſecundo gradu, & folia & rami habent aliquã ſtipticitatem, ideo propter ſtipticitatem ſuæ cõplexionis profundatur pars eius ſubtilis in ſubſtantia ſtiptica quæ eſt in ipſa, & ideo facit, quod poſſent facere, quę eſſent maioris

A maioris ſtipticitatis ipſa, & ideo decoctio eius bona Medicina eſt uuluæ apoſtemate, & de fructu ipſius iam rememorati fuimus alibi.

Cubebæ ſunt ſubſtantiæ igneæ, & terreſtris, & cum hoc ſunt aromaticæ. Et tu ſcis operationes quas faciunt tales Medicinæ.

Pineæ calidę ſunt & ſiccæ in tertio gradu, & gummi propinquum in quarto, ſua ſecunda uirtus eſt putrefacere carnem mollem liquefaciendo. Et propterea ſunt in primo gradu Medicinarũ putrefactiuarũ, & propterea conſeruãt carnem mortuoꝝ à putrefactione, propter ſuam deſiccationem, & alias eorum corrumpunt, propter uirtutes ſuarum naturarum, non propter humiditatem ſuperfluam, & non conſeruant niſi dura membra. Et ſunt optima Medicina in aere peſtilentiali, & fortiſſima Medicina ad reſiſtendum impregnationi, & quando mulier fert, alias ſtat ſuper ſe, & quando inungitur uirga, ex eis faciunt aborſum, & occidunt uermes qui ſunt in uentre, & ſerpentes deglutitos, & ſi ſuperponãtur uentri dolorioſo, propter cortoſionem, in continenti dolor mitigatur. Et pinguedo quæ generetur in alchiterra, id eſt pars unctuoſa quæ adunatur in mutata, quæ eſt ei ſupra in principio decoctionis ſubtilis, & cum eſt cocta, efficitur ſpiſſa, & illa aperit uulnera, & diſcooperit neruos. Sed illud quod eſt liquidum, poſſibile eſt ut curet uulnera, & habet ſimilem uirtutem picis, & curat ſcabiem.

Centaurea habet duas ſpecies, maiorem & minorem, & ambæ habent unã complexionem, & maior habet ſaporem acutum cum ſtipticitate, & aliquantula dulcedine, & non debemus uti ea niſi radice, & de minori utimur folijs & ſtipite, & ideo compoſita eſt ex ſubſtãtia terreſtri aduſta, & frigida, & aperit opilationes, & incidit humores groſſos, & cum hoc habet uirtutem purgandi eos, & ideo cliſteriçantur cum ea ſciatici & podagrici, & abſtrahit humores cholericos & groſſos, & aliquando tantum purgat, ut trahat ſanguinolentos humores, & tunc fortius prodeſt, & prouocat menſtrua fortiter, & abortire facit, & cum hoc habet uirtutem conſolida-
B tiuam uulnerum, propter ſuam ſtipticitatem.

Gummi ceraſorum habet proprietatem frangendi lapidem, & poteſt eſſe hoc, ideo, quia, eſt gummi, quia dominans ſuper cõplexionem gummi eſt calor, quamuis quædam ſunt quæ non ſunt talia, niſi comparatione ad corpus humanum ſicut gummi quod nominatur karabe.

Caſtoron, id eſt, betonica, cõplexio iſtius eſt calida & ſicca, & hoc atteſtat ſapor, quia in ipſa eſt amaritudo cũ acuitate, & ideo incidit humores groſſos, & frangit lapidem qui generatur in renibus, & mundificat pulmonẽ & pectus, & aperit opilationes epatis, & prouocat menſtrua, & confert epilenticis, & ſciaticis, & quãdo ponitur ſuper morſum animaliũ uenenoſoꝝ, confert, & ualet ſciaticis etiã quãdo bibitur & eructuationi acetoſę, & propterea ponimus ipſam in gradu tertio calidã & ſiccã.

Haphas, id eſt, galla, & acerbæ ſunt frigidæ in ſecundo gradu, & ſiccæ in tertio, galla eſt frigida in primo, & ſicca in tertio, & ſignificat hoc ſtipticitas quæ eſt in ea, cum modica ponticitate, & eſt repercuſſiua, & quando comburitur, eſt acutior & ſiccior, & ſubtilior, & eſt neceſſe quando uis ſedare ſanguinis fluxum, aſſare ipſam, & poſtmodum extinguere ipſam in aceto, aut fortiſſimo uino.

Almuç, id eſt, cęra citrina eſt temperata inter quatuor qualitates, & quia poteſt applicari carni, poſuerunt ipſam Medici materiam omnibus cathaplaſmatibus, & unctionibus calidis & ſtigidis, ſicut ſunt illi qui nominant cerorũ, hãc cęram citrinam, alias nucritam, quaſſatam uel malaxatam in aqua. Galenus laudauit in ægritudinibus acutis, & nominatur cæra lota. Et cæra habet uirtutem maturatiuã per modum opilationis, & non eſt ex Medicinis quas ponimus in corpore, & habet aliquantulam uirtutem diſſolutiuam, quam acquiſiuit à melle, & quando remouetur citrinitas quæ eſt in ea, tunc eſt proprie materia & cæra pura.

Halberea, id eſt, catapucia, eius grana habent uirtutem purgandi, & cum hoc habent uirtutem abſterſiuam, & diſſolutiuam, & ideo eſt calida in ſecundo gradu, & ponitur in genere calidorum & ſiccorum.

C Darseni,id est, canella subtilis, dulcis aromatica calida est & sicca in tertio gradu, & est supremum in omnibus Medicinis aromaticis,quæ resistunt putrefactioni,nec habet parem in his operationibus.

Alteradit,id est,barba hircina,est frigida in tertio gradu, & sicca in secundo,quia dominans in ea est substantia terrestris stiptica,& radix eius fortior est foliis,& consolidat uulnera,& ualet sordidis uulneribus,propter suam desiccationem,& ad intestinorum hulcerationem,& fistulis. Et in summa facit quod faciũt Medicinæ multæ, alias non fortis stipticitatis, & confert debilitati stomachi, & solutioni uentris, & hulcerationibus intestinorum,& fluxui menstruorum.

Laudanum est calidum in primo gradu,& tangit ex secundo, & aliquantulã habet stipticitatem & est subtilis substantiæ cum acumine, dissoluit & maturat & ualet passionibus matricis, ideo quia ualet cum his uirtutibus uirtutẽ stipticitatis, propterea ualet ad permanentiam capillorum, eo quod consumit humiditatem extraneam quæ est in eorum radicibus, & stringit sua stipticitate poros in quibus oriuntur capilli. Sed non est sufficiens in obuiatione alopitiæ,iccirco quia illa indiget Medicinis magis dissolutiuis, quia generatur ex humoribus grossis & uiscosis.

Alibleb, id est mercurialis calida est & sicca in primo gradu, & est composita ex substantijs contrarijs, hoc est stiptica, acuta & aquea & ineſt ei quando est recens ut leuiter purget, ita quod est in principio primi gradus in Medicinis purgatiuis,& ideo datur in principio febris, ante digestionem, sicut dantur cassia fistula tamarindi & his similia. Et qui biberit ex succo mediam libram purgat coleram grossam & phlegma, & si coquatur in uino quando recens est, consolidat magna uulnera, & sanat ulcerationem factam ab adustione ignis. Et si folia ipsius coquantur in aceto, ualet multum passioni splenis, & flos suus ualet in hoc plus,& ex succo suo fit caput purgium, & tunc ualet multũ materijs discurrẽtibus antiquis ad aures & ad nares.

D Haanthal, id est colloquintida, est ex Medicinis fortibus in purgando phlegma & est in fine gradus Medicinarum purgantium, quia attrahit á profunditate corporis ita quod inducit eradicationem intestinorum, propterea necesse est refrenare ipsam multum cum dragaganto & amygdalo,& fistici sunt suffitientes pro his duobus, & dosis eius est a duabus tertijs drachmæ unius usq; ad unum karatẽ.

Halsemec est gumma quæ fortiter stringit, & propter hoc intrat in Medicinis eradicantibus intestina,& proprie quando nõ habet qualitatẽ acutam, & facit quemadmodum checabre, id est, gummi Arabicum.

Cusbera,id est,coriandrum, calidum est in primo gradu, & est compositum ex substantijs contrarijs,hoc est,ex substantia amara,& substantia aquea & stiptica, & secundum hoc facit diuersas operationes,hoc est,quia quando cataplasmatur erisipila cum farina hordei,curat ipsam,& quando miscetur cum farina fabæ, dissoluit scrophulas. Et dicitur,quod habet proprietatem ad retinendum cibum in stomacho,donec fuerit digestus,& aromatizat carnes, cum quibus coquitur. Et si homo biberet ex eius succo mediam libram,in nouilunio esset mortuus.

Costum calidum est & siccum in secundo gradu, & est compositum ex substãtia terrestri adusta et ignea,& significat hoc magna amaritudo eius cũ acumine.Et operatio suæ complexionis est,rubificare membra,quibus superponitur,quia trahit sanguinem ad cutem,& prouocat urinam,& sanguinem menstruũ,& occidit uermes, & curat tineam.

Alcostan,id est,liliũ albũ,calidũ est & siccũ in secũdo gradu,& hoc dicimus,quia est amarũ,& habet aquositatẽ temperatã,& ideo oleum ipsius est absq; aliqua mordicatione,& est supremum omnibus rebus, quæ dissoluunt res in matrice. Et folia sua cocta,& posita super carnem combustam ab igne, & cum aqua feruenti cũ oleo rosato mixta,incontinenti liberat. Et radix est fortior foliis, & propterea prouocat menstrua,& mollificat duriciem omnium membrorum,& proprie matricis.

Crocus calidus est in secundo gradu,& siccus in primo, est digestiuus & confortatiuus cordis,& habet substantiã calidã,stipticam,& stipticitas sua est ex rebus quæ adiuuant

A adiuuant ad digestionẽ quã facit,eo q; propter illã moratur in poris,& stat in illis.

Halbasal,id est,cepe,est calidum in quarto gradu,& habet grossam substantiam, & ideo quando ponitur in ano,aperit orificia uenarum,& prouocat sanguinem hemorrhoidalem, & menstruum, & succus eius ualet aquæ quæ defluit ad oculum, sed obscurat oculos,quando sunt impediti ab humoribus grossis,& habet humiditatem superfluam,propter quam mouet coitum.

Halcedeph,frigidus in primo gradu est,uel temperatus,eo, quia stipticitas in suo sapore est,sed in ipso non est aliquid caliditatis uel acuitatis, nisi modicum, tamen in eius operatione inuenitur multi iuuamenti, eo, quia caliditas existens in eo,facit profundare stipticitatem in profundo corporis absq; amaritudine, uel mordicatione,& ob hoc eius operationes sunt ad remouendum ea, quæ retenta sunt in profundo corporis,ægritudinũ putridarum, & eradicant ea omnino absq; impedimento. Et est in fine tutum à nocumentis,eo,quia natura calidarum Medicinarum, & sicca tum,quamuis habeant naturam remouendi. Attrahunt tamen ad locum alios humores.Et propter hoc,hęc res,confert omnibus maculis,& ueſtigijs carnis,& calidi tas quæ est in ipso,est lator uirtutis stipticæ.

Scoadi,id est, cyperi, id quod operatur ex hac herba, est eius radix, & ponimus ipsam in caliditate & siccitate in secundo gradu, eo, quia in suo sapore non inuenitur acuitas,nisi modicum stipticitatis.Et eius operationes secundæ sunt,quia conferunt mirabiliter uulneribus difficilis cõsolidationis, causſa multarũ humiditatũ,& etiam conferunt hulceribus oris,& frangũt lapides, & prouocãt urinã & menstrua.

Alchanna,quæ operantur ex ista sunt folia & rami,& uirtus eius composita est ex substantia frigida & calida, & propter hoc desiccat absq; mordicatione, & confert hulceribus quæ ueniunt in ore ex genere alcholæ, & ualet etiam alcholæ, & decoctio illius ualet adustioni,& etiam apostematibus ardentibus.

Elsoc,id est,iusquiamus,manifestum est,quod est maximæ frigiditatis, alias mul
B tæ humiditatis.

Magdeenæ,id est,catapucia.Ipsius gratã purgant choleram, quando diglutiuntur à decem usq; ad quindecim,& qui habent uentrem fortem,masticent ista grana, & qui habent debilem,deglutiant integra.

Acetosa,uirtus ipsius est cõposita,eo,quia semen eius habet stipticitatẽ cum aceto sitate,& propter hoc ualet contra fluxum uentris, cum hulceratione intestinorum.

Alçuraç est in quarto gradu caliditatis,odor eius,& sapor, & uirtus, assimilantur odori nasturtij,& suo sapori.excepto, quia est maioris desiccationis nasturtio.

Alcheiri,id est,uiola de Romania,sunt enim in secundo gradu caliditatis, & hoc significatur ex amaritudine sui saporis,& extrahũt secundinã,& faciunt aborsum,& semen eius est fortius flore, & aperiunt opilationes cerebri, quando odorantur; & propter hoc quando suspenduntur ad colla epilenticorum,liberantur.

Halausaç,id est,licium,hoc est compositum ex substantia grossa, & resolutiua,& pertinet siccitati,& est ex Medicinis appropriatis oculis & auribus, & habet multas operationes secundum modum Medicinarum, quæ sunt illius complexionis.

Lausemacanium,hoc est manifestum nobis, eius proprietas est sanguinem stringere,undecunq; exeat, & est complexionis frigidæ & siccæ, & oritur in ripis fluminum ualde currentium.

Thus,calidum est in secundo gradu,& siccum in primo,quia habet amaritudinẽ cum stipticitate, & facit nasci carnem in corporibus humidis. Et habet aliquantulã uirtutem maturatiuam,sed cortex ipsius habet manifestiorẽ stipticitatem, ita q; ponitur in quarto gradu in Medicinis exiccatiuis, nec habet superfluum calorem, uel acumen,ideo ponitur in Medicinis quę ualent contra fluxum, & sanguinis sputum & hulcerationem intestinorum.

Besbese,id est,macis,dicitur quod sit cortex cuiusdam fructus, qui apportatur de India,compositus est ex diuersis substantijs, magis dominans est substantia terrestris, & minus est substantia subtilis,calida, & est multæ stipticitatis cum aromati-

C citate. Sua prima uirtus est sicca in primo gradu. Sed caliditas uel frigiditas nõ sunt manifesta in eo. Sua secunda uirtus est confortare & retinere, & ualet contra passionem cordis, & contra fluxum uentris. Et bene testificabitur per Galenum, quod ualet propter suam stipticitatem, contra hulcerationem intestinorum.

Scedes, id est, polium, uirtus eius similatur uirtuti spicæ.

Albecçi uirtutem habet dissoluendi & maturandi.

Lephaa, id est mandragora, frigida est in tertio gradu, & etiã est habens aliquantulam caliditatem, & poma ipsius habent humiditatem, & propter hoc prouocant somnum, & cortices suarum radicum sunt siccæ, sed eius radix debilior existit.

Halcasmeg, id est, fœniculum calidum est in tertio gradu, & siccum in secundo, & propter hoc prouocat lac, & urinam, & menstrua, & confert descensui aquæ ad oculum, & sunt duarum specierum, domesticum, & syluestre, & domesticum est humidius syluestri, & quia habet aliquam horribilitatem, habet proprietatem confortandi membra urinæ.

Mastix calidus est in secundo gradu, & siccus in tertio, & habet stipticitatem & dissolutionem, & manifestatio sui iuuamenti specialiter est in stomacho, & generaliter in alijs membris.

Scaunix, id est, nigella calida est & sicca in tertio gradu, & significat hoc, quia est in ultimitate amaritudinis cum subtilitate, & ligata in panno lineo, ualet odorata ad reuma frigidum, & occidit uermes, & dissoluit inflationem, & eradicat uerrucas, & producit cum posse menstrua, & facit erigere membrum.

Alchelilamelec, id est, mellilotum, uel corona regia, habet uirtutem dissoluendi, & digerendi, & repercutiendi, ideo debet poni calida & sicca in primo gradu.

Alces, id est, mel calidum est & siccum in secundo gradu, & est multæ absterso-
nis, & est cibus Medicinalis, & proprie in senibus, quia cibus est in ipso multum iu-
uatiuus, quia in eis conuertitur in sanguinem bonum. Sed mel cannæ, quod etiam
D est mel, est minoris caloris alio melle, & minoris absterssionis, nec habet illam mordicationem quam habet mel, idcirco est maioris iuuamenti alio melle membris, quæ nocentur à nimia absterssione, sicut stomachus, pulmo, & uesica. Et istæ duæ Medicinæ factæ sunt à Medicis, materiæ electuariorum & syruporum, eo, quia natura amplectitur eas, & in eis delectatur, & quando lauatur, est eius operatio propinqua operationi mellis cannæ.

Cascasi, id est, papauer, frigidum est & humidum, album est frigidum in tertio gradu, & nigrum in quarto, album ualet contra tussim, quæ fit à materijs calidis, & defendit pulmonem ab hulcerationibus ipsarum, & facit suauiter dormire, & nigrum est malum, quia facit somnum stupidum.

Heltrog, id est, pomum citrinum. Cortex ipsius habet maximum iuuamentum stomacho, & epati, & est temperatus, aut calidus in primo gradu, & siccus in secundo, sed acumen quod habet, non significat multum calorem, quia paucus calor, quando est cum stipticitate, inducit acumen & mordicationem. Et dicit Galenus, quando dominatur siccitas terrea, adipiscitur acumen. Sed semen est calidum cum forti siccitate, & est supremum beçaarijs uenenis, quæ occidunt à tota specie, sed pulpa ipsius est frigida & humida, & generat grossos humores.

Alcarphar, id est, tamariscus compositus est ex substantijs compositis, quia habet stipticitatem cum dissolutione, propter quam multum ualet spleni, & ideo dicitur quod qui bibit cum uase facto ex eo, non incurrit passionem splenis. Et suus fructus habet stipticitatem fortem, propinquam stipticitati gallæ.

Hes, id est, mirtilla, multum super ipsa dominatur substantia terrestris, & frigida, & significat super hoc stipticitas quam habet, & constrictio quam facit.

Halmu, quod operatur ex ista est radix, & est calida in tertio, & sicca in secundo, urinam prouocat & menstrua, & habet superfluam humiditatem, & qui de ea comederit multum, dolorem capitis procreat.

Harlarmel, id est, cicuta, calida est & sicca in tertio gradu, incidit humores grossos &

A sos, & prouocat urinam & menstrua, & ualet dolori spatularũ, & purgat phlegma.

Sobol, id est, spica, & sunt ex ea multæ species, & melior earum est ea, quæ uenit ex India, calidum est in primo gradu, & siccum in secundo, & hoc est ex eo, quia est composita ex substantia terrestri & frigida multum, & aliquantulo ignea & aliquantula terrestri adusta, & quia est composita ex his uirtutibus cum aromaticitate sua, est ex melioribus rebus epati & stomacho, uel superposita, uel bibita, propterea quia confortat membrum, & desiccat materiam, quæ ibi fluit.

Halcal, id est, acetum, quod uidetur ex eo est, ut dominãs super ipsum sit substantia frigida, propter acetositatem, quæ est in eo, quamuis habeat partem unam igneam, quæ indicatur propter ipsius acumen, & iam dictum est, quod acumen prouenit propter fortem siccitatem, cum modico calore, & multa ipsius morsio non significat super multam caliditatem, quia hoc prouenit à subtilitate, & etiam acetositas in eo quod est acetositas incidit, & maxime quando associatur calori, & ideo debemus ipsum ponere frigidum in secundo, & siccũ in tertio, & maxime uetustum.

Berberis, fructus eius stipticæ uirtutis est, & incidit, & subtiliat, & stringit omnem fluxum omnium ægritudinum.

Lac arborum eltiph, id est, asa fœtidu, calidius est omni alio lacte arborum, & subtilius, & propter hoc dissoluit plus cæteris, & eius proprietas est, quia confert uuluę quando suspenditur collo.

Halcarsena, id est, orobus, siccus est in secundo gradu, & calidus in primo, & est Medicina incisiua, & aperit opilationes, & si nimis comederetur ex eo, faceret mingere sanguinem, & generat in corpore carnem duram, & membra dura.

Ihansir, id est, oppoponacum, est calidum in tertio gradu, & siccum in secundo, & habet attrahere phlegma ex iuncturis, & quasi hæc proprietas continet omnia gummi, quæ purgant. Dosis est drachma una.

Piper, radix eius assimilatur costo, & arbor eius in principio sui ortus nominatur
B darfusel, & hoc est piper longum, & est humidius alio pipere. Et aliud piper quando non est maturum, est album, & quando est maturũm, est nigrum, & ambæ species sunt calidæ & siccæ in tertio gradu, & quidam dicunt in quarto.

Besbeg, id est, polipodium, est quasi temperatum in primis qualitatibus, & significat hoc, quia super ipsum dominatur dulcedo cũ stipticitate, & desiccat sine mordicatione. Eius proprietas est, purgare melancholiam, & est secura Medicina, & est melior epithimo, quia non habet qualitatem exeuntem ab æqualitate. Dosis eius est drachmarum decem.

Prassium, calidum est in secundo gradu uersus finem, & siccum in tertio, prope medium, aut in fine, aperit opilationes splenis et epatis, & mundificat pectus & pulmonem, & prouocat menstrua, & urinam, & facit omnia, quæ faciunt Medicinę amaræ, & succus ipsius mixtus cum melle, multum ualet passionibus oculorum, & positum in naribus, ualet ictericis, & ualet contra antiquum dolorem auris, quia mundificat uias neruorum aurium.

Succus qui inuenitur in alueis apum, calidus est in fine secũdi gradus, uel in principio tertij, sua secunda uirtus est mirabilis attractio.

Halacarta, id est, piretrum, ex eo utimur solum radice, & habet unam uirtutem ustiuam, & ideo est calida in quarto gradu, et ideo mitigat dolorem dentium, & ualet, ut dicitur. contra epilepsiam, & similes ægritudines eius, & rigoribus interpolatarum febrium.

Alphagel, id est, raphanus, calidus est in tertio gradu, & siccus in secundo, & semen fortius est, & ualet contra serpigenem, & similes, & aufert citrinitatem quibuslibet membris corporis. Et syluestris est fortior domestico, & eius succus deglutitus subtiliat uiscositatem, quæ est in fistulis pulmonis, & clarificat uocem.

Raued, id est, reubarbarum, compositum est ex diuersis substantijs, ex substantia terrestri & frigida, quæ significatur per stipticitatem, & ex substantia ignea, quæ significatur per coctionem, & ex substantia aerea, quæ datur per raritatem & spongio-

C sitatem,& est una ex manifestioribus rebus in iuuamento epatis, ad aperiendas opi
lationes,& ad cõfortandũ ipsum, & similiter prodest stomacho. Et Galenus,& alij Medici dicunt quod constringit uentrem,& nos uidemus quod purgat, & est mira bilior alijs Medicinis purgatiuis,quia frenum suum est cum eo,quoniam nulla Medicinarum purgatiuarum est sine ueneno aliquo,in aliqua parte sui,ista excepta,eo, quia confortat omnia membra corporis, ideo possumus dando ipsum pro purgatiuo refrenare alias per ipsum Medicinas.

Alcarphas,id est,apium montanum, calidum est & siccum in tertio gradu, eo q̃ sapor eius est amarus & acutus, & prouocat urinam, & sanguinem menstruum,& dissoluit tumores,& hortulanum debilius est eo.

Andraton, id est, herbatura, in lingua Hispana,andration, quod ex hac operamur, est eius radix, & est calida in tertio gradu prope finem, & desiccat in ipso, & confert ægritudinibus neruorum,& passionibus pectoris,& pulmonis, quando fiunt ex humoribus grossis,& quando suffumigantur homines ea, reprimuntur humores descendentes à cerebro, & aperit eius opilationes, & quando ponitur super dentem dolentem & corrosum,sanat illum, & succus eius in omnibus prędictis fortior existit,& adhuc lac ipsius fortius existit.

Halsedep,id est, ruta syluestris, calida est & sicca in quarto gradu, sed hortulana est in tertio, propterea, quia sapor suus est acutissimus & amarus, & est iuuatior in soluendo tumorem,& carminando uentositatem,& priuat coitum.

Cesphet,id est, pix est calida & sicca in tertio gradu, plus desiccat quàm calefaciat. Sed liquida & recens plus calefacit quàm desiccet, ualet contra asma & empima,dosis eius est quantitas unius drachmæ & semis cum melle,& ualet contra albedinem unguium, & morpheam, & maturat apostemata dura, & fortior in maturando est cum est recens & humida.

D Alpelep,id est,castanea,frigida est & humida in primo gradu, folia sua pistata & posita super apostemata quæ nascuntur in genibus,curat. Et cortex ipsius arboris & ipsæ castaneæ habent uirtutem desiccandi, & ideo quando sunt cocta in aceto,ualent contra dolorem dentium. Et fructus combustus superpositus,ualet tyriæ. Et est necesse ut custodiatur quilibet à puluere, qui adhæret foliis illius arboris, quoniam multum nocet cannæ pulmonis,& uisui,& auditui.

Virga pastoris est in secundo gradu Medicinarum infrigidantium, quia composita est ex substantia terrestri, frigida & aquea, ualet contra incensionem stomachi, & repercutit materias adustas, & idcirco intercipit fluxum menstruorum, & curat opilationem intestinorum, & intercipit fluxum sanguinis à quacunq; parte ueniat.

Rosa composita est ex substantia terrestri, frigida,subtili,& aerea calida,& aquea & significat hoc sapor uel odor,& aquositas.

Et semen ipsius stipticius est ea,& est frigida & sicca in primo gradu, & confortat stomachum,& epar,& alia membra.

Sumach est forte in stipticitate & siccitate, frigidum in secundo, siccum in tertio gradu,operationes suæ sunt manifestæ.

Aspaltum,& in Arabico cebeoneg,& interpretatur expellens uentositatem,illud gummi calefacit & subtiliat secundum quod faciunt alia gummi,& est absterssiuum & est ex melioribus Medicinis quæ possint esse ad aquam descendẽtem ad oculos, & ad fuscedinem uisus, que fit ab humoribus grossis, & est ex Medicinis purgatiuis, quæ trahunt phlegma à neruis & iuncturis,sicut bdelium, oppoponacum,& ançarat,quia hoc est proprium in gummi, & bdelium est in hac re quasi in primo gradu purgationis, & post ipsum est aspaltum & oppoponacum, & post ipsum ançarat, & dosis aspalti est à drachma una usq; mediam.

Et ançarat desiccat sine mordicatione,ideo consolidat uulnera facta propter percussionem,

Satyrion,id est,testiculi uulpis,& in Arabico haldaalzaalep,calidum est cũ multa humiditate,& propterea mouet coitum,& nomina sapientum Euilsalic, & Euosalic iura

A lic,iurauerunt in eorum animabus, quia curat spasmum postremæ partis, quando bibitur eius succus cum uino nigro stiptico.

Alcarsphas,id est,apium,est tantæ caliditatis,quod prouocat menstrua, & urinã, & dissoluit uentositatem,& inflationem,& proprie semen eius, huiusmodi est multarum specierum,& fortior omnium est,quæ nominatur becarcalion.

Et endiuia quædam est syluestris,& quædam domestica. Syluestris est frigida & sicca in primo gradu,domestica est frigidior & humidior, & significat hoc eius stipticitas cum amaritudine,& stipticitas maior est amaritudine. Iuuamen ipsius maximum est,quia confert epati à tota substantia,quia dictum est,quod sanat epar calidum & frigidum æqualiter. Sed mihi uidetur,quod plus conferat calido quam frigido,quia amaritudo quæ est in ea,abstergit & aperit sine multa calefactione.

Halanchat,id est, cepa squilla, calida est in secundo gradu, & uirtutem habet incisiuam,sed non minus calefacit,& non utimur ea, nisi assata & cocta.

Halscia, id est, abrotanum, est herba multæ amaritudinis, & nocet stomacho, & interficit uermes sua amaritudine, & calefacit in fine secundi gradus, & desiccat in tertio.

Alscicelios,id est,siseleos,hæc herba & ipsius semen habet proprietatem calefaciendi tantum,donec prouocat urinam ualida prouocatione,& cum hoc subtiliat, & propter hoc confert epilenticis,& cuidam ægritudini nominate ortomie.

Scenscani,id est,sisminũ,alias sisamum,calefacit in fine primi gradus, & in principio secundi,& humectat in tertio,& eius oleum eiusdem proprietatis existit.

Halgazar,id est,pastinaca,ipsius sunt duæ species,scilicet,domestica,& syluestris. Syluestris fortior existit in prouocando menstrua & urinam. Et folia harum ipsarũ pistata,& superposita uulneribus corrosiuis,sanant ipsa.

Harcaph,id est,cardus,alchi,est calidum in secundo, & siccum in tertio, mundificat putredinem per urinam,si in corpore adsit,quando coquitur in uino,et datur ad bibendum,& remouet fœtorem subsellarum, & quod dissoluitur ex toto corpore.

B Et generaliter habet resistere à tota substantia quasi putrefactioni, & est Medicina cibalis,quæ dat saporem carnibus. Et idcirco utuntur eo nobiles loco melongiarum.

Allium calidum est & siccum in tertio gradu.

Elmaar,calidum est & siccum in tertio gradu, occidit lumbricos in pueris, & habet absterssionem,& propterea ponitur in collyrijs,quæ habent remouere ungulam & miscetur cum Medicinis,quæ dantur contra antiquam tussim,& asma,& est Medicina manifesta in maturando. Et potest esse, q̃ bonitas suæ maturationis est ideo, quia subtiliat materiam eo modo,quo non relinquit siccitatem grossiciem, nec duriciem parti remanenti. Et hæc maturatio est laudabilior cæteris omnibus, quia in hac Medicina non potest dici,quod maturet opilando poros,eo quia abstergit. Nec potest dici, quod hoc faciat per similitudinem complexionis cum corpore humano quia calidum est & siccum in tertio gradu.

Sticados, compositum est ex stipticitate cum amaritudine & aromaticitate, & ideo debet poni in primo gradu rerum, quæ calefaciunt, & in secundo earum quæ desiccant. Operationes suæ secundæ & tertiæ sunt aperitiuæ,& absterssiuæ,& confortatiuæ omnium membrorum interiorum & exteriorum, & ideo utilior Medicina est hæc, contra lassitudiné, omnibus alijs Medicinis. Idcirco quia lassitudo non est,nisi defectus uirtutis,propter onus humorum.

Condisi,id est,elleborus albus,calidus est in quarto gradu, & siccus in eodem,& commouet sternutationem,& est uenenum,quare non debet poni in corpore.

Storax calamita calida est in secundo gradu, & sicca in primo, & signũ huius est, quia mollificat & curat tussim,& ualet reumati, & asperitati gutturis & pectoris,& prouocat menstrua,quando bibitur,aut ex ea fit pessarium.

Ficus,nos fuimus locuti de eis,in eo quod sunt cibus. Sed nunc dicemus in eo,q̃ sunt Medicinæ,uirtutem habẽt maturatiuam,quando fit ex eis emplastrum, & proprie siccæ. Et siccæ & uirides habent laxare uentrem. Et decoctio ipsarum, quando

C multum coquuntur, assimilatur melli, sed complexio suæ arboris est calida & subtilis, & proprie lac, & ideo dixit, quod euellit uerrucas, & laxat uentrem, & syluestres sunt fortiores in hac re domesticis.

Selec, id est, bleta, habet uirtutem baurachiam, & decoctio, eam remouet, & est abstersiua, & mollificatiua, & eius succus suppositus in naribus, dissoluit superfluitates cerebri, & in albis plus manifestatur hæc uirtus, quàm in nigris, quia nigræ habẽt aliquantulam stipticitatem.

Halcuba, id est, fœnugræcum, & est calidum in secundo, & siccum in primo. Et propterea habet propriam uirtutem mollificandi duriciem uuluæ.

Titimallus est in fine caloris, & proprie eius lac, & post illud, semen, & post illud, folia, & post illud, radix. Radix cocta in aceto, remouet in continenti dolorem dentium, & maxime si est dens corrosus, & quando cadit in aliqua parte oris, comburit illam. Et propterea necesse est, quãdo uolumus ipsam ponere super dentes, alij dentes circumtegantur, quia facit cadere dentem corruptum. Lac incidit pilos quando superponitur, & si multotiens superponatur, euellit & priuat. Valet etiam contra omnes uerrucas, & omnes fistulas, & hoc totum faciunt semina & folia, sed debilius.

Cathira, id est, dragagantum, uirtutem habet conglutinatiuam, tangit acumen rerum acutarum, neq; desiccat, ut alia gummi.

Alchace, id est, lactuca, hæc herba substantiæ est humidę cum modica frigiditate, & substantiæ siccæ est syluestris, sed domestica habet substantiam aquosam, & propter hoc maturat apostemata calida, sed non frangit lapides existentes in renibus, & ob hoc ponimus ipsam in primo gradu frigiditatis, & temperatam inter humiditatem & siccitatem.

Hupuephatahalep, id est, uua uulpis, quæ in Latino nominatur uua caniua, uel maruella, frigida est & sicca, in secundo gradu.

D Haltuelep, id est, mulsa, in lingua Hispana, & est uiriditas inuenta super aquam, frigida & humida est in gradu tertio.

Halduchal, id est, dactylarium, omnes partes ipsius dactylarij stipticitatem habẽt manifestam, sed fructus eius cũ est maturus, aliquam habet caliditatem, cortices uero maiorem habent stipticitatem alijs partibus ipsius.

Heufericon, id est, ypericon nelifricon, alias, mellificon, & quidam appellant hãc herbam cordialem, eo quia assimilatur cordi, calida est cum subtili substantia, ideo prouocat urinam, sed debemus uti folijs & non semine, facto emplastro super combustionem ignis, sanat. Siccata uero & puluerizata posita super sordiciem, sanat, & quidam dant ipsam contra sciaticam.

Halcusa, id est, hyssopus calida est & sicca in tertio gradu, cum subtili substantia, & est ex rebus magis iuuatiuis ad aperiendas opilationes, & ad subtiliandum humores.

Lens habet frigiditatem non fortem, & est temperata inter caliditatem & frigiditatem, & est sicca in secundo gradu. Decoctio ipsius laxat, & medulla ipsius stringit, & idcirco qui uult stringere uentrem, debet coquere lentes pluries in aqua, & proiecta ea, postmodum ponere aliam, & stringunt.

Valeriana, uel fu. quæ bene aromatica est, æqualis est uirtuti spicæ. Sed melius ualet ea in rebus pluribus, quia plus prouocat urinam spica.

Halcherina, id est, galbanum, calidum in principio tertij gradus est, siccũ in principio secundi, habet uirtutem dissolutiuam & mollificatiuam.

Camedreos, calidũ est & siccũ in secundo gradu, et significat hoc amaritudo cum acumine, et, puocat mẽstrua, et incidit humores grossos, et expoliat mẽbra interiora.

Bescarcoton, id est, psilium, frigidum est in secundo gradu, & medium inter siccum & humidum.

Camepiteos, calidum est in secundo, & siccũ in tertio, dominans in sapore ipsius est amaritudo cum acumine, ualet ictericiæ, quæ fit ex opilatione, & prouocat menstrua & urinam.

Cinis

A Cinis rerum combustarum est compositus ex contrarijs rebus, hoc est, ex partibus terrestribus, & partibus propinquis naturæ fluxus, quæ lotione remouetur, & remanet pars terrestris desiccatiua sine mordicatione, & cineres diuersificantur secũdum diuersitatem rerum, ex quibus fiunt.

Fumus omnis est calidus desiccatiuus, & quamuis fumus habeat hanc complexionem, tamen semper permanet in eo uirtus rei, ex qua est fumus, propterea utimur in medicatione palpebrarum inuersarum fumo thuris, ad generandum bonam carnem, & ad faciendum nasci pilos palpebrarum, & utimur in medicatione oculorũ apostematorum, propter decursum humorum. Et fumus myrrhæ est similis fumo thuris, sed fumus thuris est aliquantulum fortior. Fumus terbentinę est fortior alijs, similis fumo picis.

De Medicinis quæ ex mineris sunt. Cap. XLIII.

HVcusq; locuti sumus de una parte Medicinarum terræ nascentium, quæ magis usitatę sunt in arte Medicinę, secundum quod testificatum est à Galeno, & alijs, & compendiose locuti sumus, ideo quia posuimus ea quasi exempla alijs, quæ assimilantur eis in qualitatibus supradictis, excepto in proprietatibus. Deinceps uolumus loqui de Medicinis, quæ appropriantur mineris.

Thitinacrum, id est, terra sigillata, est frigida & sicca, cum stipticitate temperata, ualet contra uenenum, abscindit sputum sanguinis, & dissenteriam, quæ prouenit ab intestinis, & epate, & desiccat parua apostemata, quando superponitur eis.

Thitarmin, id est, bolus Armenus, frigidus est & siccus, fortis stipticitatis, ualet cõtra fluxum uentris, et sputum sanguinis, desiccat apostemata pulmonis, ita quod indurat apostemata, & sic præseruat infirmum, ne moriatur, & maxime quando incedit ad habitandum regiones calidas, & ualet contra ægritudines pestilentiales.

Scedeneg, id est, lapis emathitis, & dicitur lapis sanguinis, frigidæ & siccæ complexionis existit, & confert grossitudini palpebratum, quãdo est abluta, desiccat hulcerationes oculorum.

B Terra stellæ, id est, talch, frigida est & sicca temperate, & est minoris siccitatis aliarum thit, id est, terrarum, seu lutorum.

Halmogra, id est, bolus, cum quo tinguntur muri, seu parietes, frigidæ & siccę cõplexionis existit, necat lumbricos seu uermes intestinorum.

Algetin, id est, gypsum, desiccat & consolidat, & confert incisioni arteriarũ, quando miscetur cum albugine oui, & puluere molendini, & cum pilis leporis minutissime incisis, & ponitur super incisionem.

Harsiregal roscar, id est, calx plumbi, & in Latino cærusa nominatur, frigida est & sicca, desiccat hulcera absq; mordicatione.

Almura, id est, calx uiua dicitur, & est calx lapidis fortis, existit multæ calefactionis, & mortificat carnem, & quando abluitur pluribus uicibus cum aqua, desiccat hulcera sine mordicatione, sed hæc terra hic apud nos non inuenitur. Sed tamen illa, cum qua nos sigillamus chartas nostras, quando abluimus ipsam, non est longin qua ab operationibus dictarum terrarum.

Sanguis draconis frigidus est & siccus, ualet contra grossitiem palpebrarum, & lotus remouet maculam oculi.

Lapis lazuli purgat melancholiam, & ualet melancholicis, & est uehementis purgationis, & timorosæ, & dosis est à drachmis quinq;, usq; ad unam, cum multis refrenantibus, & puluerizatus super palpebras, facit nasci pilos, quia minuit humores calidos, eo quia abstergit, & cũ eadem habet stipticitatem, & ideo facit oriri pilos, quia remouet humores calidos, & reddit membrum ad pristinam complexionem.

Lapis spongiæ frangit lapidem solum in renibus.

Antimonium frigiditatem habet cum stipticitate, & confert caliditati & humiditati, quæ existit in oculo, & desiccat lachrymas, & mundificat hulcerationes ocurum, & est habens proprietatem confortandi oculum, in omnibus suis qualitatibus.

Litargyrium

C Litargytium,& in Arabico dicitur merdaſengni, temperatũ eſt inter caliditatem & frigiditatem,& deſiccat,et eſt in eo aliqua corroſio,& facit in eo generare carnem in hulceribus humidis.

Tucia fit in fornace,in qua depuratur æs, deſiccat ſine mordicatione, & maxime quãdo abluitur,et deſiccat lachrymas,et abſcindit materias quę diſcurrũt ad oculos.

Climia auri & argenti, ambæ ſunt frigidę & ſiccæ,ſed auri ſiccior eſt,& magis abſterſiua,& quando comburitur,& extinguitur,eſt ſine mordicatione, & generat carnem immaculatam oculorum,& illa generaliter eſt laudabilis, quæ aſcendit ex fumo,quando diſſoluitur aurum uel argentum.

Veſſaf,id eſt,ferrum,eſt uehementis ſiccitatis,quando multum teritur,& infundi tur in aceto pluries,uel in lacte caprino acetoſo,ualet contra limoſitatem ſtomachi, & contra dolorem ſplenis,& paſſioné ani, & facit naſci carné in autibus hulceratis.

Sal ſecundum omnem ſpeciem calidum & ſiccum, ſtipticitatem habet cum abſterſione,& baurac maiorem habet abſterſionem, propterea plus laxat uentrem.

Carnid,id eſt,arſenicum,uel auripigmentum uſtiuum eſt,et quando comburitur eſt ſubtilius. Et ex eo fit compoſitio,quæ remouet pilos.

Albuphat,id eſt,ſulphur,habet uirtutem attractiuam, cum complexione calida, & ſubſtantia ſubtili,& eò reſiſtit uenenis animalium,quando puluerizatur, & ſpargitur loco morſo,aut incorporatur cũ ſputo,oleo,melle,aut uiſco, & curat ſcabiem.

Alceg,in eſt,uitriolum,omnes tres ſuæ ſpecies habent uirtutem conſtrictiuam cũ ſtipticitate,& diuerſificantur in ſubtilitate & groſſicie,quia groſſius eſt rubeum,poſt illud cholcotar,& poſt illud uiride,& rubeum & uitide eſt quaſi materia cholcotar, & talis comparatio cholcotar ad uiride. Et dicit Galenus,quod quando iuit ad inſulam Candiæ,id eſt,Romanorũ,intrauit quandam mineram, & inuenit tres uenas. In infima uena inuenit uitriolum rubeum,& poſt illam cholcotar,& poſt illam erat
D uiride,& hæc ordinatio locorum ſignificat ſuper hoc quod diximus, & rubeum eſt minoris mordicationis uiridi,propter groſſiciem ſuæ ſubſtantiæ,& rubeum & uiride non diſſoluuntur,quia rubeum eſt induratum induratione lapidea, & uiride eſt nimis coctum. Sed cholcotar liquefit.

Plumbum,quod dominatur in ſuis partibus,eſt ſubſtãtia frigida & humida,propterea quia frigiditas eſt,quæ ipſum congelauit, & ideo quando piſtatur in mortario cum aliquibus liquoribus,uel aliquibus oleis, ut oleo roſato, refrigerat, & ualet contra apoſtemata teſticulorum,& ani,& contra cancrum, & facit ceſſare materias diſcurrentes ad aures & pedes. Et quando fit ex eo lamen, & ponitur ſuper fœmur, priuat coitum,ſed multum lædunturinſtrumenta ſpermatis, & laminatum ſubtiliter,& ſuperpoſitum neruo torto & groſſo,diſſoluit & rectificat, & hoc quod diſſoluit,ſignificat,quod habet uirtutem diſſolutiuam, comparando ipſum carni hominis,quamuis dominetur ſuper ipſius complexionem frigiditas.

Teſta uirtutem habet abſterſiuam,& deſiccatiuam,& proprie teſta furni.

Arſenicum rubeum,uel auripigmentum rubeum,eſt eiuſdem uirtutis alterius autipigmenti,eo quod habet uirtutem mollificandi.

Alpheep,id eſt,alumen. Hæc Medicina eſt maximæ ſtipticitatis, & propter hoc denominata eſt in lingua Græca ab hoc,& ſunt ipſius multæ ſpecies, & omnes ſunt multæ groſſitudinis,& quod ſubtilius eſt,eſt illud de turchia.

Calcucecaumenon,id eſt,æs uſtum,habet intenſum acumen cũ ſtipticitate, ideo quia lauatur per remotionem partis fumoſæ, tunc fiunt Medicinæ cicatrizatiuæ in corporibus & membris duris,non eſt neceſſaria lotio.

Tubel,id eſt,lamen æris ſubtilis,eſt ſubtilioris ſubſtantiæ ære uſto, & propter hoc ipſum in collyrijs ponimus,quia habet maiorem abſterſionem & ſiccitatẽ, q̃ galla.

Lazacalaap,id eſt,conſolidatura auri,& in Arabico dicitur cumbar, & ſunt duarũ ſpecierum, una eſt ipſius uenæ,uel mineræ,& alia fit in mortario ęris,& piſtello ęris cum urina pueri,tẽpore caloris terendo uel conquaſſando,& illud eſt melius,quod fit in mortario æris rubei,& eius uirtus eſt diſſolutiua abſq; graui mordicatione, & deſiccat

A deſiccat,& quod factum eſt,maioris eſt deſiccationis illo,quod eſt ex uena, & minoris mordicationis,& quando comburitur quod eſt ex minera,eſt ſubtilius.

Zimar,id eſt,uiride æris,magnum habet acumen,& corrodit carnem, propterea non debemus uti eo,niſi in indigentia diminutionis carnis. Sed in uulneribus ſimplicibus non eſt utendum eo,quia non conſolidat,nec carnem generat.

Hucuſq; diximus de mineris compendioſe,Sed deinceps uolumus dicere de carne & eius humiditate.

De diuerſis operationibus lactis,ſecundum eius diuerſitatem,& de eis. Cap. XLIIII.

LAc dulce quod eſt boni ſaporis,in quantum eſt Medicina, ualet cõtra diſcurſum humorum acutorum mordentium, quia lauando membra, & adhærendo eis, prohibet malorum humorum contagium,ſicut facit etiam albumen oui,& non ualet lac in his quæ diximus,niſi recenter trahatur ex mamillis,ſi eſſe poteſt, ideo quia recipit citius immutationem omnibus alijs rebus ab aere, ſimiliter permutatur in diſtemperatis corporibus ex malis humoribus, & aceſcit, uel caſeatur in ſtomacho frigido,aut fit fumoſum in ſtomacho calido, & repler cerebrum. Sed ſi corpus eſt mundum,nihil eſt conuenientius eo,ad reſtaurandum,quod diſſolutũ eſt ex membris radicalibus,& proprie lac mulierum,ſecundo lac aſinarum,& poſt,lac caprarũ, & ideo eſt lac magis iuuatiuum omnibus alijs rebus ethicis, & hoc eſt propter ea, quia eſt materia ſimilis primæ materiæ, ex qua eſt humiditas radicalis, & ideo nutrimentum bonum corpori exiſtit,& melius eſt illud,quod eſt prope partum,id eſt, poſt duos menſes,& non habet in ſe operationem nutriendi,humectandi,& abſtergendi,niſi quia eſt compoſitum ex diuerſis ſubſtantijs,hoc eſt,ſubſtantia terreſtri caſeata,& propter hanc ſtat,& ſubſtantia aerea, propter quam humectat & nutrit, & ſubſtantia aquea declinante aliquantulum ad ſubtilitatem, propter quam abſtergit naturam, & non ſolum abſtergit,uerum etiam laxat uentrem bona laxatione, quia
B mundificat lauando ſuperfluitates putridas,& apoſtemata interiora,quæ ſunt ſanioſa. Et quando extinguitur ferrum candens mundum ab erugine, uel lapides marmorei in ipſum multotiens,ualet contra fluxum uentris, ſed ferrum eſt melius propter ſuam ſtipticitatem. Et in ſumma,omnes ſpecies lactis ualent ophthalmiæ oculorum,quæ accidit ex reumate calido, & confert etiam apoſtematibus matricis, & ani,quæ generãtur ab humoribus calidis mordentibus. Et quãdo miſcemus ipſum cum Medicinis mitigatiuis,ſicut eſt Medicina,quæ recepta eſt à fornace, ubi effundi tur æs,confert hulceribus cancroſis. Et nocet lac hulcerationi uel cancerationi oris. Et gargarizatum & retentum in ore, confert,& mitigat dolores ibi exiſtentes, quia dolorem mitigat,& ualet paſſioni amygdalarum, & uuluæ, alias uuulæ, quia eius ſubſtantia eſt munda ab omni acumine et mordicatione,& eſt ſupremum iuuamentum ei,qui bibit cantarides.

De operationibus caſei. Cap. XLV.

CAſeus uetus eſt calidus & ſiccus,propter ſalem & coagulum, & multũ ualet contra dolorem iuncturarum. Et emplaſtrum ex eo factum,mirabilem habet uirtutem maturandi apoſtemata dura.

De uirtutibus butyri. Cap. XLVI.

Butyrum habet uirtutem maturandi, & quod eſt coctum, habet maiorem uirtutem, ſecundum maturitatem & caliditatem in corporibus duris, & hoc eſt, propter ſalem, qui ponitur in eo, quando coquitur. Et quod non eſt coctum, plus maturat apoſtemata, quæ ſunt in radicibus aurium, & in locis mollibus. Et quando miſcetur cum melle, fit inde lohoc, & confert ſcreatibus exiſtentibus in pectore & pulmone.

De operationibus coaguli. Cap. XLVII.

COagulum uniuerſaliter eſt calidum & ſiccum,& ſubtile,diſſoluit ſanguinem & pinguedinem,quę coagulata ſunt in ſtomacho,& bibitum conſtipat uentrem, & debet dari fluxui propter ſuam proprietatẽ,cui ſunt occultæ ſuæ cauſſæ, ideo quia hęc proprietas

C hæc proprietas est certificata, si superponatur coagulum calidum super uentrem puerorum, sanat, & potest esse, quod hæc operatio sit propterea, quia coagulat humores, & indurat.

De operationibus ouorum. Cap. XLVIII.

QVia locuti sumus de his, in quantum sunt cibi, loqui uolumus modo de eis, in quantum sunt Medicinæ. Et dicimus, quod albugo oui gallinæ est magis mitigans alia re in mordicationibus, et ideo utimur ea in doloribus oculorũ, in apostematibus ani, in apostematibus inguinum, & admiscetur cum Medicinis, quæ abscindunt sanguinem, qui superfluit à panniculis cerebri. Et uitellum est substantiæ albuginis simile. Et ideo facimus ex toto ouo Medicinam, postquam admiscetur oleum rosatum ad medicationem rerum supradictarum, & maxime in medicatione membrorum neruosorum, & musculosorum, sicut cubitorũ, & iuncturarũ, digitorum, manuum & pedum, & apostematibus aurium. Et noui ponunt in hac medicatione uitellum sine albugine, quia non intendunt mitigare dolorem, nisi cũ aliquantula maturatione. Et oleum uitelli est supremum iuuamen super pinguedinem anseris, & gallinę, in mitigatione dolorum neruorum, & similium. Et quando coquitur ouum secundum sui totalitatem, confert multum cõtra materias putridas, quæ discurrunt ad stomachum, & ad intestina. Et si coquitur ouum cum alijs Medicinis constrictiuis uentris, multum fortificat eas. Et ouum positum super locum combustum ab aqua feruenti, multum ualet. Et oua recentia cocta in aqua, ualent asperitati pectoris & pulmonis. Et cortex oui tritus & combustus, subtiliter puluerizatus, & super sparsus, ualet contra albuginem oculi.

De fellibus. Cap. XLIX.

OMnia fella calida sunt & sicca, & eorum magnituro sequitur calorem & siccitatem, & eorum paucitas sequitur bonam temperantiam, & longitudinem uitę. Et ponuntur in collirijs, quæ faciunt abstersionem, & proprie uolucrum fella. Et est necesse eligere fella animalium, quę non sunt infirma, & fella marium, & quod plus quæritur in Medicinis, est fel galli uetetis. D

De urinis. Cap. L.

VRinæ omnes habent acumen baurachium cum abstersione, & ideo soluunt sordicies antiquas.

De proprietatibus stercorum. Cap. LI.

STercus album canis habet proprietatem in squinantia.

Stercus muris intrat in suppositorijs, quæ mouent uentrem puerorum.

Stercus bouinum confert hydropicis in modum emplastri.

Stercus gallinaceum ualet ad suffocationem, quæ prouenit à malis fungis comestis, ideo quia facit eos euomi, & debet propinari distemperatum cũ aceto & aqua.

Stercus lupi ualet & confert passioni colicæ, bibitum, aut emplastratum, uel suspensum testiculis.

Stercus columbinum ualet frigidis passionibus membrorum, sicut podagræ, & dolori emigraneo, & dolori oui, & dolori laterum, & hypocundriorum, et spatularum, et iuncturarum.

De carne tyri. Cap. LII.

TEstificatur Galenus et alij, quod caro tyri curat leprã, et ideo ponitur in tyriaca. Et prima uirtus istius carnis est, calefacere, et desiccare, et curat hanc ægritudinẽ propterea quia pellit hãc materiã uenenosam ad cutem corporis, et propterea bibẽtes, cadunt in passionem tyriæ, hoc est, excoriationem cutis primo, postea solidantur.

De pinguedine. Cap. LIII.

QVod manifestius est in ipsa, est calor cum multa humiditate, quamuis diuersificetur secundum diuersitatem animalium. Et calidior et siccior est pinguedo leonis. Et post illam in siccitate est pinguedo bouis. Et pinguedo uituli est temperata, Et pinguedo capræ bona est, et est humidior bouina. Et pinguedo anseris, et gallinæ, est subtilior alijs pinguedinibus, et propterea magis mitigatiua.

De medullis

A De medullis. Cap. LIIII.

OMnes habent uirtutem mollificandi, & dissoluendi duriciem lapideam, quæ fit in membris duris, & melior omnibus est medulla ossis açal, & post illam medulla uituli.

De proprietatibus plurium aliarum Medicinarum. Cap. LV.

BRodium gallorum ueterum uentrem laxat, & brodium iuuenis gallinæ temperat complexionem.

Cancri usti ualent morsui rabidi canis, propter eorum proprietatem.

Vsus carnium passerum frangit lapidem.

Spuma marina habet uirtutẽ abstersiuã, & mundificatiuã cum qualitate calida.

Istæ sunt Medicinæ testificatæ à Galeno, dicente quod expertus fuit ipsarum uirtutes. Sed inueniuntur manifeste aliæ Medicinæ apud Medicos, quæ non sunt testificatæ à Galeno, sicut sunt mirobalanorum quinq; species, ut sunt Citrini, Chebuli, Indi, Belirici, & Emblici. Eorum primæ uirtutes sunt frigidæ in primo gradu, & siccæ in tertio, quia compositi sunt ex substantia terrestri frigida, & substantia terrestri adusta. Sed plus attinent terreſtreitati & adustioni, quàm terreſtreitati & frigiditati, & significat hoc stipticitas, quam habent cum amaritudine. Proprietates kebulorũ est purgare melancholiã suauiter, & desiccare phlegma sui qualitate, & sunt in principio Medicinarum, quæ purgãt hos humores: Et talis proprietas est Indorum, sed dicitur q; sunt magis proprij in purgando melancholiã adustã, & propterea ponuntur in passionibus capitis, quæ ueniunt à stomacho, & ideo quando propinantur usu longo, bonificant sensus, & clarificãt cogitationem, & tardant canitiem. Et proprietas citrinorum est purgare choleram suauiter, & dosis uniuscuiusq; substantię illorum est à drachmis quatuor usq; ad sex, & in decoctionibus à septem usq; ad decem. Et Medici miscent eos cum cassia fistula & turbith, sed nesciunt modum medendi. Sed dicitur quod belirici suauiter purgant choleram, sed non dicitur ab aliquo quod purgent emblici. Sed uerum est quod confortant appetitum, & sedant consuetudinem spuri, & ualent uomitui, & bonificant mentem, & curant hemorroidas, & auferunt sitim, & augmentant coitum, ergo uidetur quod habeant aliquantulam humiditatem. B

Cheisir, id est, absynthium minus, uel absinthiolum, hæc est de genere uirtutis absynthij, & est compositum ex substantia stiptica & amara, ualet in febre post digestionem factam sicut ualet absynthium.

Baladar, id est, anachardi calidi sunt in fine quarti gradus, & sicci in fine tertij, & ualent contra epilepsiam & apoplexiam, restaurant uirtutem conseruatiuam, & memoratiuam cerebri, etiam quando prostratæ sunt propter multam humiditatem.

Behenlum, id est, been calidum est & humidum, stomachum calefacit, & instrumenta spermatis temperat, & fortificat uirtutem concupiscibilem coitus, & præstat sperma, & ualet contra humores melancholicos.

Terregebim, id est, manna est ex speciebus antiquæ mannæ, quæ prouenit à partibus supioribus Syrię, uel Indię, & est similis çuccaro in suis uirtutibus, calida et humida in primo gradu, & eius proprietas est purgare suauiter cholerã, & est debilior alijs purgatiuis, ideo datur in passionibus calidis, anteq; etiã appareãt signa digestionis.

Tamarindi frigidi sunt in tertio, & sicci in secundo gradu, quia compositi sunt ex substantia aquea, mixta cum aliquantulo calore, & tanto q; subtiliat partem aqueã, & est sicut instrumentum, ut ipsam penetrare faciat, propterea sunt in fine acetositatis, purgant suauiter choleram. Dosis eius est à dragmis decem, usq; ad quindecim, & idcirco, quia habent aliquantulum stipticitatis, ualent stomacho cholerico.

Geoçhoa, id est, nux muscata, calida est & sicca in secundo gradu, mundificat stomachum ab humoribus putridis, & fortificat ipsum, & ualet contra frigiditatem epatis & splenis.

Lapis de becahant, est ualde manifesti iuuamenti omnibus speciebus uenenorũ, & proprie morsui scorpionis, & eius dosis est quarta pars aurei unius.

C Lapis de zaduargar, confert omni fluxui sanguinis, undecúnq; procedat, & quandocúnq; propinatur uenenatis ad bibendum, antequam uenenum ueniat ad cor, liberat. Et eius dosis est exagium unum.

Smaragdus dicitur quod ualet contra omnia uenena, & specialiter contra uenenum serpentum, & eius dosis est pondus nouem granorum hordei, tritum super lapidem, & mixtum cum lacte amygdalino, & aqua uiolarum, & modico acero. Et scias quod illis qui biberint in principio, superueniunt multa mala accidentia, non minora accidentibus ueneni, sed subito sanabuntur postea taliter, quod in eis non remanebit aliqua debilitas, nec aliqua discrasia. Et abscindit fluxum antiquum, cuius causa est occulta. Et non facit tunc tam fortia accidentia sicut facit uenenatis, & etiam suspensum supra stomachum ualet.

Lapis bachic, id est, corniola temperatus est, abscindit sanguinem menstruum, & facit redire dentes ad propria loca in ore retentus, & hoc totum est à proprietate.

Margaritæ, frigidæ sunt & siccæ, & ualent multũ contra passionem cordis, remouent tristitiam, & rectificant uisum, impeditum propter humiditatem.

Chiarçabar, id est, cassiafistula, uel karabe de India, purgat choleram adustam, extinguit acumen sanguinis, dissoluit apostemata, & sperma purgat suauiter, sicut tamarindi, aut parum fortius, dosis eius est sicut de tamarindis.

Auis quæ dicitur in Arabico Canabit, & est laudula capelluta, quando coquitur & comeditur continue, confert passioni colicæ.

Vermis nominatus bratim, & quidam nominãt tattama pistatus, & positus neruo inciso, confert illi mirabili iuuamento.

De rebus marinis. Cap. LVI.

D De rebus nascentibus in mari, quarum iuuamẽta sunt manifesta, sunt hæ, scilicet camphora Indica, quæ in Arabico nominatur colforalgent, calefacit & desiccat in secundo gradu, & consolidat uulnera ignita.

Spongia marina, in ea inuenitur uirtus desiccatiua, & ipsa est Medicina bona humiditatibus exterius extractis.

Benleniçam, id est, belençan uel petroçam, calida est & sicca in secundo gradu, ualet stomacho humido, aromatizat odorem oris, confortat digestionem, fortificat neruos, ingerit coitum.

Lapis de beçedar, quando de ipso fit collirium, confortat uisum, & conseruat ipsum, & remouet obfuscationem, uel tenebrositatem oculorum.

Caniabar, calidum est in secundo gradu, & siccum in primo, abstersiuum existit, & resoluit grossos uentositates, & confert morsui animalium uenenosorum, & eius proprietas est resoluere uentositates matricis, & abscindit uomitum, & folia ipsius aromatica existunt, & ponitur loco dedarseni.

Sebesten, calidum est in primo gradu, & humidum in secũdo, purgat suauiter superfluitates cholericas, & mitigat acumen sanguinis, lenit asperitatem pulmonis, confert strictũræ anhelitus, & quando coquitur donec inspissetur, & ex aqua decoctionis fiat embrocatio super tyriam & alopiciam, facit nasci pilos.

Sarudotes, calidum & siccum est in secũdo gradu, recepto fumo suo, dissoluit superfluitates cerebri, & ualet contra reumata frigida, appositũ super obtalmiam, oculum abstergit mirabili abstersione, & ualet contra dolorem dentium, & contra corrosionem gingiuarum.

Sene, calidũ est & siccum in secundo gradu, eius uirtus est purgatiua, purgat enim humores adustos, & etiam humidos suauiter, & non est potẽs trahere humores uiscosos, & eius uirtus est propinqua uirtuti agarici, hoc est in attractione. Sed agaricũ habet proprietatem trahẽdi humores grossos, & sene humidos adustos, dosis eius est à drachma una usq; ad duas, in decoctione à quinq; usq; ad septem.

Scealmese, id est, gallia muscata, calida est & sicca, stiptica, & confortat membra, & stringit uentrem, & curat uomitum.

Secacul, id est, itingi, calidi sunt & humidi, augent sperma, & prouocant coitum.

Sandali

A Sandali, quod est frigidioris complexionis omniũ specierũ est rubeum, eo q; frigidum est in tertio gradu, & siccum in secũdo, sed maioris aromaticitatis est citrinũ, & est frigidũ in secundo gradu, & siccũ in primo, & confert bibitũ magnę caliditati, & cardiacę calidę, & pdest emplastratũ stomacho calido, & apostematibus calidis.

Tabaisis, id est, spodium, carbo est nodorum arundinum adustarum Indiæ, frigidum est & siccum in tertio gradu, & eius proprietas est remouere caliditatem & inflammationem choleræ, & confortat stomachum, & confert cardiacæ calidæ.

Lignum aloes calidũ est & siccum in secundo gradu. Galenus dixit in libris expertis, quia habet uirtutem darsenicam, sed aliquantulum plus, quia habet proprietatem exiccandi humiditatem stomachi, & propter amaritudinem & stipticitatẽ cum ipsius magna aromaticitate ualet super omnes Medicinas alias, membris principalibus, & remouet tristitiam, & cardiacam humidam, & ualet contra omnia uenena, eo q; confortat omnes uirtutes, & ualet contra omnia reumata frigida.

Ambra, est una ex speciebus canphoræ, quæ oritur in fontibus maris, & natat super aquam maris, & melior omnium est illa, quæ in Arabico dicitur ascap, calida est & sicca in secundo gradu, confortat cerebrum, stomachum, & cor, & omnes sensus, ualet senibus, & in frigiditatibus, ualet contra uentositatem intestinorum, superposita neruis, eos fortificat, resistit magnæ pestilentiæ aeris, bibita & etiam odorata.

Iuiube, & in Arabico nominatur auep, hanc Medicinam nominat Galenus, tamen de ea nullam sciuit proprietatem, sed Medici de Baldac dicunt quod reprimũt acuitatem sanguinis & choleræ, & conferunt asperitati pectoris & pulmonis, à tota substantia, complexio ipsarum est frigida in primo, & humida in secundo, & propter hoc reprimunt acuitatem.

Cauffer, eius uirtus est uirtus sandalorum, excepto, quia quando de eo potatur ab uno aureo usq; ad duos, laxat.

Garyophyli, calidi sunt & sicci in secũdo gradu, & attingũt tertiũ, & isti confortãt omnia membra principalia, ualent contra passiones frigidas, & constipãt uentrem.

B Et dicit Galenus quod eorum proprietas est confortare uirtutem digestiuam.

Halhabat, id est, basilicon gariophilatum, calidum est & siccum in secundo gradu, aperit opilationem cerebri, ualet contra cardiacam humidam, & contra melancholiam, & contra hemorrhoidas.

Cardamomum calidum est & siccum in secũdo gradu, ualet contra opilationes epatis, contra lapides renum, & lassitudinem membrorum, & contra frigidos dolores, & confortat stomachum multum, & remouet syncopim, & uomitum, quando bibitur cum uino malorum granatorum.

Camphora frigida est & sicca in tertio gradu, & est subtilis substãtiæ, & resistit putrefactioni, quæ fit ex materia calida. stringit fluxum cholericum, priuat coitum potenter, lædit stomachum non calidum multum.

Lacca calida est & sicca in principio secundi gradus, ualde est manifestũ ipsius iuuamentũ in confortatione epatis, & in apertione suarũ opilationũ, & ualet cõtra dolorẽ renũ & uesicę, & augmentat coitũ, dosis eius est drachma media usq; ad unam.

Muscus calidus est & siccus in fine secũdi gradus, mirabilem habet proprietatem in confortando cor, & ualet contra surditatem aurium, & stupefactionem corporis, & contra omnes ægritudines syncopis, & confert grossæ uentositati intestinorum, & suffocationi matricis, & contra melancholiam, & auget coitum.

Linçehalaphor, id est, lingua auis confert cardiacæ, & mouet coitum.

Gesemini, id est, uiola ultramarina, calida est et sicca in fine secũdi, q; dest senibus, & refrigeratis, ualet contra dolorem capitis, qui fit ex humoribus frigidis & grossis.

De modo compositionis Medicinarum. Cap. LVII.

HVcusq; locuti sumus breuiter de cibis & Medicinis simpliciter manifestis. Deinceps uolumus narrare modos compositionis. Et dicimus q; necessitas quæ nos inducit ad compositionem Medicinarũ simpliciũ, prouenit à tribus rebus. Vna est, quia multotiẽs non inueniuntur in una Medicina simplici omnia quæ nobis sunt

C necessaria à uirtutibus, propter quas cõpletur Medicina, aut dieta, alias conseruatio. Secunda est, quia quamuis nos inueniremus ipsam, forte nõ indigemus ea secundũ eandem uirtutem, sed secundũ plus aut minus. Tertia est, quia erunt in illa simplici uirtutes, quæ nõ sunt nobis necessariæ, secundũ intẽtionẽ nostrã, neq; per Medicinã, neq; per dietã alias conseruationẽ, uel forte erunt uirtutes quæ non inuenientur aliq; Medicinã, uel conseruationẽ. Prima istarũ triũ cõsideranda est in illis locis, qui nõ possent curari, nisi qualitatibus cõtrarijs, uel diuersis, & hoc accidit, aut propter diuersitatẽ causſæ ab ægritudine, aut propter diuersitatẽ naturæ ægritudinis ab accidente, aut propter diuersitatẽ ægritudinũ inter se, aut propter diuersitatẽ cõplexionis causſarũ cõpositarũ, aut propter diuersitatẽ ægritudinis à natura membri, propter suã cõplexionẽ, aut propter suũ principatũ, aut propter suũ locũ, aut propter suã colligantiã. Exemplũ diuersitatis causſæ ab ægritudine, est sicut febris putrida ex hũoribus grossis, quia illa ex parte malæ qualitatis calidæ, & siccæ, indiget Medicina infrigidatiua, & humectatiua, & ex parte humoris putridi grossi, indiget re subtiliante, ut exiccet & maturet. Et in hoc eodẽ genere ingreditur repercussio, & dissolutio quæ necessaria est tẽpore augmẽti in apostematibus, & propterea indiget Medicus in talibus locis, ut sciat uti istis Medicinis mixtis, & repercussiuis, & resolutiuis. Et cadit dubiũ in operationibus Medicinarũ cõpositarũ ex diuersis uirtutibus, hoc est, quomodo possunt inueniri istæ duæ operationes contrariæ simul in corpore humano, quia si istæ uirtutes sint in eis æquales, tunc non uincet una alteram, sed æqualiter erunt temperatæ, & non facient actionem quæsitam in corpore humano. Et si una erit fortior altera, fortior faciet actionem & actio, illi debet attribui, & alia erit frustra. Et hoc dubium non senserunt Medici, nisi in secundis uirtutibus, non in primis, quia ipsi opinantur q̃ si misceatur drachma una camomillę cum drachma una rosarũ, q̃ Medicina quæ erit composita ex his, erit temperata in primis qualitatibus, & cum eo toto opinantur q̃ habeat uirtutem repercussiuã, & dissolutiuam. Et non opinantur uerum, quia
D necesse est ut uirtutes ambarum sint una sicut dictũ est, quia si diceretur q̃ Medicina esset temperata in primis qualitatibus, hoc est, quia facit in corpore unum calorem temperatum, qui erit medius inter calorem & frigiditatem primi gradus. Similiter debet intelligi in secundis uirtutibus, hoc est, ut drachma una camomillæ, & drachma una rosarum habeant uirtutem unam mediam inter repercussionem & dissolutionem. Et non errauerunt in hoc Medici, nisi quia non posuerunt gradus secundis uirtutibus, quia si fecissent, tunc sciuissent quæ essent tẽperata & non tẽperata. Et debes scire q̃ operatio quã Medicina habet, cõposita est unũ in cõmixtione artificiali, sicut in cõmixtione naturali, & non est plura, ita ut sit tibi necesse dicere, quãdo quæsitũ fuerit à te, quomodo facit una Medicina duas operationes cõtrarias in uno subiecto. Respondeas q̃ hæc res est sicut sensus & sensata eorũ, qui patiuntur à duobus contrarijs simul in eodẽ subiecto, uerbi gratia, sicut apprehendimus albũ & nigrum simul, & semel in humiditate cristallina, & sicut sentimus calidũ & frigidũ simul, & semel ex cõmixtione aquæ feruentis & frigidę, sicut dicit Galenus, quia hoc nõ esset sufficiens in solutione huius dubij nobis ponentibus q̃ Medicinæ cõpositæ habent duas operatiões, quarũ una esset opposita alteri, quia hoc nõ accidit uirtutibus sensibilibus cũ sensatis, nisi propterea, quia nõ sunt materiales, permutabiles, alterabiles, passibiles in seipsis à sensatis passione manifesta, eo q̃ illę non sunt cõiunctę cũ materia, forti cõiunctione. Et causſa huius redditur in alia scientia nobiliori ista, hoc est in tertio de anima. Sed passiones quas recipit corpus à Medicinis, sunt necessario passiones materiales pmutabiles in seipsis pmutatiõe manifesta. Et ideo nõ est cõueniẽs ut inueniant eorũ cõtraria simul, & semel in istis uno tẽpore in uno subiecto, sicut inueniũtur in sensibus & sensatis. Sed si debet dari exemplũ ppter aliquã similitudinẽ, nõ multũ ppinquã, nõ debet dari nisi secundũ q̃ inueniẽ mediũ inter extremitates, hoc est secũdũ q̃ inueniẽ albũ & nigrũ in colore citrino, & si aliter diceret, unũ uinceret alterũ, necessario si duo essent, aut dñans faceret suã opationẽ, et ei attribueret, & qdã dicũt q̃ natura cognoscit & trahit ad se illã partẽ quę est in eis magis necessaria.

Scias

A Scias tamen q̃ impossibile est trahere quod inueniri non potest, & forte hoc secretũ eidem in somno fuit reuelatum, ideo non sum ille qui cum eis litigare uelim. Deinceps uolumus reuerti ad illud à quo separati fuimus, ut demus exemplum membrorum diuisionis, quam præmisimus, & dicamus q̃ exemplum diuersitatis ægritudinis ab accidẽte est sicut febris acuta cum syncopi, quia putrida indiget euacuatione, & refrigeratione, & syncopis indiget econuerso. Exemplum diuersitatis ægritudinũ est sicut febris diuersarum specierum, & diuersarum materierum, & diuersorum locorum, sicut est febris quæ dicitur emitteus, quia est composita ex cholera & phlegmate diuersitate compositionis. Causſa harum est quando sunt composita in una & eadẽ ægritudine, sicut sunt ægritudines quæ fiũt ex pluribus humoribus. Et ideo necesse fuit componere Medicinam ex rebus quæ respondeãt pluribus humoribus. Et hæc fuit prima necessitas compositionis Medicinarum compositarum purgantium, alijs duabus, uidelicet compositarum ægritudinum, & ipsarum ægritudinum correspondet compositio syriacæ, quia intentio in illa fuit curare multas ægritudines, & præseruare ab eis, & ideo fuit cõposita ex Medicinis, quæ habent multas uirtutes ramificatas diuersas, & ut à multis partibus possent uincere uenenũ. Exemplũ necessitatis compositionis propter diuersitatẽ naturæ ægritudinis, & naturæ membri, propter suam complexionem, est sicut stomachus æthicus, quia à parte qua est febris æthica, indiget frigiditate & humiditate, & à parte qua est stomachus, indiget caliditate & siccitate, & est simile in tussi, quę fit ex materia uiscosa in fistulis pulmonis, quia à parte quæ est materia grossa & uiscosa, indiget subtiliatiuis & incisiuis, & à parte qua est pulmo, indiget rebus lenitiuis. Exemplum necessitatis compositionis Medicinarum propter diuersitatem naturę ægritudinis à membro, propter principalitatem membri est sicut ægritudo calida, quæ fit in aliquo membro principali, sicut in cerebro, q̃ necesse est ut non multiplicemus multũ Medicinas frigidas, ideo ut non extinguamus calorem naturalem, & ut non priuetur à sensibus & motibus.
B Et propterea est necesse miscere cum illis Medicinis res quæ ad aromaticitatem sint declinantes, & ad calorem, & confortent. Et in passione frigida, quæ accidit epati, necesse est euacuare, sicut declaratum est in libro ingenij sanitatis, & possibile est ut sit hoc contrarium, eo q̃ sicut est nobis necesse cognoscere uirtutes Medicinarũ necessariarum tempore necessitatis, eodem modo indigemus cognoscere modũ compositionis, & si nõ est possibile nobis Medicinari, nisi ueniamus ad partem ingenij sanitatis, ergo incipiamus hoc scire primo à libro ingenij sanitatis, postq̃ ibi declaratum est. Et quia hucusq; exiuimus ab intentione nostra, redeamus nunc ad ipsam, & dicamus q̃ quando apostema est in membro principali, & maximi iuuamenti, necesse est ut sumę Medicinæ misceamus quæ fortificent uirtutem & substantiam ipsius, & caueamus ne uirtutes suæ dissoluãtur, sicut sunt sandali & rosæ. Et similiter quando erit membrum maximi iuuamenti, tunc necesse est nobis conseruare ipsum cum Medicina stiptica. Et exemplum necessitatis propter locum membri est, quando uolumus q̃ Medicina stiptica uadat ad profunditatem corporis, debemus secum admiscere rem quæ habeat subtilem substantiã, propter longitudinem sui loci, ad hoc ut sit uehiculum stipticitatis, quamuis sit contra quęsitum nostrum in aliquo. Sicut admiscemus cantarides in Medicinis uesicæ, & crocum in Medicinis cordis calidis. Et simili modo nos miscemus ceram in emplastris, propterea ut sit materia faciens ea melius applicari membro. Sed exemplum necessitatis compositionis Medicinarum ex parte colligantię, est sicut ægritudo calida, quæ fit in ore stomachi, quia in ea non debemus multiplicare Medicinas frigidas, eo q̃ cõmunicat cum membro frigido. Ista sunt quinq; membra necessitatis compositionis, propter quæ componuntur Medicinæ, quæ sunt ex diuersis uirtutibus, quando non inuenimus in una simplici quo ex uirtutibus indigemus. Sed secunda particula necessitatis compositionis est, quia aliquando nos inuenimus unam simplicem Medicinam, quæ habet fortiorem uirtutem, aut debiliorem eo quod quærimus. Et hæc particula diuiditur in pluta membra. Vnum est, quia erit nobis necessaria una ex primis operati-

C onibus Medicinæ, & hęc ſimplex quidem habet plus aut minus quam quæramus, quare tunc neceſſe eſt nobis habere aliam Medicinam, ut debilitemus ſuam operationem, aut ut eam fortificemus. Et ſi tu uis eam debilitare, hoc fit duobus modis. Vnus eſt, ut miſceamus cum forti Medicina aliam quæ ſit contraria ſuæ uirtuti. Verbi gratia, quando habemus unam Medicinam quæ ſit calida in tertio gradu, & non indigemus niſi ea quæ ſit calida in ſecundo, miſcebimus cum ea illam quæ ſit frigida in primo. Alter modus debilitandi eſt, ut miſceamus cum forti Medicina aliam quæ non ſit contraria in qualitatibus & uirtutibus, ſed ſimilis in uirtutibus, ſed minus habeat altera ex eis. Verbi gratia, ſi habuerimus Medicinam calidam in tertio gradu, & nos uelimus declinare ab illo, miſcebimus cum ea unam quæ ſit calida in primo gradu ſolum, & habeat præparationem quam dicimus, ut debilitetur Medicina cum ſuo ſimili in qualitate. Et ꝙ ſit minoris uirtutis, probat Galenus per commixtionem aquæ tepidæ, cum aqua bullienti, quia neceſſario uidemus feruentis calorem declinare. Et hic eſt contradicendum, quia ſi uidemus quod homo habeat ægritudinem calidam in quarto gradu, uel etiam in tertio, & dederimus rem calidam in ſecundo gradu, multoties lædet ipſum. Et propterea uerba Galeni debent refragari ex dicta tali minus calida ſupra. Dicas, ſi dederimus mel habẽti cauſonem, nonne læderetur incontinenti magna læſione? Et ſimiliter, ſi quis haberet magnam læſionem, frigidiſſimam in capite, ſi tu inungas ipſum oleo roſato, nonne multum lædet? Et ſi ſuſtinent Galenum, prouideant ſuper hoc. Sed dicimus quod ſi ita eſt, ſicut dicit Galenus, erit per hãc uiam, quia Medicina quam dicimus calidiorem eſſe, eſt illa quæ habet maiorem comparationem caloris ad frigiditatem, quam illa quæ eſt minus calida, ergo erit frigiditas in ambabus per contrarium, hoc eſt, quia in calidiori erit frigiditas minoris comparationis, & in frigidiori erit maioris comparationis. Verbi gratia, quia comparatio caloris ad frigus in drachma una piperis, eſt maior quàm in drachma una ſpicæ, & ſi in drachma una piperis ſint quinq; partes caliditatis, & una frigiditatis, & in drachma una ſpicæ ſint duæ partes caliditatis, & una frigiditatis, mixtis duabus drachmis, ſimilis erit comparatio caliditatis ad frigiditatem in hoc mixto maior quàm eſſet in pipere ſolo. Et quando eris bene ſpeculatus in hoc, uidebis hoc fieri per hanc uiam. Et iſtæ partes Medicinę quas diximus, calidas aut frigidas, quamuis non ſint in actu, non nocent in hoc documento, quia ſunt quaſi mediæ inter illam rem, quæ eſt inter actum & potentiam. Et ideo eſt poſſibile in multis corporibus conſimilibus, ut diſſoluantur artificialiter partes, ex quibus componuntur, ſicut eſt lac. Et fortificatur hæc opinio, eo quod Medicina quæ habet plures partes calidas in ſe, ſine dubio eſt præparata, ut inflammetur à calore naturali, plus quàm Medicina, quæ tantum non habet. Sed accidit aliquibus corporibus propter fortitudinem caloris illorum, & propter præparationem corporum ipſorum, ut conuertant omnia quæ eis adueniunt ad ſubſtantiam igneam, etiam ſi eſſet minoris caliditatis quàm illa, & poteſt eſſe quod hæc eſt occaſio læſionis mellis in cauſone, & quomodo non debet hoc facere, quia uidemus quod aqua etiam cucumerum conuertitur in his febribus ad choleram. Iſte eſt modus debilitandi uirtutes Medicinarum per comparationem. Sed quando uolumus fortificare, non fiet hoc niſi una uia, hoc eſt, ut miſceatur cum ea Medicina ſuæ ſpeciei, & ſit fortior ea, & adhuc loquemur de his, & de rebus, quæ intrant in ſecunda particula, partium primarum ſunt, quando uolumus ſimiliter fortificare ſecundas uirtutes & tertias Medicinarum ſimplicium, aut debilitare, & hoc etiam fit duobus modis. Vnus eſt, ut miſceatur cum forti Medicina una, quæ habeat contrariam uirtutem. Verbi gratia, Quando habebimus Medicinam aperitiuam, & inciſiuam in tertio gradu, & uolumus declinare ab illo, miſcebimus cum iſta Medicinam opilatiuam, ingroſſatiuam in primo gradu, & tunc redibit prima ad aperiendum in ſecundo gradu. Alter modus eſt, ut miſceamus cum ea ſimilem, ſed minoris uirtutis, quia etiam ex

D ea deueniet

A ea deueniet prima diminutio actionis, ſicut dictum eſt in primis qualitatibus, quia comparatio opilationis ad ſubtilitatem in hoc eſt maior, quàm in prima. Sed ſecunda uia fortificandi uirtutes ſecundas & tertias, eſt, ut miſceatur cum ea ſimilis, & ſit fortior. Et quidam dicunt, quod uirtutes ſecundæ fortificantur, miſcendo Medicinam cum Medicina alia ſimili in eodem gradu, ita ut non ſit fortior. Et dicunt, quod experientia teſtificatur, quod duæ Medicinæ equales in uirtute coniunctæ, habebunt fortiorem operationẽ, quàm una illarum ſingularis & per ſe, & hoc accidit, quando erit quantitas unius æqualis quantitati alterius. Et poteſt eſſe, quod cauſſa huius eſt ideo, quia hæ duæ Medicinæ coniunctæ, quamuis uideatur ab eis, ut ſint æquales in uirtutibus ſecundis, & tertijs, non poteſt eſſe, ut ſint æquales penitus uetaciter, niſi largo arbitrio, eo quia impoſſibile eſt, ut non diuerſificentur in ſubtilitate ſubſtantiæ, & groſſicie, & ſpiſſitudine, & raritate, & ſimilibus, ergo nec erit difficile eas inæqualiter permutare, propter inſertionem earum ſubſtantiarum, quia ipſa in quibus recipient permutationem, non erunt æqualia, & propterea manifeſtabitur permutatio earum corpori plus quàm manifeſtetur permutatio corporis in eis, hoc eſt, quia corpus erit ab eis magis permutatum, & idcirco iſtud quod tardat permutari exire à corpore, retinet illud quod eſt uelox ad exeundum, unde fortius operantur in corpore, & per hanc uiam poteſt eſſe, quod ſimilia adinuicem fortificantur, & ſimiliter dicimus in primis uirtutibus. Et propterea uides, quod antiqui ponunt in eorum confectionibus Medicinas æquales omnibus uirtutibus tribus. Iſti duo ſunt modi primarum partium, quæ fuerunt cauſſæ compoſitionis. Et in ſecunda particula ingreditur adhuc alia res, hoc eſt, quia poteſt eſſe, ut non indigeamus omnibus uirtutibus Medicinæ numero, ſed quibuſdam, & hoc eſt duobus modis. Vnus eſt, quia non indigebimus omnibus qualitatibus primis Medicinæ, niſi una. Verbi gratia. Habebimus unam Medicinam calidam & humidam ſimplicem, & non indigemus ea, niſi propter humiditatem, quare tunc debemus miſcere cum ea Medicinam frigidam & humidam, tamen neceſſe eſt, ut ſit frigiditas illius æqualis in comparatione caloris alterius, ad hoc ut ſint temperatæ in caliditate & frigiditate, & ut humiditas ſola dominetur, & ſic debes intelligere unamquamq; iſtarum qualitatum. Alter eſt, ut ponamus, quod indigeamus ex una Medicina ſecundis uirtutibus, aut tertijs, & non primis. Verbi gratia, Sicut neceſſarium eſt ſemen apij in febribus, quæ fiunt propter opilationem ſolum, ut aperiantur opilationes, & ut ſubtilientur humores groſſi, & prouocetur urina, & non eſt neceſſarius ſuus calor, nec ſua ſiccitas, quare tunc cum eo debemus miſcere rem frigidam & humidam, quæ remittat ſuum calorem, & ſuam ſiccitatem, ſemper conſyderando, ut ſecunda uirtus ipſius non reſiſtat ſecundæ uirtuti primæ, qua indigemus, hoc eſt, apertione. Verbi gratia, Si neceſſe eſt nobis miſcere nenuphar cum ſemine apij, aut ſuum ſimile, debemus ponere loco nenupharis ſemen melonis, aut citrulorum, ad hoc ut ſecunda uirtus illorum fortificet ſecundam uirtutem apij, quia quamuis iſta duo ſemina ſint frigida, habent tamen uirtutem diureticam, quamuis Galenus dicat, quod ſi miſceatur res debilioris uirtutis cum re quæ eſt fortis uirtutis, & eſt unius generis, quod ipſa eam debilitat, nec eſt impoſſibile, ut quando coniunguntur duæ res, quæ ſunt unius uirtutis, quamuis una ſit debilior altera, quod coniunctim iſtarum non ſit fortius ſingulari. Sicut tu uides, quod nos miſcemus Medicinis calidis acetum, propter iuuamentum apertionis, quamuis uideatur eſſe frigidum, quia ſi nos ſeparamus partem calidam ab aceto, non faceret id, quod facit in frangendo lapidem, & eſt remotum, ut faceret hoc, propter partem frigidam ſolum, ſed facit hoc propter calidam partem, quæ eſt in tali ſubſtantia. Et ideo miſcemus ipſum cum Medicinis calidis, quamuis ſit debilioris caloris iſtis. Sed cum hoc toto eſt aliquid in aceto, quod hanc operationem adiuuat, ſicut ſtipticitas ſua. Et idcirco dicimus, quod Medicina debilis, mixta cum forti, prodeſt fortificationi fortioris, quia operationes Medicinarum in corporibus humanis non ſunt, niſi per uiam comparationis, & affimilationis

B

C corporibus humanis non ſunt, niſi ex parte ipſiuſmet Medicinæ, quia tu uides multas Medicinas, in quibus eſt pauca caliditas, & comparatæ humanis corporibus inueniuntur calidiores illis, quę uidentur illis calidiores. Et ſic poteſt eſſe ſemen a piſ coniunctum cum ſemine melonis, & fit fortius in operatione, quàm apium ſolum in corpore humano, & quando Medicus ſubtiliter conſyderauerit hoc, non ¦Medicabitur cum ſimplici Medicina. Et hæc præparatio inuenitur in cõpoſitionibus antiquorum, ſicut in oximelle ſeminum, quia conſyderauerunt cum aceto fortificare ſecundam operationem mellis, idcirco laudauerunt illas Medicinas ſimplices, quarum ſecundæ uirtutes adiuuant ſe ad inuicem, quamuis in primis ſunt contrariæ, ſicut de yreos, & de alijs ſimplicibus Medicinis. Et in ſumma, iuuamentum iſtius preparationis, non eſt niſi in ſecundis uirtutibus & tertijs. Et quamuis inueniatur ſcriptum in dictis antiquorum, non tamen oſtenderunt rationem. Sed nobiles uiri filij Auenzoar teſtificati ſunt hoc, & illi ſunt, quibus debet attribui ſcientia Medicinæ. Tertia neceſſitas compoſitioois eſt, ut ponatur in Medicinis purgatiuis aliquid ad reſtenandum, ut non lædant membra principalia. Sed aliquando ponuntur Medicinæ ad dulcorãdum Medicinam, quæ habet malum ſaporem, & ad hoc, ut ſit amicabilior naturæ, ſicut ſunt confectiones, quæ fiunt cum melle & zucaro, quamuis in multis locis ſint contrariæ noſtræ intentioni, ſicut in Medicina, à qua quærimus frigiditatem & ſtipticitatem. Hucuſq; diximus modos neceſſitatis compoſitionis ſimplicium Medicinarum.

De menſura & proportione Medicinarum ſimplicium compoſitas ingredientium. Cap. LVIII.

D Einceps uolumus dicere præparationem quantitatis ſimplicis Medicinæ, quæ ponitur in compoſitione Medicinæ. Et hoc duobus modis fit. Vnus eſt propterea, quia nos non damus ex Medicina ſimplici quancũq; quantitatem, ſed quantitatem determinatam, quod facimus propter fortitudinem Medicinæ, aut eius debilitatem. Et debemus hanc eandem uiam inſpicere in compoſitis, hoc eſt, quia debemus ponere ex forti paucam quantitatem, & ex debili multam quantitatem, ſecundum quod ordinatum fuit in tyriaca. Alter eſt, quando in una Medicina compoſita ſimplex Medicina habet ultimum iuuamen quæſitum, & aliæ quæ ponuntur non ponuntur, niſi propter ipſam, ſicut ſunt trociſci de lacca, & alia compoſita, quæ ab una rerum intrantium nominantur, & ponitur plus de illa. Et poteſt eſſe, ut non ponatur in una compoſitione alicuius Medicinæ ſimplicis multa quantitas, niſi propter iuuamentum multum, quod eſt in ea. Et poteſt eſſe, ut nos ponamus multum ex Medicina compoſita, propter remotionem membri. Et hoc fit propter debilitatem Medicinæ comparatione illi membro. Et poteſt eſſe, ut iſtæ cauſſæ fortificentur adinuicem, & poteſt eſſe, ut una reſiſtat alteri, ſicut quando cõiunguntur in una Medicina res multi iuuamenti, cum debilitate earum & remotione loci. Propterea ſi ſunt ex illis, quæ ſunt multi iuuamenti, debemus ponere multam quantitatem, & ſi ſint pauci iuuamenti, debemus ponere exiguam quantitatem, & maxime quando coniungitur cum pauco iuuamento multum nocumentum, & quando eſt media inter paucum iuuamentum & multum, erit media inter multum & paucum. Sed ideo quia quantitas Medicinarum laxatiuarum non poteſt ferre multam quantitatem augmenti & diminutionis, ſicut ferunt aliæ, eſt nobis neceſſe in compoſitionibus earum uti duabus rebus. Vna, quia debes accipere de unaquaq; illarum unam doſim, & poſtea dabis ex illo operationem unius illarum ad totum, hoc eſt, ſi erunt quatuor Medicinæ, dabis quartam partem. Altera eſt, quia tu debes accipere ex doſi integra uniuſcuiuſq; Medicinæ aliquid, ſecundum operationem unius Medicinarũ compoſitarum. Et ideo quia una ex rebus, quæ magis neceſſaria eſt Medico in compoſitione Medicinarum, eſt, ut ſciat, in quo gradu eſt Medicina compoſita in primis uirtutibus, ſecundis, & tertijs, ſi ſciri poſſet, de hoc uolumus loqui, & dicimus, quod quando homo uult ſcire gradum Medicinæ compoſitæ ex qualitatibus Medicinarũ ſimpliciũ, primo debet facere hanc diſtinctionem, hoc eſt, quia impoſſibile eſt, ut

euadat

A euadat Medicina compoſita ab una duarum rerum, aut ut ſint Medicinæ ſimplices, ex quibus eſt compoſita unius generis, id eſt, ut ſint omnes calidæ, aut frigidæ, aut humidæ, aut ſiccæ, aut ſint ex uirtutibus contrarijs, hoc eſt, ut quædam ſint calidæ, quædam frigidæ, quædam humidæ, quædam ſiccæ. Et etiam prima particula non euadit ab una duarum rerum, hoc eſt, aut ut ſint illæ Medicinæ, quas diximus eſſe uarius generis in uno gradu uirtutis, quę eſt ſub uno genere, hoc eſt, uerbi gratia, ut ſint in uno gradu calidi & ſicci, aut una habeat egreſſum ſuper alteram, ita ut una ſit temperata, & altera ſit calida in primo gradu, & alia in ſecundo, & alia in tertio, & alia in quarto. Et pars ſecunda etiam non euadit ab una duarum rerum, aut ut illæ Medicinæ, quę ſunt contrariæ, ſint in uno gradu contrarietatis, aut una habeat egreſſum ſuper aliam in illa contrarietate, uerbi gratia, quod una ſit calida in tertio gradu, & alia frigida in primo, & alia ſicca in ſecundo, & alia humida in primo. Et aliquando accidit, ut coniungantur omnia hæc quatuor in una Medicina, & cognitio ſimplicis dabit tibi cognitionem compoſiti. Et uia ſpeculationis in prima particula quã diximus, quod uirtutes Medicinarum ſunt in ea, in uno genere & in uno gradu eſt, ut apparet, ut eſſe debeat gradus cõiuncti totius in uno & eodem gradu, quo eſt una ſingularium per ſe, ſaluo ut non acquirat ammixtionem, & unam formam, quę eſſet comparatione corporis humani calidior, aut frigidior uniuſcuiuſq; ſimplicium per ſe, & maxime in Medicinis, quæ diu ſtant confectæ, antequam eis utamur, & forte ero contentus in fine, quod hoc accidat in pluribus compoſitionibus. Sed quando erunt Medicinæ contrariæ in uno gradu contrarietatis, tunc de neceſſitate una uincet alteram, & erit Medicina temperata, ſaluo quod earum quantitates ſint illa quantitas, in qua poſſit eſſe ille gradus uirtutis, quia nulla Medicina quæ eſt calida in primo gradu, aut ſecundo, non eſt ſicut in omni quantitate accidenti, quod eſt, quia cũ mel ſit calidum in ſecundo gradu, & ſandali ſint frigidi in ſecundo, mel uincet ſandalum, ſi ex melle comedantur duæ unciæ, & ex ſandalis drachmę duæ, ſed duę drachmæ mellis non uincent duas drachmas ſandalorum. Sed ſi Medicinæ non ſunt
B contrariæ in eodem gradu contrarietatis, ſed erit, gratia exempli, una frigida in primo gradu, altera calida in tertio, & alia frigida in ſecundo, & alia calida in quarto, manifeſtum eſt, quod frigida remittet ex calida, ſecundum quod eſt in gradu frigiditatis in uno gradu, aut in duobus, hoc eſt, quia res quæ eſt frigida in primo, deducet calidum in tertio, ad calidum in ſecundo. Et eodem modo quæ eſt frigida in ſecundo, reducet calidam in quarto, ad calidam in ſecundo, & ſemper erit uictoria ſecundum unum gradum, quia illa quæ eſt frigida in ſecundo, reducet illam quæ eſt calida in tertio, ad illam quæ eſt calida in primo, & totum hoc eſt, quando quantitas Medicinarum eſt æqualis, & non intendas æquale in pondere, ſed æqualis in uirtutibus. Et hæc quantitas eſt in primo gradu graduum, in quibus manifeſtantur operationes Medicinarum in corpore humano. Et ſi diuerſificantur uirtutes contrariæ, ſecundum ¦magis & minus. Et diuerſificantur quantitates etiam ſecundum plus & minus, hoc eſt, ſi quantitas Medicinæ debilis erit multa, hoc eſt, duplum quantitatis fortis, tunc remouebit ex forti gradum unum, ultra gradum quem remiſit, propter qualitatem. Verbi gratia, Si habuerimus unam Medicinam calidam in tertio gradu, & aliam frigidam in primo, & quæ erit frigida in primo, erit duplum quantitatis eius, quæ eſt calida in tertio gradu, ex gradibus in quibus manifeſtatur operatio illius Medicinæ in corpore, tunc remittet ſecundum quod dictum eſt. Sed ſi erit tripla in quantitate gradus operationis, reducet ipſam ad temperantiam. Et ſi Medicina calida aut frigida erit minoris quantitatis quantitate prima, nõ curamus de ea. Et ſi fuerit contrarium, hoc eſt, ſi Medicina fortis erit ipſa, quæ multa eſt in quantitate, plus quàm ſua quantitas prima in gradu operationis, & debilis remanebit in ſua quantitate prima, tunc debilis nõ remittet ex forti, niſi ſecundũ comparationẽ illius quantitatis. Verbi gratia, Si erit quantitas ex forti dupla ſuæ quantitatis primę in gradu operationis, & debilis remanebit in ſua prima quantitate, hoc eſt, quia debilis erit calida in primo gradu, & fortis erit frigida in tertio, tunc calida non reducet frigi

dam in

C dam in tertio usq; ad secundum, sed reducet à tertio media mẽsura à tertia ad secundã. Et causſa huius est, quia quando duplicatur prima quantitas Medicinæ, tunc duplicatur etiam qualitas, & egredietur ex gradu suo in caliditate aut frigiditate ad alium gradum. Ideo quando tu inuenis unam Medicinam, quæ erit frigida aut calida in tertio gradu, erit duplicata eius prima quantitas in gradu operationis, ipsa interficiet de necessitate, sicut interficit uenenum. Sed Medicinæ quæ sunt in uno gradu, siue in uno genere uirtutum, & illarum gradus diuersificantur hac re, illarũ præparatio iterum est ut Medicina, quæ est debilis uirtutis, remittat ex forti, & iam dedimus causſam huius. Sed adhuc necesse est, ut intelligas hoc secundum uiam quam dicemus, hoc est, quia Medicinarum quæ sunt contrariarum uirtutum, una non remittit uel alterat aliam, nisi secundum quod habet de qualitate contrarietatum, quod est, quia Medicina quæ est frigida in primo, non remittit eam, quæ est calida in secundo, nisi secundum superfluitatem quam habet, hoc est, unum gradum. Et idcirco de necessitate est, quod ex Medicinis, quæ sunt in uno genere uirtutum, debilis remittat ex forti, secundum comparationem in Medicina debili, ad suum cõtrarium, de maiore illa, quæ est in Medicina forti. Verbi gratia, Frigiditas quæ est in Medicina calida in primo gradu, est maior comparata in calori qui est in ea, quàm illa quæ est calida in secundo gradu. Et frigiditas quæ est in Medicina, quæ est calida in tertio gradu, est minoris comparationis suo calori, quàm frigiditas quæ est calida in secundo gradu, ergo Medicina temperata in Medicinis quæ sunt in uno genere uirtutum, est propinquior ad remittendum eam, quæ est frigidior ea, propterea quia compositio contrarietatum in ea, est propinquior compositioni temperantiæ, & post illam, illa quę est in primo gradu, ideo quia unum contrariorum est debilius in illa, & post illam, illa quæ est in secũdo, eo quod unum contrariorum est debilius eo, quod est in illa, quæ est in primo gradu, & mĩoris compositionis, & post illam,
D illa quæ est in tertio gradu, propterea quia contrarium quod est in illa, est minoris compositionis cæteris alijs. Verbi gratia, Si miscuerimus unam Medicinam temperatam cum alia, quæ sit calida in secundo gradu, non habet uirtutem secundum uerum, alias secundum naturam reducendi ipsam ad primum gradum, ideo quia illa quæ hoc debet facere, necessario erit frigida in primo gradu, sed hoc reducit eam ad rem, quæ non attingit hunc gradum. Et si miscuerimus cum illa, quæ est calida in secundo gradu Medicinam calidam in primo gradu, remitter etiam ipsam, sed minus etiam quàm temperata, propterea quia compositio frigiditatis ad caliditatem calidæ in primo gradu, est minor compositione, quæ est ad temperatam, sicut est in temperata minor compositio, quàm in illa quę est frigida in primo gradu, propterea impossibile est Medicinę temperatæ, ut remittat ex ea, quæ est calida in secundo gradu, tantum, quantum remittit illa, quæ est frigida in primo gradu. Et etiam est impossibile calidę in primo gradu, ut remittat ex calida in secundo tantum, quantum remittit temperata. Et sic est impossibile, ut remittat calida in secundo gradu, ex calida in tertio gradu tantum, quantum calida in primo. Et adhuc plus temperata aut frigida in primo gradu. Sed quia Medici non uiderunt, neq; consyderauerunt in his, dicũt, quod quando nos miscemus unam Medicinam calidam in primo gradu, cum alia calida in tertio gradu, ipsa reducit ipsam ad caliditatẽ in secundo. O utinam ego scirem de ista, quæ est calida in tertio gradu, unam, quæ esset frigida in primo, ad quem gradum reduceretur. Si dicerent, quod reducatur ad secundum gradum, Responde, Ergo calida in primo, et frigida in primo, reducent calidam in tertio ad unũ gradum, & hoc est uanum. Et si dixerint, quod frigida in primo gradu reducet calidam in tertio ad calidam in primo, ergo respondemus, quod frigida in secundo reducet calidam in tertio ad temperatam, & hoc est ita possibile sicut aliud, & iste error prouenit à priuatione scientiæ. Et posuit hunc errorem homo, qui dicitur Alkindus, quia ipse fecit unam compilationem tractatuum, & in illis credidit dare cognoſci naturam Medicinarum compositarum. Et uoluit hoc demonstrare per partem alaachi, uel algorismi, & musicę, sicut fecit ille, qui speculatur res per accidens. Et dicit, quod

A cit, quod compositio quatuor graduum Medicinarum est compositio duplex, ita quod quartus gradus deueniet quadruplicatus, propterea, quia ponit primum gradum duplum temperantiæ, & secundum duplum, primum & tertium duplum secundi, & quartum duplum tertij. Et erat ei sufficiens dicere, quod secundus esset duplum primi, & tertius triplum, & quartus quadruplũ. Et sic intellexerunt Medici in ordine graduum, ad hoc, ut essent æquales, quia caliditatem sensibilem corpori posuerunt in primo gradu, & ab hac deuenerunt à Medicina, quæ est remota ab illa tantum, quantum fuit remota illa à temperata, & posuerunt illam in secundo gradu. Et istud sine dubio est duplum primi. Et post hunc deuenerunt à Medicina, quæ est remota à secunda tantum, quantum est remota secunda à prima, & hanc posuerunt in tertio gradu, quia triplicata est, & sic fecerunt in quarto gradu. Sed secundum Alexandrum est necesse, ut ponant secundum gradum in excessu super primũ duplum excessus, quam habet primus super temperatum, & tertius super secundum duplum excessus, quem habet secundus super primum. Ergo Medicinæ quæ erunt in tertio gradu caliditatis, necessario interficient, & magis quæ erunt in quarto. Et quomodo possunt tolerare corpora Medicinas, quæ sunt in sedecimo gradu? Et adhuc ponamus, quod ita sit latitudo quarti ad tertium, non est proportionalis latitudini secundi ad temperantiam, & tales latitudines deberent poni in gradu. Et similiter latitudo quæ est à secundo ad tertium, & secundum illos ordines graduum non sunt æquales. Et non posset esse maior error in hac arte quàm iste, ideo quia res in qua intelleximus in primis conseruare ordinem excessuum uirtutis unius super alteram, esset occulta nobis, nec ipsam cognosceremus. Et error Alchindi fuit, quando posuit rem, quæ est in primo gradu duplam temperata in qualitate calida aut frigida, & hæc fuit causſa, quia secutus fuit compatationem dupli. Et est dicendum, quod illud quod intellexit Galenus in primo gradu, est, quod habet excessum super temperamento in una parte ultra ipsum, & secundum hoc quando cõponetur com
B positio dupli in excessum graduum, non erit necessarium, quod Medicina quę est in quarto gradu, sit dupla super Medicinam, quę est temperata sedecim duplis uicibus. Et quod dictum Galeni significat hoc quando dixit, & mea intentio est in primo gradu, illa res quæ manifestatur sensui & permutatione corporis, quia esset intentio Galeni, quod primus gradus esset duplum temperati, permutatio quæ manifestatur in corpore à Medicina, non esset principium permutationis. Et contemplare bene hæc uerba, si sint ueracia, & non consequeris consuetudinem populorum, qui sequuntur consuetudines Medicorum nouorum. Hucusq; diximus præparationes, quibus homo potest cognoscere naturam Medicinarũ compositarum, & componere eas per uiam cognitionis primarum uirtutum, qua etiam secundas & tertias gradauimus, quod non fecerunt alij Medici, & est quærendum.

De cognitione Medicinarum compositarum per experientiam. Cap. LIX.

POstquam compositio Medicinarum est inuenta secundum rationem, uirtus prima, secunda, & tertia Medicinæ compositæ scitur secundum rationem. Quærimus, si experientia habet aliquam inuentionem in uirtutibus Medicinarum compositarum, sicut habet in uirtutibus Medicinarum simplicium. Et dicimus, quod primę uirtutes, secundæ, & tertiæ non indigent experientia in composito, eo quod sunt inuentæ ratione demonstratiua. Sed si possibile est in Medicina composita facere aliquam proprietatem, propter commixtionem in hoc habet experientia magnam inuentionem, propterea quia quædam proprietas est, quæ habet conuenientiam cum cõpositione Medicinę, & quędã non, & illa quæ non habet conuenientiã, inuenitur in maiori parte in cõplexione naturali, non artificiali, quamuis non sit remotũ inuenire proprietates in Medicinis, quarũ complexio facta fuit tempore lõgo, propterea quia cõplexio magis est in illis confirmata. Et ideo dicit homo, quẽ tu scis, q̃ maior pars operationis tyriacæ prouenit à proprietate consequente totam substantiam, & dicit, q̃ nos non debemus mutare aliquid ex receptione, quam facit Andromachus.

Sed nolo

C Sed nolo ei credere, sed uolo addere ad tyriacam multas Medicinas, quæ non erant notæ illo tempore, & de unaquaq; faciam probationem, quare ipsam addidero, sicut est lignum aloes, & ambra, & gariophili. Et postquam bene declarauimus præparationes compositionis, loquendum erit de manifestioribus Medicinis compositis, & ponenda est causa illarum compositionum, & hoc faciemus in libro futuro. Et quamuis hoc non sit nobis multum necessarium, nascitur tamen inde aliqua perfectio, & quemadmodum Musici, quando dederint principia uocum & tonorum, & species compositionis illorum, loquuntur postea de instrumentis Musicæ magis manifestis, ad hoc, ut eorum scientia sit magis manifesta, ita & nos faciemus. Et DEVS nobis consentiat, peruenire ad perfectionem ultimam, quæ beatitudo sempiterna appellatur.

FINIS.

D

A

RASIS FILII
ZACHARIAE DE SIMPLICIBVS, AD ALMANSOREM.

Dictio uniuersalis ad sciendum uirtutes nutrientium & Medicinarum. Cap. I.

DVLCE CALIDVM EST, LICET VIOlente non sit caliditatis. Cuius caliditatis fortitudo non appareret, nisi cum aliquis eo frequenter uti ceperit, uel cum eo utens caliditati aptus fuerit sicut febri, & qui calidã habet complexionem. Et qui dulci usus fuerit, multa cholera rubea in eo generabitur, & sanguinis multitudo, & ægritudines ex utriusq; factas cõmouet, opilationes quoq; generat & apostema in epate, & splene, & præcipue si hæc membra, ad hoc fuerint præparata. Ventris itidem fluxus ex eo sequitur, & mollificat stomachum. Pectori uero & pulmoni confert, corpus itidem impinguat, & augmentum spermatis tribuit.

Acidum frigidum est, licet uehementis non sit frigiditatis, cholerã rubeam & sanguinem reprimit, atq; uentrem stringit, si stomachus & intestina munda fuerint. Si autem phlegmatis in eis fuerit multitudo, uentris efficit fluxum, & corpus infrigidat, uirtutem quoq; debilitat digestiuam propriam in epate. Neruis uero & neruosis membris nocumẽtũ affert, atq; corpus deficcat, uirtutẽ autem appetitiuã excitat.

Vnctuosum uero stomachum mollificat, & uentrem fluere facit. Ac sacietatem affert, anteq; homo cibi quantitatem sibi necessariam assumat, & calefacit, maxime tamen febricitantes, uel habentes epar uel stomachum calida, corpus præterea humectat atq; lenit. Phlegma uero auget, & cogitationem reddit hebetem, & augmentat somnum. Stipticum autem corpus infrigidat, & deficcat, carnium quoq; ac sanguinis minorationem facit, si quis eo multoties utatur, stomachum quoq; confortat, ac uentrem secundũ plurimũ constringit, & sanguinẽ generat melancholicum.

B Amarum, calefacit & deficcat fortiter, sanguinemq; cito ad adustionem perducit, & malitiam. Choleram quoq; rubeã in sanguine augmentat. Acutum multo plus calefacit quàm amarum. Vnde & calorem auget, & corpus uelociter inflammat, ac sanguinem adurit, ipsũmq; prius in choleram mutat rubeam, postea in nigram.

Insipidum, aliud est quod magis nutrit, quod æqualitati uicinum est, aliud uero quod temperate calefacit, & aliud est quod temperate infrigidat, cum quo si multa fuerit humiditas, humectabit, cum autem fuerit siccum, deficcabit. Cum autem prædictorum saporum unus alicui rei adeo fuerit dominatus, ut alterius non possit dominium percipi, aut si sentitur, parum tamen & occulte sentitur, erit tunc eius in corpore operatio, secundum quod diximus. Duo autem sapores, si æqualiter dominati fuerint, operatio eorum composita æqualiter erit secundum hoc.

De uirtutibus granorum & seminum usitatorum, ex quibus solet fieri panis. Cap. II.

TRiticum temperamento est uicinum, licet caliditati parum attineat. Quod autem põderosius inuenitur & solidius, maioris est nutrimẽti, hominibus quoq; omnibus alijs granis magis conueniens, & magis proprium inuenitur. Sanguis etiam ex eo generatus, omni sanguine qui ex alijs generatur granis, tẽperatior existit.

Hordeum æqualitati est propinquum, licet frigiditati attineat. Cuius nutrimentum tritici cõparatione est paruum. Est enim inflatiuum, & infrigidatiuum. Solitos autem uentositatem ac ægritudines frigidas, & colicam pati impedit, calefactis uero, & qui carnium uolunt adipisci, minorationem confert. Sanguinem uero choleræ nigræ uicinum generat. Riçi temperiei quæ est inter caliditatem & frigiditatẽ, uicinum existit, & uentrem stringit. Solitis autem colicam pati, nocet. Quod licet

C multum nutriat, de uentre tamen non facile descendit, nisi coquatur cũ aliquo mul
tum unctuositatis habente. Quod quãdo cum lacte coquitur, & cum zuccaro come
ditur, plurimum nutrit, atq; sanguinem augmentat. Fabæ temperamento proxi
me existunt, licet frigiditati parumper attineant, quæ multum inflantes, scothomi
am generant. Caput præterea grauant, corpúsq; totum dissolutum efficiunt. Guttur
uero leniunt, quando earum apoçima bibitur, & sine sale comeduntur. Cum aceto
autem si comestæ fuerint, uentrem stringunt. Solitis uero pati uentositatẽ ex colica,
uel ex ruptura, malæ sunt. Virides autem fabæ humores generant crudos, & in sto
macho ac intestinis augmentãt phlegma, & in ipsis uentositatem excitant. Cicer,
calidum est, inflat, & urinam ac menstrua prouocat, & auget sperma. Viride præte
rea cicer in stomacho & intestinis multas generat superfluitates, fabæ tamen & cicer
si assentur, minoris sunt uentositatis. Lenticulę, frigidę sunt & siccæ, & sanguinem
generant melancholicum, & corpus desiccãt, sperma quoq; destruunt, atq; sangui
nem sedant, cuius extinguunt caliditatem. Infrigidant enim, atq; oculorũ tenebro
sitatem, & melancholicas efficiunt ægritudines, cum aliquis in comestione eis fre
quenter utitur. Quæ autem ex eis assantur, minus inflant, & magis desiccant. Mes,
frigidæ sunt & siccæ. Qui fabis & lenticulis leuiores, minus illis sunt inflatiui. Ipsorũ
quoq; nutrimentũ fabarũ ac lentium nutrimento minus inuenitur. Lupini, grossi
sunt, & ad digerendum duri. Cum autem dulcorantur & comeduntur, non calefa
ciunt corpus, dum uero amari sunt, non ad nutriendũ, sed ad Medicinam sunt apti,
dissoluunt enim scrophulas, & abstergunt fortiter, quãdo administrantur, non mul
tum dulcorati. Vrinam quoq; ac menstrua prouocant. Aborsum pręterea faciunt, &
lumbricos atq; uermes de uentre expellendo educunt. Hemorrhoidarũ insuper ora
periunt. Phaseoli, inflant, & impinguant corpus. Vrinã quoq; ac menstrua pro
uocant. Ventrem etiam reddunt mollem, quod illi proprie efficiunt qui rubei sunt.
D Corpus calefaciunt, capitis efficiunt scothomiam, ac mala somnia uidere faciunt.

Robeliæ, frigidę sunt & siccæ, quæ parum nutrientes malum generant sanguinẽ,
neruisq; impedimentũ præstant. Panicum atq; milium frigida sunt & sicca, quæ
licet parum nutriant uentrem, tamen stringunt. Dora, sicca est, quæ & parum nu
trit, & uentrem stringit.

De his quæ ex tritico & hordeo fiunt. Cap. III.

PAnis qui ex tritico fit, pluribus hominũ conuenientior est. Qui etiam melior red
ditur, quando multum salis habens, & multũ fermenti, bene fermentatur & co
quitur, unde & citius digeritur, & magis tenuis ac subtilior inuenitur. Açimus autem
panis dure digeritur, tardeq; de stomacho descendit, qui in uẽtre doloré efficens, in
epate opilationẽ, atq; in renibus lapidẽ creat. Simula ex qua fit darmacha, & ipsa
darmacha maioris sunt nutrimẽti, tarde tamẽ descẽdũt. Cõmunis autẽ farina quę
fit ex tritico nõ lauato, citius descendit, minus nutrit. Sanguis uero ex ea generatus,
melãcholię parũper attinet. Panis pręterea qui in patella coquitur, omnisq; panis
nõ bene coctus, ad digerendũ inuenitur durus, & uentrẽ dolere facit. Cuius frequen
tem comestionẽ pati nequeunt, nisi qui multo utuntur labore & exercitio. Tri ue
ro, atq; panis diescat negi, atq; cipulæ, & artocleoli, & crustula, omnia hęc sunt ut pa
nis açimus. Veruntamen quodcunq; horum cum oleo uel lacte confectum fuerit,
spongiosum erit, atq; magis utile, maioris etiam nutrimenti. Hordeacius autem
panis triticei panis comparatione frigidus reperitur. Qui parui existens nutrimenti,
uentositatem & colicam, atq; ægritudines facit frigidas, uentremq; stringit. Panis ue
ro natura qui ex alijs fit granis, est ut grani natura ex quo ipse fit. In amilo au tem
uiscositas, qua membra excoriata plana fiũt atq; lenia, inuenitur, quæ epiglotu m,
ac pectus lenit, cum pultes ex eo cum zuccaro & oleo amygdalę fiũt. Sæpe enim co
mestum in epate opilationem creat. Ex aqua etiam furfuris fiunt quasi pultes, quæ
quandam habentes tersionẽ, pulmonem mundificant. Aqua uero hordei acutæ fe
bricitantibus confert, & lenit pectus, atq; sitim sedat & ardorem. Simula triticea &
calorem & sitim extinguit, epar quoq; habentibus calidũ, confert, si cum aqua prius
bene

A bene abluta, deinde cum multa aqua calida, ac tandem cum çuccaro mixta bibatur.
Hordeacea uero simila magis infrigidat. Veruntamen hæc magis nutrit, & magis
lenit, ac temperatior est.

De uirtute aquæ. Cap. IIII.

AQua, naturales in corpore conseruat humores, quę cibum subtilians penetrare
facit. Ipsa quoq; calorem reprimendo, calefactis calidamq; habentibus cõplexi
onem plusq; uinum cõueniens est. Aqua insuper quæ & pondere leuior est, caloréq;
& frigus uelocius suscipit, saporem retinens meliorẽ, quæ scilicet ad dulcedinẽ pa
rumper inclinetur, melior iudicatur. Aqua pręterea malũ habens saporem aut odo
rem, mala est, nec est bibẽda. Quandóq; tamen quidã caussa Medicinæ, bibũt aquã.
Turbida autem aqua in epate opilationẽ, & in renibus lapidẽ generat. Salsa etiam
aqua prius uentrẽ soluit, postea uero constringit, si quis eã consũete biberit, corpusq;
desiccat, in quo scabiẽ atq; ragadias generat. Aqua uero stans & putrida, splenem au
gmentat, ac cõplexionẽ corrumpit, & generat febres. Aqua uero cum niue infrigida
ta, uel ex se, ut hæc frigida inuenitur, stomachũ percutit, si à ieiunis bibatur, sed epar
multũ infrigidat, quam nulli ieiuni bibere præsumãt, nisi calefacti, confert enim eis
hoc modo. Super cibum autem accepta, stomachũ corroborat, & apperitũ auget,
ex qua parua sufficit quantitas. Aqua uero quę ex frigiditate sui non peruenit ad hoc
ut delectet, uentrẽ inflat, & sitim non minuit, sed apperitũ destruit, & corpus dissol
uit, & ad ultimũ non est congrua. Aqua pręterea cocta quousq; mitior reddatur eius
substantia, minus est inflatiua, citiusq; descendit. Pluuialis autem aqua, his qui cito
incurrunt febres, est mala, & maxime si longi est temporis. Quæ tamen in suis alijs
dispositionibus est bona. Aqua etiã tepida nauseam facit. Aqua autem calida, quam
quidã ieiuni bibunt, stomachũ à pręcedentis nutrimenti superfluitatibus lauat, quæ
uentrem fortasse soluit. Hæc autem si frequenter bibatur, stomachũ corrumpit & de
bilitat. Aqua etiam in qua balneantur, non est bonũ multũ esse calidã, uel multũ fri
gidam, sed conuenit ut inter hæc duo temperiẽ teneat. Hæc enim temperatis corpo
B ribus magis cõfert. Aqua uero frigida, corpora pinguia corroborat, ac calidiora red
dit q̃ prius erant, senibusq; nocet, & corpora habẽtibus debilia. Calida autem aqua,
fatigationem remouet, & dolores minuit, atq; apostemata mollificat, corporisq; au
ges pulchritudinẽ, & ipsius carnes, atq; urinã prouocat, corpus tamẽ dissoluit, ac san
guinem, à quibus exire consueuit, cito fluere facit, uirtutem quoq; deijcit. De aquis
præterea naturaliter calidis, quæ sunt sulphureę & bituminosæ, neruos calefaciẽdo,
frigidis neruoꝝ ægritudinibus conferũt, quando eas ingrediũtur patientes. Scabiei
quoq; & pustulis proficiũt. Intestina uero fortiter calefaciũt, & præcipue epar. Aqua
uero sale Armoniaco salitæ, ac malũ habẽtes saporẽ, uentrem laxant cum bibuntur,
uel cum in eis sedent, aut cum clisteriçantur. Aquæ autem calidæ quæ super alumen
currunt, emoptoicis, atq; mulieribus menstruoꝝ nimietatẽ patientibus, & hęmor
rhoidibus conferunt, febres tamen in calidis generant corporibus. Aquæ uero natu
raliter calidę, quæ bulliunt & adurunt, colicã dissoluunt, atq; grossam uentositatem
membris infusam, & spasmũ expellũt humidũ. Aqua itidem quæ super terrã currit,
ex qua extrahitur ferrum, magnũ habẽtibus splenem, confert. Quæ uero super terrã,
ex qua fit æs, transit, complexionem habẽtibus corruptam, perutilis comprobatur.

De uirtute uini. Cap. V.

VInum multis modis diuersificari & mutari inuenitur secundũ sui substantiã ac
suum tempus. Vinum quoq; omne quod inebriat, corpus calefacit. Vinũ autẽ
album & clarum, quod non multæ tolerat aquæ cõmixtionẽ, minoris est calefactio
nis, sed urinę est magis prouocatiuũ. In colore uero igneũ & amarũ, quod maiorem
potest ammixtionẽ recipere, maioris est calefactionis. Nigrũ itidem & grossum, atq;
dulce, in quo est ponticitas, grossioris est naturæ. Vinum pręterea nouum sanguinẽ
magis generat, ac uenas uelocius implet, huic autem uetus cõtrariũ inuenitur. Vinũ
pręterea generaliter stomachũ & epar semper calefacit, atq; nutrimentũ penetrare fa
cit, sanguinẽ quoq; ac carnes, & innatũ calorem augmẽtat, ipsam etiam naturam in

C suis proprijs actionibus adiuuat, ideoq; etiã digestiua fit fortior. Et per illud superfluitatum expulsio, & earũ egressio fit facilis. Et hæc est causſa quare sanitas & grossitudo, & fortitudo perdurant, & seniũ tardatur. Vinum præterea animũ lætificat, sed si superflue in potu sumatur epati & cerebro, ac neruis impedimentũ facit, tremorem quoq; atq; spasmũ, nec non paralysim et apoplexiã, ac mortem generat subitaneam. Temperate autem si bibatur multę bonitatis causſa in corpore existit, & in senibus ꝯ maxime. Vinum itidem purũ, cui pauca admiscetur aqua, his qui grossam in uentre soliti sunt uentositatẽ pati, & quoꝝ stomachus & epar sunt frigida, confert. Vinum uero depuratũ, multã aquæ habens admixtionẽ, his qui ex uino dolorẽ patiũtur capitis, uel ex eo inebriantur, auxiliũ præstat, licet uentrem inflet. Vinum grossum & dulce & nouũ, interioꝝ habentibus opilationem, uel grossitudinem, nociuum est. Cito autem uolentibus impinguari est bonum. Potus, qui de uuis passis nude fit, uirtus est, ut uirtus uini nigri & grossi, licet minorẽ eo habeat caliditatem. Qui autem mellis habet admixtionẽ, grosso uino est calidior, secundũ mellis multitudinẽ, uel eius paucitatẽ in ipso existentis. Potus de melle factus uehemẽter est calidus. Qui & choleræ rubeæ est generatiuus, & calidã habentibus cõplexionẽ, non est congruus, frigidas tamen patientibus ægritudines confert. Potus qui fit de dactilis & ficubus, est grossus, ideoq; & stomacho malus est, & sanguinẽ melancholicũ, atq; in interioribus opilationem generat, & proprie si nouus & dulcis fuerit. Corpus tamen impinguat, & in ipso sanguinem augmentat.

De uirtutibus potuum non inebriantium. Cap. VI.

CErusia de hordeo facta, neruos impedit, caput dolere facit & inflat. Vrinam tamen pronocat, ac calorem ex ebrietate reprimit. Quæ uero de riço fit ceruisia, prædictę in suis actionibus est uicina, minus tamen inflat. Quæ autem de pani similagineo conficitur, mentham & apium habẽs admixta, omnibus melior iudicatur.
D Veruntamen solis calefactis, & in dispositionibus & tẽporibus calidis nõ est bona.

Oxymel est frigidũ, quod caloꝝ reprimit, & cholerã rubeã, ac sanginem, & sedat sitim, cum nõ multa participat dulcedine, phlegma quoq; incidit, & subtiliat, & abstergit, & opilationẽ aperit, urinã præterea prouocat. Guttur tamen & pectus exasperat, quod proprie operatur, cum multã habeat acredinẽ. Neruos autem habentibus debiles, uel in eis aliquid patientibus mali, atq; ab ratione laborantibus, & acide ructantibus nocumentũ præbet, eos etiam lędit, qui stomachũ & epar frigida habent.

Syrupus, iulep est temperatus, licet frigiditati attineat. Extinguit enim sitim, & guttur lenit, ac stomacho inflamato cõfert, & febrem acutã cum niue poratus reprimit.

Hydromel simplex, calidũ est & lenitiuũ, frigidas patiẽtibus ęgritudines remediũ affert. In cuius autem confectione species apponuntur, magis utile est in illo, & calidius est. Vnde & calefactis nocet, & stomacho cõfert, ipsum à phlegmate mũdando, ac calefacit. Neruis præterea calorem inducit, & choleram commouet rubeam.

De uinis falsis. Cap. VII.

STa quę falsõ uina dicuntur de passis, uel çuccaro, uel melle facta, si loco uini prius ꝯ bulliant & resideant, bibantur, inflationem generant & sitim, ac fastidiũ, & uentris fluxum faciunt, sanguinem quoq; commouent, ac choleram rubeam, quod uero fit de melle, cum bene coctum est, minus inflat.

De robub. Cap. VIII.

ROb uiolarum frigidum est. Epiglori quoq; & gutturi ac pectori confert, stomacho autem malum est, uentrem uero soluit. Rob quod fit de aqua rosata, in qua buliente recentes rosæ multoties positæ fuerunt, & quaꝝ uice fuerunt renouatę, nauseam facit, uentrem uero soluit. Rob de citonijs acetosis simplex, uentrẽ stringit, ac stomachum corroborat, & aufert sitim. Rob de malis granatis acetosis simplex, uomitum retinet. & uentrem stringit, atq; crapulatis, & nauseæ, ac dolori capitis ex crapula uenientibus confert. Rob de malis acetosis simplex, pulsui cordis & ardori stomachi, atq; nauseæ remedium affert. Rob de succo uuæ acerbæ, choleram reprimit rubeã, & sanguinem uehementer, ac stomachi ardorem, & sitim quæ ex cali

A ex caliditate procedit, sedat, uentrem quoq; atq; uomitum constringit. Rob de Ribes est sicut rob de succo uuę acerbæ, & parum plus operatur. Rob de succo pomi citrini, operatur ut prædicta, uentrem tamen, ut ipsa constringit, sed calorem fortius istis reprimit, & extinguit. Omnia præterea robub quæ dicta sunt, ei, in cuius pectore est asperitas, nocent. Rob de prunis sanguinis & choleræ rubeæ, calorem extinguit, ac uentrem laxat, gutturi etiam non multum nocet.

De uirtute carnium, & suis speciebus. Cap. IX.

CAro omnibus nutrientibus uehementius nutrit. Corpus præterea impinguat, & corroborat. Qui autem ea utitur, multã habet repletionem. Ideoq; frequenti indiget phlebotomia, & præcipue si quis cum ea uinum bibit. Animalium uero decrepitorum & impinguatorum caro, & eorum quæ de uentre animalium ante partum extrahuntur, mala est, nec est in eius comestione utilitas. Quæ autem inter istas duas media reperitur, mediocris existit. Quæ cum fuerit animalis multo magis quã alia iuuenis existentis, erit humidior. Et quando fuerit animalis multum in senectute pronecti, erit siccior. Vniuersaliter autem omnis caro calefacit, quę febricitantibus ac repletionem patientibus, incongrua iudicatur. Caro præterea rubea sine pinguedine, maioris est nutrimenti, quàm quæ est cum pinguedine, quæ & pauciores generat superfluitates, & stomachum plus corroborat. Caro autem grossa, multum laborantibus conueniens est. Subtilis autem his qui prędictis sunt contrarij, conuenit.

Hœdulina caro est temperata, nullam in se habens malitiæ admixtionem, quæ licet temperatum generet sanguinem. Laborantibus tamen non congruit, & non oportet ut super eam eligatur, eis, quorum dispositio huic dispositioni est contraria. Non est enim adeo debilis, ut ex ea uirtus destruatur, neq; eius nutrimentum adeo multum est & grossum, ut ex eo in corpore proueniat repletio, & grossus generetur sanguis. Sanguis quoq; qui ex ea generatur, inter subtilem & grossum, ac inter calidum & frigidum existit. Arietina autem caro, hœdulina carne grossior est, uiteſq; plus augmentat, & plures efficit superfluitates, quæ in bonitate hœdulinam sequitur carnem. Caprina uero caro, arietina carne frigidior est, paucas faciens superfluitates, atq; uires minus accrescere faciens, & minus nutriens, quæ frigidam habentibus complexionem, atq; his quibus frigidæ accidunt ægritudines, incongrua existit, quibus arietina plus confert. Calidam uero habentibus complexionem, & his, quibus calidæ ex repletione solent accidere ægritudines, plus confert caprina. Caro uaccina grossa est, multumq; nutrit, sanguinem quoq; spissum ac grossum generat, neq; congruit nisi his, qui multo utuntur exercitio. A cuius comestione abstinere debent, quibus melancholicæ accidunt ægritudines. Caro açeurina calida est & grossa, sanguinem grossum generans, cuius finis ad melancholiã ducit. Caro camelina uehementer existens calida, melancholiam generat. Harum uero trium carnium nulla est comedenda, nisi ab his qui multum laborant. Inter illas tamen uaccina melior existit. Caro gaçel inter syluestres carnes melior habetur, sanguis quoq; ex ea generatus, paucas efficit superfluitates, qui cum siccus sit, melancholiæ attinet.

Hircorum uero syluestrium caro grossior est, ac melancholiæ propinquior. Ceruina similiter caro, atq; onagrina eadem operantur. Onagrina tamen manifestius calefacit. Omnes autem carnes istæ sanguinẽ generant melancholicũ. Leporina uero caro hoc præcipue operatur. Ipsa enim plus alijs melancholiæ generatiua existit.

De carnibus uolatilium. Cap. X.

STarne caro, omni carne auium leuior inuenitur, atq; his qui subtili uolunt custodiri regimine conuenientior. Post istam autem coturnicis caro secunda in bonitate existit, quæ paruam generat superfluitatem, non multum calida iudicatur.

Caro itidem pullorum post ipsam ponitur, coturnicis tamen caro melioris est generatiua sanguinis, & spermatis augmentatiua. Perdicis caro istis grossior existens, uentrem stringit, & multum nutrit. Caro alaudæ, quæ pileata dicitur, uentrem stringit, cuius uentrem fluere facit. Caro passeris calidissima est, luxuriamq; commouet. Pulli columbini similiter, uehementis sunt caliditatis, qui & sanguinem

C generant inflammatum,& cito febrire faciunt. Anatis caro plures efficit superflui-
tates,ac plus fastidire facit,& maioris est caliditatis. Non tamē plus nutrit quàm ca-
ro gallinacea. Caro gruis est grossa,quæ & tarde digeritur, & sanguinem generat
melancholicum. Struthionis caro omnibus grossior iudicatur.

Caro sisonis, & aliarum auium syluestrium, quanto maiori participat rubedine,
& nigredine,tāto calidior, atq; sanguini melancholico propinquior uidetur. Quæ
autem illarum malum habet odorem,sanguinis generatiua deterioris,ideoq; nullo
modo comedi debet.

Volatilium autem caro,in fluminibus uel lacubus morantium, multarum est su-
perfluitatum effectiua,quæ si malum habet odorem,deterior iudicatur.

De diuersitate membrorum animalium in nutrimento. Cap. XI.

CAput est grossum,quod multum nutriens calefacit, nec est comedendum, nisi
in temporibus frigidis. Ex eo enim febres multotiēs generantur,& colica, mul-
tum tamen confortat,sanguinem quoq; ac sperma auget, cerebrum cum sit frigidū,
nauseam facit,ac stomacho nocet, quod ab omnibus ipsum comedere uolentibus,
ante omnem sumendum est cibum,nisi cataticum sint sumpturi. Calidam præterea
complexionem habentibus,confert. Quibus uero frigidæ accidere solent ægritudi-
nes,non congruit.

Medulla inter caliditatem & frigiditatem temperamento uicina existit, caliditati
tamen magis appropinquat,quæ & sperma augmentat, & stomachum mollificat.

Vber est frigidum & grossum,quod licet multum nutriat,tarde tamen digeritur,
stomachum uero & epar habentibus calidum,confert.

Epar,calidum est & humidum,quod & tarde digeritur,& graue existit.

Renes tarde digeruntur,qui nec bonum generant sanguinem, nec multum dant
nutrimentum.

D Splen mali existens nutrimenti, tarde digeritur, ac nigrum generat sanguinem,
stomacho tamen confert,sed cito satiat.

Venter tarde digeritur,qui frigidus existens,parum nutrit,atq; phlegmaticum ge
nerat sanguinem.

Cor calidum est & durę substantiæ,quod & tarde digeritur,& non multū nutrit.

Pulmo tarde digeritur,parumq; nutrit,& est frigidus.

Musculi siue lacerti, sanguinem multa abundantem humiditate, multasq; gene-
rantem superfluitates efficiunt,qui in se uiscositatem retinēs, minoris est caliditatis.

Caro sine pinguedine rubea, uidelicet sanguinis sicci est generatiua, paucas faci-
ens superfluitates,magis tamen adipe nutrit.

Pinguedo sanguinem generat humidissimum, multas facientem superfluitates,
minoris tamen est nutrimenti.

Caro uariata, quæ scilicet inter pinguem & macram existit, sanguinem generat
temperatum.

Cauda est calida,quæ stomacho nocens,fastidiū facit,ac cholerā generat rubeā.

Cutis frigidū generat sanguinē,in quo multa existit uiscositas,& opilationē facit.

Pedes sanguinem generant uiscosum,qui frigidior ac leuior eo existit,quem caro
generat. Animalium anteriora leuiora sunt & calidiora,posteriora uero grauiora
sunt & frigidiora.

De uirtutibus quas acquirunt cibi ex artificio. Cap. XII.

CAro super prunas assata multū nutrit, corpus namq; corroborat, atq; uelocitet
nutrit,hæc etiam eis, qui multi sanguinis fluxu perpexi sunt, confert,tarde ta-
men digeritur,atq; uix unq; tota omnino digeritur, quæ neq; post alium sumēda est
cibum, neq; cum ea alius sumi debet cibus, post cuius comestionem potus sumen-
dus non est,nisi in parua quantitate,maxima tamen cogente necessitate.

Caro autem cum pinguedine frixa,fastidiū facit, atq; de stomacho tarde descen-
dit,cuius nutrimentum ualidum est,grauior tamen est ea,quæ super prunas assatur,
quæ autem frigitur in oleo,leuior est,atq; digestibilior.

Caro

A Caro quæ in patellis posita,in furno coquitur,mala est,parum enim nutrit. Acide
tamen ructantibus confert. Vniuersaliter uero omnis mortariolorum ac patellarū
species paruum præbet nutrimentum, respectu cibariorum ius habentium,multos
tamen habentibus humores conferunt, ac corpora sua desiccare & subtiliare uolen-
tibus,auxilium præbent.

Caro quoq;,quæ in uetu assatur,grossa est,& multum dat nutrimentū, quæ non
digeritur,nisi cum stomachum inuenerit robustum ac calidum, uentrem uero strin-
git,& hoc proprie facit,cum ex ea illud quod est pingue non comeditur.

Iudebegi,ante omnem cibum comedi debet, cui res uentris solutiua sit admixta.
Ex ea enim colica sæpe accidit, propriæ tamen, quando cum multis comeditur her-
bis,post cuius comestionem aqua in potu sumitur.

Triticum coctum,quousq; albū sit,& quasi plus omnibus cibis,plus nutrit,& ma-
xime si cum lacte coctum fuerit. Quod his,qui uitium indigent augmento, confert,
& qui corporis desyderant grossitudinem,calidis quoq; natura,atq; mactis,necnon
qui multum laborant & exercitantur, auxilium præbet. Dispositiones uero his ha-
bentibus contrarias,cito replet uenas,atq; ad febres,& arteticum perducit dolorem.
Lapides quoq; in eorum renibus,atq; phlegmones, & magna generat apostemata.

Caro cocta cū aqua,cui postea admiscetur acetū,et crocus,est frigida,quę sanguinē
et cholerā reprimit rubeā,atq; calidū habētibus epar,nec nō his qui in epate opilatio
nē,atq; ictericiā,et febres patiūtur,cōfert,phlegmatis quoq; beneficiū præstat. His ꝙo
qui cataricū hauserūt,uel qui in neruis lęsionē patiūtur,siue qui corpora habētes ma
cra & debilia,necesse habēt ea corroborare,atq; impinguare,nocumentū tribuit,de-
siccat enim & subtiliat. Carniū uero & sanguinis habētibus multitudinem,atq; his,
quibus sanguinis & cholerę rubeę multitudo nocet,congruit, uentrē etiam stringit.

Caro cū aqua cocta, & infrigidata, cui uuæ acerbæ admiscetur succus, frigida est,
quæ sanguinem & choleram reprimit rubeam,ac uentrem stringit. Veruntamē non
subtiliat,neq; opilationē aperit, ut prædicta caro cū acero facit, cui tamē assimilatur.

B Caro cocta cum ribes uel sumac,de nutrientibus est,quæ in æstate cōferunt, quan
do cucurbita,uel portulaca,uel citroli,uel his similia ei admiscētur. Omnia uero hęc
atq; caro supradicta cum acero præparata, pectoris habentibus asperitatem,nocent.

Caro cum acero cocta,temperate, nutrit, stomachoq; ac epati confert, quæ carnis
predictę cū aceto pręparatę bonitatem in se habens,nullū eius retinet nocumentum.

Caro cocta cum tritico & lacte,grossa est,quæ & multum nutrit, & calidis natura
atq; mactis congruit,quibus phlegmaticæ ex more accidunt ęgritudines,incongrua
est. Sed quibus febres acutæ ac tertianæ consuetæ accidunt, beneficium præstat.

Caro cocta cum lacte acetoso,similis est ei, quæ cum lacte coquitur & tritico.

Caro cocta cum aqua hordei,est sicut illa,cum qua succus ponitur uuę acerbæ,hęc
tamen inflatiua est.

Caro cocta cum ouis & pipere,semper calida est,& ipsa est cibus hyemalis,quę &
corpus corroborat,& plus omnibus cibis nutrit. Diuersificatur tamen secundū quan
titatem admixtionis calidarum specierum,scilicet secundum quod habet eas admi-
xtas uel non. Hæc præterea sperma & sanguinem augmentat, corpus etiam robustū
reddit,& humectat,& pulchrum atq; forte & crassum efficit. In æstate uero fastidi-
um generat,& calefacit,ac lapidem creat.

De uirtutibus sisamorū,uel de his quę ex melle cōficiuntur. Cap. XIII.

PHeludem,multum nutrit, in stomacho tamen diu moratur. Ei autem qui ipso
utitur,opilationem creat. Gutturi uero & pulmoni,nec non corpus habentibus
debile ac uacuum,confert.

Caubem,pheludem leuius existit, minus tamen nutrit, atq; magis à generatione
in epate opilationis est longinquum.

Anahadha,est sicut pheluden,nisi quia in eo ponitur sisamum, multum nutrit,&
corpus ualde robustum reddit,sanguinem quoq; ac sperma augmentat.

Cataiph,est grossæ naturæ,quod fastidium facit,& corpus impinguat.

C Leozinegi, simile est catahiph, leuius tamen multo plus iudicatur.

Zulenig, calefacit ac sitim generat, ructusq; fumosos procreat. Vniuersaliter autem omnia quæ de melle fiunt, sanguinem augmentant & sperma, corpusq; impinguãt, epati quoq; ac spleni, quæ repletionibus & apostematibus apta sunt, nocumentum præbent, gutturi uero atq; pulmoni conferunt, medullæ quoq; & cerebro augmentum tribuunt. Quæ omnia, si loco mellis zuccarum habeant, minus redduntur calida, quàm cum ex melle fiunt. Vuctuositas præterea quæ eis admiscetur plus conferens, oleum est amygdalarum. Ea uero quæ de melle cum nucibus uel fisticis, siue nuce Indica fiunt, sunt superflue calida.

De ouis. Cap. XIIII.

OVa plus alijs hominibus cõuenientia, gallinæ sunt, & perdicis, postq; oua anatis in bonitate existũt, quamuis malum efficiant nutrimentum. Alia uero oua, sicut ea, quæ sunt paruarum auium, atq; magnarum, comedenda non sunt, nisi Medicinæ causſa. Duo uero ouorum prius dicta genera, gallinæ uidelicet, atq; perdicis, sperma ualde augmentant, atq; ad coitum stimulando incitant. Anserum autẽ oua fastidium faciunt, grauem habentia odorem, sed gallinæ & perdicis oua temperata sunt, & conuenientia. Vitellus quoq; oui in caliditate temperatus existens, bene nutrit. Albumen uero frigidum est & uiscosum, dureq; digeritur, sanguis etiam ex eo generatus, non est bonus.

Oua cum elixantur, & dura fiunt, plus nutriunt, ad digerendum tamen sunt duriora, tardiusq; de stomacho descendunt. Mollia uero ad descendendum uelocia, his à quibus sanguinis fluxit multitudo, ac uires fuerunt diminutæ, conferunt. Tremula uero, quæ neq; dura sunt, neq; mollia, inter illa duo media existunt.

Oua præterea gutturis ac pulmonis conferunt asperitati, ex quibus sanguis temperatus, ac multarum uirium generatur. Ipsa quoq; aliquando uicem carnis retinẽt,
D quibus ualde pingues uti non debent.

De lacte, & his, quæ fiunt ex eo. Cap. XV.

LAc recentet mulctum, temperamento existit uicinum, licet frigiditati et humiditati parũper approximet, quod corpus humectat & impinguat. Ethicis insuper ac phthisicis, nec non siccę tussi, atq; ardori urinæ, & quibus iusquiamũ uel cantharides dantur, auxilium præbet. Corporibus siccis optimum tribuit nutrimentum, atq; ad temperiem ducit, sanguinem quoq; ac sperma augmentat, eius tamen conuersio est uelox. Quapropter acute febricitantibus, uel quibus capitis dolor exmote accidit, colicis quoq;, ac quibus frigidę ex consuetudine accidunt ægritudines, nullo modo est tribuẽdum. Quod multipliciter diuersificari inuenitur, uidelicet, secundum animalis speciem, ac secundum eius ætatem, secundum loca quoq; in quibus pascit, ac secundum propinquitatem sui temporis partui.

Vaccinũ enim lac omni lacte cuiuslibet alterius animalis grossius iudicatur, quod etiam omnibus sui corporis pinguedinem adipisci uolentibus cõuenientius existit.

Asininum autẽ omni lacte subtilius est, quod in pulmone patientibus dandũ est.

Caprinum uero lac, inter hæc duo temperiem tenet.

Sed ouinum plures quàm aliquod aliud procreat superfluitates.

Camelinum præterea dolorem in epate patientibus dandum est, atq; complexionem habentibus corruptam.

Lac itidem animalium pinguium & iuuenum, quæ discurrendo bonas pascunt herbas, & partui adhuc uicina existunt, temperatum & melius iudicatur, quod autẽ huic contrarium est, contraria operatur. Lac in utre moram ad minus per octo faciens dies, unde etiam pingue efficitur, quod Arabice uocatur seres, lacte recente frigidius est. Quod calorem extinguens, ante omnem comedi debet cibum, in die tamen laboris ac caloris.

Raib uero seres multo est frigidius, quod stomacho calido, atq; calidis natura conuenientius existens, neruis ac frigidis ægritudinibus nocet.

Lac autem, quod post butyri extractionem remanet, fluxum uentris ex acumine choleræ

A choleræ rubeæ patientibus, corpusq; habẽtibus macrum ac debile, confert, quod ad hoc melius erit, si ferrum ignitum totiens in eo post butyri extractionẽ extinguatur, quoad inspissetur, hoc enim modo præparatum, & fluxum uentris ex choleræ rubeę acumine, ac in intestinis uulnera patientibus utile existit.

Serum, choleram expellit rubeam, scabiei quoq; ac pustulis, nec non sahaphati, ictericiæ etiam, atq; ei, cui fortis uini potus nocuit, auxilium præbet.

Acubd, asperitati gutturis, ac imperiginem patientibus, necnon rubori faciei, cum cutis grossitudine, atq; pustulis siccis & asperis, quando fricantur cum eo, auxiliatur, fastidium tamen facit, atq; superius ad os stomachi descendit.

Butyrum coctum, stomachum debilitat, ac dura mollificat apostemata, quando ex eo fit emplastrum, morsibusq; uiperarum, ac acutis uenenis, ac acutissimis cõfert. Qui autem eo in comestione usus fuerit, phlegmaticas patietur ægritudines. Nutribilius quoq; omnibus unctuosis, atq; maioris existit uirtutis.

Caseus recens, frigidius est & grossus, qui carnis augmentatiuus existens, adustionem reprimit stomachi, neq; natura frigidis bonus dicitur. Verus autem secundũ uetustatis quantitatem diuersificatur. Qui enim acuti est saporis, calidus est adurens, atq; sitim faciens, ac male nutriens. Veruntamen cum post comestionem parua ex eo sumitur quantitas, os stomachi corroborat. Sacietatem quoq; nimiam, atq; fastidium, quæ ex dulcibus & unctuosis in ore stomachi prouenium cibis, aufert. Verum tamen oportet, ut & recens dimittatur & uetus. Lac similiter spissum omnino uitandum est, generat enim lapidem in renibus, eo utentium.

Lac coagulatum, fastidium facit, atq; graue existens, appetitum non irritat ut caseus, neq; sitim facit, quod in sapore lacte atq; caseo unctuosius sentitur.

Masal, infrigidat fortiter, atq; sitim & choleram reprimit rubeam, neruis ac frigidis ægritudinibus malum est.

Serum lactis acetosi, neruis minus præbet impedimentum quàm masal.

B

De uirtutibus piscium. Cap. XVI.

PIsces recentes, frigidi sunt & humidi. Omnes uero pisces ad digerendũ sunt duri, & in stomacho longam faciunt moram, sitim quoq; causſant. Sanguis autem ex recentibus generatus, phlegmaticus est. Hi autem pisces corpus humectãt, ac sperma augent, qui colicis, atq; his, quibus frigidæ accidere solent ægritudines, mali existunt. Complexionem autem habentibus calidam, atq; his, quibus cholera dominatur rubea, conferunt, licet eorum nutrimentũ omnino sit malum. Cum alijs præterea cibis mixti, ad choleræ rubeæ extinctionem sunt meliores. Pisces enim semper in stomacho longã facientes moram, sitimq; generantes, malas in corpore * adiuuant uiscositates, ex quibus multæ prouenium ægritudines. Omnibus autem piscibus ezie & buui sunt meliores, & ei similes. Postremo uero illi sunt eligendi pisces, quorum caro non est uiscosa, neq; multum crassa, neq; grauem habẽs odorem, neq; cito putrefiens. Ipsi insuper neq; in lacubus, neq; in paludibus, neq; in locis sordes habentibus sint capti, neq; in luto malum habente odorem, neq; in aqua malas habente herbas sint nutriti, neq; maximi sint. Huiusmodi enim pisces omnibus sunt meliores, qui uero his sunt contrarij, sunt deteriores.

* Alias adunant.

Saliti autem pisces nullo modo sunt comedendi, nisi in die, in quo aliquis se medicare uoluerit, si tamen eos aliquis appetit, parua ex eis sumatur quantitas, qui cum rebus unctuositatem habentibus, & satietatem facientibus sint præparati. Ipsi quoq; si ita ut sunt, uel in aqua salita positi comedantur, appetitum parumper corroborãt. Cocti autem saliti pisces & infrigitati, destructionem duorum prædictorum in se retinent. Neq; enim infrigidant, neq; calidorum generant extinctionem, neq; etiam incisionem, neq; subtiliationem efficiunt, qui in stomacho longam facientes moram, sitim generant.

De seminibus, & speciebus alijs, coquinæ necessarijs, quæ quando cum cibis miscentur, condimentum præstant. Cap. XVII.

Sal, calidum

C SAl,calidum est & siccum. Qui cibis auferens fastidiendi nocumentum subtiliat, atq; apetitum exiccat & acuit. Eorum præterea sanguinem, qui multam ex eo sumunt quantitatem, adurit, uisum quoq; debilitat, atq; sperma minuit, & pruritum generat & scabiem.

Acetum frigidũ est & siccum, quod & maciem efficit, & uirtutem destruit, sperma quoq; minuit, choleramq; corroborat nigram, rubeam uero choleram ac sanguinẽ debilitat, ciboscq; quibus admiscetur, debilitat.

Moripsia, totum quod sal facit, operatur, licet fortior sit eo, & subtilior, quę & uentrem laxat, & uiscositatem incidit, ciboscq; subtiliat grossos, sitim quoq; facit, atq; stomachum & epar calefacit.

Piper cibum digerit, ac uentositatem dissoluit, uehementer calidum existens et siccum, quod stomachum calefacit atq; epar, cuius caliditas cum, ut dictum est, fortis existat, corpora habentibus calida, & præcipue in æstate, nocumentum præbet.

Coriandrum, frigidũ est & siccum, cuius natura, ut quod nutrire debet, in stomacho tamdiu morari faciat, quoad eius compleatur digestio. Ideoq; oportet, ne de eo in cibis grossæ naturæ multum ponatur.

Cyminum, calidum & siccum, quod digestioni auxilium præbens, inflationem dissoluit, minus tamen quàm piper.

Carui, in caliditate & siccitate sicut cyminum existit, habilior tamẽ stomacho est, atq; conuenientior, uentrem quoq; stringit.

Keisim, calidũ & siccũ, quod digestiuã adiuuãs, uentositatẽ dissoluit et inflationẽ.

Aniuden, calida est & sicca, quæ in stomacho diu morando, inflationem nõ dissoluit, luxuriam tamen commouet.

Origanum, calidum est & siccum, quod ualde existens habile, multũ à stomacho diligitur, excitat enim appetitum, atq; uentositatem expellit.

D Cinnamomum, calidum est & siccum, quod stomachum & epar roborando digestiuam adiuuat, atq; uentositatem expellit.

Galange, calidum est & siccum, quod uentositatẽ dissoluit, ac digestiuã adiuuat.

Cinnamum, cinnamomo uicinum existit, licet eo sit debilius.

Maharot, calida est & sicca, quæ stomachum corroborat atq; epar.

De holeribus, & quæ administrantur ex eis in decoctione. Cap. XVIII.

LActuca frigida est, quæ calidi stomachi ardorem reprimit, atq; sperma minuit, somnumq; facit.

Endiuia, frigida existens, extinctionem malæ gignit caliditatis, quæ stomachi ac epatis ardoribus confert, opilationem quoq; dissoluit.

Porrum, calidum est & siccum, quod licet appetitui auxilium tribuat, caput tamẽ dolere facit, somniaq; mala demõstrat, atq; his qui cæphaleam pati soliti sunt, & qui à calore læduntur, malum existit.

Coriandrum recens, frigidum est, de quo non multa sumenda est quantitas, forsitan enim mors ex eo sequeretur, cuius parua quantitas eadem quæ & lactuca operatur. Veruntamen ipsum non humectat.

Eruca calida est, quæ inflatiua existens, capitis creat dolorem, tardeq; digeritur. sed uirgam erigere facit.

Nasturcium, calidum est & siccum, appetitum adiuuat, licet inflationem, & capitis efficiat dolorem, digestiuam præterea retardat.

Fœnugræcum calidum est, & inflationem non facit.

Andacoca, dolorem facit capitis, quæ calida existit, & inflatiua.

Carohon, id est, fatureia uel tarcó, calida est et grossa, quę inflat ac digestiuã tardat

Ruta, calida est et sicca, quę & subtiliat, atq; uentositatem et inflationem dissoluit.

Melissa calida est, quæ subtiliatiua existens, cordis patientibus tremorem cõgruit, atq; inflationem faciens, uirgam erigit, desyderium præterea comedendi tribuit, uomitumq; aufert & singultum.

Alberatogi

A Albetarogi, id est, basilicon, calidũ est, quod & dolorem efficit capitis, & male nutrit, cuius comestio utẽtis uisum turbat, quando eo multũ utitur, sperma quoq; ac lac desiccat, ori tamẽ stomachi cõfert, corroborat emi ipsum, atq; cordi ipsum auxiliatur.

Apium est calidum, quod opilationẽ aperiẽs inflat, luxuriam cõmouet, atq; malo oris odori remedium tribuit. Neq; est comedendũ, ubi scorpionũ timetur punctura.

Apium Romanum est sicut prædictum, licet subtilius sit, atq; fortius operetur.

Allia, calida sunt et sicca. Hęc sitim auferunt, libidinem efficiunt, atq; uentositatem expellunt, et corpus calefaciunt, regionibus uero ac temporibus, necnon corporibus calidis nocumentum præstant, conuenientia in eis, quæ illis sunt contraria.

Cepæ calidæ sunt & siccæ, quæ sitim faciunt, atq; appetitum adiuuant, libidiniq; augmentum præbent, dolorem præterea capitis faciunt, si crudę comedantur, in stomacho quoq; humores generant superfluos, atq; phlegma.

Troximel, id est, endiuia, agrestæ domestica similis existit, subtilior tamen est, atq; fortius operatur.

Arseph calidum est & siccum, & stomacho congruit.

Caulis Romanus, et caulis de Syria, qui imperialis dicitur, calidus est et siccus, qui choleram generans nigram, somnia mala uidere facit. Veruntamen guttur ac pectus lenit, uentrem quoq; fluere facit, atq; ebrietatem aufert. Imperialis itidem eadẽ operatur, licet minoris sit caliditatis. Alij præterea inueniuntur caules, qui mosali & amedeni uocati, frigidiores existunt, quorum operationes uaporũ operationibus similes sunt, sperma quoq; augmentant.

Melongia calida est, & multum sicca, quæ & choleram generat nigram, & sanguinem adurit, atq; in ore pustulas facit, si quis ea usus fuerit. Si uero cum acero coquiatur, in ore pustulas non facit, sed choleram fortiter reprimit rubeam, epatis ac splenis aperit opilationem, cuius comestionis modus deterior, est quando cruda comeditur, post quem est modus ipsam comedendi assaram. Post hunc uero est ille modus
B quo in patella coquitur.

Napi calidi sunt & humidi, qui inflationem, ac crudũ generant phlegma, sperma quoq; acuũt, atq; gutturis & pectoris lenitatẽ efficiũt, renes etiá & dorsum calefaciũt.

Bauciæ calidæ sunt & inflatiuæ, quæ & duræ digeruntur, ac spermati acuitatẽ tribuunt, urinam quoq; expellunt.

Aspharagi calidi sunt & humidi, qui spermati augmentum tribuentes, renes calefaciunt, stomacho tamen non sunt congrui, immo nauseam aliquando efficiunt.

Tubera frigida sunt & grossa, phlegma quoq; generant crudum, quę autem ex eis ruborem habent, mala existunt, quorum multa comestio colicam generant. Nec etiam absq; calidis sunt edenda condimentis.

Fungi, tuberibus ualde sunt deteriores, quorum quidam hominem strangulant, atq; occidũt, qui autẽ ex illis boni existunt, in corpore uiscosum generant phlegma.

Alcorsoph, id est, cardi, capita calida sunt, quæ appetitiuam spermati augmentũ tribuunt, atq; urinæ prouocatiua siue expulsiua existunt, sudoris quoq; fœtorem auferunt, cum ex eis multa sumitur quantitas, ac renes calefaciunt.

Gosia sunt frigida & humida, quæ tuberibus propinqua existentia, minus sunt frigida, atq; eis meliora.

Fesich, aliud genus tuberum, est frigidum & humidum, quod gosie uicinũ existit.

Cautar, aliud genus tuberum, calidum est et inflatiuum, quod spẽma augens, dolorem capitis & nauseam facit.

Sahar calidum est & siccum, stomachum quoq; ac epar desiccat.

Cuscute, calidum temperate & siccũ existens, stomachũ atq; epar robusta reddit.

Talea, id est, caput palmæ, frigidum est & siccum, quod stomachum faciendo robustum, desiccat, atq; sanguinis ebulitionem reprimit.

Siclæ calidæ sunt, stomacho quoq; malæ existentes, uentrem fluere faciunt, atq; phlegma incidunt.

Firfir, id est, genus portulacæ, frigidus existens, sitim aufert.

Portulaca

C Portulaca frigida eſt, quæ ſitim & aduſtionem extinguens, uentrē ſtringit, ac dentium aufert congelationem, & choleræ rubeæ ſuperfluitatem habentibus, & his qui ex cholera rubea fluxum patiuntur uentris, confert, ſperma quoq; minuit.

Atriplices frigidi ſunt & humidi, qui uentrem mollificantes bene tribuunt, ictericis quoq; atq; calidum habentibus epar, beneficium præſtant.

Litti, ſiue bliti, atriplicibus uicinantur, calidiores tamē atq; minus humidi exiſtūt.

Malua, atriplicibus uicina exiſtit, ſed eſt eis leuior.

Spinacia ſunt temperata, quæ gutturi atq; pulmoni, necnon ſtomacho & epati cō gruentia, uentrem leniunt, quorum nutrimentum bonum exiſtit & optimum.

Corrigiola calida eſt, quæ ſtomacho mala exiſtens, uentris facit fluxum, ac nauſeam efficit & anguſtiam.

Acetoſa, frigida eſt & ſicca, quæ & uentrem ſtringit, & ſtomachum exaſperat, cholera mq; rubeam, & ſitim extinguit.

Cucurbita frigida eſt & humida, quæ ſtomacho mala exiſtens, appetitū deſtruit, ſitim quoq; ſedat, & epatis ac ſtomachi ardorē extinguit, quādo in eis abūdat calor.

Anetum calidum eſt, quod ſtomacho inconueniens nauſeam facit. Lac quoq; augmentat, atq; uentrem lenit.

Raphanus calidus eſt & groſſus, qui in ſtomacho longam faciens moram, phlegma incidit, atq; cibum ad os eleuat ſtomachi, uomitum quoq; commouet, cuius folia cibum digerunt, & appetitiuam adiuuant, quando ex eis parum ſumitur.

Keneiuri fluxum facit uentris, epatis quoq; ac ſplenis opilationem aperit.

Enula calida eſt & ſicca, quę ſtomacho multis repleto humoribus, bona exiſtens, epatis ac ſplenis aperit opilationem. Qui autem ex ea multam comedit quantitatē, ſanguinis patietur corruptionem, ac ſpermatis incurret minorationem.

De uirtutibus quæ ex condimento auferunt faſtidium de cibarijs & ſalſamentis. Cap. XIX.

D Garus calidus eſt & ſiccus, ſitimq; facit. Veruntamen ſtomachum à phlegmate purgat, maloq; oris odori beneficium præſtat.

Aſanetu, calidus eſt & ſiccus, qui ſitim faciendo ſtomachum quaſi abradendo à groſſo purgat phlegmate. Eo autem utentis ſanguis corrumpitur, atq; ex eius eſu ſcabies & eis ſimiles generantur ægritudines.

Rebite calidi ſunt, qui apetitum comedendi facientes ſitim procreant, ſtomachū quoq; mundant, atq; ad ſpermatis emiſſionem ſtimulant.

Sumekit calidi ſunt, qui ſtomachi humorem abradentes, ſitim faciunt.

Capparis ſalmuria condita calida eſt & ſicca, quæ ſtomachi mala exiſtens, ſitim inducit, atq; corpus macreſcere facit.

Aiuden ſale conditum, uehementer eſt calidū, doloremq; facit capitis, ſtomacho quoq; multis repleto humoribus, atq; cuius digeſtiua ualde exiſtit diuerſa, auxilium præſtat.

Anetum ſale conditum, calidum eſt, quod uomere uolenti congruit, & quando poſt cibum comeditur, obeſt. Vniuerſaliter uero omnium iſtorum ſale conditorum uirtus eſt, ut eorum, ex quibus fiunt uirtutes exiſtunt. Quæ præterea ex ſale & putrefactione ſecundam adipiſcuntur naturam, in qua ſuperfluæ ſiccitas, atq; caliditas, & acuitas exiſtunt. Omnia uero quæ aceto condiuntur, multam ex ipſo acquirunt ſubtilitatem. Epar quoq; infrigidant.

Capparis, quæ cum aceto conditur, minus calida eſt ea, quæ in ſalmuria ponitur, opilationi quoq; epatis ac ſplenis congruit.

Cepæ aceto conditæ, neq; calefaciunt, neq; infrigidant, neq; ſitim faciunt, ſed adiuuant appetitiuam.

Citroli & cucumer aceto conditi, uehementer infrigidant, atq; cum hoc ſubtiles exiſtunt. Omnia autem aceto uel ſalmuria condita, in gutture aſperitatem habentibus nociua exiſtunt.

Salmuria præterea condita eis, quibus ſcabies & pruritus atq; ſahaphati accidunt, nociua

A nociua inueniuntur, atq; quibus ægritudines prędictis ſimiles euenire ſolent, quæ ex ſanguinis aduſtione, atq; ipſius generantur corruptione.

Sinapi calidum fortiter exiſtit & acutum, quod & phlegma abradit, atq; ſtomachum & epar calefacit. Ipſum præterea ſæpe comedendum non eſt. Eius namq; calor fortis exiſtit, neq; debet comedi, niſi groſſis admiſceatur nutrientibus.

Napi cum aceto conditi, frigidi exiſtunt, qui licet inflationem non faciant, cholera tamen extingunt rubeam.

Oliuæ ſalmuria conditæ, calidæ ſunt & ſiccæ, quæ ſi ante cibū comedantur, uentrem mouent, & os ſtomachi roboſtum reddunt.

Oliuæ autem de oleo calidiores ſunt, quæ & os ſtomachi minus corroborant, & uentrem minus fluere faciunt.

Stirgar aceto condita calefacit, ac digeſtiuam adiuuat.

Bruculi qui ſaliti non ſunt, parumq; calefaciunt, & inflatiui exiſtentes, ſperma augmentant. Saliti uero plus calefaciunt, ac ſitim efficiunt, & ſunt mali nutrimēti, ſanguinem quoq; adurunt.

Salſa quæ ex aceto fit & catui, cibum digerit, & non multum calefacit.

Quæ uero ex allio fit, uel ſinapi, in qua non ponitur acetum, calidiſſima eſt. Illa uero, in qua aceto ſi lactis ſerum ponitur, eorum reprimit calorem.

Pheçipheçeregi calida eſt, humor quoq; qui ex ea fit, malus eſt, quæ & neruos impedit, atq; inflationem facit.

De uirtutibus Fructuum & Pomorum. Cap. XX.

Dactyli calidi ſunt & groſſi, multumq; dant nutrimentum, qui ſi in comeſtione multo accipiantur uſu, ſanguinem in interioribus generant groſſum, denteſq; corrumpunt, ſanguinem quoq; ac phlegma accreſcere faciunt.

B Rotab, minus calidi ſunt, quàm dactyli, qui lenitiui exiſtētes, ſtomachū rectificāt.

Vuæ multum dulces calidæ ſunt, minoris tamen ſunt caliditatis quàm dactyli, neq; opilationem, ut ipſi faciunt. Inflatiuæ uero ſunt, & uentrem mouent, atq; corpus uelociter impinguant. Virgæ quoq; erectionem augmentant, quæ autem ex eis corticem habent ſubtilem, citius deſcendunt, minuſq; inflant. His autem contrarię, cōtraria operantur. Sed illæ in quibus exiſtit acetoſitas, non calefaciūt, immo cum aqua frigida ablutæ, atq; ante cibum comeſtæ, calorem quaſi extinguunt. Acerbę uero uuæ frigidæ ſunt, quæ & uentrem ſtringunt, & choleram rubeam reprimunt, ac ſanguinem. Vuæ autem paſſæ in calore ſunt temperatæ, quæ bene nutrientes opilationem, ut dactyli non faciunt, licet ipſi fortius & plus nutriant.

Ficus calidæ ſunt, quæ cum ſunt recentes, uentrem inflant, & leniunt, humorem creantes non malum. Siccæ uero multum nutriunt & calefaciunt, quarum multus uſus pruritū, & pediculos creat, uentrē quoq; leniūt, quādo ante cibū comeduntur.

Iudemem calidi ſunt, qui ſtomacho mali exiſtentes nauſeā faciunt, atq; ſubtilioris naturæ ſunt quàm ficus, citiuſq; deſcendunt.

Muſa calida eſt, quæ cum ſtomacho ſit mala, faſtidium facit, citoq; in choleram conuertitur rubeam, appetitum quoq; aufert, atq; uentrem lenit, & gutturis remouet aſperitatem.

Canna mellis temperate eſt calida, quæ & guttur lenit, & urinam prouocat, ardorem præterea qui in mictu ſentitur, aufert, ac tuſſi auxilium præbet.

Mala granata dulcia non infrigidant, ſed inflammationem & ſitim faciunt, atq; guttur leniunt. Acetoſa uero pectoris aſperitatem faciunt, ſtomachum & epar infrigidant. Epar tamen proprie, quæ choleræ ac ſanguinis calorem extinguēntia, febrem reprimunt & uomitum.

Citonia dulcia & acetoſa, ſtomachū efficiunt roboſtum, licet acetoſa ad hoc ſint fortiora, appetitum inſuper excitāt. Quorum proprietas eſt uentrem ſtringere. Hæc autem ſi poſt cibum comedantur, ſtercus cito deſcendere faciunt, atq; à uentre expellunt. Ante cibum autem ſi comedantur, totum iſtud prohibent. Illa autem quæ acetoſiora ſentiuntur, in uentris conſtrictione ſunt fortiora.

C Pira, quæ multum sunt dulcia, non infrigidant, omnia tamen uentrem stringũt, si uero post cibum comedantur. Sic enim comesta, stercus cito expellunt, post cuius expulsionem eorum est finis uentrem stringere.

Pira autem de sceni, licet minoris sint nutrimenti, in uentris tamen constrictione fortiora existunt, ac sitim sedant plus.

Sorbæ, frigidæ sunt, quæ & uentrem stringunt, & choleram reprimunt rubeam.

Nabath, frigidæ sunt & siccæ, quæ & uentrem stringunt, & choleram reprimunt rubeam, quæ uero ex eis sunt dulces, ad hoc sunt debiliores.

Mora quę sunt dulcia, in caliditate sunt tẽperata, & in stomacho fastidium faciũt. Acetosa uero frigida sunt, quæ & uentrem cõmouent, & sanguinẽ fortiter reprimũt.

Poma frigidiora, sunt acetosiora, & magis stringentia, quæ licet oti congruãt stomachi, ipsum tamen uiscositatibus replent.

Pruna, frigida sunt, quæ licet uentrem moueant, choleram tamen rubeam reprimunt, atq; apperitum auferunt.

Persica, frigida sunt & grossa, quæ licet ardenti conferant stomacho, dure tamen descendunt, atq; in sanguinem dure conuertuntur. Qui autem eorũ esu usus fuerit, febrium phlegmaticarum incurret generationem.

Chrysomila, frigida sunt, quæ uentrem commouent, atq; inflant, & choleram reprimunt rubeam. Stomachum præterea debilitant, eius extinguendo calorem. Quibus qui frequenter usus fuerit, in consequenti tempore febres patietur.

Ribes, id est, accedula, frigida est, quæ & uentrem constringit, ac choleram rubeã & sanguinem extinguit.

Melones dulces, uelociter in choleram uertuntur rubeam. Alij uero sitim sedant, & humectant, atq; urinam prouocant. Melonibus autem si quis in comestione multum usus fuerit, cholericam patietur passionem.

D Cucumeres & citroli frigidi sunt, qui & sitim auferunt, & stomachum infrigidãt, atq; urinam prouocant.

Glandes, frigidę sunt & siccæ, quæ uentrem constringunt atq; urinam.

Castaneæ melioribus glandibus sunt nutrimenti, minusq; stringunt.

Nuces calidę sunt, quę in ore uesicas faciũt, et calefaciũt, ac capitis generãt dolorẽ.

Amygdalæ dulces, in calore sunt temperatę, quæ licet leuitatem gutturis faciant, graues tamẽ existunt, diuq; in stomacho morantur. Verum nõ solum opilationem aperiũt, atq; urinæ sedant ardorẽ, & cum çuccaro comestæ sperma augmentant.

Fistici, calidiores existunt amygdalis atq; epatis aperiunt opilationem.

Auellanę nucibus minus sunt calidę, grauioresq; ipsis existũt, quę a scorpione pun
Naragil, calidę sunt, quę & sperma augmentãt, & renes (ctis beneficiũ prębẽt. calefacunt, & ea quę sunt in circuitu ipsarum.

Caro hortulana, calida est, quæ spermatis tribuit augmentum, & renes calefacit, & impinguat eos, atq; menstrua prouocat.

Faffasa grana impinguata, calida sunt, quę et sperma augẽt, et corpus impinguat.

Pini fructus, multum calefacit corpus, qui in aliquibus menbris tremorem patientibus atq; asmaticis confert, sperma quoq; auget.

Kilkil, calida sunt, quę & sperma augent, & dolorem faciunt capitis,

Grana çelem, calida sunt, & sperma augent.

Canapis semen, calidum est, quod dolorem ac fastidium facit.

Sisami semen, calidum est, quod & fastidium facit, & malum in ore generat odorem, stomachum quoq; mollificat, ac uentrem lenit.

Papaueris, alias semẽ, frigidũ est, q̃d gutturi & pectori bonũ existẽs, somnũ auget.

Gobora, frigida sunt & sicca, quæ uentrem stringunt, & uomitum abstinent.

Iuiubæ, in caliditate sunt tẽperatę, et sunt bonę gutturi, et pectori, sanguinis quoq; acuitatem parumper extinguunt.

Siliqua, quæ in terra nascũtur Hierosolymitana, temperatũ habẽt caloreẽ, uentrẽq; stringũt, quę uero in alijs nascũtur terris, in uẽtris cõstrictione fortiores existunt, neq; est in eis caliditas. Lutum

A Lutum comedendum frigidum est, quod os stomachi robustum faciens, fastidium quod post comestionem fit, aufert, atq; in ore bonũ efficit odorem. Qui autem ex eo maximam ieiunus comedit quantitatẽ, epatis opilationem, atq; suæ complexionis patietur corruptionem.

Lutum lene calidum est, quod in epate opilationẽ generat, atq; splenem ingrossat, & destruit appetitum, & sordidat stomachum.

Penidij calidi sunt, qui guttur & uentrem, ac uesicam lenientes, ea quæ in circuitu renum sunt, calefaciunt.

Mel calidum est, citoq; in choleram uertitur rubeam, atq; phlegma quasi lambendo destruit, quod senibus frigidam habẽtibus complexionem confert. In æstate autem, & qui calidam habent complexionem, malum existit.

Zuccarum guttur & uentrem lenit, neq; calefacit nisi parum.

Teroniabin calida est, uentremq; soluit, atq; guttur lenit.

De herbis recentibus, & bene redolentibus. Cap. XXI.

SEtabram caliditati attinet, quæ quando super ipsam aqua roratur rosata, infrigidat, & somnum prouocat.

Maiorana calida est & subtilis, omnibus frigidis passionibus quæ in cerebro fiunt proficiens.

Nemen, id est, sysimbrum, calidum est & subtile.

Rosa frigida est, capitisq; dolorem ex caliditate prouenientem remouet, atq; crapulam aufert. Reumatismum tamen & sternutationem inducit.

Violæ frigidę sunt, ac somniferæ, quæ capitis dolorem à calore factum sedant.

Myrtus frigida est & sicca, quæ debilia membra reddit robusta, quando super ea epithimatur.

Poma citrina cortices habent calidos, atq; subtiles, quorum caro licet sit temperata, ad digerendum tamen est grossa. Acetum uero eorum frigidum est & siccum, choleramq; reprimit rubeam. Semina autem eorũ omnibus uenenis utilia existunt.

B Mandragorę poma frigida sunt, quę quidẽ in capite grauedinẽ atq; subet efficiũt. Comesta uero nauseã ac uomitũ inducunt, & faciunt subet, atq; forsitan interficiũt.

Nenufar frigidum est atq; somniferum, dolorem quoq; capitis sedat.

Vchuen est calida, grauedinem faciens capitis, & facit subet.

Schea flos calidus est & siccus, qui nares habentibus opilatas, remedium affert.

Geussinim calida est & sicca, quæ opilationi, ac dolori capitis ex frigiditate, uel grossa uentositate accidentibus proficiens, cerebrum robustum efficit.

Nesrim, id est, syluestris sambuca, calida est & sicca, quæ quidem calidam habentibus complexionem capitis, uelociter affert dolorem.

Narcisscus calidus est & subtilis, cerebro quoq; auxilium præbet.

Felengemisk, calidũ est & subtile, tremorisq; cordis, & alguasa remediũ præstat.

Flos Iules, alias flosquiles, id est, salices de torrente, frigidus est, atq; cerebrũ corroborat, fumumq; reprimit calidum.

Keiri calidi sunt & subtiles, & citrini proprie hoc habent.

Omnes præterea herbæ in quarum odore sentitur acuitas, & acritas, & stimulatio, ut flos sticados Arabici, & menthastrum calidę sunt. Quarum uero delicatus est odor, ex quo anima sedatur, ut nenufar, & flos salicis, atq; rosa, omẽs frigidę existũt.

De speciebus bene redolentibus, & earum uirtutibus. Cap. XXII.

MVscus calidus est & siccus, qui calidis natura capitis dolorem uelociter inferẽs, omnibus passionibus quæ in capite ex frigiditate fiunt, ualde congruit, nauseæq; bonus existit, atq; appetitu carentibus confert.

Ambra calida est, cerebrum quoq; atq; cor robusta efficit.

Camphora frigida est & humida, atq; subtilis, quæ dolori capitis, nec non omnibus eius calidis cõfert ægritudinibus, quod etiam in toto operatur corpore. Sed qui eius odore multum usus fuerit, uigiliarum sentiet detrimentum. Bibentis eam præterea renes infrigidantur, atq; testiculi, eiusq; sperma congelatur, atq; frigidæ ægritudines in istis procreabuntur locis.

C Xyloaloes calida eſt & ſicca, humidoq; ſtomacho ac uiſcoſitate repleto congruum exiſtit.

Zafaram calidum eſt & ſiccum, quod ſtomacho incongruum exiſtens, nauſeam, capitiſq; dolorem, & grauedinem facit, ſomnumq; prouocat.

Sandali, frigidi ſunt & ſicci, qui acutis conferunt ægritudinibus, quando patientes eos odorant, uel cum eis epithimantur. Totum præterea corpus, ſi cum eis in balneo epithimatum fuerit, liberabitur à pruritu.

Bunc, calidum eſt & ſiccum, quod ſtomacho congruũ exiſtens, mali ſudoris odorem, atq; pſilotri incidit, & aufert.

Mahaleb, fructus ſunt nigri cuiuſdam arboris, calidi ſunt, neruos groſſitiem habentes mollificantes, quorum ægritudo diuturna fuit, & cronica.

Aqua roſata frigida eſt & ſubtilis, quæ dolorem capitis ex caliditate remouens, crapulam, atq; nauſeam ſoluit, multum tamen ea utentem, cito caneſcere facit.

Cariophyli calidi ſunt & ſicci, ſtomachum quoq; atq; cor robuſta faciunt.

Sigia calida eſt, capitis grauitatem faciens, ac dolorem.

Blactæ Bizantiæ calidæ ſunt, quæ in capite grauedinem, atq; dolorem creant.

Coſtus calidus exiſtens & ſiccus, opilationem aperit & purgat, carnemq; corrodit ſuperfluam, qui reumatiſmum ex frigiditate patientem, ſi nares cum eo ſuffumigentur, adiuuat.

Ciperi calidi exiſtentes & ſicci, malo oris odori, atq; humido ſtomacho, & uiſcoſitate repleto, congruunt.

Vſnem calida eſt & ſicca, quæ purgat, & aperit opilationem, carnemq; corrodit ſuperfluam. Vniuerſaliter autem omnium iſtarum herbarum, bonum habentium odorem, quàm plures calidæ ſunt, niſi illę ex quibus ſentitur illud quod diximus, ſicut ſentitur in aqua roſata, & camphora, atq; ſandalis.

D De nominandis liquoribus, unctuoſitatem habentibus. Cap. XXIII.

OLeum calidum eſt. In quo autem maior morſus, atq; fortior odor ſentitur, calidius exiſtit. Ipſum præterea neq; faſtidium, ut alia unctuoſitatem habentia, facit, nec eorum habet groſſitudinem.

Oleum de nucibus uehementer calidum, atq; diſſolutiuum exiſtit.

Oleum quod fit de neriden, & ciperis calidum exiſtens, calefacit renes.

Oleũ reſim calidũ eſt, neruoſq; à uiſcoſitate, quæ eis adhærẽdo inuiſcatur, purgat.

Oleum amygdalinum temperatum eſt, quod pectori atq; pulmoni, nec non ueſicæ & renibus auxilium præſtat, faſtidium tamen facit, tardeq; deſcendit.

Oleum ſeritinum, quod fit de ſyſamino, ſtomachũ laxũ facit, quod ſi multis diebus bibitũ fuerit, ragadijs medelã prębebit, ac totius corporis aſperitati auxiliabitur.

Oleum raphaninum calidum eſt & ſubtile, atq; diſſolutiuum, dolori auris ex frigiditate, uel groſſa uentoſitate medelam tribuens.

Oleum de ben calidum eſt, & mollificatiuum.

Oleum de lilio calidũ eſt & ſubtile, neruos leniens, doloriq; matricis proficiens.

Oleum de narciſco, eſt ſicut illud quod fit de lilio.

Oleum uiolatum frigidum eſt, & ſomniferum.

Oleum de nenufare ſimile eſt huic, fortius tamen operatur.

Oleum de ſemine cucurbitę, illis duobus ſimile iudicatur, quod etiam calori, atq; uigilijs congruum exiſtit.

Butyrum omnibus unctuoſitatem habentibus plus nutrit, groſſiuſq; exiſtit.

Oleum roſatum, frigidum eſt, dolori capitis, ac reliquis eius ægritudinibus ex calore euenientibus, remedium tribuit. Ad ultimum uero omnia unctuoſitatem habentia, eorum, ex quibus fiunt, ſimilitudinem retinent.

Oleum coſtinum, calidum eſt, neruoſq; calefacit, tremuloſis ac paralyticis auxilium præbens. Quod ſtomacho frigido, ſi cum eo epithimetur, confert, atq; ſi emplaſtris mixtum fuerit, auxiliabitur.

Oleum myrtinum frigidum eſt, capilloſq; efficit robuſtos.

Oleum

A Oleum de keiri calidum eſt & ſubtile, lenitiuũ, & reſolutiuum, & proprie quod ex citrino conficitur.

Balſamum uehementer exiſtit calidum, quod & lapidem frangit, & peſſarijs ad impregnandum ualet.

Oleũ nardinũ calidũ eſt, quod ſtomacho frigido, cũ ex eo epithimatur, cõgruit.

Oleum maſticinum ſimiliter emplaſtro admixtum, atq; ſtomacho frigido ſuperpoſitum, uel etiam in emplaſtris poſitum, beneficium præſtat.

De Veſtimentis. Cap. XXIIII.

OMne ueſtimentum lene & terſum, minorem corpori affert calorem, quod ad ueſtiendum in æſtate melius exiſtit. Cui ſimile iudicatur ueſtimentum, quod cum texitur, rarum remanet. Quod autem piloſum eſt, neq; radioſum et ſpiſſum inuenitur, corpus magis calefacit, quo in hyeme eſt utendum, lineum uero omnibus ueſtimentis frigidius corpori exiſtit, eiq; minus adhęret, unde & minus calefacere iudicatur. Veſtimentũ autem de coto factum, lineo calidius eſt, atq; corpori magis adhæret. Sed ueſtimentum de ſeta factum, lineo calidius eſt, de coto uero facto frigidius exiſtit, carnem quoq; auget. Omne præterea ueſtimentum aſperitatem habens, carnem macreſcere, ac duram ſentiri facit. Quod autem huic contrarium exiſtit, contraria operatur. Veſtimenta itidem de lana uel pilis facta, calida ſunt & aſpera, corpus debilitantia, & proprie in æſtate. Quæ autem de pilis camelorũ uel caprarum fiunt, calidiſſima ſunt, corpori q; multum adhærentia, ac uehementer calefacientia. Gaſdia, id eſt, tiratrũ, itaq; tantũ calefacit, quantũ ueſtimenta de lana uel pilis texta, licet neq; exaſperet, neq; carnibus noceat. Pellis quoq; aſiuceb, omnibus pellib⁹ pilos habentibus, minus calida exiſtit. Vulpina autẽ omnibus eſt calidior, quæ calidã habentibus cõplexionem, nullo modo confert. Poſtq; ſiberis pellis in caliditate ſecunda exiſtit. Phaneæ autem & khahakim, atq; aguaſil, temperate calefaciunt, leueſq; exiſtunt, corpora temperataq; habentibus conferunt. Aliæ uero pelles atq; pili, quorum non fecimus mentionem, cum in quantitate ſint ſuperflua, nullis niſi corpora
B habentibus groſſa & aſpera conferunt.

De Ventis & aere. Cap. XXV.

VEntus à polo ueniens Septentrionali, à parte uidelicet minoris urſæ ac maioris, frigidus eſt & ſiccus, qui corpora efficiẽs dura, reddit robuſta, ſenſus quoq; atq; caput leuia facit. Ipſe etiam omnibus uentis melior exiſtẽs, putrefactionem plus remouet, tuſſim tamen facit. Aegritudines quoq; quæ in pulmone ac gutture fiunt, nec non reumatiſmum, ſiue coriçam adducit, uentrem inſuper ſtringit, ſed urinam prouocat. Ventus autem à polo ueniens meridiano, à parte ſuhel, corpora diſſoluit, ſenſus turbat, atq; dolorem capitis & oculorum ægritudinem facit, epilepſiam quoq; ante conſueta tempora accelerare facit, febres itidem parit propter ſuam putredinem. Gutturi tamen & pectori & pulmoni exaſperationẽ non attribuit. Eſt etiam plus omnibus uentis ægritudinem inferre paratus, & quam maxime ſi in æſtate flauerit, uel in fine Veris. Ventus autẽ qui ab extremitate ortus uernalis, uſq; ad extremitatẽ ortus hyemalis perflat, atq; ille qui ab extremitate Occaſus uernalis, uſq; ad extremitatem Occaſus hyemalis uenit in caliditate et frigiditate omnino temperati exiſtunt. Qui autem ab Oriente ad nos tendit melior eſt. Sed qui ab Occidente deterior, & groſſus magis exiſtit.

Aer præterea omnibus melior clarus eſt & ſubtilis, in quo neq; multi exiſtunt uapores, neq; quietus neq; præfocatus inuenitur, ſed uenti uenientes ad eum, commouent ipſum, atq; cum attrahitur, delicatus ſentitur, qui uelociter poſt ſolis occaſum infrigidatur. Aer uero omnia quæ diximus, habens contraria, omnibus deterior iudicatur. Qui autem ori ſtomachi atq; cordi, quaſi compreſſionem inferre ſentitur, atq; ex multa ſua caliditate & groſſitie anhelitum ſuum retinet. Atq; ille in quo multi ſequuntur uapores groſſi, pro uicinitate lacunarum & ſtagnorum, in quibus aquę inueniuntur ſtantes, uel in quibus fœtores ex rebus putridis uel cadaueribus exiſtũt, aut in quibus eſt calor uehemẽter ardens, uel qui conſtrictus à uentis non mouetur,

C omnes isti generaliter pestilentiales existunt. Aer quidem præfocatus in locis quæ inter multas sita sunt fauces, inuenitur, uel quem montes altissimi & lacunæ circundant, ad quas multi non ueniunt uenti.

De Ciuitatibus. Cap. XXVI.

Sciẽdum est, quod maior mutatio in ciuitatibus est, à parte suarum latitudinum, Ciuitates enim quæ sunt Septentrionales, frigidiores existunt. Meridionales uero existentes, calidiores sunt, frigidæ autem ciuitates, saniores sunt. Vnde qui in eis morantur, corpore maiores sunt & fortiores, atq; melius digerentes, & colore pulchriores, ac leuiora habent corpora. Calida autem his omnibus contrariæ sunt. Ciuitates itidem quas Septentrionales cooperiunt montes, quam obrem Septentrionales uenti ad eas minus ueniunt, utilitates quas Septentrionales eis uenti erãt præbituri amittunt. Quapropter si cum hoc Meridionales uenti ad eas transeunt, fit eorum complexio calida & humida, sed ciuitatum Septentrionalium complexio frigida existit & sicca, paucas febres atq; paucas efficiens putrefactiones. Ciuitates autẽ meliores sunt & temperatiores, quæ cum ab Oriente sint discoopertæ, ab Occidente cooperte inueniuntur. Quibus contrariæ deteriores iudicantur. Ciuitates præterea quæ à parte Septentrionis habent mare, Septentrionales sunt. Quæ uero à Septentrionis parte habent montes, & à Meridionali sunt discoopertæ, Meridionales dicuntur. Ciuitates itidem quas undiq; montes circundant, quæ scilicet in prædictis existunt faucibus, egritudinum oculorum ualde generatiuę, existunt. Ciuitatum autem in alto sitarum, quæ à multis perflantur uentis, aer bene redolens, ac subtilis existit. Illæ similiter ciuitates in quibus aquarum multitudo, ac multæ inueniuntur arbores, humidiores sunt, in quibus oculorum ægritudines sæpius generari solent. Ciuitates autem in plano sitæ, quæ quasi abrasæ, uel à prędictis nudæ existũt, in quibus aquarum est paucitas, siccę sunt. Quæ si super lapidem sint sitæ, ficciores iudicantur. Ciuitates similiter quarum lutum rubeum habet colorem, inter humiditatem & siccitatẽ mediocres existunt. Quarum autem lutum nigrum & cœnosum existit, atq; suauem habet odorem, malæ sunt ac putridæ. Terra præterea paludestris, quę cum aere existit calido, deterior est. Quæ quando est frigida, minorẽ habet malitiã.

D Ad ultimum uero ciuitas calida, colorem atq; corpus citrinitate afficit, uel nigredine. Quæ carnium & sanguinis minorationem faciens, corpus debilitat, atq; uirtutem dissoluit. Frigida autem existens ciuitas, huic omnino contraria existit, humiditati quoq; attinens ciuitas, capillos longos, & corpus lene ac pingue, neruosq; efficit laxos. Sicca uero existens ciuitas, huic redditur contraria.

De uirtutibus electuariorum ad comedendum suauium, quæ de fructibus & floribus fiunt & uocantur Arabice mirambahat. Cap. XXVII.

Zuccarum rosatum stomacho humoribus repleto, si à ieiunis sumatur, & bene masticetur, confert, quando post ipsum aqua bibitur calida. Quod hi qui calorem patiuntur, & ardorem nullo modo comedere debent, & maxime si ætas fuerit. Calefacit enim & sitim affert, quod si ipsum propter illud quod diximus comedere necesse fuerit, cum sirupo acetoso de zuccaro facto accipiatur.

Zuccarum uiolæ guttur lenit, & tussim mitigat, facilemq; reddit screatum, atq; uentrem lenit. Stomachum tamen dissoluit, & apperitum destruit.

Electuarium de mirabolanis Indis cum zuccaro, stomachum corroborat & præparat. A quo humorũ superfluitates ex cibo prętcrito remanentes exprimendo educit. Quo si quis sępe utatur, colorem acquirit bonum, ac canicies tardabitur. Trifaria tamen minor in istis actionibus fortior existit, licet sperma minuat.

Zinziber conditum cum melle, uehementer calidum est, quod stomachum atq; epar calefaciendo, cibi adiuuat digestionem, uirgam quoq; erigere facit.

Secacul conditum fastidiũ faciens, apperitum destruit, sperma tamen uehementer augmentat, quando eo aliquis sępe usus fuerit.

Piper

A Piper nigrum conditum & longum, zinziberi condito uicinum existit. Alia uero electuaria caussa delitiarum tantummodo comeduntur.

De uirtutibus specierum, quibus omni hora multum est utẽdum, quod secundum literarum Arabicarum ordinem dispositum est. Cuius enim speciei nomen incipit ab A, in capitulo de A. inuenitur, similiter quoq; in alijs fit literis. Caput. de A. XXVIII.

Asarum, calidum est & siccum. Quod in epate opilationem habẽtibus, confert, & urinam prouocat, atq; hyposarcam patientibus auxilium confert.

Squinantum, calidum est & siccum, duro apostemati, stomachi, uel epatis beneficium præstans, quando ex eo fit emplastrum desuper.

Vsneæ, parum existit calidũ, quod uomitũ abstinẽdo stomachũ efficit rigidum.

Antimonium frigidum est, & siccum, quod oculum efficiens robustum, ipsius custodit sanitatem, suppositum quoq; menstrua constringit.

Abel, id est, semen iuniperi, calidum est & siccum, menstrua uehementer prouocat, atq; abortire facit.

Acatia est frigida & sicca, quæ sanguinis arcet fluxum, atq; longaonem exeuntem reducit interius. Ventrem quoq; stringit.

Sarcocolla in oculis patientibus lippitudinem confert, plagis etiam recentibus re medium præbet.

Epithimum calidum existens, choleram expellit nigram, ac timorem minuit.

Berberis frigidum est, quod & uentrem stringit, & sitim aufert, stomacho quoq; ac epati ardorem patientibus, remedium affert.

Emblici frigidi sunt & sicci, qui & stomachum faciunt robustum, & capillorum corroborant radices.

Azedarach calida est & sicca. Hæc opilationibus quæ sunt in capite congrua existens, capillos prolongat, fructus tamen eius ualde existit stomacho nociuus, qui etiam quandoq; perniciosus inuenitur.

B Vrtica calida est, quæ coeundi stimulans uoluntatem, de pectore uiscosum expellit phlegma, uentremq; mouet.

Coagulum omne calidum est, quod & uentrem uehemẽter constringit, atq; sanguinem fluere non permittit.

Squilla calida est & acuta. Hæc autem epilepsiæ, ac tumori splenis, nec non eius magnitudini, atq; uiperarum morsibus, & disniæ uetustæ auxilium tribuit.

Absynthium calidum est & siccum, quod stomachum reddens robustum, epatis aperit opilationem, atq; febribus longi temporis auxiliatur.

Sticados calidus est, choleramq; nigram & phlegma expellit, epilepsiæ quoq; ac melancholiæ beneficiũ præbet, cum multoties bibitur, ut uentris faciat purgationẽ.

Mellilotum calidum existens, dura apostemata in artubus, uel in interioribus nata mollificat.

Anisum calidum est, quod uentositatis dissolutiuum existens, aperit epatis opilationem, coeundi præterea uoluntatem stimulat.

Amoniacũ calidũ existens, dura mollificat apostemata, scrophulasq; dissoluit.

De B. Balsami. Cap. XXIX.

Balsami semen atq; lignum, uiperarum ac scorpionum morsibus, nec non matricis dolori congrua existunt.

Anacardi calidissimi sunt, frigidis ægritudinibus, & obliuioni auxilium ferentes. Sanguinis tamen generant adustionem, ac fortassis ad amentiam perducunt.

Baurach calidus est & siccus, qui uomitus prouocatiuus existens, uentrem cum supponitur, mollem reddit.

Corallus frigidus est, qui bene tritus ac potui datus, emoptoicis auxiliatur. Oculum præterea corroborat, atq; lachrymas stringit.

Bedeguart caliditari attinet, ac febribus longi temporis remedium affert.

Ebus, uel ebulus, calidus est, qui dura apostemata mollificando resoluit, & faciel

C superpositus, pannum eius aufert. Cuius unctuositas grossitudini in membro, post sui rectificationem remanenti confert, chordasq; siccas, molles efficit, neruos praeterea calefacit, stomacho tamen malus existens, nauseam facit, atq; uentrem laxat.

Faugenkest, calidus est & siccus. Qui cum tumori epatis proficiat, uirgam tamen erigere non permittit.

Omnes iusquiami species inebriant, & stuporem faciunt, deterius autem omnibus nigrum iudicatur, quia interficit. Iusquiamum autem tritum, atq; apostematibus in quibus uehemens pulsus est superpositum, destruit sensum.

Psilium frigidum est, quod si cum iulep bibitum fuerit, febrem extinguit acutam, ardoremq; sedat, pectus quoq; lenit, atq; in intestinis uulnera habentibus sanguinolenta, assatum & bibitum auxiliatur. Si autem cum aceto mixtum moueatur, donec coaguletur, atq; artubus calida patientibus apostemata superponatur, doloré sedat.

Beem rubeum, calidum est, & coeundi incitat desyderium.

Capillus ueneris calidus est, qui si adustus fuerit, & loca capillis denudata, ex eo fuerint inuncta, capillos nasci facit, & scrophulas dissoluit, pulmonem quoq; à grossis humoribus, quibus est imbibitus, mundat.

Bulbus est cepe quod comeditur, qui coeundi preterea stimulat desyderium, atq; faciei superpositus, eius delet pannum.

Satirion calidus est, qui & spermatis augmentatiuus existit, & podagrę confert.

Polypodium calidum existens, choleram expellit nigram, colicamq; dissoluit.

Borongi, phlegma atq; ascarides expellit.

Bellirici in sua natura emblicorum uicinantur naturæ.

De Cain. Cap. XXX.

CAstoreum calidum existés, neruos calefacit, ac menstrua prouocat, tumoremq; dissoluit. Gilbeuce calidum est, quod uehementer uomere faciens, confert
D paralyticis, si cum eo uomere cogantur. Cuius actio operationi hellebori uicina existit, de quo non est dandum, nisi pondus drachmæ unius, forte enim ex multo uomitu, qui fit ex eo, prouenit mors.

Nux methel facit stuporem, quæ quandoq; pernitiosa existens, inebriat, & nauseam ac uomitum infert.

Nux muscata calida est & sicca, quæ uentrem stringens stomacho atq; epati frigidis confert.

Gentiana calida existens, punctutæ scorpionis, ac epati frigido, splenis quoq; opilationi atq; tumori congrua existit.

Oppoponax calidissimũ est, quod cum uehemẽter uentositatis sit dissolutiuum, his, quibus grossa accidit uẽtositas, cõfert, doloriq; matricis ex frigiditate auxiliatur.

Iadac, id est, polium, calida est, quæ licet capitis generet dolorem, febribus tamẽ longi tẽporis atq; hydropisi, nec nõ ictericiæ, atq; pũcturę scorpionis remediũ affert.

Gypsum frigidum est & siccum, quod sanguinẽ cum albumine oui mixtum, atq; loco superpositum retinet. Ipsum autem nullo modo bibendum est. Bibitum enim forsitan pernitiem affert.

Balaustiæ frigidæ sunt & siccæ, quæ & uentrem stringunt, ac sanguinem fluere non permittunt.

De Del. Cap. XXXI.

DArsesaham calidum est & ponticum, quod ueficis oris, si cum eo fiat gargarismus, uel eius apoçimate os abluatur, perutile est, minctus præterea difficultati, atq; neruorum molliciei proficit, fœtori quoq; narium, si licinium in eius apoçimate intinctum naribus immissum fuerit, auxiliatur.

Dulb folia & nuces frigida sunt & sicca, quæ trita & aceto mixta, atq; pro emplastro loco igne adusto superposita, remediũ afferunt. Cuius cortex cum aceto coctus dolori dentium confert, si eo os abluatur.

Viscus calidus est & siccus, qui uentositatem dissoluit, atq; apostemata.

Saiem frigidus est, uentrem quoq; stringit, plagasq; recentes coniungit.

Vatiramech

A Vatiramech, calida est, quæ grossæ conferens uentositati, dolori matricis ex frigiditate, tremoriq; cordis cum frigiditate, ac punctura scorpionis auxilium præbet.

Oleander, calida est, scabiei atq; pruritui confert, asinos, & animalia, ac homines comesta interficiens. Antiquis tamen doloribus, & ueustis genuum, & renum, remedium affert, si ex ea fiat emplastrum.

Deiudar, uehementer est calidum, quod frigidis ægritudinibus cerebri & neruorum conferens, stomacho ac epati frigidis bonum existit. Cuius est proprietas, appoplexiæ atq; paralysi remedium præbere.

Fex uini, calida existens, dura dissoluit apostemata.

Fex aceti nõ calefacit, immo apostematũ calorem super ipsa epithimata reprimit.

De He. Cap. XXXII.

MIrabolani citrini, choleram rubeam ex corpore educunt. Nigri uero stomachũ præparando corroborant, hæmorrhoidisq; conferunt.

Yiboe, id est, catella maior, calida est & sicca, atq; subtilis, stomacho & epati auxilium præbens.

Typericon, calida est & subtilis, quæ & opilationis est aperitiua, & dolori coxarũ confert, & soluit choleram.

Hypoquistidos, quę barba uocatur hircina, frigida est & pontica, qua utuntur, ubi necessaria est retentio & stipticitas.

De Gau. Cap. XXXIII.

ACorus, calidus est & siccus, qui grossæ uentositati ac spleni duro, nec non graue dini linguæ confert.

Guasima, id est, basilicon dæmonis, calida est, & pontica, cum qua capillorum fit tinctura.

De Ze. Cap. XXXIIII.

B ZInziber, calidum est & humidum, quod & cibum digerit, & uentrem mouet, stomacho quoq; atq; epati frigidis confert. Obscuritati itidem oculorum ex humiditate, in oculis positum, uel comestum, auxiliatur.

Omnes aristologię species calidę sunt, opilationem aperientes, & scorpionis punctura conferentes, quæ & menstrua prouocant, & abortire faciunt.

Hyssopus, quę uegetatur, calida est & sicca, quę ut origanum ualens, pectus ac pulmonẽ purgat. Asmati preterea atq; ueustæ tussi & antiquæ confert. Phlegma itidem & uermes è corpore educit.

Hyssopus autem humida, quę & cerotes dicitur, quæ ex lanę sordibus fit, dura maturat & mollificat apostemata, & proprie ea, quæ in uesica fiunt & matrice.

Zurumbet, calida est & sicca, quæ uentositatem dissoluens, uenenosorum animalium morsibus ualde proficit, atq; impinguat.

Argentum uiuum, quando extinguitur, ardens est, quod scabiei & pediculis auxilium adfert, & est uenenum magnum.

Azegi, id est, dragantum, seu uitriolum, calidum existens & siccum, scabiem ex humiditate desiccat, atq; sahaphati ex humiditate factã emendat, sanguinemq; ex naribus fluentẽ, naribus insufflatum, et sanguinis fluxũ ex percussione, suppositũ stringit.

Arsenici omnes species calidæ sunt, & incendentes, conferunt scabiei, & putredini, & sahaphati humidæ. Herperi preterea eftiomeno, atq; pediculis remediũ affert. Asmati præterea si cum eo suffumigatio uel epithima fiat, confert. Maculam insuper quæ ex sanguine mortuo accidit propter percussionem, remouet.

Spuma maris, plures habet species, quæ omnes calidæ existentes & siccæ, scabiei, & morpheæ, atq; alopiciæ auxiliantur.

Vitri proprietas est, lapidem qui in uesica generatur, frangere, furfures præterea aufert, si cum eo caput lauetur.

Zarnab, calidum existens & siccum, stomacho atq; epati frigidis confert, uentremq; stringit.

Ziniar, calidum est, & corrodit carnem.

C

De Ha. Cap. XXXV.

AMomum, calidum est & siccum, quod opilationi eparis ex frigiditate proficiés, dolorem aufert matricis. In capite tamen grauedinem, & dolorem, atq; scotho miam generat.

Alchanna, pustúlis, quæ sunt in ore, & adustioni ignis, remedium affert.

Litium, inter caliditatem & frigiditatem temperatum existens, calidis oculorum apostematibus confert, si cum eo epithimentur. Quod mollibus atq; solutis apostematibus confert, & pannum faciei epithimatum, nec non in gutture transglutiendi duriciem gargarizatum aufert, orisq; pustulis auxiliatur.

Horph, id est, nasturcium, calidissimum existens, stomachũ & epar calefacit, uentremq; mollificat, ac uermes è uentre educit, coeundi præterea stimulat desyderiũ, & pulmoné mundat. Asmati quoq; & grosiciei splenis prodest, aborsum itidé facit.

Hasse, id est, hesopus Hispanica, calida est, quæ in oculo posita, uel comesta, uisus debilitati confert, asmatiq; prodest, atq; uermes expellens, facit aborsum. Ad digerendum insuper cibum adiutorium præbet.

Harmel, calidum existens, inebriat, & doloré capitis facit, uomitumq; cõmouet, urinam quoq; & menstrua prouocat.

Haseph, frigida est, cuius opozima bibitũ, lapidem frangit, & sperma auget, atq; urinæ soluit constrictionem.

Habenil, phlegma expellit, morpheæ albæ atq; albaras auxiliatur, conturbationem tamen & nauseam facit.

Colloquintida, calida existens & sicca, grossum expellit phlegma, ac caput mundat, & neruorũ dolori, atq; sciaticæ passioni, nec non podagrę frigidæ, & elephantię beneficium parat.

Ferri squama, stomachum corroborat, & hęmorrhoidarum stringit sanguinem.

D Aqua uero in qua ferrum extinguitur, coeundi stimulat desyderium, grossoq; confert spleni.

Semperuiua, frigida est, quæ calidis apostematibus ac adustioni ignis, & oculorũ ægritudini, epithimata congrua existit.

De Ta. Cap. XXXVI.

TAmariscus, frigida est & sicca, ex cuius folijs emplastrum super molle apostema positum, auxiliatur. Eius autem opozima in ore tentum, dolorem dentium sedat. Vinum præterea in quo folia eius cocta fuerint, bibitum, splenem subtiliat.

Idem quoq; facit uinum uel sirupus acetosus, cum paruo scypho ex eius radice facto, si diu bibatur.

Thubab, est frigida, apostematibus calidis, cum ex ea emplastrum desuper ponitur, conferens.

Tarathit, id est, spodium, frigida est & sicca, quæ & uentrem stringit, & sanguiné exire prohibet.

Spodium, frigidum est & siccum, quod febribus acutis, ac siti, & nimio uentris fluxui, & uomitui confert, pustulis quoq; quæ in ore & lingua nascuntur, atq; tremori cordis auxiliatur.

Terra sigillata, & Armena, utræq; sanguinem spuentibus, atq; hęmorrhoidas patientibus, nec non omni loco, ex quo sanguis fluit, congruunt.

Alia uero terra, quę à quibusdam consuete comeditur, in epate creat opilationem, & complexionem destruit, & præcipue eorum, qui ad hoc parati sunt, os tamen stomachi rigidũ reddit, fastidium ex cibis fastidiosis factum, atq; nauseam remouens.

Taliphaphar, id est, macis. Galenus dicit eam temperatam esse, calida est & sicca, quæ fluxum uentris, atq; hulcera intestinorum, & hęmorrhoidas remouet.

De Ge. Cap. XXXVII.

MAndragora, frigida est, faciens stuporem. Quæ si in uino mittatur, ualde inebriat. Medicinis autem admixta, doloré aufert, de qua si maxima bibatur quantitas, perniciem inducit.

Titimalli

A Titimalli multæ sunt species, quæ omnes calidæ existentes, adurunt, ac soluunt uentrem, & nauseam efficiunt, corpus quoq; hulcerant.

Genbut, frigidum est & siccum, fluxum prohibens uentris, succusq; eius bibitus, ictericiæ medetur.

De K. Cap. XXXVIII.

VItis de qua fit uinũ, folia uel preputia trita, et more emplastri super calida apostemata posita, atq; doléti capiti, beneficiũ prębet. Succus pręterea ipsorũ si bibatur, uentré ac uomitũ stringit. Gummi autẽ eius lapidem frangit, & scabié removet.

Thus, calidum existens & siccum, carnem in uulneribus creat, uentrem quoq; ac uomitum arcet, & intellectum acuit, de quo tamen si multa sumatur quantitas, adurit sanguinem, & efficit algueségues, tremori itidem cordis auxiliatur.

Kamepitheos, calidus est, cõstrictioni urinę, atq; ictericię, et sciaticę passioni cõferẽs.

Condisi, calidum est, quod uehementer uomitum ac uentris solutionem prouocat, sternutationemq; commouet.

Karmesih, est una species thamarici, frigidũ est et siccũ, quod & uentrem retinet, et fluxẽ sistit sanguiné, dentibus præterea qui frangi incipiũt atq; moueri, auxiliatur.

Charabe, frigidum existens & siccum, menstruorum superfluitati atq; hęmorrhoidis & emoptoicis, nec non dissentericis, ac cordis tremori remedium confert.

Kesile, calidi sunt & sicci, qui cum corpus impinguent, stomacho boni existunt.

Keste, id est, herbus, calidum est, corpusq; impinguat, ac stomacho confert.

Cũbebe, calidum est, opilationes aperiens, quod & urinides poros mũdat, & gutur mundificat, uentremq; stringit.

Sulphur, calidum est, quod adustionem faciens, scabiei confert, si cum eo fiat inunctio, atq; asmati, si bibatur, auxilium præbet.

Camedreos, calidus est, qui cum opilationem aperiat, splenis grossiciem atq; icteticiam removet.

B Dragagantum, guttur lenit, atq; pulmonem, tussi quoq; confert.

Kebikengi calidũ existẽs, adurit ac sitim facit, scabiẽq; removet, si ex eo inũctio fiat.

Kildaru, id est, filix, calidum est, & expellit ascarides.

De Lem. Cap. XXXIX.

AMygdalæ amaræ, calidę sunt, quæ eparis aperientes opilationem, asmati atq; lapidi, qui in renibus & uesica est, conferunt.

Plantago frigida est, congrua existens apostematibus calidis, & adustioni ignis, quando more emplastri superponitur, dolori quoq; auris auxiliatur, si ex caliditate fuerit, cuius semen hulceribus confert intestinorum.

Dragontea, id est, iatus, calida est, quæ opilationem aperiens, desyderium stimulat coeundi, atq; antiquæ asmati beneficium præbet.

Lacca, calida est, calori eparis atq; hydropicis proficiens.

Lingua auis, spermati augmentum tribuit, ac cordis removet tremorem.

Buglossa, melancholicis est bona, tremori cordis atq; uesicis oris conferens.

Larghia, id est, granata tintimalis, calida est atq; adurens, quæ & uentrem soluit, & uomitum facit.

De Mum. Cap. XL.

MV, calidum existens, urinæ congruit constrictioni, si bibatur, uel super fœmur more emplastri ponatur.

Mastix, calidum existens, stomachum & epar corroborat.

Bdellium Iudaicum, calidum existens, quod dura dissoluens apostemata, hęmorrhoidis utile iudicatur, bdelliũ tamẽ de Mecha frigidũ est et siccũ, uentremq; stringit.

Mumia, emoptoicis bona existens, rupturam uel fracturã uelociter restaurat. Dolorem præterea gutturis, ac dissolutionis, & concussionis, & plagarum sedat. Illi autem qui dixerunt, quod perfecte emendat, mentiti sunt, dolori insuper ex frigiditate naribus cum oleo sambucino insufflata auxiliatur.

Meizabara, calida est, quæ uentrem soluens, podagrę ac coxarum & costarum dolori confert.

Myrtha

C Myrrha, calida eſt, quę tuſſi antiquę congrua exiſtens, uocem efficit claram, ſcotomiam tamen inducit, dormire præterea faciens, mẽſtrua prouocat, ac puncturis ſcorpionum, bibita, beneficium præbet.

Memithe, frigidũ exiſtẽs, apoſtematibus calidis, more emplaſtri ſuppoſitũ, cõfert.

Meubedhena, calida ſunt, uentrem q̃ ſoluunt, atq; uomitum prouocant uehementer, podagræ quoq; conferunt.

Marchaſita, calida exiſtens, oculum facit rigidum, & abradit fortiter.

Fuligo, ſi de ea fiat epithima, ignis aduſtioni confert.

Staphiſagria, calida eſt & adurens, quæ & pediculos interficit, ac ſcabiem remouet, de qua parua accepta quantitas, uomitum prouocat. Ipſam tamen dare, timoroſum eſt, fortaſſis enim perniciem inferret.

Chelidonia, calida eſt, quæ albedini oculorum congruit, uiſumq; acuit.

Mugath, bona exiſtit, ſi ex ea emplaſtrum ſuper diſſoluta membra fiat.

Mezerion, calida eſt, quæ & bona eſt, & multum acuta. Et licet aquam citrinã uehementer expellat, epati tamen nocet.

Merdaſengi, id eſt, litargyrium, frigidum eſt & ſiccum, quod excoriationibus atq; fœtori ſudoris confert, carniq; augmentum tribuit. In emplaſtris pręterea ponitur.

Omnia fellis genera calida exiſtunt, oculorumq; auferunt tenebroſitatem.

Meſcathrameſir, calidum exiſtens, prouocat menſtrua.

De Non. Cap. XLI.

NIl, alias Indicum, calidum exiſtens & ponticum, deſiccat apoſtemata mollia.

Ameos, calidum eſt & ſiccum, ſtomachũ calefaciens & epar, lapidemq; frangit, atq; urinam prouocat.

Nitrum, calidum eſt, abradens & mundans.

Calx, calidũ exiſtens, adurit, atq; ſuperfluam corrodit carnem, fluxũ præterea ſtringit ſanguinis, quod cum lauatur, aduſtioni ignis confert.

D Sal Armoniacus, calidus eſt, qui uuulę cadenti, ac dolori gutturis, qui non permittit tranſglutire, & albedini oculorum auxilium præbet.

Neheremish. i. roſa aſinina, calida eſt, ſtomacho et epati frigidis remediũ tribuẽs.

Naphara, calida eſt, quæ aſmati atq; uentroſitatibus congrua exiſtens, uermes paruos ano ſuppoſita, interficit.

De Sim. Cap. XLII.

SPica Indica calida eſt, quę ſtomacho ac epati frigidis auxiliatur, urinã etiã, puocat.

Cyperi, calidi ſunt & ſicci, qui ſtomachũ ac epar calefacientes, frangũt lapidẽ, & putrefactioni, ac malo dolori, qui in naribus atq; in ore ſunt, beneficium tribuunt.

Salegha, id eſt, caſſialignea, calida exiſtẽs & ſicca, acuit uiſum, & urinã prouocat.

Folium calidũ eſt, & urinã prouocat, tremori quoq; atq; cordis fœtori auxiliatur.

Sandaros, id eſt, uernix, ſanguinem uomentibus, atq; hæmorrhoidis confert.

Sel, calida eſt, dolori neruorum ac uentroſitati conferens.

Cupreſſi nuces & folia calida exiſtunt & pontica, quæ rupturæ inguinis auxilium præbent, ſi ex eis emplaſtrum fiat.

Sumach, frigidum exiſtens & ſiccum, uentrem ſtringit, ac ſtomachum præparat.

Sidere, frigida eſt & ſicca, uentrem ſtringens.

Cancri caro, phthyſicis auxiliatur, ac ſperma augmentat.

Hermodactyli, podagræ conferunt, ſperma quoq; augent.

Sceduram, uel ſcedeguram, frigidus exiſtens & ſiccus, retinet ſanguinem, ac capillos, ne cadant, confirmat.

Subedigi, dentium concauitates radendo abſtergit.

Secancur, id eſt, ſtincus de mari rubro, calidus eſt, coeundi ſtimulãs deſyderium, quod eius renes proprie operantur.

Liquiritia, gutturi cõfert ac pulmoni, ſuperflua in eis exiſtentia expellendo. Sitim præterea atq; urinæ ardorem aufert.

Seueſten, guttur & pectus lenit.

Siſeleos

A Siſeleos calidus exiſtens, aſmati, et retentioni urinę, atq; inflationi uentris confert, parumq; accelerare facit.

Sekebinegi, calidum eſt, quod groſſæ uentoſitati, ac colicæ, nec non epilepſiæ, ac paralyſi cõferens, oculorũ tenebroſitatem aufert, & ſcorpionũ puncturis auxiliatur.

Saculuphundurion, id eſt, ſcolopendria, calida eſt, ſpleniq; groſſo, ac ſtranguriæ, & lapidi remedium affert.

Scamonea, choleram rubeam uehementer expellit, ſtomacho atq; inteſtinis, & epati nocumentum parans.

De Ham. Cap. XLIII.

HAmar, id eſt, iuniperus, eſt arbor, cuius fructus calidus exiſtens, prouocat urinã, ac ſtomacho confert.

Aſarai, id eſt, uirga paſtoris, frigida eſt, calidis apoſtematibus, & ardori ſtomachi beneficium tribuens, quando more emplaſtri ſuperponitur.

Haelchalinibit, id eſt, gummi fiſtici, calidum exiſtens, fiſſuris & plagis congruit.

Piretrum, calidum exiſtens, dolori dentium, atq; puſtulis oris congruum exiſtit.

Aſſium, id eſt, crocus hortulanus, calidũ exiſtens, morpheæ & panno auxiliatur.

Solatrum frigidum eſt, ardenti epati remedium tribuens.

Curcuma, id eſt, uena citrina, calida eſt, quæ cum ſit abradens, uiſum acuit, atq; albulam delet.

Iuiubæ, in calore ſunt temperatæ, quæ & guttur leniunt, & ſanguinem, licet parũ, clarificant, graues tamen ſunt, & faſtidium facientes, tardeq; deſcendunt.

De Fe. Cap. XLIIII.

FV, id eſt, ſiſtra, calida exiſtens, prouocat urinam.

Felenge, eſt calidum & ſiccum.

Fel, calidum eſt, dolori neruorum proficiens.

Fiſtici, calidi exiſtentes, prouocant menſtrua.

Feſire, id eſt, brionia, calida eſt, quę cum ſit detergens & abradens, pannum & len
B tigines magnas delet.

Feſaraſtim, uel feſireſin, brionię ſimilis eſt, mẽſtrua & urinã prouocans, atq; epilepſiæ proficiens.

Argentum, frigidum eſt, cordiq; proficit tremori.

Fulfel eminiæ, id eſt, radix piperis, & ſuum lignum, calida ſunt, colicæ atq; uentoſitati congruentia.

Faufel, id eſt, auellana Indica, frigidum eſt, quod apoſtematibus calidis epithimatum bene facit.

Euphorbiũ, uehemẽter eſt calidũ, quod & aquã expellit fortiter, atq; paralyſim, & ſimilibus ægritudinibus cõfert. In oculis uero poſitum, initianti aquę cataractarum auxiliatur.

Feluca haragi, id eſt, fel elephantis, capillos facit rigidos.

Marrubium, calidum eſt, diſniæ proficiens, & difficultati anhelitus, atq; ictericiæ.

Mentaſtrum, calidum eſt & ſiccum, quod & ueteri aſmati, atq; difficultati mictus auxilium præbet.

Peonia, pueris epilepſiam patientibus cõfert, ſi ſuper eos appenſa fuerint, uel ex ea ſuffumigentur.

Rubea, calida exiſtens, urinam atq; menſtrua prouocat. Morpheæ itidem albæ, atq; albaris epithimata confert.

De Sath. Cap. XLV.

COcleæ marinæ, aduſtæ, abradendo purgant dentes, & non aduſtis, uero & tritis, emplaſtrum factum, & aduſtioni ignis ſuperpoſitum, ſanat eum.

Sapo, calidus exiſtit, qui hulcerans corpus, in ipſo fortem efficit abſterſionem.

Aloes calidum eſt, choleram rubeam expellens, & caput ac ſtomachum purgans, carnemq; creat.

Gũmi Arabicũ, frigidũ exiſtens, uentrẽq; ſtringens, inteſtinorũ excoriationi cõfert.

Cordumeni, calidum eſt, quod epilepſiæ, atq; aſmati, & paralyſi conferens, expellit aſcarides, atq; ſcorpionis punctura remedium affert.

De Caph.

C

De Caph. Cap. XLVI.

CAlamus aromaticus, calidus existens, stomacho atq; epati modo emplastri superpositus auxiliatur.

Cattamũ, calidũ est, quod et uentrẽ soluit, et sperma auget, stomacho tamẽ nocet.

Kitram, id est, pix liquida, uehementer existit calidum, quod menstrua prouocat, ac fœtum expellit. Aquam uero in oculum descendere prohibet. Scabiei præterea proficiens, sperma ita immutat, quod ex eo embrion generari non potest.

Centaurea, crudum phlegma è corpore educens, neruorũ dolori, ac colicę cõfert.

Curth, id est, iuncus nilo, de quo fit acatia, frigidus est, uentrem quoq; stringit.

Cambil, calidum existens, expellit ascarides.

Kerphe, calidum est, stomachumq; calefacit, & nauseam reprimit.

Milium Solis, calidum est, quod & urinam prouocat, & lapidem frangit.

Kana, calida existens, prouocat menstrua, ac uentositatem dissoluit, carnem præterea in uulneribus creat, atq; scrophulas dissoluit.

Cathinia argenti, scabiei quæ in corpore oritur, ac pustulis, quę sunt in oculis, congrua existit.

Cathinia auri ea subtilior est, quæ etiam albulam quæ est in oculo, remouet.

Calcanthũ, corrosiuũ et calidũ est, ponticumq; existẽs, polypũ à naribus remouet.

Pumex, frigida existẽs, in Medicinis ponit oculorũ, dẽtiũq; mũdificat cõcauitates.

Cacule, aquam repellens, lac prouocat & urinam.

Aes ustum, capillos tingit, uulnusq; consolidat, & aquam expellit.

De Re. Cap. XLVII.

BAcę lauri, existentes calidæ, punctu ris conferunt scorpionum, quando cum uino bibuntur, ac naribus insufflatæ, torturæ conferunt oris.

Gũmi pini, calidũ existẽs, carnẽ in uulneribus creat, ideoq; ponitur in emplastris.

D Faffasa, est trifolium, calida est, carnemq; crescere facit, & urinam prouocat, cuius semen spermati ac lacti incrementum præbet.

Reubarbarum, calidum est, quod stomacho ac epati conferens, calui atq; percussioni, bibitum, remedium tribuit.

Cinis, calidus est & siccus, qui & adustionẽ facit, & mollia dissoluit apostemata.

Fœniculum, calidum est, & urinæ prouocatiuum, ac antiquis conferens febribus. Quod cum recens est, lac generat. Cuius succus in oculo positus, acuit uisum.

De Sin. Cap. XLVIII.

SEilen, est calidum, & dissoluit apostemata.

Sertaragi, id est, tapsia, calidus est & acutus. Morpheæ quoq; albæ, atq; leprę, cum aceto epithimatus, confert.

Seucar est calidus, qui morpheæ cum aceto epithimatus, atq; ictericiæ, & grossitudini splenis, bibitus, confert.

Scebram, calida est, quæ choleram rubeam, & aquam, atq; phlegma uehementer purgans, epati existit nociua.

Sepum omne dissolutiuum est, atq; mollificatiuum.

Scordion, calidum existens, grosso spleni confert.

Steregi, calidus est, scabiei atq; pruritui ualens, uentrisq; efficit solutionem.

Sedine. i. emathitis lapis, frigida est et stiptica, atq; in pulueribus ponitur oculorũ.

Alumen, uehementer existit stipticum, dentes quoq; motos confirmat.

Sebenic, id est, athanasia, uel senescbila, calida est, quę fluori ab ore infantium decurrenti, atq; epilepsiæ remedium affert.

Sacahic, id est, papauer rubeum, calidus existens, tenebrositatem uisus, atq; oculum albulam remouet.

Suchaha, calida existens, antiquis confert febribus.

Sunim, id est, nigella, calida est & acuta, quæ phlegma quasi lambendo destruẽs, aufert reumatismum, atq; uentositatem expellit.

De Te Cap. XLIX.

Tuderi

A TVderi, est calidum, & augmentat sperma, ac puerorũ lapidibus remediũ affert.

Tamarindi frigidi existentes, uentrẽ soluũt, ac choleram rubeã et sanguinem reprimunt.

Terebinthina, temperata est, uentremq; soluit.

Tuthia, utilis existit ad oculi rigiditatẽ faciẽdam, assellarumq; remouet fœtorem.

Tiregi, calidum est, atq; apostemati congruum existit.

Turbit, calidum existens, expellit phlegma.

De He. Cap. L.

THephisiæ, calida est multũ, atq; adustionem faciens, quę alopeciam patiẽtibus, pilos renasci facit. Mollificationi præterea, si ex ea fricetur corpus, auxiliũ præbet.

Thil, alias thitagra, prouocat urinam, & frangit lapidem.

De Cha. Cap. LI.

CHeruha, id est, pendactyli, calida existens, colicæ atq; paralysi confert, duriciesq; quoq; mollificat, si ex ea fiat emplastrum.

Sinapi, calidum est, quod in palato positum, phlegma incidit, uermes præterea expellit, atq; apostemata maturat.

Maluauiscus, in calore temperata est, quæ apostemata mollificãs, dolorem sedat, cuius semen morpheam remouet, si cum eo & aceto in sole epithima fiat, atq; ardori mictus, auxiliatur.

Elleborus niger, choleram expellit nigram. Albus uero uomitũ uehementer prouocans, multum uomere facit. Ipsum tamen bibere non est securum.

Cassiafistula, uentrem soluit, & apostematibus interiorum confert.

Fermentum de farina triticea, doloribus qui sunt in plantis pedum, si ex eo fiat emplastrum, auxiliatur, & apostemata maturat.

De Thel. Cap. LII.

CAntharides, calidę sunt, & acutissimę, quę licet scabiei cõferant, uesicãt tamẽ, si ex eis multa sumatur quantitas, uulnerant, ac sanguinem mingere faciunt, et interficiunt. Ex quibus parua accepta quantitas, urinam uehementer prouocat, atq; albaras albæ cum aceto epithimatæ remedium afferunt.

B Cauda equina, est frigida, quæ uentris fluxum patientibus, & hęmoptoicis, ac calidis auxiliatur apostematibus.

Aurum, tremori cordis, & melancholiæ adiutorium præbet.

De That. Cap. LIII.

ATharo, solutioni uẽtris, & uesicis oris, atq; intestinorũ, maximũ affert remediũ.

De Gaim. Cap. LIIII.

GAt, id est, laurus, apostemati matricis confert, atq; punctur ę scorpionis, et doloriq; neruorũ auxiliatur, quod totũ semẽ et oleũ operatur, nauseã tamẽ atq; uomitum faciunt.

Gluten de corijs antiquis, faciei pustulis, quæ cum cutis duricie & rubore consistunt, confert, atq; ramici initianti, & hæmoptoicis auxiliatur.

Agaricum, calidũ existens, epatis aperit opilationem. Asmati quoq; atq; epilepsię, nec non uetustis febribus remediũ affert. Humores præterea grossos à capite expellit.

Gafit, id est, eupatoriũ, epatis opilationẽ aperit, ac uetustis febribus auxiliũ præbet.

SERAPIONIS, AVERROIS, ATQVE RASIS SIMPLICIVM FINIS.

ARGENTORATI EXCVDEBAT GEORGIVS VLRICHER ANDLANVS, ANNO M. D. XXXI. MENSE SEPTEMBRI.



